quædam gens eſt edime,latine autem interpretatur anſa.martia ſiue mauortia.Mauors autem dicitur magna vertens deus.

MANCINELLVS.

❡Nam quis,pro quiſnam.Eſt cuiquā pro datur cuiquā.⸿Velle.) ſ.fallere.⸿Glauco,)cœruleo,viridi,vt latius li.iiij.Georg.ꝓbauimus.⸿Frendēs,)dentibus inſonans.⸿Fatis,oraculis,ſunt enim
Pāgęus. fata,quæ dii fantur de qbus latius ſupra.⸿Luis,)per i,nō per e, in antiquis legitur.Luis ergo.i.purgas,vt ibi.Poſt mihi nō ſimili pœna cōmiſſa luetis.Luo.n.à luce dicitur,vt ſcrib.Varro,haud quaquam ob meritum nō ſecundum meritū,maiores enim meritus eſſes.⸿Sæuit,)ordo eſt,& pro rapta cōiuge ſęuit grauiter pro ſęuiret ni fata reſiſtant.⸿Pagæa.)pāgęus Thraciæ mons eſt, teſte Plin.li.iiij.cōponitur aūt à Pan,quod eſt totū,& gæa terra. ⸿Rheſi tellus,)Thracię partem poſſedit Rheſus,vbi Mars oīum deus,vt Mela ſcribit.⸿Getæ,) de his ſupius.⸿Hebrus,) videto Eclog.x.⸿Atthias orythya.) i.athenienſis,nā vt Euſebius ſcribit Erichthōȳ Vulcani filij filiā Orythyā Boreas Ariſtęi filius Thrax rapuit,quæ fabula ventum fingit,latius etiā Oui.li.vj. me.ſcri.in fi.ſcilicet Hebrus & us,atq; &,breues pro lōgis more ſuo,ꝑ Diaſtolē,Atthias,atthis regio in qua erant athenæ:ſecundū t,habet aſpiratum.inde atthias patronymicum.i.Athenienſis.⸿Teſtudine.)i.cheli.⸿Te dulcis coniux.) Epanalepſis eſt.i.replicatio,ſeu anaphora.i.relatio vel repetitio.

CHRISTO.

❡Nam Quis,)ideſt quiſnam,& eſt anaſtrophe,in qua præpoſitio poſtponitur.vt Tranſtra per & remos.⸿Confidentiſſime,) Magna enim eſt cōfidētia audere accedere ad Proteum,ideſt ad difficultatem veri inueniendi.⸿Scis Proteu,)Sola enim veritas ſeipſam nouit,nec à quocūq; decipitur.⸿Ardentes oculos lumine glauco ardentes,)ſplendentes,ingenij enim acumen indicat ſplēdor in oculis,idem notat color glaucus in pupillis,hinc eſt, ꝙ Pallas quę dea ſapientię habetur γλαυκῶπις cognominetur, eſt autem glaucus color quem latini veteres ceſium dixerūt,vnde ceſiam glaucopiam appellarunt,dicitur autem ceſia,teſte Nigi.de colore Cœli quaſi cœlia.⸿Orpheus,) fabula nota eſt,Orpheū vxorē habuiſſe Euri,quæ dum Ariſtæ.fugeret per loca herbis,floribuſq; ornata,latentem ſerpentem calcauit, cuius venenato morſu extincta ad inferos deſcendit,eſt autem Eurydice humana anima,quæ dicitur Eurydice,ideſt altum iudicium habēs, propterea,ꝙ rationalis eſt,hæc nubit Orpheo cum corpori coniungitur,& amatur ab Ariſtæo,ideſt ab optimo,illi autē corporis voluptatibus irretiti, id enim ſunt flores herbæ, quæ terræ ſunt pulchritudo,optimum,quod eſt per illa fugit, atque à ſerpente,ideſt à peccato,quod inter illas voluptates latet,interimitur,& ad inferos demergitur, ſed conceditur Orpheo, vt illam ſono citharæ,ideſt actionum compoſitione, quo maxima harmonia eſt,vnde virtus exoritur ab iferis reuocet,ideſt à vitijs liberet:ſed ea lege,ne reſpiciat,ideſt ne in vitia relabatur,nam relapſa habitum facit.

ASCENSIVS.

❡Verum vbi nulla fugam &c.)Oſtendit quomodo Proteus cōſtantia & pertinaci oppreſſione Ariſtæi victus in formam humanam redit & edocuit cur dii paſſi ſint apes eius interiiſſe, quod eueniſſe dicit ob mortem Eurydices coniugis Orphei,quam dū Ariſtæus opprimere volens perſequeretur,à ſerpente morſam & extinctam ad inferos deſcendiſſe docet,& ab Orpheo fruſtra repetitam,quam rem late exequitur poeta,nam in eam finem operis in quo Galli laudes continebantur conuenit. Reperit eſt hic præſentis nam in præterito ſolet p,duplici ſcribi & primam producere.Confidens & confidentia in malam partem,accipi ſolēt, fiducia in bonam,confidimus autē alijs,fidimus in nobis.❡Ordo eſt.Verum,ideſt ſed,vbi,ideſt poſtquam nulla fallacia,ſcilicet Protei,repetit,ideſt inuenit & obnitet:fugam,ideſt fugiēdi facultatem,ipſe Ariſtæus victus redit in ſeſe,ideſt ſeipſum,atq; ipſe locutus,ideſt loquens tādem ore hominis,ideſt humano,inquit o confidentiſſime & maximam confidentiam habens,ita vt nullis monſtris deterrearis quo minus inceptum peragas, nam quis pro quiſnā iuſſit te adire noſtras domos,quidve petis hic, ideſt in noſtris domibus?At ideſt ſed ille,ſcilicet Ariſtæus ſupple inquit aut reſpōdit o Proteu tu ſcis ipſe inquam,ideſt tu per te nullo docente cum ſis vates & tam pręſentium q̄; futurorum ſcius, ſcis,ſcilicet quid petam neq; cuiquam eſt ſupple permiſſum aut datum fallere te aūt neq; eſt,ideſt contingit te fallere quicquam, ideſt in quouis aut cuiquam,ideſt cuiuis eſt fallere te,ſed tu deſine velle,ſcilicet cauſam aduentus mei ex me cognoſcere,cum ſcilicet omnia per te noſcas.Aut tu deſine velle ſupp.fallere me tot monſtris & eluſionibus hoc eſt ſicut nec falli potes à quoquam ita nec fallere debes quēquam.(Sed quæres ſi omnia nouit Proteus quo modo non nouit aduentum Ariſtęi,& ſe in vincula ab eo coniiciendum?aut quo modo deus vinci potuit?Verum ſcies quod prius diximus Protea diuinandi poteſtatem à ſe nō habere,vnde dictum eſt.Quippe ita Neptuno viſum nec ſemper diuinandi furore rapi,ſed tunc tantum cum ira percitus eo ꝙ vinculis detentus ſupra ſe rapiebat quo circa vt propheticum furorem concipiat cōſuluit mater quæ eius mores nouit ipſum in vincula cōtrahere & adoriri:potuit autem Ariſtęus & quia iuuenis & ille ſenex,& quia deorum quoq; ſtirpe creatus, & quia vt dictū eſt poſtquam ambroſia perfuſus erat habilis membris venit vigor)nos ſecuti pręcepta deum,ideſt deorum & potiſſimum matris venimus,ideſt acceſſimus huc,ideſt in hunc locum vbi nunc ſumus quæſitum,ideſt ad inquirendum rebus lapſis ideſt deperditis,oracula,ideſt deorum cōſilia & reſponſa per quę remediū obtineamus.Tantum,ideſt duntaxat hoc effatus ſupple eſt Ariſtæus(aptum eſt autem diuinationibus verbum effatus) vates, ſcilicet Proteus intorſit deniq;,ideſt tādem ad hęc,ſcilicet effata & verba Ariſtęi,quia ſcilicet audierat deos id velle intorſit dico multa vi,ideſt violentia oculos,ardentis ex commotione animi lumine glauco,ideſt cœruleo,& frendens grauiter,ideſt cum ingenti tumultu,reſoluit ora fatis,ſcilicet dicēdis,ideſt oraculis ꝓ nunciandis,ideſt incœpit effari oracula diuū,tu luis,ideſt perſoluendo purgas magna commiſſa(ſic Mancinellus alij lues legūt vt ſit magna lues eſt commiſſa tibi)Orpheus miſerabilis,ideſt dignus miſeratione ſuſcitat,ideſt excitat & procurat tibi continuo ita vt vna pœna ſedata altera exoriat)hoc enim eſt ſuſcitare pœnas)has pœnas,ſcilicet quas dediſti,& dabis ni,ideſt niſi fata reſiſtāt,ideſt aliter diſponant haud quaquam,ideſt nullo pacto ob, ideſt ſecundum meritū quia maiores longe meruiſti,& ſęuit grauiter pro coniuge,ſcilicet Eurydice rapta,ſcilicet ab iferis poſtq; ipſe retroſpexerat.(Ego malim dicere eam reſtrictione,ni fata reſiſtant reſpicere ad verbum ſuſcitat ſicut dixi ꝙ Orpheus eas pœnas ſemper excitaret niſi fata reſiſtant quàm ſicut Mancinellus vult vt ſit ordo ſæuit pro ſæuiret niſi fata reſiſtāt,quia reuera ſæuit,ſed ſi fata obſiſtant nec quicquam & fruſtra quia nocere non poſſet ſed potius placari cogeretur.)Oſtendit cur ſæuiat pro coniuge rapta dicens. Ille,ſcilicet cōiunx Orphei Eurydice,quidem, ideſt certe dum fugeret,ideſt præcipitanter ſine cōſideratione ꝑ flumina te iſequētem,vt ſcilicet opprimas eam,ipſa puella,ideſt adhuc iuuencula coniux Orphei moritura,ideſt ꝑperans ad mortem quanuis neſciret non vidit in alta herba ante pedes.ſ. ſuos cum oculos in te retorqueat hydrum,ideſt ſerpentem aquatilem immanem.i. valdē magnum & ſæuum ſeruantem.i.defendētem ne quis accedat ripas.i.margines fluminum.At,ideſt ſed chorus dryadum,nympharum arborum æqualis.i.coęuus hoc eſt nymphę coęuę Eurydices implerūt clamore.i. vlulatu ob mortē Eurydices,montes ſupremos,ideſt altiſſimos, arces.i.ſummitates. Rhodopeie,ideſt Rhodopes montis Thracię fleuerunt,& pāgęa alta.i.mons thraciæ fleuerunt)declinatur autem hic pangęus & pluraliter hęc pangęa ſicut Iſmarus taygetus dindimus gargarus & alia multa)& tellus mauortia.i.in qua mars potiſſimum dominat,& quā poſtea Rheſus habitauit & tenuit ī Thracia vbi mars gradiuus dicitur(quod vocabulum neq; græcum neq; latinum eſt.Eſt ergo vt Seruius dicit ꝓlepſis ex perſona poetę, nam quo tempore nymphę Eurydices mortem fleuerunt Rheſus nōdum natus erat,qui poſtea ad bellum troianum veniſſe dicitur,nō autem eſt eiuſmodi vitioſa ſicut ſi ex perſona loquentiū eſſet) tellus ergo mauortia vnde.ſ.mars oriundus dicitur Rheſi illius regis qui poſtea eam partem thracię tenuit ſupple fleuit.Atq; getæ i.vicini thraciæ populi atq; hebrus fluuius thraciæ & orythya nympha illa atthias.i.atthica ſeu athenięſis in thraciā à borea rapta ſup.fleuerūt.(Eſt autem patronymicum à patria deductum atthias ſicut Medea colchis dicitur, & troianę mulieres iliades: Mācinellus ſentit ſcribēdū atthis quod Tortellius negat.(Ipſe.ſ. Orpheus,ſolās,amorē ægrū.i.miſere affligentem teſtudine caua i.cheli,aut cythara in morē teſtudinis facta aut ex teſtudinis imitatione inuenta,o dulcis coniux,ſcilicet Eurydice canebat te,canebat inquā te in littore.i. vbi ipſe ſolus qa ſine te erat,& ita canebat ſecum canebat dico te die veniente & canebat te die decedente,ideſt occidente ſole.

PIERIVS.

❡Verum vbi nulla fugam reperit fallacia.) In aliquot ant.cod. pellacia,ſcriptū eſt.In Med.vtrūq; &,pellacia,& fallacia,notatum eſt.⸿Atq; hominis tandē ore locutus.) Nimirū eſt quod in

cod. aliquot antiquis poſt, Tandem, habetur, importune inculcatum eſt, quū huius ſuppoſiti, quod eſt, locutus, verbū, inquit, tertio ſit verſu collocatū. ¶ Scis Proteu ſcis ipſe.) Sūt antiqui co. manu ſcripti, in qbus legit, Proteus, vocatiuo caſu. Atticoꝝ idiomate. ὦ πρώτευ. Sed Proteu. κοινῶσ, recæptum eſt latinis. ¶ Deum pcepta ſecuti Venimus huc lapſis quæſitum oracula rebus.) In Ro. & aliquot aliis codi. antiquioribus, non huc ſed hinc, legitur, mēbraq; ita diſpoſita ſunt, vt deum præcepta ſecuti Venimus, continenter legatur, mox hypodiaſtole ſignata. Hinc lapſis quæſitum oracula rebus, ſubiungatur, quamuis in Oblongo, laſſis, legatur, & in aliquot aliis, labſis, per characteriſticon præſentis. Erat etiam in Mediceo prius hinc, ſcriptum aliena inde manu factum, huc, altera lectione abraſa. ¶ Tantū effatus ad hæc vates.) Quod in Longobard legitur, tantus ad hoc fatus vates. In memoriam mihi adduxit Teren. Scaurum ſuper hoc ſolicitū fuiſſe, quo pacto, effatus, ſcribendum eſſet, vbi ſemiuocales ait geminare, ideoq; effatus. non, exfatus, vel ecfatus dicendum, Sane crediderim aliquid huiuſmodi fuiſſe prius in eo codi. Vnde Longob. exſcribebatur, datamq; inde anſam reliqua ſubuertēdi. ¶ At chorus æqualis dryadum clamore ſupremos Implerunt montes.) In Roma. co. & aliquot aliis, Supremo. legitur, vt clamoris magnitudo declaretur. Sed enim ſupremos, quippe montes, Serui. agnoſcit, vt illud, pro ſupreme Iupiter. ¶ Altaq; pāgea & Rheſi mauortia tellus.) in codicibus aliquot antiquis, panchai, legitur vt ſit alta tellus pāchai, & mauortia tellus Rheſi. Sed enim παγγαῖον, eſt montis nomen, caſta igitur lectio, pangæa, panchaia enim pertinet ad Arabiam de qua libro. ij. Georigico. Totaq; thuriferis panchaia pinguis harenis. ¶ Atque getæ, atq; hebrus, atq; actias orithya.) Hic quoq; verſus in codicib. omnibus antiquis quos verſare potuimus, eodem modo habet, quo ſuperior ille, atq; ephyre, atque opis, & aſia deiopea, ita enim legitur atq; getæ atq; hebrus & actias orithyia, nulla in tritimemeri colliſione facta, cuius pedes ita diſcludi debent, atq; getę, atq; hebrus & actias orithyia, ſi cui tamen atque illud ter repetitum magis placeat, quod ita verſus ſcriptus ſit in Valerii Probi codice, malitq; in pentimemeri potius breuem ꝓ longa poſitā, vt locus ille cōmunis eſt, nō laboro. Orithyiam vero quadriſyllabā eſſe dictionem, ea dimenſione, qua pœonicum quartum à maiori circūſcribimus duabus mediis ſyllabis per diphthongum notatis. Indicant Homeri verſus. μαῖρα καὶ ὠρείθυια, & alibi, ἐϋπλόκαμος τ' ἀμάθεια καὶ ὠρείθυια. ¶ Te veniente die, te decedēte canebat.) In Mediceo, & aliquot aliis antiqs, diſcedente, habet. Sed enim decedente recęptum eſt.

Tænarias etiam fauces, alta hoſtia Ditis,
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingreſſus, maneſq; adiit, regemq; tremendum,
Neſciaq; humanis precibus manſueſcere corda.
At cantu cōmotæ Erebi de ſedibus imis
Vmbræ ibant tenues, ſimulachraq; luce carentum,
Quàm multa in ſyluis auium ſe millia condunt:
Veſper vbi, aut hybernus agit de montibus imber:
Matres, atq; viri, defunctaq; corpora vita
Magnanimum heroum, pueri, innuptæq; puellæ,
Impoſitiq; rogis iuuenes ante ora parentum,
Quos circum limus niger, & deformis arundo
Cocyti, tardaq; palus innabilis vnda
Alligat: & nouies Styx interfuſa coercet.
Quin ipſe ſtupuere domus, atq; intima Lethi
Tartara, cœruleoſq; amplexæ crinibus angues
Eumenides: tenuitq; inhians tria Cerberus ora:
Atq; ixionei vento rota conſtitit orbis.

SERVIVS.

¶ Tęnarias etiam fauces.) Tęnarus Laconiæ promontoriū eſt circa finem Maleę, vbi inferorum dicitur eſſe deſcenſus. ¶ Maneſq; adiit, regeſq; tremendum.) Hæc omnia ad laudem pertinent citharę, qua fretus iſta ſupauit. ¶ Neſciaq; humanis.) Ad exitum futuræ rei reſpexit, nō ad principium. Nā primo meruit Eurydicē. ¶ Erebi de ſedibus imis.) De interioribus tenebris inferorū. ¶ Implexæ.) Inuolutæ, implicitæ. ἐμπεπλεγμέναι. ¶ Ixionei vento rota conſtitit.) Deeſt cū. & hoc dicit cum vento ſuo rota conſiſtit, ideſt cum cauſa volubilitatis quieuit.

PROBVS.

¶ Tænarias etiā fauces.) Tænarios eſt laconiæ littus, ī quo ſpecus eſt per quem Hercules exiſtimatur deſcendiſſe ad inferos, & Orpheus.

MANCINELLVS.

¶ Tænarias etiam fauces.) Tænarus in laconia promōtorium aduerſum Aphrycæ, rippa erecta eſt, ſacram Neptuni ædem conſtructam continens in luco, propinquaq; ſpelunca eſt, per quam Cerberum ab inferis ſuperius reductum ab Hercule fabulæ canunt. Solin. ſcrib. & Strab. libro. viij. ¶ Fauces.) anguſtos aditus.
Erebus. ¶ Erebi.) dicunt erebum eſſe terræ profundiſſimum, & abſconditum locum ſeu inferorum profunditatem atque receſſum, erebenos autem græce, latine obſcurum ſignificat. ¶ Cocyti.) videto librum. j. Georgicorum. ¶ Styx.) latius ſupra. Tartara iam diximus. ¶ Eumenides.) de iis libro primo. Georgico. ¶ Cerberus.) iis dicitur quaſi creboros, ideſt carnem edens, nam Crea caro eſt, Boros dens, de hoc Seneca in Hercule furente ait, poſt hæc auari ditis apparet domus, Hic ſæuus vmbras territat ſtygius canis, Qui terna vaſto capita concutiens ſono, Regnum tuetur ſordidum tabo caput Lambunt colubræ, viperis horrent iubæ. Longiuſq; torta ſibilat cauda draco Par ira formæ &c. ¶ Inhians.) intentus, concupiſcens. ¶ Tenuit.) clauſit, vt illud intentiq; ora tenebant, pro claudebant, pro nec eſt aliter exponendum, quod & hic locus indicat. ¶ Ixionei orbis.) videto libro. iij. Georgic. ¶ Vento.) quo quidem moueri ſolebat. cum vento ergo reſtitit.

CHRISTO.

¶ Tænarias.) In laconica regione promontorium eſt circa finem malei montis, in quo quia hiatus eſt, & ex eo agente ſpi-
Tænar⁹ ritu murmura audiuntur inferorum dixere fauces. ¶ Conſiſtit.) reſtitit, nō mota eſt iamq; pedem, maxima commiſeratio, quod veluti nauis, quæ multas euaſerit tempeſtates, in portu perierit,

rit, & eſt pathos ab eo quod eſt præter ſpem.

ASCENSIVS.

¶ Tænarias, &c. Proſequitur materiam incœptam oſtendēs quomodo Orpheus ad inferos deſcendens coniugem recuperauerat ea lege, vt non retroſpiceret, quam retroſpiciendo tamen amiſerat, quam rem ſatis modulate Boetius quoque concinit in de conſolatione philoſophica, nec difficilis excogitatu eſt allegoria, ſi animaduerterimus qd in ſanctis literis ſit retroſpicere, & quid canis reuerſus ad vomitum: & quid vxor Loth cum retroſpiceret in ſalis ſtatuā verſa, & id genus alia. Nam ſi Eurydicē animam rationalem dixerimus Orpheo, ideſt carni nuptam, & ab Ariſtęo. i. ratione cum in herbis. i. delitiis ageret inſecutam, & à ſerpente. i. peccatis occiſam, & modulis, ac lachrymis mariti confitentis, & contriti, ſcilicet ad ſuperos, ideſt in gratiæ ſtatum reductam, ea lege, vt nō retroſpiciat, ideſt recidat in peccatum, quia tūc eſſent nouiſſima peiora prioribus, forte nimis chriſtiani videremur iis qui negent ethnicos ītellexiſſe animam noſtram etiam carni nuptam ab ea in vitia allici, & ab rationale retrahi, & quæ dixi alia. Sed ordinem proſequamur qui talis eſt: Orpheus ingreſſus etiā fauces tænarias, ideſt tænari promontorii in laconia vnde deſcenſus dicitur ad inferos, appoſitorie, oſtia, ideſt ianuas, alta, ideſt profundas, ditis, ideſt Plutonis, & lucum, ideſt ſyluam incæduam hoc eſt, quę nunquam cæditur nec amputatur, caligātem ideſt tenebricantem formidine nigra, ideſt nigredine formidoloſa, adiit, & manes, ideſt animas apud inferos manentes, vnde ſecundum veterum theologiam ad nos manant, & regem tremendum, quippe quem nullius, miſereſcit, videlicet Plutonem, & corda neſcia manſueſcere humanis præcibus, At. ideſt ſed quamuis ſcilicet nequeant flecti precibus vmbrę tenues, quia non corpora ſed ſimulachra corporum defunctorum hoc eſt animę cōmotę cantu, ſcilicet orphico ibant de imis ſedibus erebi, ideſt caliginis infernalis, & ſimulachra, ideſt effigies ſup. hominū carentum luce, ideſt vita, ibant ſup. tam multa, quia multa millia auiū condunt ſe in ſyluis vbi veſper aut imber hybernus. i. longus, & cōtinuus agit. i. impellit eas de montibus in ſyluas, ſimulachra dico, videlicet matres. i. fœminę atq; viri & corpora magnanimū pro magnanimorum heroum. i. principum virorum, defuncta vita, ideſt munere vitæ, & pueri & puellę innuptę & iuuenes impoſiti rogis, ideſt ignibus, & pyris incēſis ante ora parentum, ideſt omne genus hominum cuiuſcūq; ętatis ſexus aut cōditionis fuerint circum quos limus niger & arūdo deformis, cocyti,

ideſt

Ideſt illius paludis.i.ifernalis:& palus inabilis.i.per quā nare nemo pōt, vnda tarda.i.propter tardationem vndę quę imoratur & immergit natare conantes, frequētior tamē & vt puto verior lectio eſt inamabilis.i.non amabilis, quia nullā cauſam cur ametur habet, eſt enim triſtis & obſcœna, alligat.i.detinet, & ſtix.i.palus illa triſtitiæ infernalis interfuſa nouies.i.per nouem circulos (quę res ſexto Æneid.ad vnguem pertractanda eſt) coercet, ideſt conſtringit ne exeant, quin, ideſt quin immo ipſę domus, ſcilicet infernales ſtupuere, ſcilicet ob cantum Orphei, atq; tartara, ideſt tenebrarum loca intima, ideſt profundiſſima, læti, ideſt mortis ſup. obſtupuere, & eumenides, ideſt furiæ infernales implexę crinibus angues cœruleos.i.habentes angues cœruleos implicitos in capillis ſupple ſtupuere, & cerberus, canis ille ifernalis triceps ſignificans vt dixi triplicem Plutonis poteſtatem, cœleſtium terreſtrium & infernorum, tenuit, ideſt continuit à latratu tria ora atq; rota orbis Ixionei, ideſt circumuolutionis aut circunferentiæ quam apud inferos voluit Ixion vt dicitur.vj.æneid. conſtitit vento.i.ſtetit cum vento, nō opus eſt intelligere cum quia ponitur in verbo conſtitit. Idem enim eſt, conſto tibi & ſto tecum, hoc eſt omnes pœnę & omnia tormēta inferorum ceſſauerūt ad cātum Orphei ita, vt nec aditum nec egreſſum prohiberet cerberus Eurydicę, vt in ſequentibus, latius dicam.

PIERIVS.

Tænarias etiā fauces.) In antiquis aliquot, modo fauces modo valles inueni, quę conſulto prætereo, quum omnino, fauces ſcribendum videatur. At cantu cōmotæ herebi de ſedibus imis vmbræ.) In codicibus nonnullis antiquioribus, cantum, legas, nempe quod, at coniunctionem, vel eo modo per, t, ſcriptam ꝓpoſitionē eſſe crediderint. Sed enim, cātu, lectio caſtior habetur. In Mediceo, &, copulatiua erat prius, inde, factū. Quā multa in ſyluis auium ſe millia condunt.) In antiquis omnibus exemplaribus quæ verſauimus. In folijs, non in ſyluis legitur, & milia, vnico, l, tam hic, quàm in veterum monumentis ſæpe legitur. Sunt qui ſubſtantiuum, mille, & adiectiuum ſcriptione diſtinguant. Præterea In Romano codice tres verſus ſuperabundant, ex æneі.vj. huc importune tranſlati, quodq; magis: indigneris, corruptiſſime ſcripti. Tardaq; palus inamabilis vnda.) Sunt codices in quibus innabilis, legatur, Sed enim probatiores omnes inamabilis, legunt. Et Aulus Gellius eandē hanc lectionem, agnoſcit, dum dicit Virgilium ſtygiam paludem inamabilem dixiſſe, κατὰ στέρησιν amoris. Sicut illaudatū, κατὰ τοῦ ἐπαίνου στέρησιν. Sed enim de hoc dictum loco ſuo. Alligat & nouies.) In codicibus aliquot manu ſcriptis, At ligat, In aliis, adligat obſerues, quam antiquam non eſſe ſcriptionem, ex eo poſſumus coniectare. Neq; enim hic antiquitatem intelligo vel Ennij, vel Pacuuij temporibus, Sed quæ circa Octauij Auguſti tēpora vigebat) quòd Terē. Scaurus antiquos, pelligo, non perlego. Colligo, nō conligo: alligo, nō adligo, dixiſſe aſſerit, huiuſq; pronunciationis exempla ſibi ex Virgilio deſumit. Quare alligat geminato, ll, ſcribere deberemus. Cœruleoſq; implexæ crinibus angues.) In codice Longobar.& aliquot aliis, amplexæ, legitur. In Oblon.& altero admodum carioſo, iplexæ. In Roma. innexę, quę prętuleris, non laboro. Tenuitq; inhians in tria cerberus ora.) In antiquioribus aliquot co. legi, tenuit inhians, nulla interpoſita ptucula copulatiua. Nam & locus ſemiquinarię cōmunis eſt, ſiquis ſyllabę timeat & ſententię concinnitas ipſum quoddāmodo hiatū repręſentat cui, ſi, q;, illud inſerueris, fauces propemodū videberis obſtruxiſſe. Non pręteribo etiā, Tenuitq; minans, alicubi legi, ſed id inemendate. Atq; Ixionei vento rota conſtitit orbis.) In codicibus aliquod. cantu rota, legitur. Sed agnoſcit, vento, Seruius.

SERVIVS.

Incautum amentem.) Epitheton amantis eſt. Ignoſcēda quidem, ſcirent ſi ignoſcere manes,) Participium ſine verbi origine. non enim facit ignoſcor, ſicut nec triūphor, regnor. Euridicenq; ſuā iā.) Alii legunt, Iam luce ſub ipſa. Victuſq; animi.) Sic hoc loco dixit, O præſtās animi. Reſpexit.) i. cōmiſit in legē. Ibi omnis effuſus.) i. functus & fruſtratus. Tyranni.) Ideſt Plutonis. Terq; fragor ſtagnis auditus auernis.) Quaſi exultarēt vmbræ reditum Eurydices. Lucanus dicit in Orpheo ſtrepitum factum redeūte Eurydice ob hoc quia gaudent à luce relictam Eurydicē, iterū ſperātes Orphea manes. Iterū crudelia retro fata vocant.) Ouidius, Bis rapitur, vixitq; ſemel. Natantia lumina.) In mortem reducta. Inualidas palmas. In vmbrę tenuitatem redactas. Heu non tua.) Quia ſupra dixit, Euridicenq; ſuam iam. Fugit diuerſa.) Ideſt per diuerſa. Præterea.) Poſtea. vt, Et Quiſquam numen Iunonis adoret Præterea? Amplius obiectam paſſus tranſire paludem.) Myſticum eſt. Dicitur enim bis eandem vmbram euocari nō licere.

Iamq; pedem referens, caſus euaſerat omneis:
Redditaq; Euridice, ſuperas veniebat ad auras,
Pone ſequens (nanq; hanc dederat Proſerpina legē.)
Cum ſubita incautum dementia cæpit amantem,
Ignoſcenda quidem, ſcirent ſi ignoſcere manes.
Reſtitit: Eurydicemq; ſuam iam luce ſub ipſa
Immemor heu, victuſq; animi reſpexit: ibi omnis
Effuſus labor: atq; immitis rupta tyranni
Fœdera: terq; fragor ſtagnis auditus auernis,
Illa, quis & me inquit, miſerā & te perdidit Orpheu?
Quis tantus furor? en iterum crudelia retro
Fata vocant: conditq; natantia lumina ſomnus:
Iamq; vale: feror ingenti circundata nocte,
Inualidaſq; tibi tendens, heu non tua, palmas
Dixit, & ex oculis ſubito, ceu fumus in auras
Commiſtus tenues fugit diuerſa, neq; illum
Prenſantem nequicquam vmbras, & multa volentem
Dicere præterea vidit, nec portitor Orci
Amplius obiectam paſſus tranſire paludem.
Quid faceret? quo ſe rapta bis coniuge ferret?
Quo fletu manes, qua numina voce moueret?
Illa quidem Stygia nabat iam frigida cymba.

etiam plura libro primo Georgico. Auernis ſtagnis.) In Auerno maiores noſtri Homerica defunctorū vaticinia fuiſſe fabulis edidere. Hanc enim locorum partem Plutoni dicatā opinabanť, placatiſq; prius per ſacrificia diis manibus, illuc intrabant, aderant enim q talibus exponendis ductores eſſent locorū fructus percipiētes. Fons vero ibi fluuialibus ſcatens aquis excurrit in mare, ab eius vſu abſtinebant omnes, ſtygias opinantes eſſe aquas, eo in loco conſtructum erat oraculum, ex aquarumq; feruore vicinarum phlegethōtem eſſe coniectura factitabāt, & ex acheruſia, hæc & plura Stra.lib.v. videto etiam libro iij. Georg. Præterea.) poſtea Portitor orchi.) ideſt charō. Virg. lib. vj. æneі. Portitor has horrendus aquas, & flumina ſeruat, Terribili ſqualore charon, &c. poſtea inquit. Ipſe ratem conto ſubigit, velisq; miniſtrat, Et ferruginea ſubuectat corpora cymba. Orci, videto libro. j. Georgi.

MANCINELLVS.

Pone poſt.) Sub ipſa luce, ꝓpe ſuperas auras. Proſerpina.) hanc Plutoni tribuerunt, quoniam terrena vis omnis, atque natura Diti patri dedicata eſt, qui dictus eſt apud græcos Pluton, quia & recidant omnia in terras, & oriantur è terris. Proſerpina autem eſt ea, quæ græce perſephone nominatur, quam frugum ſemen eſſe volunt, abſcondituq; quæri à matre fingunt, vt ait Cicero in libro de natu. deo. Varro tamē inquit, quod Epicharmus Ennij lunam Proſerpinam quoque appellat, ꝙ ſolet eſſe ſub terris, nam hæc vt ſerpens mō in dexteram modo in ſiniſtrā partē late mouetur, ſerpere vero & proſerpere idem dicebat, de hac etiam

Proſerpina.

CHRISTO.

Reddita.) quaſi reddita Dementia, nam vis amoris dementia eſt, incautum, nihil tam proprium amanti, vnde pueris equiparatur, & propterea Proper. Quicunq; ille fuit puerū, qui pinxit amorem, Nonne putas miras hunc habuiſſe manus? Is primum vidit ſine ſenſu viuere amantes, Et leuibus curis magna perire bona. Ignoſcenda.) nam ſi cognoſceremus quam miſere cupiant amantes viſere rem amatam, & quam vehemens ſit hęc perturbatio in hac re, iudicaremus illis huiuſcemodi erratū condonandum. Sed manes propter illorum crudelitatem nullam nouerunt humanitatem. Immitis.) vnde nulla eſſet commiſeratio ſperanda. Illa, quis & me inquit miſeram, & te per.) oratio vehementer pathetica. Nam & ſuum vehementer exprimit dolorem. Demonſtrat enim eo deueniſſe amantes, vt

Amātes pueri ſunt.

culpa illius qui nihil minus quàm hoc voluiſſet infeliciſſimo ac æterno diſſidio ſeparentur. ꝟHeu non tua.) quaſi dicat, quod vtrunq; miſerrimum accidit.

ASCENSIVS.

℄Iamq́; pedem referens &c.) Docet Proteus quomodo Orpheus threicia fretus cythara fidibusq́; canoris, coniugem eduxerat ex inferorum carcere, & quomodo eam iterum amiſit cõtra legem datam per impatientiam amoris retroſpiciendo dicens. Iamq́;, ideſt & iam Orpheus ſupple aut Eurydice ſed potius Orpheus referens pedem, ſcilicet ab inferis euaſerat omnes caſus, ideſt difficultates, quia & canem placauerat & cum Plutone & cum Proſerpina, Plutonis cõiuge ad quem de fœmina magis ſpectabat pactus fuerat, & Eurydice cõiux. ſ. eius reddita. ſ. ei, veniebat ad auras ſuperas ſequens. ſ. maritum, pone, ideſt prope, ſed poſt eum nanq; Proſerpina, quæ eſt inferorum regina Cereris filiam qua Pluto rapuerat, dederat hanc legem, vt ſcilicet poſt maritum rediret nec ab eo reſpiceretur, veniebat dico iam ad auras ſuperas, quum ſubita dementia cæpit, ideſt inuaſit ac vicit amantem incautum atque ideo incautum quia amantem, ſunt enim amantes cæci & amentes fere, dementia dico ignoſcenda, ideſt vt dicunt condonanda & remittenda quidem, ideſt certe, quia non per prauitatem ſed per vim amoris legem tranſgreſſus eſt, ſi manes ſcirent ignoſcere, ideſt veniam dare dementia autem erat, quia reſtitit, ideſt immoratus eſt & ipſe immemor (heu condolentis eſt) & victus animi, ideſt habens animum victum (genitiuus apud Virgilium fere ponitur vbi in patiente eſt intrinſeca actio, vt præſtans animi qui ſibi animum præſtat, victus animi qui animum ſuum ſibi vicit, maturus æui, qui ſibi æuum maturat, infelix animi qui animum ſibi infelicem facit) victus ergo animi quia ipſum per impatientiam amoris vicit, reſpexit ſuam, ſcilicet amantiſſimam coniugem Eurydicen, iã ſub ipſa luce, i. vbi iam lucem intraſſet cum coniuge ſi eam non reſpexiſſet, nam non debebat retroſpicere donec ad lucem perueniſſent (in qua quid aliud innuitur, quam quia vanum eſt ante lucem ſurgere.) Sane ſecundum Seruium duplex eſt diſtinctio, nã alij legunt. Eurydicenq́; ſuam iam quaſi quæ prius non fuiſſet eius ſed inferorum, quam lectionem videtur approbare ipſa Eurydice vbi dicit. Iamq́; vale, feror ingenti circundata nocte Inualidasq́; tibi tendens, heu non tua palmas, quaſi dicat, iam tua erã ſed modo non ſum tua. Alij ponunt particulã iam cum ſequentibus, videlicet iam luce ſub ipſa, Ibi. i. in ea re aut in eo loco vbi coniugem reſpexit omnis, labor effuſus ſupple eſt, ideſt fruſtratus & perditus, & fœdera. i. pacta immitis tyranni. ſ. Plutonis rupta. i. irrita facta ſunt, & fragor. ſ. vocum acclamantium auditus eſt ter in ſtagnis auernis, ideſt infernalibus q̃a gaudebant manes Eurydicen redire vt iterum Orphea audirent. (Gaudent autẽ reuera ex ſola inuidia multos damnari, cum tamen non verum gaudium ſed incrementum dolorum inde habeant.) Illa. ſ. Eurydice ſentiens ſe trahi ad inferna ĩquit, o Orpheu quis perdidit me miſeram & te quis inquam tantus furor, quaſi dicat, non amantis ſed amentis & furentis, id eſt, en crudelia fata vocant me iterum retro, ideſt retrorſum, & ſomnus, ſcilicet mortis, cõdit. i. ſopit lumina natantia. i. oculos ſtygio humore ſopitos, aut madentes. Iamq́;. i. & iam aut poſthac vale quod diſcedentis eſt, ego feror. i. auferor abs te circundata ingenti nocte. i. caligine, tendens tibi. i. ad te, heu non tua. i. non amplius tui iuris aut in poteſtate tua palmas. i. manus inualidas, ideſt in vmbrarum tenuitatẽ redactas, & ob id reſiſtere nequeuntes, dixit. ſ. Eurydice & fugit ſubito ex oculis in auras ceu fumus tenuis cõmixtus. ſ. aeri fugit in diuerſa, ideſt diuerſas partes aeris, ita vt nihil fumi amplius appareat neq; vidit præterea. i. præter ea (vt dicunt) vicem, hoc eſt poſtea, illum, ſcilicet Orphea prenſantem, ideſt captantem ſed non capientem, prenſantem ergo, ideſt frequenter prendere conantem nequicquam ideſt fruſtra vmbras, ideſt coniugem quæ iam in vmbras diffuſa erat, & volentem dicere multa, nec portitor orci, ideſt inferni, ſcilicet charon paſſus eſt ſupple Orphea trãſire amplius paludem, ſcilicet ſtygem obiectam, ideſt interpoſitam & regionem viuorum ac mortuorum ſeparantem. Quod Seruius dicit myſticum eſſe, ideſt arcanum, ſumptum ex ſuperſtitione potius quàm ex religione priſca qua dicitur bis eandem vmbram euocari non licere. Quaſi non Eurydicen ſed vmbram eius euocarit Orpheus carminibus & incantationibus ſacris: Sane euocandarum vmbrarum mentio fit etiam in libris regnorũ vbi iuſſu Saulis euocata eſt vmbra Samuelis, de qua quid theologi noſtri cenſeant apud eos & preſertim diuum Auguſtinũ videndũ eſt. Quid facere (aporeſim Orphei recitat) hoc eſt quid putat eum tunc facere debuiſſe, vel dubitat tunc Orpheus quid faceret, & quo ferret ſe coniuge bis erepta. i. vi amiſſa ſemel à ſerpẽte, & ſemel ab inferis, quo fletu moueret. i. qua miſeratione afficeret manes, ideſt inferos, & qua voce moueret numina, ſcilicet ſupera, quidem, ideſt certe illa, ſcilicet propter quã hæc dicebat nabat iam frigida, ideſt mortua & exanguis, cymba ſtygia, ideſt qua traducebatur per ſtygem paludem, de qua. vj. Æneid. plenius dicendum erit.

PIERIVS.

℄Cum ſubita incautum dementia cæpit amantem.) In Romano cod. & in aliquot aliis ſubito, legitur, quod quidem aduerbiũ eo loco non diſplicet. ꝟTerq́; fragor ſtagnis auditus auernis.) In Roma. cod. legitur. Terq́; fragor ſtagni eſt auditus auerni, cæterum in eo literæ omnino aliquot ſuperfluę. In medic. auernis erat, nunc. ſ. vltima litera abraſa eſt, vt cũ Seruio ſentiret lectio. ꝟQuid faceret quo ſe rapta bis cõiuge ferret.) Nonnulli veteres codi. legunt. Quo ſe bis rapta cõiuge, vt euitarent vocẽ in continuatione ſermonis, quæ cõmunis eſt: cum, Rapta bis à rapto raptas, ſed monoſyllabum, bis, pleriſyllabicis illis dictionibus interiectũ, modulatius videtur adſonare. ꝟQuo fletu manes. Qui numina voce moueret.) In Romano codice legere eſt, Quos fletu manis quæ numina voce moueret. Nam illi amplius adeundi non erant, à quibus diutiſſimę cõditionis leges accæperat. Quã quam non diſpliceat, quo fletu & qua voce.

SERVIVS.

℄Ex ordine.) Sine ĩtermiſſione. ꝟDeſerti.) Aſperi, inculti. Strymon aũt fluuius eſt Thraciæ, circa quem ad extinguendum amoris morabatur calorem. ꝟHæc.) Ideſt talia qualia ipſe cõmemorat. ꝟAgentẽ carmine quercus) Ideſt mouẽtem. ꝟPhilomela.) Pro quauis aue. Nam ſpecies eſt pro genere. ꝟFlet noctem.) Iugi nocte, cõtinuo fletu. ꝟTanaimq́; niualem.) Fluuium Scythiæ. ꝟNũq̃; viduata pruinis.) Semper niuibus plena. ꝟQuo munere matres.) Nuptiali. ſ. ꝟCicones) autẽ thraces mulieres ſunt: q̃ ab Orpheo ſpretę diſcerpſere eũ ꝑ Liberi ſacra ſimulata. ꝟMarmorea caput à ceruice reuulſum.) i. pulchra. Sane alludit ad id q̃d dicit Ouid. q̃a cũ caput eius ad ripã delatum mordere voluiſſet, eſt cõuerſus in lapidem. ꝟOeagrius Hebrus.) Oeagrius fluuius eſt, pater Orphei: de quo Hebrus naſcitur, vnde eum appellauit Oeagrium.

Septem illum totos perhibent ex ordine menſes
Rupe ſub aeria, deſerti ad Strymonis vndam
Fleuiſſe: & gelidis hæc euoluiſſe ſub antris,
Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus.
Qualis populea mœrens philomela ſub vmbra
Amiſſos queritur fœtus, quos durus arator
Obſeruans nido implumes detraxit. at illa
Flet noctem, ramoq; ſedens miſerabile carmen
Integrat, & mœſtis late loca queſtibus implet.
Nulla Venus, nulliq; animum flexere hymenæi.
Solus Hyperboreos glacies, Tanaimq; niualem,
Aruaq; Rhiphæis nunquam viduata pruinis
Luſtrabat, raptam Eurydicen, atq; irrita Ditis
Dona querens, ſpretæ Ciconum quo munere matres
Inter ſacra deum, nocturnaq; orgia Bacchi
Diſcerptum latos iuuenem ſparſere per agros.
Tum quoq; marmorea caput à ceruice reuulſum
Gurgite quum medio portans Oeagrius Hebrus
Volueret: Eurydicen vox ipſa & frigida lingua,

PROBVS.

℄Spretæ ciconũ quo munere mẽs.) Cicones natio thracum, qua oppidum eſt Iſmaros. Et faciles venerare napęas Napęæ ſunt nymphæ.

CHRISTO.

℄Oeagrius.) Refert Dio. ſicu. Bacchũ inſidias Lycurgi thracẽſium regis admonitu theropis viri thracis vitaſſe, ac paulopoſt victor lycurgũ regno ſpoliaſſe, Illudq́; beneficij memor theropi tradidiſſe, q̃ moriẽs. Oeagrum filium à quo & fluuius denoĩatus eſt, heredẽ reliquit. Ex Oeagro aũt natus eſt Orpheus dicit Oeagꝛ fuiſſe pronepotẽ athlãtis ex alcione vna ex filiabus athlãtis, de Orpheo

Ah miſeram Euridicen, anima fugiente vocabat,
Eurydicen toto referebant flumine ripæ.

pheo plura alio loco diximus
eadem hic ꝙ fuit, & eiuſdẽ no
minis poeta in Arcadia, & ali
us crotonias qui cũ Piſiſtrato
Athenienſium tyranno vixit. Sunt q etiã ſex Orpheos nominẽt,
hunc autem quẽ ꝑcio habemus, ſcribunt Lybiã, & ęgyptũ pera/
graſſe & Trimegiſti Mercurij doctrinã imbibiſſe. Quamq; teſte
Cice. Ariſto. docet Orpheũ poetã nunq̃; fuiſſe, & hoc orphicum
carmen Pythagorei ferunt cuiuſdam fuiſſe Cereonis.

MANCINELLVS.

¶ Strimonis.) li. j. Geor. diximus. ¶ Mulcentẽ ti.) per id ſua elo/
quẽtia feros homines, & rapaces reuocaſſe in manſuetudinẽ, &
humanitatẽ, orphea intelligimus. ¶ Et agẽ. c. quercus.) per id ob
**Luſcinia** ſtinatæ opinionis homines intelligimus, qui nõ niſi per eloquẽ
**Philo/** tiæ vires queũt à ſua ꝑtinacia remoueri. ¶ Philomela.) luſcinio
**mela.** la hoc loco, alibi hirundo, vt latius ſupra oſtẽdimus. Philon aũt
amãs dicit. Mela vero mala, poma, ſeu oues, miſerabile carmẽ
integrat. Pli. li. x. ſcribit ꝙ luſcinijs diebus ac noctibus continuis
quindecim garrulus ſine intermiſſu cantus, denſante ſe frondiũ
germine in qua vna aue perfecta muſicę ſcientia modulatus edi
tur ſonus, & nunc cõtinuo ſpiritu trahitur in longũ, nũc variat
in flexo, nunc diſtinguitur cõcluſo, copulatur intorto, promit,
reuocatur, Plura tamẽ ibidẽ leges miranda quidẽ. ¶ Hymenęi.)
nulla coniugia, videto li. iij. Geor. ¶ Hyperboreas.) lib. iij. Geor.
**Tanais.** latius videas. ¶ Tanaim.) tanais fluuius europam ab Aſia diſiũ/
git, atq; amborum fines vtrinq; perlabens, in Boream verſus ꝑ
ſauromatas in ſcythiam vſq;, atq; in mæotidẽ paludem proten
ditur, oritur aũt ex Idrę montibus. Diony. ſcri. & Stra. lib. vij. &
lib. ix. ¶ Ripheis.) Vide lib. j. Geor. ¶ Ciconũ matres.) circa hebrũ
thracię fluuium Cicones habitant, teſte Mela. horum mulieres,
teſte quoq; Oui. li. xj. met. Orpheum, eo ꝙ fœmineum amorem
in puerorum venerẽ tranſtuliſſet, & propterea eas ſperneret fu/
rialiter laniarunt, poſt vero lyrã, & caput eius in hebrũ iecerũt.
¶ Orgia bacchi.) in Rodope thracię monte Orpheus ſonare, can/
tareq; ſolitus erat, & ibi ſacra Liberi patris Orpheo ꝑmũ initian
te celebrabãtur, vt ſcri. Mela. ¶ Orgia. bacchi. (Stra. lib. x. ſic ait,
plurimi igitur gręcorum totum cerimoniale negociũ, quod or/
gia vocant, bacchanaleq́;, & colicum: & ſacrorũ myſteria libero
patri attribuerunt, & Apollini & Hecatæ, & muſis, & Cereri ꝓ/
pter hæc Strabonis verba optime Ser. dixiſſe videt li. iiij. Ænei.
vbi ait, orgia apud græcos, ſacra omnia dicuntur, ſicut apud la/
tinos Cerimoniæ. Sed iam abuſiue ſacra Liberi patris orgia vo/
cantur, ꝑterea orge ira dicitur Orgao concito, cõcupio Orgiazo
**Oea/** orgia celebro, orgizomæ iraſcor. ¶ Oeagrius heb.) Oeagros vir,
**gros** ſiue fluuius Orphei pater, vt ipſe in argonauticis ait Dio. itẽ lib.
v. aſſerit orpheum Oeagri filiũ, & doctrina, & melodia, ac poe/
ſi exceſſiſſe oẽs quorum extet memoria, de hebro ſuperius pa/
tuit. Ser. autem ait ex Oeagro fluuio natum hebrum.

ASCENSIVS.

¶ Septem illum. Docet quæ deinceps egit Orpheus, vt iuſtã in
ſe cenſeret animaduerſionẽ Ariſtæus qui tot malorũ caput erat.
Ordo eſt, Perhibent ſcilicet poetæ aut hiſtoriographi, illum ſcili
cet Orphea fleuiſſe ſeptem menſes totos, ideſt integros ex ordi/
ne, ideſt ſine intermiſſione ſub rupe aeria, ideſt alta ad, ideſt iux/
ta vndam, ideſt fluentum aut lucum ſtrimonis illius fluuij thra/
ciæ, deſerti ſcilicet ab hominibus cum latas paludes, faciat, quas
grues habitant, vnde dictum eſt. Strimonięq; grues &c. & perhi
bent eum euoluiſſe hæc, ſcilicet quę de Eurydice dicta ſunt, ſub
gelidis antris eum dico mulcentẽ carmine, ideſt dulcedine can/
tus, tygres, ideſt ferociſſima animalia, & quercus, ideſt rigidiſſi/
mas arbores, quã fabulam Hora. in arte ſic explicat. Syluestres
homines ſacer interpresq́; deorũ Cędibus & victu fœdo deter/
ruit Orpheus Dictus ob hoc lenire tygres rabidosq́; leones. Per
hibẽt dico fleuiſſe talem, qualis Philomela auis illa dulciter que
rula, (vnde licet ſpecies pro genere. i. ea pro quauis aue ponat,
tamen videtur quidam dele/
ctus eſſe cum ea ob iniuriam
illatam potiſſimũ queratur)
mœrẽs, ideſt triſtata ſub vm/
bra populea, ideſt populorum arborũ iuxta quas. ſ. nidum fece/
rat queritur. i. voce quarula deflet fœtus. i. pullos amiſſos, quos
arator durus. i. immittis, obſeruans. ſ. matrem quo cibum affer/
ret detraxit nido implumes. ſ. priuſq; volare ſcirent, at. i. ſed illa,
ſ. philomela flet noctẽ. ſ. totam & ſedens ramo vnde nidus abla/
tus eſt, integrat. i. ſępe repetit & ex integro canit carmẽ miſerabi
le, & implet loca vicina late queſtubus. i. querelis, mœſtis. i. mœ
ſtitiam indicãtibus. & nulla venus. i. appetitus coeundi, & nulli
hymenæi. i. nouæ nuptiæ flexere animum, ſcilicet philomelę &
etiam orphei, & orpheus ſolus luſtrabat. i. circuibat ſolus gla/
cies hyperboreas. i. quæ fere ſunt circa montes hyperboreos ſu/
per quos, ſciticet boreas flat & tanaim fluuium Europã ab Aſia
dirimentem niualem. i. niuibus tectum, & arua nunquã vidua/
ta. i. priuata, pruinis. i. gelu concreto, ripheis. i. in ripheis monti/
bus exiſtentibus querẽs. i. conquerẽs Eurydicen raptã, atq; do/
na ditis qui donauerat vt in lucẽ rediret, ſi nõ reſpexit eam irri/
ta. i. fruſtrata per reſpectionẽ quo munere. i. quo officio queren/
di cum orpheus vituperaretur, matres ciconum populorũ thra
ciæ ſpretę. ſ. ab orpheo qui nequiens animum ad nouos amores
applicare fœminas deteſtatus, fingitur ad amores puerorum ſe
tranſtuliſſe, ſparſere iuuenem. ſ. orpheum adhuc iuuenem & ita
amabilẽ, per agros diſcerptum late inter ſacra deum. i. deorum
& orgia, ideſt feſta à cõcitatis celebrari ſolita Bacchi nocturni. i.
noctu coli ſoliti, quũ. i. quãdo hebrus Oeagrius. i. ex Oeagro pr̃e
orphei naſcẽs, aut ab orpheo Oeagrio dictus Oeagrius portans
caput. ſ. Orphei reuulſum. ſ. per mulieres, à ceruice marmorea. i.
candida & tereti, volueret ipſum medio gurgite. i. flumine hebri
vox ipſa & lingua frigida. i. moribunda vocabat quoq;. i. etiam
tum. i. tũc. Eurydicen vocabat dico anima fugiẽte ſub vmbras,
ſcilicet per indignationem eo quod violenta eſſet mors, ripę re/
ferebant. i. reſonabant toto flumine Euridicen. i. nomen eius ab
eo moriente ſæpe repetitum.

PIERIVS.

¶ Septem illũ totos perhibẽt ex ordine menſes. Rupe ſub aeria
deſerti ad ſtrymonis vndã Fleuiſſe,) In Ro. cod. legere eſt, fleſſe
ſibi, quippe ſolitarium deſerti ad ſtrimonis vndam nõ amplius
ad manes, Deoſue inferos exorandos, nõ ad contrahẽdas feras,
& ſuperuolantes aues, non ad agreſtiũ hominũ fœta corda miti
ganda, moresq́; cõponẽdos, expoliẽdosq́;. Sed ſibi. ſed ad cala/
mitatis ſuæ lamentationẽ, ſed ad inferorũ duriciẽ incuſandam,
Fleſſe ſibi, vt tanti doloris lenimentũ aliquod inueniret muſaꝝ
beneficio, cũ quibus ortas ait Heſiodus. λησ μοσύνην τεκακῶν ἄμπαυμάτε μερμηράων ¶ Et gelidis hæc euoluiſſe ſub antris.)
In Ro. codi. & aliquot alijs ſub aſtris, legitur. Aſtra nimirum ge
lida appellat Septẽtrionalia, ſequitur enim. Solus hyperboreas
glacies tanaimq́; niualẽ. Aruaq́; ripheis nunq̃; viduata pruinis
Luſtrabat. Quæ omnia loca in ſeptẽtriones deflexa ſunt. ¶ Qua/
lis populea mœrẽs philomela ſub vmbra.) Philomelã Seruius
pro aue qualibet poſitã ait. Sed cur non proprie de Luſcinia in/
telligamus, cui à lugubri cantu nomẽ inditũ, eadẽq; flet noctẽ?
niſi ea de cauſa dictũ à Seruio quiſq̃; opinetur, quia nõnulli vo/
lunt ex duabus ſororibus procnẽ in luſciniã, Philomelam in hy
rundinẽ eſſe cõuerſam, vt eo loco habetur. Et manibus Procne
pectus ſignata cruẽtis, quod ẽt tradit Varro. ¶ Nulla venus nul/
liq; animũ flexere hymenęi.) In Ro. co. in Medi. & aliquot alijs
anti. legere eſt, Nulla Venus nõ vlli animũ. ¶ Spretæ ciconũ quo
munere matres.) Aliquot antiqui co. ſpreto, legũt, vt ſit, ſpretis
ab Orpheo nuptijs. Seruius mauutl, ſpretæ mr̃es. ¶ Nocturnaq́;
orgia Bacchi. (In cod. aliquot anti. nocturniq;, legitur ꝑ hypal/
lagem, q̃uis nõnulli ex peritioribus, nocturna, recęperint, qua
lectione nulla fiet colliſio in, nocturnaq́; orgia, Sane vero in
Medi. nocturni, ſeriptum eſt.

Hæc Proteus: & ſe iactu dedit æquor in altum:
Quaq́; dedit, ſpumantem vndam ſub vertice torſit.
At non Cyrene. nanq; vltro affata timentem.
Nate licet triſtes animo deponere curas.
Hæc omnis morbi cauſa, hinc miſerabile nymphæ,
Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis
Exitium miſere apibus, tu munera ſupplex

SERVIVS.

¶ Hęc Proteus.) Subaudi di/
xit. ¶ At non Cyrene.) Deeſt
territa eſt: quod ex ſequẽtibus
datur intelligi. ¶ Pacẽ petẽs.)
Beneficiũ, beneuolentiã. ¶ Fa/
ciles Napæas.) Exorabiles
nymphas, ad ignoſcendum
paratas. Sane ſciendum eaſ/
dẽ eſſe Napæas, quæ & Drya/
des ſunt. Nã ſupra ait. At cho/
rus æqualis Dryadum. ¶ Inta
cta ceruice.) Indomita. Et di/
cit animalium ſacrificium eſſe
faciẽdum, vt non tantum oc/
cidantur hoſtiæ. ¶ Orphei.) Da
tiuus Græcus eſt. ¶ Lethęa pa/
pauera mittes.) Agreſtia. ¶ Pla
catã Eurydicen vitula venera
bere cęſa.) Hyppallege, ꝑ ve/
neratam

Tende,petens pacem,& faciles venerare Napæas,
Nanq; dabunt veniam votis,iraſq; remittent.
Sed modus orandi qui ſit,prius ordine dicam.
Quatuor eximios preſtanti corpore tauros,
Qui tibi nunc viridis depaſcunt ſumma Lycæi,
Delige,& intacta totidem ceruice iuuencas.
Quatuor his aras alta ad delubra dearum
Conſtitue,& ſacrum iugulis demitte cruorem,
Corporaq; ipſa boum frondoſo deſere luco.
Poſt,vbi noua ſuos aurora oſtenderit ortus,
Inferias Orphei Lethæa papauera mittes,
Et nigram mactabis ouem,lucumq; reuiſes:
Placatam Eurydicen vitula venerabere cæſa.
Haud mora:continuo matris præcæpta faceſſit:
Ad delubra venit:monſtratas excitat aras:
Quatuor eximios præſtantis corpore tauros
Ducit,& intacta totidem ceruice iuuencas.
Poſt,vbi nona ſuos aurora induxerat ortus:
Inferias Orphei mittit:lucumq; reuiſit.
Hic vero ſubitum,ac dictu mirabile,monſtrum
Aſpiciunt;liquefacta boum per viſcera,toto
Stridere apes vtero,& ruptis efferuere coſtis:
Immenſasq; trahi nubes:iamq; arbore ſumma
Confluere:& lentis vuam demittere ramis.

neratam placabis. ⁋ Præcepta faceſſit.) Facit:frequentatiuū eſt pro principali. Aut certe ideo Faceſſit, quia plures hoſtias immolauit.

MANCINELLVS.

vertex. ⁋ Sub vertice.)eſt vertex contorta in ſe aqua, vel quicquid aliud ſimiliter vertitur, inde propter fluxum capillorū pars ſumma capitis ex hoc iquam in montibus eminētiſſimum recte dixeris hæc omnia. vertices proprie tamē, vnde initiū & Fab.lib.viij.qui etiam lib.j. ſcrib. Vorſus,& vortices dixerunt antiqui, quæ primo Scipio aphricanus in, e, literam ſecundam vertiſſe dicitur, & Caper inquit, Vertex capitis eſt, vortex fluminis. At nō Cyrene ſupp. timuit, refert enim ad illud. Nanq; vltro affata timen. ⁋ Faciles.)mites placabi-

Neapęę les. ⁋ Napæas.) nymphæ ſunt proprie, quæ virgultis & floribus, delectantur. vt Oreades quæ montibus. Lactan.th.iiij.

Delubrū ⁋ Delubra.) Varro lib.viij.rerum diuinarum. Delubrū ait alios æſtimare, in quo præter ędem ſit area aſſumpta deum cauſa, vt eſt in circo flaminio Iouis ſtatoris, alios, in quo loco dei ſimulachrum dedicatum ſit, & adiecit, ſicut locum, in quo figerent candelam, candelabrum appellatum, ita in quo deum ponerent nominatum, delubrum. His à Var. præſcriptis poſſumus intelligere id potiſſimum ab eo probatum, quod ex ſua conſuetudine in vltimo poſuit, vt à dei dedicato ſimulachro delubrum cœperit nuncupari, hæc Macrobius libro tertio. ſatu. Orphei melius orphi legemus, vt in Bucol. Orphi calliopeia, De quo ibi latius. ⁋ Lethæa papa.) iam ſupra oſtēdimus. ⁋ Vuā.) Iuuena, etiam examenq; apium longa conſederit vua.

ASCENSIVS.

⁋ Hæc Proteus &c. Enarratis quæ compulſus erat enarrare à diuino ſpiritu proteus ſeſe in vndas deiecit tanquam qui iuuenem confidentem abs quo iniuriam paſſus erat ignoratione remedij punire vellet cum cauſam malorum edocuiſſet, quocirca artificioſe prēſtructum eſt à poeta vt Cyrene capta nebulis, adeſſet, omniaq; intelligeret, quæ intelligens nymphas placandas & ſciens quo ſacrificio apum inſtaurandarum modum inuenit, quia ex vitulis mactatis & in nonum diem derelictis ſubortæ ſunt. Ordo eſt. Hęc Proteus ſupra dixit quaq;, ideſt & qua, & dedit ſe iactu, ideſt impetu magno in altum æquor, & torſit ſub vertice aut capitis, quia ſe prēcipitem dedit aut ſub vertice, ideſt reuolutione aquarum vndam ſpumantem ſupra in ea parte qua dedit ſe in altum. At, ideſt, ſed Cyrene non, ſcilicet dedit ſe in altum, hoc eſt non aufugit licet eſſet nympha aquatilis derelinquens filium inconſultum & dubiū ſicut Proteus (& ita malim dicere quàm ꝙ quæſtio timuit) nanque ipſa eſt affata vltro (quod longe abeſt vt aufugeret) timentem, ſcilicet Ariſtæum O nate licet, ideſt licitum eſt deponere animo curas triſtis, ideſt quę te triſtem reddunt, hęc, ſcilitet quā Proteus dixit, eſt omnis cauſa morbi, & nymphę cum quibus illa, ſcilicet euridice, agitabat choros, ideſt choreas & feſtiuitates. in altis lucis, ideſt ſyluis ſacris & incæduis miſere, ideſt imiſerunt (media longa, eſt enim verbum præteriti perfecti temporis) hinc, ideſt ex hac cauſa apibus, ſcilicet tuis exitium, ideſt internecionem miſerabile, ideſt miſeratione dignam, tu ſupplex petens pacem, ſcilicet à nymphis & eurydicen, tende, ideſt prætende offer munera, ideſt ſacrificia, & venerare, ſcilicet muneribus, napeas, ideſt florum & virgultorum nymphas faciles, ideſt cito exorabiles, & quod preceris facientes, nanque dabunt veniam, votis, ideſt propter vota, ſed ego dicam prius, quàm oraueris, ſcilicet eas, qui ſit modus orandi. delige, ideſt de multis elige quatuor tauros eximios ideſt ex alijs exemptos (ſed proprie porci dicuntur eximij ſecundum Donatum & tauri intacti vt bidentes lecte) præſtanti corpore, ideſt habentes præſtans corpus, & delige totidem iuuencas, ceruice intacta, ſcilicet à iugo, ideſt quæ nunquam iugum traxerunt, quę depaſcūt, ideſt carpunt tibi nunc ſumma, ideſt ſummitatem lycei ſcilicet montis Arcadiæ, viridis, ideſt herboſi, per quod, oſtendit vernam eſſe tempeſtatem qua apes ita inſtaurandas prius docuit & conſtitue, ijs: ſcilicet dictis quatuor aras ad, ideſt iuxta alta delubra. i. templa dearum, (In quibus, ſcilicet earum ſimulachra, vt quidam dicunt, decorticata ſunt) & demitte, ideſt extrahe deorſum, iugulis, ideſt ex anteriori parte colli, cruorem ſacrum, ſcilicet deabus & deſere ipſa corpora boum, ſcilicet cū pellibus in lueo frondoſo, vt, ſcilicet locus ſit tepidus & tectus qualem ſupra deſcripſit & poſt, ideſt poſtea vbi aurora nona. i. noni diei (is enim etiam tūc obſeruabatur in funeribus rebus & ſacrificijs) oſtenderit ſuos ortus, ideſt illuxerit tu mittes Orphei, pro Orpheo inferias, ideſt ſacrificia quæ manibus apud inferos competunt, ſcilicet papauera lethęa. i. obliuionem inducentia, Seruius dicit agreſtia, cū ſint etiā veſca. i. quibus veſcimur (poſſet orphi legi in datiuo à nominatiuo orphes item orphei in genitiuo vt ſit diphthongus græca ſicut eus in nominatiuo, & ordo eſt, mittes lethæa papauera appoſitorie inferias Orphei) & tu mactabis ouem nigram inferis, ſcilicet gratam, & tu reuiſes lucum vbi boues derelicti erūt, & tu venerabere Eurydicem placatam, ideſt quā tibi polliceor ſic placandam, vitula cæſa, ideſt mactata. Haud mora ſignificat matrem abijſſe aut conticuiſſe illis dictis, haud. i. non mora ſup. ſit, & Ariſtæus faceſſit. i. factum it, continuo. i. ilico & eueſtigio. præcæpta matris, & venit, ideſt accedit ad delubra, & excitat, ideſt innouat aras monſtratas, ſcilicet à matre, & ducit, ſcilicet ad eas, quatuor tauros eximios præſtanti corpore & totidem, ideſt etiam quatuor iuuencas ceruice intacta, & poſt vbi aurora nona induxerat ſuos ortus mittit, orphi. i. orpheo inferias, ideſt ſacrificia inferis apta, & reuiſit lucum in quo. ſ. dereliquerat boues, vero pro ſed Ariſtæus. ſ. & qui aderant vt ſacrificulus aſpiciunt hic, ideſt in hoc loco & tempore. ſ. nona die monſtrum ſubitum, ideſt ſubito exortum & miarbile dictu, ideſt dum dicitur, videlicet apes ſtridere per viſcera boum liquefacta, ideſt reſoluta & putrefacta toto vtero, & efferuere, ideſt feruenter euolare coſtis ruptis (efferuere & ſtridere tertiæ ſunt hic inflexionis ab efferuo & ſtrido) & nubes immenſas. i. valde magnas, hoc eſt examina apium in morem nubis volantium trahi. i. contrahi, & confluere. i. cōfluxum facere iam ſup. in arborem ſummá, & demittere ramis lentis, idect pondere vibrantibus, ideſt dependre in ramis lentis. vuam, ideſt examen apum in morem racemorum condependentium.

PIERIVS.

⁋ Quatuor eximios præſtanti corpore tauros.) In Rom. cod. legitur, eximio præſtantis corpore, quod tantundem eſt. ⁋ Delige & intacta totidem ceruice iuuencos.) In longobardico, dilige legitur, quod etiā ſuperius habuimus eodé ſignificato. Sed & intactas, quippe Iuuēcas, per ſyllepſim legitur in Rom. cod. ſermone magis poetico. Quanq; & illud venuſte dictum. Intacta ceruice, quod agnoſcit Seruius. ⁋ Inferias orphei lethęa papauera mittes.) In Romano tantū cod. orpheo. latio declinatu ſcriptū eſt quod per ſynixeſin, accipietur, vt aluearia, & ferreiq; eumenidū thalami. In alijs tamen, orphei, per diplhongon eſt, vt græce ὀρφει cuiuſmodi illud etiā apud Catullum. Qualis adeſt thetidi, qualis concordia pelei. Subſequitur inde verſus.

Placatum euridicen vitula venerabere cęſa. Poſt hunc,
Et nigram mactabis ouem, lucumq; reuiſes.

Hoc

Hoc ordine habentur in cod. Longobardico, & ita diſponendos eſſe nemo non videt, quum preſertim hæc rite perfecta, quo p̄cęptum fuerat ordine, cognoſci poſſit ex eo verſu, qui totam periodum complectitur.

Inferias

Inferias Orphei mittit, lucumq; reuiſit.
Quatuor eximios præſtanti corpore Tauros.
Delige & intacta totidem ceruice iuuencos.

Eodem modo quo ſuperius. Eximio præſtantis, & intactas, & ita inferias Orpheo. In Roma. codice.

Hæc ſuper aruorum cultu, pecorumq; canebam.
Et ſuper arboribus: Cæſar dum magnus ad altum
Fulminat Euphrateñ bello: victorq; volentes
Per populos dat iura: viamq; affectat Olympo.
Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope ſtudiis florentem ignobilis oci:
Carmina qui luſi paſtorum: audaxq; iuuenta
Tityre te patulæ cecini ſub tegmine phagi.

SERVIVS.

¶ Hæc ſuper aruorū cultu.) Primum librū per hoc ſignificat: per pecora autē, tertium & quartum, quia & apes pecora ſunt. Per arbores ſecūdū. Et hoc dicit: Hæc ego, id eſt Georgica ſcripſi dum Cæſar in oriente pugnaret. ⸿ Euphraten.) Orientis fluuium. ⸿ Fulminat.) Fortiter facit. ⸿ Victorq; volētis per populos.) Vnū virtutis eſt, aliud iuſtitię. Nam vincere, virtutis eſt: volentibus imperare, iuſtitiæ. ⸿ Viāq; affectat Olympo.) Præparat ſibi diuinos honores. ⸿ Parthenope.) Id eſt Neapolis, quæ primo ex corpore vnius Syrenis illic ſepultæ Parthenope eſt appellata. ⸿ Studijs florentem ignobilis oci.) Id eſt Artis poeticæ. quam ocium appellauit ignobile, ne quid de ſe videretur arrogās dicere. ⸿ Carmina qui luſi paſtoꝝ.) Qui etiam Bucolica ſcripſi. ⸿ Audaxq; iuuenta.) Ætate iuuenili. Nam, vt diximus ſupra, vigintiocto annorum. Et bene breuiter à ſe ſcriptarum rerum executus eſt titulum.

MANCINELLVS.

¶ Hęc ſuper aruorum cultu. (Peroratio eſt, cumulum quidam: cōcluſionem alij vocant, quidam enumerationē, breuiter enim repetit totam ſimul cauſam, atq; materiam decurrendo per capita. De hac etiam Fab. lib. vj. latius ſcribit. ⸿ Ad altū Euphratē.) armeniā maiorem intelligit, in qua Euphrates oritur, vt Strab. lib. xj. atq; xvj. Cæſar autem Auguſtus, vt Florus ſcri. ad orientem verſus exercitum miſit in Armenios, medos, parthos, qui poſtea omnes cum Indis etiam Auguſti, & Romanorū ditioni paruerunt. ⸿ Volentis po.) Auguſtus virtutis, moderationisq; fama indos etiam, atq; ſcythas pellexit ad amicitiam ſuam, populiq; Romani vltro per legatos petendam, vt ſcri. Suetonius. Florus etiam & Euſebius, quæ omnia latius ſupra patuerunt. ⸿ Viamq; affectat Olympo.) Oui. quoq; lib. j. Faſt. ait. Sic petiť cœlum. per labores, ſcilicet & virtutem, vitiorumq; fugam. affectareq; inquit Feſtus, eſt pronum animum ad faciendū aliquid habere, affectat ergo viam, ideſt pręparat Olympo. i. ad diuinos honores. ⸿ Illo Virgilium.) *Virgilij patria.* Virgilius maro in pago, qui dicebatur Andes haud procul à Mantua natus, Pompeio & Craſſo cōſulibus. Cremonæ ſtudijs eruditus, ſumpta toga, Mediolanum tranſgreſſus eſt, poſt breue tempus Romam perrexit, vt ſcribit Euſebius. alij vero ſcribunt Virgilium ab Mediolano Neapolim iuiſſe, quod & ipſemet hoc loco indicat, vbi ante alios, & grece & latine eruditior factus. ſe in vrbem contulit. Oſtendit autē hic Georgica Neapoli, Æneida vero partim in Sicilia partim in Cāpania. xj. annis confeciſſe. Bucolica aūt triennio perfeciſſe aiunt, annos natum, vt Probus aſſerit. xxviij. inde inquit inferius. Audaxq; iuuēta &c. Parthenope ab tumulo Syrenis appellata eſt, vt ſcri. Plin. lib. iij. hanc Auguſtus poſtea Neapolim eſſe maluit, *Neapolis vn̄ dicatur.* vt Solinus ait. Neapolis vero idem eſt quod noua ciuitas, vt ēt Strab. docet in lib. v. Vir. tamen ſcri. quod ab ea græca voce Neapolis noua polis ab antiquis noſtris vocitata eſt. Stra. lib. v. ait, quod Neapolis dicta eſt. i. noua ciuitas, quā poſtea & Chalcidicenſes incoluerunt, & ex pithecuſis, athenisq; veniētes, vbi parthenopes vnius è ſyrenibus ſepulchrū oſtenditur, Neapoli autē quinquēnalis ſacer ille muſicus, & gymnicus cōplures per dies celebrabatur Agon. Habet & Neapolis calidarum aquarū ſcatebras, & apparatiſſima balnea, nulla ex parte Baianis inferiora. Plurimi vero è Roma Neapolim ſeceſſum faciētes, victū gręcanico ritu p̄ducebant, aut quietis & ocij gratia, preſertim q eruditioni dabāt operā, aut remiſſioris vitę deſiderio maxime quos ſenect⁹ affligebat, vel aduerſa valitudo, hæc & plura Stra. ⸿ Ignobilis oci.) literarij laboris, & ſtudij. i. poetices, hinc etiam Oui. li. iiij. de ponto ait, de Dionyſio, Ille Syracuſia modo formidatus in vrbe, Vix humili duram repulit arte famem. docuit enim corinthi. Idem quoq; lib. iiij. de triſti. inquit. Sæpe pater dixit, ſtudium, quid inutile tentas? Mœonides nullas ipſe reliquit opes. ⸿ Luſi.) ſcripſi, de quo latius tibi in Tityro, Ludere q̄ vellē. ⸿ Carmina paſtorū.) Bucolica intelligit, quod per Epexegeſim ſequēti car-

ti carmine ſuo more apertius innuit. ⸿ Audaxq; iuuēta.) Homerus in odyſſea īquit. Tū tn̄ intrato metuens nihil oibus audens In rebus melior. Turnus itē. li. x. Ænei. ad ſuos, Audētes fortuna iuuat. Et Socrates in Gorgia Platonis cenſet. *Audax.* Animā recte inſtitutā tria potiſſimū habere debere. Sciam primo. Deinde opionē prudē dentis. ſ. atq; beniuoli. Tertio audaciā. Vtq; victorinus ait, audax eſt qui in proſperis temere aliqd aggrediť, audax itē eſt ille, q prouiſis rationibus fortiter aliqd incipit, Itaq; & ad malū, & ad bonū audax referri pōt. Temerarius vero ſemper ad malū Vtq; Feſtus innuit, audacia ab auide. i. cupide agendo d cta, Audaxq; iuuēta. i. calore p̄cedit, calidus. n. ſanguis maiorē virtutē habet q̄; frigidus, vt in ſenib⁹ apparet, de quo latius li. iij. Geor. cecinit, & Cecini & cecinit in antiquis legimus vtrūq; cōuenit.

ASCENSIVS.

¶ Hæc ſuper aruo. &c. Perorans poeta operū à ſe tunc cōpoſitorū meminit, veritus forte (quod pleriſ. alijs contigit) aut ſua alijs, aut aliena ſibi aſcribi poſſe, ſimulq; cū ſūma modeſtia ſtudium ſuū aug. ſtudio cōparat, dicēs ociū ſuū. i. exercitiū poeticū quod in ocio & quiete atq; in vmbris fit ignobile, nō quidē ſimpliciter ſed reſpectu bellicæ glorię, quę romanis ſumma viſa eſt. vnde cū Romæ forū vaſto ſpecu hiaret nec alio q̄; quo plurimū roma. populus poſſet, oppleri poſſe vates canerēt ferūt (inquit Liuius ad principiū. vij. lib. decadis primæ) tū Marcū curtiū iuuenem bello egregiū caſtigaſſe dubitantes an vllū maius rōnis bonū q̄; arma virtusq; eſſet. Silentioq; facto tēpla deorū imortalium, q̄ foro iminent capitoliūq; intuentē & manus nunc in cœlū, nunc in patentes terræ hiatus ad deos manes porrigētem ſe deuouiſſe, equo deinde q̄; poterat maxime exornato inſidentem, armatū ſe in ſpecū imiſiſſe, hæc ille, quo circa & Maro noſter lib. vj. Tu regere imperio populū romane memēto, Hæc tibi erūt artes, paciq; imponere morē, Parcere ſubiectis, & debellare ſupbos. Et quia ſummā gloriā in armis cōſtituit, prius arma q̄; virū prælibat dicēs. Arma virūq; cano cum tn̄ virū prius exequatur, vnde & arma deſcripturus in ſeptimo inqt Maius opus moueo, &c. Reſpectu ergo bellorū ab Auguſto geſtorū ociū literarum ignobile cenſet ſicut & medicinæ peritum ingloriū appellat, dicens Ænei. xij. Scire poteſtates herbarū vſumq; medendi, Maluit, & mutas agitare inglorius artes. Quia igitur ſtudiū poetarum tranquillitatē amat, ideo ociū vocat, quia vero in laudē Auguſti cenſet glorioſius eſſe bene agere q̄; bene ſcribere: quia qui bene agunt dum etiam viuunt nobiles fiunt, qui vero bene ſcribunt plerunq; poſt obitum duntaxat noſcitantur, cum viuētes ſtudio dediti lateāt, aut inuidia obruanť. Sed de hac re ſatis.

¶ Ordo igitur eſt, Ego Virgilius ſup. canebam hæc. ſ. quæ præmiſſa ſunt, ſuper, ideſt de cultu aruorum vt in primo li. & pecorū, vt in tertio, & ſub arboribus vt in ſecundo (& quod nō opus eſt dicere nūc de apibus quę etiam pecora ſunt) canebam inquit ſup. tunc dum Cæſar. ſ. Auguſtus magnus. ſ. præter cęteros: fulminat bello. i. vt fulmen proſternit obſtantes: ad Euphratē. ſ. fluuium armeniæ maioris altum. i. profundum, & ipſe victor. i. voti compos dat iura, per populos volentes. i. vltro ſe legibus eius ſubmittētes, & affectat viā. i. iter hoc loco, Olympo. i. cœlo, hoc eſt ad diuinos honores (Eſt autē datiuus localis, quem nōnulli octauū vocant caſum reſolubilis in accuſatiuū mediante ad vel in) vt affectat Olympo. i. ad olympū (Olympū autem pro cœlo vſurpari alibi dictum eſt) Parthenope. i. neapolis hoc eſt ciuitas noua dicta parthenope à ſyrene illic ſepulta, dulcis. i. amœna & grata p̄pter ſtudiū alebat illo tempore quo. ſ. Cæſar ad Euphratem fulminaret: me. ſ. Virgilium authorem huius operis, florētē ſtudijs oci pro ocij, hoc eſt vacationis ignobilis. ſ. dū fit, aut reſpectu gloriæ bellicæ quā Cæſar meretur. qui. ſ. Virgilius, luſi. i. graciliter, & facili ſtilo ſcripſi, carmina paſtorū. i. bucolica, & qui audax iuuenta, ideſt iuuenili ætate, quę minus periculi ſentiens, & minus mali experta audacior eſſe ſolet, cecini te ò Tityre recubantem

bantem ſup.ſub tegmine fagi patulæ, vt in primo bucolico carmine patuit.

PIERIVS.

¶ Illo Virgilium:me tempore dulcis alebat Parthenope.) Nõ alienum fuerit à ſuſcæpti operis negocio, & quo modo Virgilij nomen ſit ſcribendum, ipſe quoq; cum tot alijs, qui argumentum huiuſmodi amplexi ſunt, quęſiero, i, ſiquidem, an, e, potius ſit huius nominis vocalis prima, literatiſſimis illis, q ſuperiori ætate claruere viris, haud parũ negocij faceſſit. Atq; illud in primis non ierim inſicias. in Roma.cod.paſſim Vergilium, & Vergilij, per e, vocalem ſecũdam ſcribi. Sed enim id ea ego de cauſa factum crediderim, ꝙ mutatio literę, i, in, e, atq; itidem, e, in, i, ſit toto eo codice frequentiſſima, vt ſublimes in æthere Niſus, pro ſublimis. Quiq; nouas alites, pro alitis. aut Phyllides ignes pro phyllidis. Tum Regidas motare cacumina quercus, pro rigidas, fuerunt enim ſęcula, quę, i, literam odio quodãmodo proſequi viſa ſunt. cõtra, quę libentius, e, per, i, literã proferre mallét. hic Mircirius, ab antiquis dictus, Varrone teſte, q nunc Mercurius: & ex eadem originatione cõmircia illi per, i, ſecunda ſyllaba, quod nos commercia per, e, libẽtius enunciare voluimus. Quid quod, eliganter ſecunda ſyllaba per, i, ſcribendum præcipit Caper, quod ab eligo deſcendat. Nemo vnus tamen dictionem ita proferre nunc auderet. Pari modo idem author, exinterauit, quod ex interioribus verbum emanarit, & ſcribendum, & pronunciandum monet, quum nos tamen τὰ ἔντερα dictionẽ grecam agnoſcamus, vnde verbum id conformauerimus. Et ne tedium afferat ſingulorum nomenclatura, ſexcenta huiuſmodi præteribimus: vt minus me moueat, quod in pandectis quoq; illis, quę nunc Florentię publice aſſeruantur, libro ipſo Iuſtiniani principis, vt creditur archetypo, nõ aliter q̃; per, e, nomen id notetur, ſint cõmentaria Tiberij donati grãdioribus notata characteribus. ſint codices alij, atq; alij, huius, vel illius authoris, in quibus, Vergilius, per, e, ſcriptũ inueniatur: ætatis quippe id conſuetudine, non ratione factum contenderim, tot alijs nominibus quod ad has literas pertinet, pro temporum varietate variantibus. Quod ſi aliqua reperiantur monumenta, in qbus Vergilij nomen per, e, notatum ſit, certe longe plura ſunt, in quibus Virgilius, per, i, legatur. Et ne de Marone dictum dubitemus, viſebatur in foro Traiani proximis his annis monumentum id, quod Honn. Impp. in Claudiani Poetæ luculẽtiſſimi memoriã erexerant, in quo præter latinam inſcriptionem, quæ facti conſiliũ, & Clandiani meritũ indicaret, græce inſup κατ᾽ ἐπιτοχὴν inciſum diſtichon legebatur huiuſmodi.

ΕΙΝ ΕΝΙ ΒΙΡΓΙΛΙΟΙΟ ΝΟΟΝ ΚΑΙ ΜΟΥΣ ΑΝ
ΟΜΗΡΟΥ ΚΛΑΥΔΙΑ ΝΟΝ ΡΩΜΗ ΚΑΙ
ΒΑΣΙΛΕΙΣ ΕΘΕΣΑΝ.

Ex quo manifeſtum eſt Virgilij Maronis nomen in monumentis publicis per, i, notatum fuiſſe. An vero memorem grecos codices in quibus Virgilij nomẽ habeatur. Sane apud Stephanum in dictione μάντυα nomen hoc per ἰῶτα legit̃ non per ἒ ψιλὸν, ἐξ αὐτῆς ἦν βιργίλιος ὁ ποιητὴς. Sed hæc perquirere non eſt cõſilium. Nam obijcient in ſuidæ collectaneis Vergilij Maronis nomen per e, legi in dictione ἀρριανὸς. qui Virgilij Georgicon metaphraſim fecit. Sed id magis abſurdum, quod in eodẽ loco Vergillius, ll, geminato legitur, βεργιλλίος vbi etiam in antiqs aliquot monumentis nõ negarim inueniri, quam q̃; id ea ratione factum eſt (de vocali tantum loquor) ꝙ Vergiliũ à virga pleriq; dictum agnoſcebant, id ſcilicet à matris, ſomnio deſumptũ, virgam vero recentiora illa tempora per, e, vt nũc quoq; vulgo dicitur, vergam, primo dicere, inde Vergiliũ eadem ſtribiligine ſcribere cœperunt. Sed enim ſi ab etymo nominis huius rationẽ petamus. Virgilio nomẽ à virginali facie, vel modeſtia inditum interpretes affirmant, eũq; Partheniata vocatum, tam veterum ſcripta q̃; inſcriptiones librorum eius oſtendunt, in quibus tot codicibus vetuſtis notatum inſpicitur.

P. PARTHENIATIS VIRGILII MARONIS.

Accedit huc epigramma græcum, quo Dido queri videtur, alienum quid Virgilium à ſui nominis ſignificatione feciſſe, quum pudiciſſimæ fœminæ tam fœdas impudicitiæ notas inuſſit, ad id enim adludit finis ille.

πιέριδες τί μοι ἁγνὸν ἐφωπλίσασθαι μάρωνα
τοῖα καθ᾽ ὑμετέρης ψεύσατο σωφροσύνης.

Quare ſiue etymon à virga, ſiue à virginali ſpecie. Vnde illi tam celebre nomen, Virgilius, per, i, ſcribi debere videtur. Quod vero apud Romanos in antiquorum monumẽtis nomen id per e, nõnunquam notatum inueniatur, vt apud Angelum colotium in eius hortis.

C. VERGILLIVS MARTANVS COLONVS.

Hos, ęquo aliquo dato iudice: percunctari velim, ſi tantum illis monumentis tribuunt, vt quicquid in illis inſpexerint, pro lege habeant, cur nõ & reliqua eodem modo ſcribenda cenſent, quo ſingula eodẽ marmore ſcripta ſunt, quippe Vergillius, ll, geminato, bone, & care, abſq; diphthongo in acquiſitiuo caſu cur, qa in alio marmore peruetuſto Romę, Q. Bergilius, legitur, nõ itidem præcipiunt, Bergilius, per b, mutãnõ per, v, digãmon ſcribendum eſſe. Nam quod alibi legatur.

M. VERGILIVS NARCISSVS
VIXIT ANN. XIIII.

Non magis me mouerit q̃; verginia, & verginius, pręter analogiæ rationem per e, quodam in monumento ſcriptum. Pari ſententia, hodie haud quaq̃; ego deana ſcripſerim, quod ad. D. Euſtachij legerim. Deanę. D. D. Neq; menerua, leber, & Mageſter, quę per e, protuliſſe veteres, Fabius atteſtat̃. Neq; Ioue datiuo caſu tam & ſi Ameriæ intra ædem ſancti Secundi notatum ſit.

IOVE OPTVMO MAXVMO
T. PETTIVS. T. F

Neq; itidẽ die, & victore, pro dij, & victori. quæ idem apud veteres Quintilianus agnoſcit. Verum ego plurima, quę ſuper hoc dici poſſent, de induſtria prætermitto. Qui certo ſciam clariſſimos literatura viros quorũ lucubrationes propediem in lucẽ ſpero prodituras, ſatis ſuperq; ijs, qui e, literã in eo nomine adamarunt, reſpondiſſe. Nos lucubrationibus noſtris in Bucolica, atq; Georgica modum imponemus, ſi duo tantum ex antiquis codicibus addiderimus. Oti, in aliquibus legi. In Romano hoc tantum loco Oci. Sed ſuper hoc ecloga prima diſputatum, eſt & illud. Tityre te patulæ cecinit ſub tegmine fagi. mutato ordine, verbiq; perſona in codicibus aliquot antiquis haberi, Tityre te cecini patulæ ſub tegmine fagi, De ſe enim totum hoc loqui poetam, id oſtendit, quod ſuperius dixerat. Illo virgilium me tempore dulcis alebat Parthenope.

P. Virgilij Maronis poetarum clariſſimi Bucolicorum, & Georgicorum: cum Seruij Mauri honorati, Probi grammatici, Antonii Mancinelli Veliterni, Iodoci Badii Aſcenſii commentariis. Adiectis nuperrime varietatibus diuerſorum textuum per Ioannem Pierium Valerianum.

FINIS.

VNIVERSITATIS

EN TIBI CANDIDE LECTOR.

# P. VIRGILII MARONIS

## AENEIS ACCVRATISSIME CASTIGATA CVM COMMENTARIIS ACERRIMI IVDICII VIRORVM,

Seruij,Donati,atq; Aſcenſij,Donati inquam ad ſuam integritatem,cum antea lacer mancusq́; eſſet,ut nunq̃ aliâs,reſtituti, in qua re hoc unum dixiſſe uelim, nos,primi libri commentaria in fronte excuſiſſe,nam nondum Neapoli ad nos comportata fuerant quum noſtra hæc excudere incœperamus.His acceſſerunt acutiſſimę adnotationes,Chriſtophori Landini, Auguſtini Dathi & Philippi Beroaldi, caſtigationesq́; & uarietates uirgilianæ lectionis, per Ioannem Pierium Valerianum olim excerptæ.

Omnia diligentiſſime ſunt excuſa,reſtitutis locis ſuis gręcis omnibus dictionibus,quę antea librariorum incuria adeo perturbate excuſę fuerãt,ut nullus inde poſſet uerus elici ſenſus,eme & fruere bonis auibus.




VENETIIS M. D. XXXVII.
MENSE IANVARIO.

UNIVERSITARIA DE GRANA

## SERVII MAVRI HONORATI GRAMMATICI IN P. V. MARONIS ÆNEIDA COMMENTARIORVM LIBER. I.

IN exponendis authoribus hęc cōſideranda ſunt: Poetæ vita, Titulus operis. Qualitas carminis, Scribentis intentio, Numerus librorum, explanatio, Virgilij vita eſt hæc. Ortus fuit patre Virgilio. Matre vero Maia: fuit ciuis Mantuanus. quę ciuitas eſt Venetiæ. Diuerſis in locis literis operam dedit. Nam & Cremonæ & Mediolani & Neapoli ſtuduit: adeo autem verecundiſſimus fuit, vt ex moribus cognomen acciperet. Nam dictus eſt parthenias omni vita probatus. Vno tamen morbo laborabat. Nam impatiens libidinis fuit primum à Virgi. hoc diſtichon factum eſt in Baliſtam latronem, Monte ſub hoc lapidum tegitur baliſta ſepultus, Nocte dieq; tuum carpe viator iter. Scripſit etiam octo libros hos, Cirinam, Ætnam, Culicem, Priapeiam, Catalecton, Epigrammata, Coppam, Diras. Poſtea ortis ciuilibus bellis inter Antonium & Aug. Auguſtus victor Cremonenſium agros qui pro Anto. ſenſerant, dedit militibus ſuis, qui cum non ſuffecerent: his addidit agros Mantuanos, ſublatos non propter ciuium culpam, ſed propter vicinitatem Cremonenſium. Vnde ipſe in Bucoli. Mantuave miſeræ nimium vicina Cremonæ. Amiſſis ergo agris Romam venit, & vſus patrocinio Pollionis & Mecœnatis ſolus agrum quem amiſerat recipere meruit: tunc ei propoſuit Pollio vt carmen Bucolicum ſcriberet: quod eum conſtat triennio ſcripſiſſe & emendaſſe. Itē propoſuit Mecœnas Georg. quæ ſcripſit & emendauit ſeptem annis. Poſtea ab Augu. Æneidem propoſitam ſcripſit annis. xj. ſed non emendauit nec edidit: vnde eam moriens præcæpit incendi. Auguſtus vero ne tantum opus periret. Tuccam & Varrum hac lege iuſſit emendare, vt ſuperflua demerent nil adderent tamen, vnde & ſemiplenos inuenimus eius verſiculos, vt hic currus fuit & aliquos detractos vt in principio, Nam ab armis non incœpit. Sed ſic.

Ille ego qui quondam gracili modulatus auena
Carmen, & egreſſus ſyluis vicina coegi.
Vt quāuis auido parerent arua colono:
Gratum opus agricolis, at nunc horrentia Martis
Arma virumq; cano,
Et in ſecundo conſtat hos verſus eſſe detractos,
Aut ignibus ægra dedere.
Iamq; adeo ſuper vnus eram cum limina Veſtæ
Seruantem, & tacitam ſecreta in ſede latentem
Tyndarida aſpicio: dant clara incendia lucem
Erranti paſſimq; oculos per cuncta ferenti.
Illa ſibi infeſtos euerſa ob pergama teucros,
Et Danaum pœnam, & deſerti coniugis iras
Permetuens Troiæ, & patriæ communis erynnis
Abdiderat ſeſe atq; aris inuiſa ſedebat.
Exarſere ignes animo: ſubit ira cadentem
Vlciſci patriam, & ſceleratas ſumere pœnas:
Scilicet hæc Spartam incolumis: patriasq; Micenas
Aſpiciet: partoq; ibit regina triumpho?
Coniugiumq; domumq; patres natosq; videbit:
Iliadum turba, & phrygiis comitata miniſtris?
Occiderit ferro Priamus, Troia arſerit igni?
Dardanium toties ſudarit ſanguine littus?
Non ita: nanq; & ſi nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna eſt, nec habet victoria laudem
Extinxiſſe nefas, tamen & ſumpſiſſe merentis
Laudabor pœnas: animumq; expleſſe iuuabit
Vltricis flammæ, & cineres ſaciaſſe meorum.
Talia iactabam & furiata mente ferebar,
Cum mihi ſe non ante alias, &c.

¶ Perijt autem Tarenti in Apuliæ ciuitate. Nam dum Metapontum cupit videre valitudinem ex ſolis ardore cōtraxit. Sepultus autem Neapoli, in cuius tumulo ab ipſo compoſitum eſt tale diſtichon, Mantua me genuit, calabri rapuere, tenet nunc Parthenope: cecini paſcua, rura, duces. ¶ Titulus eſt Æneis deriuatum ab Ænea vt à Theſeo Theſeis, ſic Iuuena. Vexatus toties rauci Theſeide codri. Qualitas carminis patet: nam eſt metrum heroicum, & actus mixtus vbi & poeta loquitur, & alios inducit loquentes: eſt autem heroicum quod conſtat ex diuinis humanisq; perſonis continens vera cum fictis. Nam Æneam ad Italiam veniſſe manifeſtum eſt, Venerem vero loquutam cū Ioue. miſſuve Mercurij conſtat eſſe compoſitum. Eſt autē ſtilus grandiloquus qui conſtat alto ſermone magnisq; ſententijs. Scimus enim tria eſſe genera dicendi. Humile, Medium, Grandiloquium. Intentio Virgilij hæc eſt Homerum imitari, & Auguſtū laudare à parētibus. Nāq; eſt filius Actię quę nata eſt de Iulia ſorore Cęſaris. Iulius autem ab Iulo filio Æneæ originem ducit: vt confirmat ipſe Virgilius dicens à magno demiſſum nomen Iulo. De numero librorum hic nulla quęſtio eſt licet in alijs inueniatur authoribus. Nā Plautum alij dicūt ſcripſiſſe fabulas. xxj. alij. xl. alij centū. Ordo quoq; manifeſtus eſt: licet quidam ſuperflue dicant ſecundum primū eē, tertium ſecundum, & primum tertium. Ideo quia primum Ilium cōcidit, poſt errauit Æneas, inde ad Didonis regna peruenit, neſcientes hanc eſſe artem poeticam: vt à medijs incipientes per narrationem prima reddamus, & nonnunq; futura præoccupemus: vt per vaticinationē. Quod & Hora. ſic pręcipit in arte poetica dicēs, vt Iam nunc dicat, iam nunc debētia dici Pleraq; differat, & pręſens in tēpus omittat. Vnde cōſtat perite feciſſe Virgilium. ſola ſupereſt explanatio, quę in ſequenti expoſitione probabitur: hæc quantum ad Æneidem pertinet dixiſſe ſufficiat. Nam in Buco. & Georgicis alia ratio eſt licet eadē ſit obſeruatio. Sciendū præterea quod ſicut nunc dicturi thema proponimus: ita veteres incipiebant carmen à titulo carminis ſui vtpote, Arma virumq; cano. Luca. bella per æma. Stat. Fraternas acies alternaq; re.

## TYBERII CLAVDII DONATI AD TYBERIUM Claudium Maximum Donatianum filium interpretationum Virgilianæ Æneidos Liber. j.

POſt illos qui Mantuani vatis mihi carmina tradiderunt, poſtq; illos, à quibus in Æneidos libris quaſi quidā ſolus & purior intellectus expreſſus eſt, ſilere melius erat, q̄; loquendo, crimen arrogantis incurrere, ſed cum aduerterem nihil magiſtros diſcipulis conferre quod ſapiat, ſcriptores autem cōmentariorum non docendi ſtudio, ſed memoriæ ſuæ cauſa quædam fauorabili ſtudio, multa tamen inuolute reliquiſſe: hæc fili cariſſime tui cauſa conſcripſi, non vt ſola perlegas, ſed vt collatione habita, intelligas, quid tibi ex illorū, quidue ex paterno labore ſequendum ſit. Non enim aut illi omnia complexi ſunt, vt res ipſa indicat, aut ego tanta compoſui, quæ te poſſint ad pleni intellectus effectum competenter inſtruere. Quo circa vt dictum eſt lege omnia, & ſi forte noſtra alijs diſplicebunt, tibi certe complaceant, quæ filio pater ſine fraude tranſmiſi.

PRimum igitur & ante omnia ſciendum eſt, quod materiæ genus maro noſter aggreſſus ſit. hoc. n. niſi inter initia fuerit cognitum, vehemēter errabitur, & certe laudandū eſt, quod idcirco incognitum eſt & latens, quia miro artis genere, laudationis ipſius dum geſta Æneæ percurreret, incidentia quoque aliarum materiarum genera complexus oſtenditur, nec tamen aliena à partibus laudis, nam idcirco aſſumpta ſunt, vt Ænęę laudationi proficerent. Hoc loco quiſquis Virgilij ingenium, moralitatem, dicendi notitiam, ſcientiā, mores, peritiamq; rhetoricæ diſciplinæ metiri volet, neceſſario primū debet aduertere, quē ſuſcępit carmine ſuo laudandum, quātū laborē, quāq; periculoſum carmen aggreſſus ſit, Talē. n. mōſtrare Æneam debuit, vt dignus Cæſari, in cuius honorē hæc ſcribebantur parens & author generis præberetur, cūq; ipſum memoriæ fuiſſet traditurus, extitiſſe Romani imperij conditorem proculdubio vt fecit, & vacuum oī culpa, & magno preconio præferendum debuit demonſtrare. Dicamus ergo quæ ipſius Æneæ perſonam deformare potuiſſent, nullum. n. Virgiliani carminis apparebit ingeniū, niſi in perſona ſuſcępti herois fuerint enumerata contraria. Incertū quippe eſſe non pōt, Æneam ſic ex Aſiæ partibus receſſiſſe amiſſa patria quā defenſare nō potuit, perditis opibus regni, tāta & illic apud Iliū, & cū genitali ſolo truderetur eſſe perpeſſum, vt cuiuis credibile



UNIVERSITAR DE GRANAD

eſſe poſſit talia illum non fuiſſe paſſurum, niſi iure deos oẽs ha/ buiſſet infeſtos, quod eſt proculdubio criminoſum, & qui ſic vitã ſuam duxerit, vt diſpliceret omnibus ſuperis, nullumq; fautorẽ ne ipſum quidem auum ſuum Iouem habere voluerit, Purgat er go hæc mira arte Virgilius & non tantum collecta in primis ver/ ſibus, vt mox apparebit, verũ ẽt ſparſa per omnes libros excuſabi li aſſertione, & (quod eſt ſummi oratoris) confitetur iſta quę ne/ gari non poterant, & ſummotam criminationem cõuertit in lau/ dem, vt inde Æneã multiplici ratione prȩcipuum redderet, vnde in ipſum poſſet obtrectatio cõuenire, Itaq; componit non vt alij putant carminis caput, ſed vt nos aſſerimus carminis thema, tan/ ta ſubtilitate artis, vt in eodẽ hoc in eius breuitate latitudinẽ ma/ gnã futuri operis demõſtraret. Cõmendat in prima propoſitiõe carmẽ ſuũ, perſonãq; ſuã, & geſta eius quem purgãdũ laudãdũq; ſuſceperat, ſimulq; partitur quid fato, quid extra fatũ perpeſſus ſit, ſubtiliter monſtrans, quæ accidunt fato, nullius poſſe virtuti/ bus ſuperari, perinde ꝙ non eſſet illius crimen, ſi expugnare fata non valuit, illa vero quę extra fatũ imponebantur aduerſantibus ſuperis & Iunone, patientia & virtute animi trãſmiſiſſe, nullũ in/ terea Æneæ ſpeciale meritũ fuiſſe oſtendit, vt Iunonẽ prius de/ hinc omnes deos ſentiret inimicos. Nã & Iunonẽ ſtrictim in the/ mate ipſo, latius aũt in carmine, fruſtra aduerſus Æneam inimici tias ſuſcępiſſe & deos cęteros ꝓdidit, nõ quaſi ſæuę Æneas men/ tis excitator, ſed reginę ſuę qualicunq; ſtudio obſequutor, vt di/ ctum eſt ſeſe promitteret, quę Æneas idẽ in terra quę in fluctibus aduerſa pertulerit, Purgata perſona, quam propria defenſiõe Vir gilius tuebatur, quod ad oratoris officiũ pertinet, diuerſæ partis hoc eſt inimicæ fuerit deformanda. huic. n. & ſęuitiæ crimen obie cit & diuturnitatis retentarum inimicitiarum appoſuit, addẽs in fine thematis ingentẽ inuidiam. ſ. romani imperij felicitatẽ emer ſuram non fuiſſe, ſi Æneas author eius, & conditor, Iunonis fa/ ctione ad plenum fuiſſet oppreſſus. Hęc te ſummatim noſſe con/ ueniat, nec arbitreris me circũuentione vſum. Cũ. n. aduerterẽ, ty rocinia tua nouitate ac breuitate expoſitiõis, inſtrui nõ poſſe, ali/ quantulũ augeri debui, vt iam ipſe quaſi quoddã prȩludiũ futurę interpretatiõis præmitterem, melius exiſtimãs, loquacitate qua/ dam te facere doctiorẽ, q̃ tenebroſę breuitatis vitio in erroribus linquere. Quem perfectum cupido cuiq; mei laboris opuſculũ, peculiaris animi quaſi quoddã hȩreditarium munus, & iura traſ/ mitto. Ac ne forte neſcias, quid tibi cõmodi ex hac traditione poſ ſit accedere, paucis accipe. Si Maronis carmina competẽter atten deris, & eoꝝ mentẽ congrue comprehenderis, inuenies in poeta rhetorẽ ſummũ, atq; inde intelligas Virgilium non gramaticos, ſed oratores prȩcipuos tradere debuiſſe. Idẽ. n. tibi (vt aliquibus locis exẽpli cã poſuimus) artẽ pleniſſimam dicendi demõſtrabit. amato eum qui multoꝝ diuerſorumq; ſcripta complexus eſt, erit operȩpretium non errare per plurimos, & ſi id placebit laudabis eum, cui licuit vniuerſa percurrere, qui ſe diuerſæ profeſſionis, & diuerſarum ſectatoribus artiũ, beniuolum præbuit peritiſſimũq; doctorẽ, habet deniq; ex eo nauta quod diſcat in officioꝝ ratiõe, habent quod imitentur patres & filij, mariti & vxores, impera/ tor & miles, Ciuis optimus, & patriæ ſpectatiſſimus cultor in la/ boribusq; reipu. optimũ quenq; & apud ſuos primum fortunas & ſalutem ſuam debere cõtẽnere, magiſterio eius inſtrui poſſunt, qui ſe aptant ad deorum cultum, futuraq; noſcẽda, hic habẽt imi tandam laudẽ qui illæſas amicitias amant, habent quã metuant notã, qui fluxa fide aut amicum fefellerint aut propinquum. Do/ cet quales debeant eſſe hoĩes, quorum præſidia in neceſſitatibus poſtulantur, ne arrogãtiæ aut inhumanitatis crimen incurrãt, nõ erubeſcendum ſi potior inferiorem roget, cum fuerit neceſſariũ. Poſtremo quoniã non poſſumus maronianæ virtutis omnia nu merata percurrere, exempli cauſa iſta dixiſſe ſufficiat. Facilius. n. cętera legendo & cõſiderando reperies, ſi prȩdicta fueris aſſequu tus, Omnia certe quæ ex eis arripere placuit, ſuis quibuſq; locis ex/ plicando tractabimus, nec te perturbent imperitorum vel obtre ctatorum Virgiliani carminis voces inimicæ, Scio nonnullos ca/ lumniari ꝙ ſnĩas ſuas Virgilius velut contraria ſentiendo diſſol/ uit. In his quippe reperiuntur qui relictis perſpicuis rebus, argu/ mentis velint contraria ipſa firmare atq; ita fictiõibus ſuis oſtẽn/ dunt ſeſe à vero intellectu longe eſſe diſcretos. Virgilius. n. ſi dixit deos eſſe & rurſum nõ eſſe memorauit, alio aũt loco poſuit eſſe, ſed nihil curare, alio vero, eſſe & curare quę hoĩes agant. Eſſe fatũ & non eſſe ſtatuta die homines mori, & interdum ante præfinitũ tempus extingui, Sentire aliqd mortuos, vel nihil eſſe poſt mor/ tem nõ aſſerentis officio ductus eſt, & pro tẽpore, pro perſona, ꝓ loco, pro cauſa, aut abſtraxit, aut certe diſſoluit, Deniq; ſi ad ꝓpo ſitum thema redeamus, Inueniemus Virgilium id eſſe profeſſum vt geſta Æneæ percurrere, nõ vt aliquã ſcientię interioris, vel phi loſophię partẽ, quaſi aſſertor aſſumeret, Interea hoc quoq; mi/ randũ debet aduerti, ſic Ænę laudẽ eſſe diſpoſitã, vt in ipſa exq/ ſita arte oĩa materiarum genera conuenirent, quo fit vt Virgiliani carminis lector rhetoricis prȩceptis inſtrui poſſit, & oĩa viuendi agendiq; officia reperire. Reſtat vt ante diſpoſitiõis inferioris in/ greſſum, & iam hoc debeat noſci. Ordinationẽ operis ſui ſic collo caſſe Virgiliũ, vt poſteriora ꝑmitus, & pria poſterius poneret, nã Siciliẽſi in pte naufragiũ deſcriptũ nõ inter ꝑmos labores Æneæ numerabatur, vſq; adeo vt ipſe idem diceret iactatos æquore to/ to Troas relliquias Danaum, atq; immitis Achilli, Arcebat longe latio multosq; per annos, Errabant acti fatis maria omnia circũ, Et ex Æneæ perſona. O ſocij neq;. n. ignari ſumus ante malorũ. O paſſi grauiora dabit deus his quoq; finẽ, Vos & ſcylleam rabiem penituſq; ſonantes Acceſtis ſcopulos vos & cyclopeia ſaxa Exper ti. & ex perſona Didonis, Nam te iam ſeptima portat omnibus er rantem terris & fluctibus æſtas. Hæc ergo quæ poſterioris tem/ poris fuere, poſuit prima, & in aliud tempus ſuperiora diſtulit, vt in conuiuio Didonis narrarentur, ne ſi prima ponerentur, odio/ ſum foret, hæc eadem inquirente Didone repetere quæ prolixita/ tis cã vitandæ ſemel dici conuenerat. Interpretemur igitur quod diximus thema, cuius prima pars eſt.

ARma virumq; cano.) In hac breuitate & anguſta propo ſitione multa cõplexus eſt, nã & poſuit & diuiſit, & in eo ipſo ſeſe cõmendat, ꝙ nõ ludicra vel turpia vt alij, ſed ſpe ctata elegerit ad ſcribendũ. ¶ Arma.) Scilicet hoc eſt ſcutũ & alia q̃ Æneæ Vulcanũ fabricaſſe perſcripſit. ¶ Virũ.) non vt ſexũ ſigni/ ficaret, ſed virum qui talia arma, tam magna pulchra habere vel geſtare potuit. ¶ Virũ.) qui romani imperij author & conditor eẽ debuerit, vel meruerit. ¶ Virũ.) q terra mariq; iactatus multa ad/ uerſa tolerando ac ferendo trãſmiſerit, Hoc loco plerịq; arbitran tur erraſſe Virgilium, vt prio rẽ, deinde perſonã poneret, q ſi Sal/ luſtium cõſideraret liberũ ratione metroꝝ ſic hiſtoriã cœpiſſe vt primo rem, deinde populi romani perſonã poneret, nunq; Virgi/ liũ criminarentur, quẽ cõſtat in propoſitiõe liberã ordinandi ha/ buiſſe licentiã, exequẽdi vero aliũ ordinẽ tribuiſſe, nã quod ait ca no, quaſi iam carmine cõpleto loqueretur, oſtendit ex aperto the ma eſſe, quod plenũ atq; perfectũ futurę conſcriptioni carminis prȩparauerat. ¶ Cano.) bis accipitur. Cano arma Cano virũ, ſed armoꝝ deſcriptionẽ primo propoſitã ſequenti diſputatiõi ſerua/ uit, & cœpit à geſtis viri adiungens hæc ſecundę propoſitioni, ne hiulcam faceret narrationẽ, Sequitur altera cũ prȩpoſitione diui ſio, vt oſtẽdat quid Æneas fatali ratiõe, quid extra fatũ perpeſſus ſit, nã fuit fati, vt perdita patria ſua ire ad Italiã, & in eã venire co geretur, quo loco Virgilius Æneã proditę ciuitatis crimine abſol uit, nulla. n. culpa eſt defenſare ne quis ſe, quod fataliter interiſſe dubitari nõ poterat, ſimul monſtrat non pœnã fuiſſe, quod Aſiæ finibus excluſus Æneas amiſſo genitali ſolo, quaſi exul trahebat in alienas terras ſed gloriã, optimũ quippe eſt, idcirco paruũ per/ dere vnũquęq;, vt minore percuſſus detrimẽto, maioris rei emo lumẽta cõquirat, certe & illud ſentiẽdũ, nõ malo fatoꝝ voto, iliẽſi imperio excidiũ extitiſſe, ſed ne eſſet quod in Aſię partibus eũ de/ tineret, qui cõſtituẽdo romano iperio dignus author & conditor parabatur. Ergo quod ait. ¶ Troiæ. q. p. ab. o. Ita. f. p. l. q;. v. Lito.) Fatoꝝ id ratiõe contigiſſe non dubiũ eſt, ſed quȩrendũ eſt cur po/ fuerit, lauinaq; venit littora, cũ nondũ fuiſſet hoc loci nomẽ, eo. ſ. tpe, quo Æneas venit ad Italiã, nõ ergo iam tunc fuerãt Lauinia littora, ſed tũc cũ geſta veteribus ſęculis Virgilius replicabat, alia Virgilio fuit cã, qua dixit primũ Æneã ad Italiã, quum conſtet ẽt alios eſſe perductos eo ante q̃ Æneas Italiã tetigiſſet, & veꝝ eſt, ſed nõ ad eã Italię partẽ, in qua ſunt lauina littora. ergo, & ꝑmus fato, qã alij ex euentu ad Italiã fuerant delati, Æneas vero cõm/ pulſus, qa ſicut multis locis eſt poſitũ, aliã terram tenere nõ pote rat, cui fuerat decreta Italia in ea parte in qua ab eo Lauiniũ op/ pidum cõditũ eſt, ergo colligitur intellectus, vt. ſ. fato, non ſemel accipiatur, vt ſit, fato perdidit patriã, fato expulſus, Fato ꝑuenit ad Italię partẽ, in qua vocitari cœperunt lauina littora. ¶ Multũ il. &. t. ia.) Aliã tenet cũ ꝓpoſitiõe, diuiſionẽ, na ſpecialiter ſcripſit in carmine ſuo quæ in terris, q̃ in pelago perpeſſus ſit Æneas, & hęc ipſa aſſerit extra fatum fuiſſe, adde. ¶ Vi ſup.) Vis. n. nõ eſt niſi cũ ſit aliqd extra leges, hoc eſt cõtra fatũ, vt aũt ex hoc quoq; ex/ cuſaret Æneã, q nihil tale de ſuperis meruerat, addidit. ¶ Sęuę. m. I. o. i.) Hoc eſt non ꝑpter Ænę aliquã culpã hęc ſuperos feciſſe, ſed vt obſequerentur ſtudio & volũtati Iunonis. Cui vtpote regi nę, vniuerſi inquã vellent partem, conſentire debuerant, & idem

velle,

velle,quod illa pſumpſerat. Purgatus ēt ergo ex iſta pte Æneas, reſtat vt ipſam quoq; Iunonē fruſtra aduerſus ipſum odiū ſuſcæpiſſe mōſtremus,in quo ipſo nō tm̄ purgatio eſt ſuſceptę pſonæ, veꝝ ēt deformatio Iunonis,quam ē diuerſo poeta cōſtituit.ait.n. ¶ Sęuę me. Iu.o.i.) Nō.n.ſęuā potentē dixit, vt alij volūt, ſed re/ uera ſęuā, q perſequeretur innocentē,& eum q nihil admiſiſſet,& eſſet deoꝝ oīum,perindeq; ipſius quoq; Iunonis antiſtes & cul/ tor,onerat eā ēt alterius criminis inuidia, ꝙ inimicitias ipſas nul/ la ex culpa ſuſceptas diutiſſime ac tenaciter retineret,pindeq; in/ dicauit,honeſtis & pbis ēt iuſtarum inimicitiarū longęuā nō con uenire memoriā,hunc locū apertius notat in qnto lib.nā cum Ve nus apud Neptunū de ipſa Iunone qreretur,ait inter cętera Iuno nis grauis ira neq; exaturabile pectus. Quā nec lōga dies , pietas nec mitigat vlla. Cōcludit mire thema ipſum,& oēm aduerſus iu nonem inuidiā cōpetenter exaggerat,dicendo. ¶ Multa.q.&.b.p. dum.c.v.In.q;.d.&c.) Vt ēt tunc bello Æneā appetiſſet,cum ciui tatē in Italia cōderet,cum inferret deos Romano īperio & ſtatui publico pfuturos,cōtraq; ſi obtinuiſſet Iuno,nec latinū genus, nec albanos pncipes,atq; ipſam romā emerſurā fuiſſe,perindeq; nec ipſum Cæſarē romani imperij habituꝝ. Vrbē de hac dictum eſt, moliri iam tecta videt,iam fidere terrę,cuius dolore cōmota Iu no excitauit per furiā bellum, ppoſito noua inuētiōe themate in quo nō ſolum q eſſet dicturus oſtendit, veꝝ ēt multiformi ratiōe diuiſiōis vſus eſt,cōmēdauit carmen ſuū,oī liberꝝ crimine demō ſtrauit Æneā,& Iunonē ex diuerſo mōſtrauit multis modis gra/ ui peruri inuidia. Ipſum aggreditur ab inuocatione muſæ ſui car minis caput,cui niſi inſtruendi lectoris cā thema pmiſiſſet,pdidiſ ſet profecto gratiā laboris ſui quū qd dicturus eſſet,lector ipſe ne/ ſciret. Interea ppoſito themati nō mirandū eſt in oībus nō rńdiſ ſe Virgiliū,cum.n.libros ſuos diſpoſita ordinatiōe pſcriberet,fine viuendi circūuentus,intentionē pfeſſionis ſuæ complere non po tuit,Albaniq; patres,atq; altę mœnia romæ,nō ſcripſit. Expoſui mus thematis textum,iam nunc ad originē carminis,caputq; re/ deamus,vt oſtēdamus Virgiliū poetaꝝ more , quod erat ſcriptu/ rus ab inuocatiōe muſę cœpiſſe. ¶ Muſa,inqt,mi.c.me.&c.) Roga tur muſa,qm̄ deum nihil latere cōuenerat,vt odioꝝ Iunonis ad/ uerſus Æneā diceret cauſas. Nullū.n.iuſtū odiū eſt , niſi quod de/ linquentis pceſſit culpa, veꝝ quod numē, vel ipſam Iunonē laceſ ſiſſet Æneas,vt quū nulla eſſet inuenta,cōfirmaret Iunonis ſæui tiā,ideoq; oppoſuit,inſignē pietate viꝝ,hoc eſt deoꝝ cultorem & ſpectatę vitę hoīem,quo loco poſſumus cōycere qd factura eſſet delinquenti,qñ ſic afflixit innoxium,quę oīa ſic in vnū rediguntę, nā iraſci cū iraſcendi cā nō ſuppetat & nō ſanari innumeris tormē tis,alienis & grauiſſimis caſibus,ſæuitia eſt nō ferenda,quod aūt in themate poſuit,ſęuę memorē Iunonis ob irā,hic quoq; confir mat,interea hoc dicendo,inſtruit hoīes ad bonā viuendi rationē. bonū.n.viꝝ iuſtus dolor debet cōmouere,& ſic inultiōe fit mode ratus,nec ipſas q̄uis iuſtas inimicitias diutius in aīo retineat,hoc hoīum genus meliore teſtimonio Salluſtius pſequitur,& cōtra/ rios occulte reprehēdit dicēs,& iniuria accepta ignoſcere q̄; perſe qui malebāt,q̄tū ergo reprehendenda eſt Iuno quæ nec accæpit Ænę iniuriā,& ſic pſequuta eſt innocentē:ēt diu inimicitias te nuit nulla pcedente offenſiōe ſuſceptas,nec tot pœnis & cruciati/ bus inſontis potuit ſanari. ¶ Tantę.n.a.c.i.) In deoꝝ mētibus leni tas ac miſericordia & pronum ad benefaciēdū votū eſſe cōuenit. Inde Virgilius admiratur cū dicit. Tātę ne animis cœleſtibus irę? Quia nec fruſtra iraſci debent,nec cōmotionē ſuā īmoderata vl/ tiōe penſare,ne grauius reprehendatur in diis,quod in hoībus di/ ſplicet. Poſt iuocationē,quā nō in adiumētū ſui carminis,ſed in fa uorē ſuſcepti ſui,Virgilius poſuit. Incipit cauſas enumerare,qs le ctor,vel auditor aduertens,inter initia ipſa cognoſcat,& Iunonē ſęuā,& deos cæteros malo ſtudio eiuſdē Iunonis nō recte aſſen ſos,& Æneā nō ſua culpa perpeſſum eſſe,q paſſus eſt. ¶ Vrbs anti qua fuit.) Primā & pncipalē cām odioꝝ Iunonis dicit,quā cōtra diſpoſitionē fatoꝝ ſuſceperat Iuno,vt quod nunc romanum īpe/ rium tenet,nō ipſa,ſed Carthago habuiſſet,ſed angebatur fortiſſi mo ſcrupulo,& futuroꝝ gnā ſciebat fatoꝝ ratiōe īpediri,ſuoſq; ꝙ emerſurus foret ex ſanguine Troianoꝝ,q opes eiuſdem Carthagi nis perderet,ideoq; cupiebat Troianos extingui,ne ad illius ipa troiana ſucceſſio pueniret,cui Carthaginis debebatur excidiū,ec/ ce ipſa pncipalis cā Æneā ſpāliter nō tenet in crimine. Cæteras vi deamus quas incidentes enumerat,q ne ipſę quidē pnt eius inno/ centiā maculare,hæc tn̄ enumerantur ad iniquitatē Iunonis expri mendā.cęteꝝ ſola illa,Carthaginis fuit, q inimicā in odiū Troia/ noꝝ vehementer vrgebat,cęteꝝ ſi aliæ nō eſſent,neceſſe erat inci/ tari ex illa ſola Iunonem,vt quod inſtituerat aduerſus Troianos exerceret,ſed ppterea alię ſunt cauſę ppoſitæ,vt cū oēs fuiſſe ab Ænee ſpāli culpa dixiſſet,ipſe Æneas purgeť melius,& Iunonis factio conatibus iniqſſimis noſcať eſſe ſuſcepta. Laudatur hic Car thago,dū ſitus eius & cętera deſcribuntur,vt oſtēdatur emergēs romanoꝝ imperium multiplici rōne opprimere potuiſſe,vel ma xime fulta fauore Iunonis pſentis. ¶ Vrbs anti.fu.) Antiquā debe mus accipere,non magnā,vt nonnullis vř,ſed prolixi tpis,vt an/ noſitate ipſa roborata ſit,atq; firmata,pindeq; potuerit romanū iperiū naſcens longæuis viribus pmere. ¶ Tyrij.t.c.) Vt pter inco las aucta ſit ēt acceſſione tyrioꝝ. Laudatur ēt à loco ac ſitu. ¶ Ita/ liā.c.t.q;.I.h.) A fortuna,diues opū,hoc eſt cui ſubſtātia ppria nō deeſſet,nec qreret alienam,à natura,& moribus,ſtudijſq; aſperri ma belli:hanc igitur parabat ęmula Iuno,cui oīs ad inferendum bellū romano iperio patebat occāſio,Iunonis furor,locoꝝ proxi mitas,rei familiaris ſubſtantia,bellatoꝝ numerus,& fiducia natu ralis,& innatū ſtudiū dimicādi. ¶ Quā Iuno.f.t.m.o.v.p.h.c.ſ.hic il.a.hic.c.fu.&c.) Tanta oſtentatiōe Iuno cōtra Romanoꝝ impe/ rium nitebatur faciens p Carthaginis opibus vt oībus eam terris & ipſis quoq; genitalibus ppoſuiſſet,deniq; inſignia numinis ſui & oē quod poterat in ea collocauerat. Vertere , hanc habet intel/ lectus expreſſam rōnē,vt nihil poſt excidiū ſuperſit,deniq; ſic & alio loco ait,q̄ te genitor ſnīa vertit? hoc eſt ſic mutauit , vt nihil pietatis remāſiſſet in ſenſibus Iouis.item oē mihi viſum cōſidere in ignes Iliū,& ex imo verti Neptunia Troia,qm̄ conſtabat nihil eius remanſiſſe poſt flāmas. Hęc vt dictū eſt pncipalis fuerat,quę ēt ſi ſola extaret,ſola poſſet aduerſus troianos aīum Iunonis vr/ gere,faciebant alię cumulū,& odium ex priore cā ſuſceptum ma gis ac magis angebat:hoc oſtendit poeta dicendo. ¶ Id metuens.) Vt firmaret quod diximus fuiſſe vnā & principalē cām,quam pri mo loco poſuit,incipit iam alias dicere. Ait.n. ¶ Veteriſq; memor ſa.b.p.q.a.t.p.c.g.a.) Vt oſtēderet Iunonē pernicioſo ſtudio labo rare,ne Troianis cōtingeret,īpune euaſiſſe poſt excidiū troiæ,vel viribus reparatis aduerſus gręcos armari,quos ilienſi bello cōſo uerat,vel fines obtinere Italię ppter Carthaginis meritum. Addi dit ſubinde aliā cām miro artis ingenio , vt ex vno Paridis facto non vnū,ſed aliud crimē videretur exortū,q quidē vexarent Iu/ nonis aīum,non tn̄ q adſcribi Ænee potuiſſent.ſic.n.plurali vſus numero vnā cām duplicem facit,nā cū Iuno in iudicio Paridis of fenſa ſit,ꝙ in malo aureo minorē ptulit deam quaſi ſit ingenium dicentis aliā,cū dicit. ¶ Iudiciū pa.ſ.q;.i.f.) Vt iniquū nō ſufficeret iudiciū Paridis,q potiori hoc eſt reginę deoꝝ oīum ptulit inferio rem,acceſſerit & formę iniuria,malū qppe aureum dicitur inſcri ptū fuiſſe,hoc munus formoſior habeto,cum ergo datum fuiſſet Veneri dupliciter offenſa eſt Iuno,vt cū eēt ſoror Iouis,natu ma ior,regina deoꝝ,cū iniuria famę ſuę obtinere nequiuerit. Cauſę er go irarū fuerunt ſicuti dictū eſt in iudicio mali aurei duæ,vna qa non obtinuit,altera qa pulchrior iudicata eſt Venus. Ira ptinet ad illā partē,qa non vicit,Sęui aūt dolores ad iniuriā formę reuoca tur. Grauiſſime qppe fœminę offenduntur ſi fæde iudicentur,de/ niq; ſatiat ipſam pte Virgili⁹ dicēdo. ¶ Manet.a.m.r.I.p.ſ.q;.i.f.) Vt non tm̄ irata videatur ꝙ victa eſt,quātū in illa parte q ad iniu riā formę pertinebat,manet ergo quod dixit ad oīa pertinet,iudi cium Paridis,iudiciū.ſ.corruptū libidinis pmio. Paridis vero ſic accipiendū,vt cōuitiū ſit non hoīs nomen.ſ.ſed qſi venalis,& in/ honeſti. Manet alta mente iniuria formę,hoc loco doctores fallū tur,nā tradunt iniuriā formę ſic. Dicunt.n. Antigonā Priami filiā ingreſſam Iunonis tēplū formā corporis ſui ptuliſſe ſimulachro deæ,quod contra eſt,nā melius eſt intelligere,quod Virgilius ha/ bet,q fabuloſa ſectari,vt iniuria formę Paridis ſit nō Antigonę. Adde. ¶ Et ge.in.) Vt ad principalem cām gementis æſtus reduce ret. ¶ Et ra.gany.ho.) Propterea quod turpiter amatus ſit à Ioue hoc loco fœdū eſt intelligere aliquid de zodiaco circulo , in quo ganymedes diciť collocatus,ne infames & effœminati inter ſan cta ſydera numerenť,& ſentiamus quod poeta nō dixit,expoſuit oēs cauſas & oſtēdit vniuerſas alienas ab Ænea,atq; vt poſterius dictas oſtenderet incidentes,ait. ¶ His a ccenſa ſuper.) Hoc eſt his accenſa ſuper illā quę fuit propter excidiū Carthaginis,& bene di xit accenſa.ignis.n.nō accēditur niſi ex nutrimētis habuerit adiu/ mentū,incipit vero narrare labores Ænee,& caſus referens,non prima,vt in themate expoſuimus,ſed ſequentia.conſtabat.n.ipſo tpe quo in tyrrheno mari nauigabat Æneas annū ſeptimū,curre re ab excidio,deniq; ipſe Poeta ſic poſuit vt oſtēderet multa pceſ ſiſſe,q nō ptermittētis aīo ſiluit,ſed rōne obſeruati carminis ſer/ uauit hęc ad Didonis cōuiuiū. ¶ Iactatos æq.to.re.d.atq;.i.a.Ar. la.) Hęc oīa ad exprimendā Iunonis iniquitatē poſuit,vt ſatiaret odioꝝ vnā & ſolam fuiſſe Carthaginis cām,q exagitata nec miſe/

ferri deſinebat nec deſereret intentionẽ ſuã:quę qm̃ nouerat expugnari ſe ratiõe fatoꝝ,nec poſſe obtinere,cupiat tñ ab ijs terris eos longe arcere malum reparandum quibus per poſteros romanum debebatur imperiũ,atq; vt ſimul iniquitatẽ Iunonis & ſęuitiam demõſtraret ait,iactatos æquore toto.Troas,relliquias Danaum,atq; imitis Achilli arcebat longe latio.nouerat.n.cõtra rationem fatoꝝ ſeſe certare,qua cã propellere cupiebat Troianos à terris Italię,quos ad plenũ ſuperare nõ poterat,inde factũ eſt vt nec miſeratiõe moueretur,vt iactatos toto mari,& eos qui ex infinito numero ad paucos fuiſſent redacti,quoſq; è manibus ſęuiſſimoꝝ hoſtiũ fortuna ſeruauerat inſidijs nõ deficientibus obtereret,quod aũt poſuit reliquias Danaũ exprimitur crudelitas inimicitię q̃ cladibus ſatiari nõ potuit,& acquiritur Æneę laus maxia, ꝙ de reliquijs Troię Romanũ quęſiuit imperiũ,perindeq; poeta cõfirmat Æneã defendere potuiſſe patriã ſuam,ſi fata nõ obſtitiſſent,cũ aſſerit in alienis terris iperium q̃ſiuiſſe.Ꝑ Multoſq; ꝑ an. Errabant acti fa.m.o.c.Tantę.m.e.ro.c.g.)Ne fatoꝝ rõne paſſi videantur q̃ cõtra fatum Iuno faciebat,ſic ordinatur ſenſus narrantis,ad condendã romanã gentẽ multos per annos errabãt maria oĩa circum,Tantę molis erat romanã cõdere gentem.Laudatur hic quoq; eoꝝ virtus,qui nec malis frangebãtur,nec diuturnitate tꝑis,& oĩa fortiter tolerabant,& ſuperatis aduerſis ad retentionẽ debiti imperij prorumpebant.Ꝑ Vix è con.ſi.te.in al.Vela da.læ.) Ordinatur ſenſus ſic.E,conſpectu ſiculæ telluris in altum vela dabãt vix læti.perierat.n.in Sicilia Anchiſes,& proxima erat Italia, dolebant Anchiſis caſum,lætabãtur aũt ꝙ haud procul eſſet Italia.Temperauit igitur vtrũq; Virgilius & expreſſit vtrũq; vt diceret.Vix læti.Ꝑ Cum Iuno æter.ſer.ſ.p.vul.Hæc ſe.)Cum.n.aduertiſſet Iuno Troianos de proximitate Italię gratulari vulnere animi,quod perpetuũ retinebat,magiſq; cœpit vrgeri,excluſa igitur ab inuentione nocendi,excluſa loco,& tempore,ſic animi ſui dolores & gemitus intimis ſenſibus enumerabat.Ꝑ Mene in.)Quales vetus & pertinax inimica cogitationes habere debuerit,nõ ſine rhetorica diſciplina poeta compoſuit.inducturus.n.ſæuientis deficientes inuentiones ad nocendũ,inducto cõparatiuæ qualitatis ſtatu per exempla aliena nocendi cõſiliã inuenta cõmemorat. cõparat ergo.Iuno perſonas,hoc eſt ſuã & Mineruæ,troianoꝝ & græcoꝝ,inimicitiarum quoque cauſas confert,græcoꝝ pœnã minerua iraſcente completã,cum troianoꝝ ſupplicijs quæ obtinere non potuerunt enumerare non ceſſat,quę plenius per ſingula diſſeremus.Me ne,inquit,in pronominibus eſt magnũ dicendi pondus,vt quod nõ apertius dicitur intelligatur,Me ne ergo,hoc eſt reginã deoꝝ & ſororẽ Iouis & coniugẽ,ſicut infra cum dolores ſuos perſequeretur,apparuit dicẽdo.Aſt ego q̃ diuum incedo regina Iouiſq;,Et ſoror & cõiũx.Hoc eſt Me ne,quod eſt.Aſt ego, Intellectus.n.pronominum ipſoꝝ vnus eſt.Incœpto deſiſtere victam?Incœpta ſunt diſpoſitiones & deſtinationes animoꝝ ſicuti Salluſtius ait.Nam talia incœpta conſultorẽ vertiſſent reipub.peſtem factura,dolet ergo intẽtionem ſuã ſine effectu defeciſſe,nec ſupereſſe iam nocendi cõſiliũ vel tꝑs.Interea bonoꝝ eſt incœpta deſiſtere,ſi tñ aut prece flectantur,aut ſpõte ignoſcãt.hoc dolet ſe vtrãq; occaſionẽ perdidiſſe,& incidiſſe quod doleret,cũ ludibrio ſ.vt ſuperata.Inde eſt quod ait.Ꝑ Deſiſtere victã,Non poſſe Italia t.a.re.)Hoc eſt dicere,ſi perdere nõ potui,debui vel ſuperare teucroꝝ regem,Italia producte proferenda vt ſit ab Italia,deducta prępoſitione,vt eſt alio loco.Bellum ingens geret Italia,hoc eſt in Italia,ita eſt hic intelligendũ ab Italia,aggreditur & comparationem pœnaꝝ,vt qui perire non potuit,vel ſecerneretur à terris Italiæ,ſit & numeri cõparatio,vt ſi plures nõ potuit opprimere, vel iuxta vnum obtineret Æneam.ſciebat.n.ſtirpi eius deberi Romanum iperiũ,& Carthaginis euerſionẽ.Ꝑ Quippe vetor fatis.) Venit ad cõparationẽ ſuam & Mineruæ,ſi.n.fata impediebant ne obtineret Iuno nec Mineruę quę fuit inferior permitti debuit,vt quod vellet efficeret.ſic ergo dixit.Ꝑ Pallas ne?)Quæ non eẽt tanti,nec tantę poteſtatis.Ꝑ Exurere claſſem ar.atq;.ip.po.ſub.pon.) Hæc eſt comparatio pœnaꝝ.Minerua potuit & naues græcoꝝ & græcos ipſos exurere.Ego vnum nec occidere potui,nec auertere ab Italia.Exurere plus eſt q̃ vrere.Vrere eſt.n.lædere aliquid flãmis.Exurere aũt penitus abolere incendio,hoc loco & oĩ occaſione confirmat poeta,Æneæ ſtirpi fuiſſe decretũ imperium Italię,cum de ſolo inducit Iunonem loquentẽ.Quippe vetor fatis. Venit rurſus ad comparationem ſuã,& Mineruæ ſimul etiã vltro ſibi obiectat,quod ſciebat obijci poſſe,quod eſt in cã artificioſum vt proponas vltro atque diſſoluas,quod potuit formidare ne ꝓteritum,vel certe ſuppreſſum dicatur purgatiõis deſperatiõe trãſitum.Ꝑ Pallas ne.e.c.ar.atq;.i.p.ſub.pon.)In ipſa comparatione perſiſtens vtitur argumento à minore ad maius.minor.n.fuerat Minerua ætate & poteſtate,cui ſi fata ceſſerũt,vt in eos quos oderat pœnas exerceret,multo magis ætate pręcedenti Iunoni ſorori & coniugi Iouis,reginæ quoq; deoꝝ oium debuerat nocendi ſinere facultatẽ.Fit cõparatio alia quum dixit.Ꝑ Vnius ob noxam & fu.)Illa propter vnũ multos cum ipſis nauibus perdidit,ego in plurimorum offenſa vnum ab Italia auertere nõ poſſum?Hic quoque laus exprimitur Æneæ,cuius tm̃ meritũ fuit,vt eius facultatem Iuno cum omnibus dijs nõ valuerit ſuperare.Cum igitur diceret.Quippe vẽtor fatis.addidit vt dictũ eſt exẽplum Mineruæ,gręcorumq; ab ea perditoꝝ exiſtimãs meoꝝ in te fata eſſe permutata,vt licuerit volenti inferre perniciem,quã fata non ſinebãt,maiorem dolorem Iunonis aſſignat,ꝙ in eodem fato Mineruam monſtrat tm̃ in ſuis doloribus potuiſſe,vt in vltione ſui ẽt fulmine Iouis vſa videatur,pœnamq; ipſam ſic exprimit,vt delicti ipſius defendat authorem,quę defenſio iram Iunonis exaggerat.qui.n.potuit defendi iniuſte,grauiſſimum ſuppliciũ pertulit,multo magis ſocij eius qui cum nauibus perierunt.Ꝑ Vnius ob noxam.)Interea pro arbitrio ſuo,& pro præſumpta Carthaginis cauſa vult cũ rege ſuo hoc eſt Ænea reos tenere Troianos,q etiam nihil ipſi cõmeruiſſent.Videamus nunc quẽadmodum Aiacis excuſet offenſam vt magis ſeſe dolendo affligeret,ſi in eo ſcõ acerbitas pœnæ cõpleta eſſe videatur,in quo non fuit grauis delicti vel culpę ſubſtantia.Furias inquit oilei.Aiax ingreſſus templũ Mineruę inceſtatus cæde & hoium ſanguine quia amore Caſſandrę tenebatur,atq; per hæc neſciebat qd mali cõmitteret ab ipſis altaribus tractã ſtupro ſacram virginẽ violauit,& quod erat grauius ſub ipſis oculis Mineruę,defenditur iſte veniali ſtatu,factũ enim manifeſtum nõ purgatur,niſi hoc genere,vt dicatur,ſi deliqt Aiax nõ erat ſuæ mentis,nec ſui conſilij.furebat.n.hoc eſt amabat,quod pathos vt dictum eſt venialiter defenditur,qcquid.n.ꝑ pathos ipſum admittitur,nõ aſcribitur homini,qui maiore vi coactus aliquid efficit,quod cõtrahat crimen.Aiacis ergo factum leuius facit,vt oſtendat veluti grauiora peccata Troianoꝝ,quæ nõ erant,deniq; cum enumeraret poeta ſuperius incidentis iracundiæ cauſas,alios dixit deliquiſſe,qui eo tempore quo Æneas cũ ſuis nauigabat,nõ affuerant,deniq; nec Paris pręſens fuit,nec Ganymedes,quoꝝ ex facto vtiq; nõ debuit alios opprimere,qui nihil admiſerant.In facto tñ Mineruæ conſideratur iraſcentis iniuſta ſnĩa,quæ non tractauit innocentium in illa pœna conſortium, dummodo cũ illoꝝ iniuſto ſupplicio perderet inimicum.Ꝑ Diſiecitq; rates euertitq; æquora ventis.)Ne ſi forte alicui contigiſſet euadere haberet nauigandi ſubſidium,alieno imperio vſa,hoc eſt cum Iouis fulmen acciperet,& imperium Neptuni fratris ſui,habuitq; in ventos iubẽdi poteſtatem,qui alterius imperio regebantur.exprimitur hic magis ac magis iraſcentis Mineruæ violentia, cum Aiacis ipſius demonſtratur interitus,vnde Iunonis animus torquebatur.perditis.n.græcis nauibus & innoxijs hominibus naufragio preſſis,debuit authoris offenſæ grauius ſuppliciũ demonſtrari,ne reus cũ inſontibus vna pariq; pœna videretur afflictus.Ꝑ Illum,inquit,expirantẽ.)Illum quod dixit,& eius nomẽ ſuppreſſit,hoc eſt quod plurimis locis diximus magnum intellectum ex pronominibus naſci,nã dicẽdo illum,hoc vult intelligi. Illum temerariũ,illum inconſideratum,illum ſacrilegum,illum prophanum,illũ qui in templo deæ,in templo virginis,añ ipſas aras,in cõſpectu numinis,regiam ſacerdotẽ intactam ſtupro violauit:expirantem transfixo pectore flammas,ſine dubio flãmas anima expirantem.Ꝑ Transfixo.)ſcilicet,ea corporis parte q̃ percuſſa facilius vniuſcuiuſq; interitus prouenit.Turbine corripuit: ſcopuloq; infixit acuto.figi.n.non potuit niſi ingẽte turbine,cum pondere atque magno ictu ſaxo fuiſſet illiſus,& hoc ad iraſcentis animum pertinet,vt cum in acutum ſcopulũ etiã moleſto fluctu iactatus hęrere potuiſſet,adderetur maior vis,quo facilius fieret, quod volebat offenſa,hic illud ẽt intelligi põt,idcirco eum infixũ ſcopulo,ne delatus fortaſſis ad littus ſepulturæ ſaltem beneficiũ reperiret.Hæc igitur ſupplicioꝝ genera propter acerbitatem Iunoni diſplicẽt,quæ volebat Aiacẽ potuiſſe defendi,quo magis ſeſe excruciat inſontem furore peccaſſe dijudicans,& arbitrata criminis obnoxios tenendos eſſe Troianos,qui nõ erant rei,cõcludit mire comparationem ipſam à perſona ſua,dicens.Ꝑ Aſt ego.)Et quã vim tenent pronomina ipſe poeta monſtrauit,cum ſequentia necteret.Ait.n.Ꝑ Quę di.in.re.Iouiſq; Et ſoror & cõiunx.)Oſtendit ergo quid ſit quod dixit.Ꝑ Aſt ego.)Scilicet q̃ oĩ genere Mineruam pręcedo,reginam.n.conſtabat cęteris eſſe potiorem,accedẽte eo quoq;,ꝙ ẽt ſi nullam reginę haberet poteſtatem,deberet ab eo qui frater eſſet,& maritus,aliquod meritum conſequi.conſtat

enim

enim mulieres amãtis acquirere dignitatẽ, ſi magni ſint & in ſummo honote, aut ptãte fuerint: per maritum aũt accedere, ſi nullus fuerit dignitatis. Cũ igitur & ipſa eſſet regina & deoꝝ rex eſſet, q ei & mariti cõſortio & germanitatis vinculo teneretur, vehemẽtiſſime mouebatur, quod deſiderata nõ valeret implere, vt autẽ rõnẽ ſuam in vnum colligeret, vtitur anacephaleoſi. Nam me ne, quod in capite poſuit: hoc eſt, Aſt ego, quod dixit in pncipijs, Incœpto deſiſtere victam, nõ poſſe Italia teucroꝝ auertere regem? hoc eſt quod memorauit, Vna cum gente tot annos bella gero? Græci.n.cũ Aiace mox vt Minerua rata eſt in vno icta perierunt. Cõplectitur ergo inter dolores ſuos & hoc quod ipſa quaſi cum ęqualibus bello contẽdens, per cõtinuos annos cõtinuas inimicitias exercẽs obtinere nõ potuerit, recte aũt poſuit. ¶ Bella gero.) Quaſi cum reſiſtentibus, quaſi cum ijs, qui ſperarent de Iunone victoriã, deniq; vt hoc pbaret, ait. ¶ Et qſq; nu. Iu.a. Pręterea? aut ſu.a.im.ho.) Hoc idcirco poſuit, vt oſtenderet per coniecturã Troianos idcirco Iunonis numen non adorare, aut aris eius non imponere ſacrificia, quod ſperarẽt ea retinẽdo ſuperaturos, hic quanta arte in medio poſuerit, pterea, debet oſtendi. nã ſic eſſe debuit, pręterea quiſq; numen Iunonis adoret, aut ſupplex aris imponat honorem? ſed vt diximus honeſtius in medio poſuit præterea, vt vtraq; cõnecteret. Certe & hoc pluribus locis oſtendimus vnam oratiõis partem nõ ſemel, ſed ſæpius accipiendam, dicemus. pręterea aut quiſq; numẽ Iunonis adoret? præterea aut ſupplex aris imponat honorẽ? vt pręterea bis accipiatur, vt certe ordinato ſenſu ſemel ponatur in capite. ¶ Talia flammato ſecum dea corde volutans.) Quum hæc Iuno tractaret, taliaq; ſecum conferret, ipſa quoque nocẽdi conſilium reperit, nec laborauit inquirere, qñ illi exemplum Mineruæ quod eſſet neceſſarium faciendum mature ſuggerit: ſed prius poeta debuit demõſtrare quantum iraſcẽtis ardores excreuerint diſputando, ſuperius quippe quum initia cogitationũ eius enumeraret, his inqt accẽſa ſuper, hic ait, Talia flãmato ſecum dea corde volutãs, plus eſt.n. flãmatum q; accenſum, vnde manifeſta vt dictũ eſt rõne monſtratur, quãtũ doloris Iunoni acceſſerit ex cõparatiõe tot modis & generibus facta. Hæc igitur cũ tractaret Iuno accæpit de exẽplo nocẽdi cõſilium, iuuabatur autem eius intentio, q troiani per id tps nauigabãt. Nymborum in patriam, &c.) Seruauit hic Virgilius perſonę rationem miro artis ingenio: ſed in ea parte non quæ competeret reginę, ſed quę cõueniret iratæ & ei, quæ nollet occaſionẽ loci & tpis perdere. nam ſi perſonam vellet oſtẽdere reginę, mittere aliquẽ ad Æolũ debuit, & iubere quod fieret, neglecta ergo ptãtis ratiõe totum aſſignat iratæ, & ei, quã cogebat vltiõis ſpes in euidenti cõſtituta, & licet iratis & flammatis ęſtibus aĩorum, nõ detur integra cõſiliorum intẽtio, tñ totũ miſcet in perſona Iunonis, vt irata nõ cõſideraret iniuriam ſuã, & deoꝝ reginã, Iouiſq; vxor & ſoror ad Æolũ pergeret, ſed ijs vt dictum eſt oĩbus ſpretis ipſa euaderet, curaret præſens, quod deſiderabat impleri. mãdata.n.ſi extitiſſent, aut negligi poſſent, aut nõ pro voluntate Iunonis procederent, aut emergente dilatiõe facti nocẽdi periret occaſio, quo loco Virgilius docet per nos metipſos agendum, quod rectius cupimus puenire, & qñ inferior perſona nobis neceſſaria eſt, ad pręſtandũ quod habet in ptãte ſeruemus & honorificentiã competẽtẽ, vt maiori ſtudio compleat quod fuerit neceſſariũ. gratulatur.n.ſibi à potiore eſſe delatum: cætera quę ſequuntur eã rationẽ tenent, vt ſciamus vẽtos cauis terrę vel montiũ contineri, Æolum regẽ poetice inducit, dicitq; ad eam Iunonẽ ſupplicem locutã, cum verba eius nõ eſſent, ſed iubentis, ſupplicem, ergo intelligendũ, q ipſa ad eũ venit. ¶ Ad quem tum Iu.ſu.) Artificioſe dixit tum ſupplex, nam tum primũ neq; alio tpe fuit ſupplex Iuno, vt indicaret propter odium Troianoꝝ, reginã iuiſſe ſupplicem deoꝝ pene minimo, & loquuta eſt hęc. ¶ Æole nãq; ti.d.p.atq; ho.) Hunc locum ſiquis attentius, diligentiuſq; diſcutiat, nihil q nõ miret inueniet. eſt.n. arte & ſubtilitate dicentis admodum ſatiatus, nã cœpit à noĩe, q ipſam nec Iunonem humilẽ, nec Æolo iniuriã facit, potior qppe ſi inferiorem ſuo noĩe vocet, & ſe beneuolam monſtret, & illi vñ gaudeat ſubminiſtret, pulchrum eſt.n. ſi inferiore in loco poſitus cognitus ſit potiori, pindeq; carus acceptuſq; mõſtratur. fecit.n. ſm artis pcæpta. Beneuolum facit & attentum, cũ dicit. Nãq; tibi diuum pater atq; hoĩum rex, Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos, nam exin de cõijcere Æolus potuit, officium ſuũ Iunoni eſſe neceſſariũ, quum ſubtilitate circũuentus audiuiſſet habere ſe in ventos pleniſſimam ptãtem. Ne aũt arrogantem faceret Iunonem, ait. Diuum pater atq; hoĩum rex, nõ dixit frater meus atq; maritus meus vt ſupra poſuit. Aſt ego quę diuum incedo regina, Iouiſq;. Et ſoror & coniux, illic.n. vbi ſecum loquuta eſt, ſi ſpecialiter hoc poſuit nullo audiente, arrogans iudicari non potuit, hic vero quum dicit. Nanq; tibi diuũ pater atq; hoĩum rex, intelligi potius voluit q; dici. non.n. apud eum loquebatur qui nõ eam noſſet, dictio aũt ipſa ne eſſet plixa, & plurimũ tpis teneret, ipſa exculte ſibi propoſuit, quæ ab Æolo poſſent excuſatiõis cã prætendi, & ipſa illis rñdet ita, vt vlterius accedi nõ poſſet, deniq; ne diceret Æolus, nõ ſunt vẽti in ptãte, præuenit antea &, ait, plenã habes in ventos licentiã, & tenendi, & dimittendi, erigẽdi fluctus, & placãdi ptãte. Nam tibi eam deoꝝ oĩum & hoĩum rex conceſſit, & tradidit, ne diceret Æolus, habeo quidem in ventos poteſtatem, ſed non mihi licet mare perturbare, quod eſt ſub alterius regno, idcirco dixit & ptãtẽ accæpiſti in ventos & maria cum volueris perturbare ĩmiſſis ventis, vel placare cum eos retinueris. Certe & illud ſentiendum eſt, nec metuas Neptunũ hac in parte quia potior eſt Iupiter, qui tibi hanc licẽtiã dedit, incipit iam inſinuare ipſam cãm dicens. ¶ Gens inimica mihi.) Oĩa pponentis & rñdentis ſtudio memorantur. hic.n. non noĩauit Æneam, ne diceret Æolus, non poſſum aliquid moliri aduerſus nepotẽ Iouis, q mihi imperium dedit. Ait ergo. ¶ Gens.) Quę gñalitas nomẽ ſpeciale ſuppreſſit, quod poterat ĩpedire deſideriũ. addidit.n. inimica mihi, nõ dixit ego ſum illius inimica, ſed ipſam cõſtituit inimicam, quaſi inferiores potiorẽ puocarent. Grauauit hoc gñe troianos, vt ẽt ipſe Æolus rerum indignitate per motus, iracundiam ſuã Iunonis cõmotioni coniungeret. ¶ Mihi.) vero quod ait hoc eſt reginæ ſorori Iouis & coniugi, q oĩa per pronomen intelligi voluit, & propter arrogantiã non apertius poſuit. ¶ Tyrrhenum nauigat ęquor.) vel quod facilius moueri in perniciem nauigantium poſſet, vel quod vicinũ eſſet Italię. ¶ Ilium in Italiam portans.) Oẽs opes ſuas oẽmq; ſubſtantiam ſecum portans, quæ ſi perijſſet per idem tps nouari poſterius nõ potuiſſet, ne vero excuſaret Æolus deoꝝ cã, quibus cogebatur inferre violentiam, addidit. ¶ Victoſq; penates.) ſcilicet metuendos non eſſe qui nec ſibi nec ſuis prodeſſe potuerant deſiderijs, de hinc ſumma ſub nectit. ¶ Incute.v.v.ſ.q;.o.p.Aut.a.d.&.d.c.p.) Expreſſit plenã ptãtẽ. nã ſi eo ordine, quo locuta eſt vellemus intelligere, nõ cohæret. ſi.n. ordinatam poſſet cõmota proferre dictionẽ ſic loqui inciperet. Æole, gens inimica mihi, tyrrhenum nauigat ęquor, Iliũ in Italiam portans, victoſq; penates, Incute vim ventis ſubmerſaſq; obrue puppes. Aut age diuerſos & diſijce corpora ponto, Nãq; tibi diuum pater, atq; hoĩum rex, Et mulcere dedit fluctus & tollere ventos. Ante oĩa tñ conſideranda ſunt quę Iuno perfici cupiebat, dicta quidem, ſed non ordine ſuo, vt apparet, eam per cõmotionem nimiã, ordinationẽ rebus ipſis dare nequiſſe. dixit. Incute vim ventis ſubmerſaſq; obrue puppes, & diſijce corpora ponto. Quod fieri neceſſe erat nauibus ſubmerſis, atq; ita nouiſſimũ ponere. ¶ Aut age diuerſos.) Vt eſſet ſicut diximus oratio recte compoſita hoc mõ, Incute vim vẽtis ſubmerſaſq; obrue puppes, & diſijce corpora põto. Aut age diuerſos deniq; hoc & ipſæ coniunctiões oſtendunt cũ dicit. Incute vim ventis. Et ponit q vt cõiungat facto factum, Submerſaſq; obrue puppes adſociat, & vt compleat effectum ſubmerſaꝝ nauiũ, & pueniat inde, Diſijce corpora ponto, Ecce ponit, Aut, diuerſę naturæ cõiunctionẽ hoc eſt diſiunctiuã, vt faciat ſeparationẽ pœnæ, vt ſi prouenire nõ poſſet, Submerſaſq; obrue puppes, & diſijce corpora ponto, pueniret ſaltẽ, Aut age diuerſos, qm̃ ſparſi nihil audere poſterius poterãt, nec ad Italiã peruenire. ¶ Sunt.m.b.ſ.p.c.n.) Vt cupiditatem & ardorem explicandę rei, qua Iuno vrgebatur oſtenderet, ad authoritatem iubentis addit & pmiũ vt multifariã de effectu ſecurior redderetur, ſed hęc dictio obliqua eſt, pulſat.n. Veneris munus, & qa propter Helenã, q fuit in alieno matrimonio, & græci & troiani perierant, nec poterat eſſe matrimonium inter ipſam & Paridem, & ſi remota apud ipſum foret, legitimam ſobolem vtpote adulteram procreare non poſſit, vſque pponit econtrario potuerunt, acute ſubtiliterq; rñdit ſingulis anteq; dicerentur occurrens. ¶ Sunt, inquit, mihi.) Hoc eſt non inuadã te pter alienũ, quod cum dedero poſterius perdas, ſed dabo quod habeo ppriũ. Subiecit deinde laudem muneris ſui, & eam ipſam multis extollit, Prĩo à numero. ¶ Bis ſeptem.) Qualitate. ¶ Præſtanti corpore.) Quod difficile fuit oẽs formoſas memorat, & eam pollicetur, q pulchritudine cæteras anteiret, dehinc à genere cum dicit. ¶ Nymphas.) Vt Helenam ratiõe ſanguinis ſuperaret, adiũgit. ¶ Cõnubio iungam ſtabili.) Vt eſſet legitimo matrimonio ſociata, & honeſtis nuptijs iuncta, quod cum ſit ſtabile matrimoniũ eſſet vnius conſortio dedicatum, ſubnectit ex hmõi coniunctione quales poſſint pcreari liberi. ¶ Et pulchra faciat te ple parentem.) Paris.n. nec diu retinere potuit, quod male fuerat cõſecutus, & ſicut dictum eſt, ſi apud

Ipſum Helena viuo marito ſuo diutius manſiſſet, ac partum ali/
quem edidiſſet, pater ex eo dici non poſſet, ex adultero.n.concæ
pti nō habent legitimum patrem. Proinde illa eſt pulchra proles,
quam profert honeſta coniunctio, hoc loco maior intellectus ho/
minis amiſſo Virgilij puro & vero, ſic ſuſpicionibus in falſam in/
terpretationem ducit, vt aſſerant pulchrā prolem idcirco Iuno/
nem pollicitam, q̄ Æolus iam turpes filios habuiſſet, quum viuo
ei, & perpetui tp̄is matrimoniū promiſiſſet, & pulchram prolē,
hoc eſt non corporis, ſed generis honeſtate decoratā, deniq; oſtē/
demus pulchram prolē non in corporis forma Iunonē eſſe polli
citam, ſed in ipſo matris honeſto cōſortio. Alio qppe in loco ipſe
Virgilius, cum originē Cæſaris aſſereret à Troianis deſcendere, &
hanc partem inter laudes eius poneret. Naſcetur, inquit, pulchra
Troianus origine Cæſar.ſ.pulchra nō corpore, ſed natalium hone
ſtate, hoc loco Virgilius docet cōtēnenda eſſe apud nos quæ ma/
gna ſunt, vt obtineamus, quæ magnopere deſideramus impleri.
¶ Æolus hæc cōtra.) Quod ait cōtra non cōtra voluntatem Iu/
nonis, ſed contra verba, noluit quippe ei parti reſpondere, qua Iu
no præmium promiſit, neque enim dixit bene me accipis, aut gra
tias ago promiſſis tuis, ne videretur etiam ipſe vt Paris libidinis
munere prouocatus, voluntati Iunonis obſecutus. item intelligi
etiam poteſt ſic contra, quia illa dicit. Nanque tibi diuum pater,
atque hominum rex, Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos.
Æolus ergo quomodo contra reſponderit, differamus. ſed prius
videndum eſt, quomodo etiam ipſe beneuolum ſe fecit ait enim.
¶ Tuus ò re. quid op. Explorare labor. m.i.c.ſ.e.) Vt eſt, inquit, di/
ſcretio inter perſonarum merita, ſic & officia diſcernuntur. tu regi
na hoc eſt officium tuum iubendo, meū vero exequendo comple
tur. Tui laboris eſt, hoc eſt tuæ curæ inuenire, quid iubeas, ſollici/
tudinis aūt meæ, dare præceptis effectum. & quod ait fas eſt, lice
bit facere, ēt ſi illicita iubeas fieri, Illa.n.dixit, Victoſq; penates.
Æolus ſic videtur contra reſpondiſſe, etiam ſi victi nō eſſent face
rem, quia quū fieri aliquid nō licet, incipit licere, ſi eius fiat iuſſu,
cui iubendi plena ptās eſt. Ecce exempli cauſa ponamus iudicium
publicum, Non licet hoīem verberare aut torquere, & qui hæc fe
cerit plectiē, ſed ſi iuſſu iudicis fiant, nullū admittitur crimen, hoc
voluit ēt Æolus dicere, illicita ſi me iubeas facere, faciā & īpune
faciā, quia regina iubente nulla obſequentē pœna ſequetur. item
contra rn̄dit dicendo. ¶ Tu mihi.q.q;.h.r.tu.ſ.i.q;.Con.) Illa.n.di
xit à Ioue accepiſti ptātem, ille in voce officioſa perſiſtens, ipſius
Iunonis vult eē quod poterat. Addidit. ¶ Tu das.e.a.di.ſ.I.q;.c.)
Ipſum, inquit, Iouem vt propitiū habeam tu facis, & vt memo
rem ſe omnium beneficiorum Iunonis, oſtenderet addidit. ¶ Tu
das.e.a.d.) Vnum videtur poſuiſſe beneficium præſtitæ humani/
tatis, ſed cumulatur alio, ſi conuiuiū cum potiore miſceatur. Ter
tio ſi cum potioribus plurimis, Quarto ſi inferior perſona nō ſe/
deat, vt fieri ſolet, ſed accumbat poſuit in fine, & hoc quod deſide/
ras tuum eſt & in tua poſitum poteſtate, perſonarum in vtraque
oratione loci quoque & tēporis habitā rationem dubitari non po
teſt.ſ. Iunonis, Æoli, Troianoꝝ, penatum victorum, Veneris, He/
lenæ, Paridis, Deiopeiæ, loci propter nobilitatem tyrrheni maris,
& Italię proximitatem. Temporis vero, ne multiloquio tractum
tp̄s opportunitatem nocendi corrumperet, deniq; breuiter Iuno
deſiderium ſuum proſequuta, & breuius rn̄det Æolus, & ꝓmiſit
effectū. ¶ Hęc vbi dicta.) & cætera quæ ſequuntur, hoc eſt vbi Iu
no & Æolus hoc dixerunt, cœpit Æolus iuſſa complere, quæ fue
runt hæc. Incute vim vētis ſubmerſaſq; obrue puppes, Et diſijce
corpora ponto, aut age diuerſos. Patefecit igitur exitum ventis,
plurimos ſimul atque diuerſę naturę, hoc eſt contrarium flantes,
atque impugnantes ſeſe fecit exire, vt confligentibus inter ſe fluc̄ti
bus regendis nauibus corpora diſijcerentur, Aut age diuerſos, im
pleri non poſſet, niſi venti vt ſupra dictum eſt impugnantes ſeſe,
Troianos diſcretos per diuerſa diſtraherent. deniq; ait. ¶ Incubue
re mari, &c.) Vt ſimul complerentur quæ Iuno mandauerat, ac/
ceſſit ad violentiam maris aliorum quoque elementorū pleniſſi/
ma perturbatio, dixit quippe. ¶ Eripiunt ſubito nubes.) Hæc ſolis
teucris acciderant, & in ſolo mari fuerant tenebræ. Confuſio qp/
pe elementorum & tetra pelagi facies ſuſtulerat diem Troianis &
cœlum. Confunditur inquit cum tenebris dies, ſubtrahitur lux ex
alienis temporibus, nox importune ſuccedit, ne contra mala repe
riri conſilium poſſet, eripitur cœlum, & vt quam in partem nite/
rentur gubernatores ipſi neſcirent, eo amplius tonitrua mitteban
tur, & fulgura, & vt inter multiplices metus Troiani deſperatio/
ne poſſeſſi nihil aliud ſperarent q̄; mortem, idcirco dixit. ¶ Into/
nuere poli.) Inter hæc quales cogitationes habuerit Æneas, vel
cuiuſmodi animo aut corpore ſenſerit pathos poeta deſcribit. Ait
enim. ¶ Extemplo Æneæ.) Alij frigus pro timore intelligunt po
ſitum, quod cōtra eſt, nam ſi timuit Æneas mortem, derogatum,
eſt virtuti ac meritis eius. Frigus ergo dixit ꝓprie, quod naſceba/
tur non ex caſu euidētiſſimæ mortis, ſed ex leui genere, quod cru
ciabat animum viri fortis, qui optabat potius glorioſe in campo
occumbere, q̄; in fluctibus ignobiliter interire. Recte ergo non ti/
morem, ſed verū frigus debemus intelligere, quod oriebatur ex
tot aduerſis, quæ corporis calores extorſerant. Incipit iam dolo/
res ſuos exprimere, vt appareat, quòd in illis periculis gemeret.
¶ O terq; quaterq; beati.) hoc eſt multifariam felices, dicuntur
iam cauſæ. ¶ Quis ante ora pa.) Ex his quæ ſecundo libro ſcripta
ſunt, conijcere poſſumus Polytis illum feciſſe mentionem, qui
ante patrem ſuum Priamum Pyrrhi cæde procubuit, & quia pa/
tria potiore loco inter parentes numeratur. ¶ Troiæ, inquit, ſub
mœnibus altis.) Hoc eſt cum altitudo mœnium ſtaret. ¶ Conti/
git oppetere.) Ideſt contigit interire, reliquerunt ergo incolumē,
quod bono ciui glorioſum ſolatium eſt in interitu ſuo integrum
ſtatum ciuitatis propriæ reliquiſſe. Altis ergo poſuit vt oſtende/
ret integram adhuc ciuitatem, ipſe enim Æneas campos non alti
tudinem dimiſit. nam in tertio libro cum ingenti gemitu ait. Et
campos vbi Troia fuit. Et quia pathetica fuit continua dictio per/
ſeuerare non potuit, cum dicturum fuiſſe intelligamus, quod do/
lebat. Ideſt ego autem amiſſa patria, in fluctibus perdita gloria,
moriturus ſum, atque vt hoc confirmaret ait. ¶ O Danaum fortiſ/
ſime gentis.) Tamen rurſum ad aliud raptus eſt dicens. ¶ Tydide,
me ne iliacis.) Ex his infelicem ſe exiſtimans, qui hunc exitum vi
tæ habere non meruit, & ignobili mortis genere vir fortis in pe/
lago fuerat moriturus, hoc ne complere quod coniectura colli/
gimus, fluctus interuenit, qui vocem loquentis occluderet, eſſet
enim vitium poetæ, ſi finitis querelis Æneæ, fluctum faceret ſu/
perueniſſe, denique ſimilia alijs locis etiam. Poeta poneret. Ait
quippe, Hæc dum Dardanio Æneæ miranda videntur, & alibi,
Talia fundebat lachrymans, dum enim conſideraret Æneas pi/
cturas templi, dum Andromache loqueretur ſermones ſuos aut
dolores, imperfectis his Dido ad templum proceſſit, & Helenus
extra vrbem. ergo ait. ¶ Talia iactanti.) Hoc eſt, adhuc loquenti
interuenit vis fluctuum, nec ſiuit Æneam explicare, quæ voluit.
Cæterum ſi compleſſet, diceret felices qui in Troia perierunt, &
infelicem qui eſſet periturus in fluctibus. ¶ Stridens Aquilone.)
Deſcripſit aduerſa omnia, quæ nauigantibus accidunt cum è di/
uerſo tempeſtas interuenit. ¶ Hi ſummo in fluctu pendent.) Flu/
ctibus vario motu venientibus aut erigebantur naues aliæ per
tumorem maris, & in ſublime ferebantur, aut vſque ad imum
deprimebantur aliæ, cum vi vndæ ſubſiderent. ¶ Furit æſtus are/
nis.) Non ſolum vndæ, verumetiam ima pelagi, tempeſtatum fu
roribus exagitabantur. Fit iam quod Iuno voluerat, nam cœ/
perunt diuerſi agi, denique poſuit. ¶ Tris notus arreptas.) Qua/
ſi peritus locorum & nauigationis poſuit ab alto eurus ducebat
in ſyrtes, hoc eſt de medio pelago, aliter enim non poteſt, vtpo/
te qui flatus habeat ex orientis partibus in quibus ſunt & ſyrtes,
eo nauigia cogere vnde potuit reuocare, ſex igitur naues aliena/
tæ ſunt à cæteris vna turbata primitus in qua nauigabat Æneas,
nunc caſus octauæ deſcribitur. ¶ Vnam, inquit, quæ lycios, fi/
dumq;, &c.) Vt compleretur quod poſitum eſt, ſubmerſaſq; ob/
rue puppes, & diſijce corpora ponto, perit ergo amicus Æneæ
& ante ipſius oculos, quia illi non contigerat, interire naufragio
fidum ſibi periſſe conſpiceret, atque eo caſu dolore afficeretur,
excuſatur Orontes, ne per imprudentiam nauem ſecum perdi/
diſſe putaretur, nam quum ingens pontus hoc eſt vis maior &
veniens à vertice nauem opperuiſſet quod à dorſo fuerat, caue/
ri non potuit. Iam validam Ilionei nauem, iam fortis Achatæ.
¶ Et qua vectus abas.) Has ſpecialiter cum eorum nominibus po
ſuit, qui in his potiores nauigabant, & vno caſu ferebantur di/
cendo. ¶ Omnes accipiunt.) Oſtendit vnam omnium cauſam, &
ſimilem fuiſſe fortunam, vt autem non plene obtineret factum
ſecundum mandatum Iunonis, Neptuni datur occaſio, qui non
tantum iniuriam ſuam reuocaret, verumetiam Troianis pereun/
tibus ſubueniret, Ibiq; deſcribitur compleſſe Æolum, quæ Iu/
no mandauerat quum dicit. ¶ Diſiectam Æneæ.) Statim ſentit
vnde hęc, hoc eſt cuius dolo eſſent perfecta fratrem enim ſororis
peſſimum ſtudiū non latebat, vocauit ventos ad ſeſe & hmōi ha/
buit obiurgationē, q̄ erit pathetica, vtpote cōmoti & irati, abſci/
ſa, hoc eſt non continua, nec compoſita, breuis etiam, ſubueniētis
enim in tali cā beneficiū, multiloquium non quęrebat. ¶ Tanta ne
vos generis.) Incipit ab inuentiōe. Hoc.n.genus materiæ non ha
bet principiū & crimen exaggerat dicēs, eos non ſolū ſua, ſed hæ/

reditariā quoq; ſectari temeritatē, q̄d genus vitij q̄m̄ naturale ē, nō poteſt emēdari. volunt.n. ventos patres habuiſſe, q quum bellū dijs intuliſſent, diuerſis ſupplicijs perierunt. Ait ergo. ❡Tanta ne vos.) Vt ipſoꝝ eſſet crimē q̄d admiſerant, eſſet ēt originale ſanguinis, & generis. ❡Tenuit fidu. veſt.) Et licet parentū peſſimorū geſta nō maculent filios, polluunt tñ ſi patrum ſuoꝝ inſtituta ſectent. Iā cœlū terraq;.) Obſcura dictio eius ac breuis, q loquebat iratus, & q ad ſedādū tumorē pelagi feſtinaret. deniq; tranſijt, & ab alioꝝ iniuria elemētoꝝ, a q̄bus eū cōſtat alienū. venit iā ad ſpeciale admiſſum quod regnū eius imperiūq; turbauerat. ❡Meo, inquit, ſine nu. ven.) Meo ſine numine, hoc eſt cōtempto me, vel cōtra volūtatē meā. Venti abiecte ꝓnuntiandum eſt, vt conuitiū ſit nomen, ꝓbatio autem admiſſi criminis admirabiliter poſita, vt q̄d vrgebat nō aſſereret verbis, ſed ipſis aſpectibus ſubderet dicendō. ❡Tātas audetis tollere mo.) Duo pronoia cum pondere ſūo. nā quos, hoc eſt ſceleratos, & ex peſſimis genitos, & cætera, quæ ſentiri ſimiliter p̄nt. Ego idem impator loci, & q ſum de potioribus dijs, & cum in eos diceret, excogitabat pœnā, ne inde ſaceret, nihilominus ꝓdicit vltionē fore ne ſecuros dimitteret, vel ne inualidum demonſtraret, ſi neq; vltus eſſet in præſentia, haud futuræ vltionis non ꝑmitteret metum, addens cās dilatę pœnę, ꝗ eſſet melius primo dilata cōponere, dehinc redire ad vindictā. Ait ergo. ❡Sed motos præ. com. flu.) Si aliquid ſequenti tp̄e auſi fueritis, nō vt nunc verbis vos arguam, ſed vos ſeuerius iudicabo. ❡Maturate fugam hoc eſt celeriter remeate. Regiq; hęc dicite ve.) Sæuūq; tridentē, Metuēdum. mittit ipſi regi cōuitia ac mādata, deformans regni ipſius ꝑtātem & ꝑſonam. ❡Tenet ille ima. ſa. illa ſe iactet in aula Æolus, & clau. ven. car. reg.) Non regnum habet rex veſter inquit, ſed ſaxa deſerta, nec habet aulam, ſed cuſtos eſt carceris. ❡Dicto citius tumi. æquo. pla.) Effectus obiurgationis & dilatę pœnæ cōtinuo extitit, vt dicto citius placidū fieret mare. ❡Collectaſq; fu. nu. ſo. redu.) Omnium elementorū remouit iniuriam, datur huic facto poetarum more cōparatio, atq; ex ea occaſione tractatur. cuius meriti & grauitatis eſſe debeat, q in patria ſua retinet principatum. ❡Ac veluti, magno.) Non eſt ſęuientibus populis iam ventum ad ꝑniciem & furētes viderint virum præſtantem meritis dicto eius & ꝑſuaſionibus acquieſcunt, Sic omnis pelagi fragor conquieuit ſub autoritate rectoris. Præſtitit interea neptunus q̄d potuit liberauit naues & ꝓcurata pelagi trāquillitate ſalutem troianis poſt picula dedit, fugatis quoq; nubibus & reducto ſole hoc poſitum eſt, quia meminerat ſe Virgilius dixiſſe Eripiunt ſubito nubes cœlumq; dieq;. Hoc q̄dem neptunus præſtitit, ſed aliud euentus aduexit. Nā delati ſunt ad oras libyæ hoc eſt ad eam terrā partem, in qua iuno colebatur inimica, perindeq; in caſum deteriorem cōiecti ſunt. Defeſſi ęneadæ.) Defeſſi hoc eſt licet feſſi admodum, nitebanť tñ tendere ad terrā, nequa iterum vis emergeret, qua cā proxima littora capere maturius ꝑperabant, Contendunt poſuit, vt oſtēderet ipſius curſus difficultatem, quem ſatis feſſi cōplere nitebanť, vel maxime, q̄a in aqua difficilior greſſus eſt ꝑperantibus curſum. ❡Eſt in ſeceſſu. lon. lo.) Fit loci deſcriptio, nō ſupflua ſed negotio ipſi neceſſaria, nam nō oīa eius, ſed aliqua referuntur. placiditas quippe fuerat pelagi procurāda, ꝓpter cōtracta nauium vitia, & horrendā quaſſationē, hanc ꝑbebat obiectus laterū, ſecretū vero ꝓficiebat ad eam partē, qua cauēdum erat ꝓp regiones incognitas hoc dabat longitudo ſeceſſus, aqua vero & copioſa, & optima, ꝓp vſus hoīum. hanc efferebat nympharum domus, ꝓp ardores autē ſolis neceſſaria fuerant quæ præberet hoībus defenſionē, miniſtrabat iſtam naturale antrū, & opacitas nemoꝝ, tantumq; poterat oportunitas loci, vt illic naues, nec retinaculis tenerenť, nec ponderibus anchorarum, Idcirco præmiſit. Quibus omnis ab alto frangitur locus, Sed oīs vnda ab alto. Inq; ſinus ſcindit ſe ſe vnda reductos. nō oīs abalto frangitur & ſe ſe in ſinus ſcindit, ꝓcurante hoc ipſum altitudine laterū, Ab alto id eſt ab ea parte, qua cōtinuum fuerat mare. admiranda ergo breuitas & cōtinens oīa neceſſaria. ꝗ aūt oīs locus, q in deſcriptiōibus venit, quatuor habeat partes, deſcriptę ſunt oēs. nam oſtēdit latera duo dicēs. Obiectu laterū, Tertiam partē a tergo qua fuit ingreſſus. Quibus oīs ab alto frangitur, inq; ſinus ſcindit ſeſe vnda reductos, Hinc atq; hinc vaſtæ rupes, geminiq; minantur in cœlum ſcopuli, quorū ſub vertice, late ęquora tuta ſilent, tum ſyluis ſcœna coruſcis Deſup, horrētiq; atrum nemus imminet vmbra. Omnia hęc tribus lateribus aptantur. Quartā partē ex aduerſo poſuit dicens, Fronte ſub aduerſa ſcopulis pendentibus antrum. Intus aquæ dulces viuoq; ſedilia ſaxo, Nympharū domus. Cōpetentia ſedilia & loco, & perſonis, in nympharū domo, vt dulcedo aquæ, & ſedendi opportunitas venientē reficeret, nō tantū animo verum etiā corpore. Intelligere aūt debemus, quod in oībus locorū deſcriptionibus curandū eſt, locū iſtum ſic poetam deſcripſiſſe vt ingredientem hunc morē etiā Salluſtiū tenuiſſe manifeſtū eſt. vbi dexterā vel leuam dicit a tergo & a fronte ſe velut conſiſtentē in vno loco faciat. quę oīa mutabuntur, ſi deſcribens mutet ſpeciem ſtandi. nā ſi ſe ſe cōuertat, ſit ſiniſtra quę deſcripta eſt dextera, quę fuerat leua. Fit rurſum a fronte quod poſterius fuit, & quod fuit a frōte in poſteriorē ſpeciem cōmutatur. Addidit deſcriptioni ſuiſſe ſcopulos duos altitudinis immenſæ. neceſſaria.n. fuerat huic negocio altitudo aliqua, ex qua latitudo pelagi poſſet attendi, eorum ingrendorum cauſa, q ab ænea fuerant cum nauibus ſeparati, nemorū quoq; denſorum ſit cōmemoratio, & præter oculorum & animi delectationem, tuitionē quoq; metuentibus exhiberent, & receptos facerent nō videri. Hunc igitur locum æneas ingreſſus eſt, collectis vt ſuperius ait ſeptē nauibus ex omni numero, ſcilicet ex decē & nouē, vna enim de viginti ſub oculis ipſius perierat, recte autem collectis dixit, in locis quippe diuerſis fuerat, vna ſcilicet in qua ipſe æneas fuit, tres vero de ſaxis & ſyrtibus tres. Videamus quid ęneę adſcribatur, q̄a virtutes eius non occaſione laudantur, vel quid aſſignetur cæteris, ❡Egreſſi, inqt, optata potiun. troes arena.) Recte dixit optata potiuntur troes arena. Qui contraria in perturbationē pelagi videant, cum eorū nauigio vſq; ad imum deprimerenť. Subijciuntur iam actus ipſorū, alij inquit corpora ſua & tabida ſale membra ſolatio littorū conſouebant. quod autem dixit, artus tabentes ſale, a contrario poſuit. ſal enim carnem corrumpi non patitur, ſed inuetus eſt caſus quo fieri poſſet, vt tabeſcat ſale, quod ſeruari conuenit, aqua enim maris q̄uis ſalſa, quum corpus non ſeruaret, admiſit corruptionem. Alij ergo dixit ſuſi per littora. ❡Ac primum ſilicis ſcintillam.) Achates inquit procurabat ignem, vt corruptum fluctibus & aqua madidum frumentum ſiccari, & frangi poſſet. Hic errant male interpretantes & diſputando peſſime ſuum confitetur errorem, dicendo præpoſteram ordinationem poſuiſſe Virgiliū. Quum prius ſit frangere ſaxo, hoc eſt molere, poſtea vero torrere flammis, quaſi panē coquere, ſed quum torrere conſtet dixiſſe Virgiliū, non coquere, proculdubio recte poſuit torrere prius, & poſt frangere. meminerat enim ſe de naufragijs loqui, & dixiſſe ſuperius. Omnes accipiunt inimicū imbrem rimiſq; fatiſcūt. perindeq; madidum habuiſſe frumentū, quod niſi igne mature ſiccari non poſſet, nec poſſe madidū moli, recte ergo dixit parant prius torrere, vt poſſet ſaxo confringi. Deſcripſit actus aliorum. Videamus quos æneas habuerit, & cū quanta eius laude deſcribantur. Iſte.n. ſolus aut nō ſenſit vim pelagi, aut ſolus de refectione animę aut corporis non cogitauit, quin potius aliū quoq; laborē arripuit. intelligendum hoc loco altitudinē ſcopulorum idcirco eſſe in loci deſcriptione propoſitā, vt non tantum eſſe maior proſpectus ex ſummo, verum etiā vt æneæ laudationi altitudo ipſa proficeret, cuius virtus, & animi, & corporis tanta extitit, vt laſſis oībus, & de cibo, & requie cogitantibus, ſolus nō fugeret laborē, & difficiles aſcēſus & prolixos agreſſus ſit. Arripuit ergo altitudinem ſcopuli, neq; ab aſcendendi labore reuocatus eſt. Dummodo locus ille ex ſummo ſocios forſitan in ſubiecta latitudine pelagi demonſtraret errantes. Æneas ſcopulum interea conſcendit. &c.) Quod ait nauim in conſpectu nullam tris littore ceruos proſpicit, proſpicit bis accipiēdum eſt, vt ſit nauim nullam ꝓſpicit, ſed ceruos. Fidus q tela gerebat Achates, aut in p̄ſti aderat, & gerebat aut quia ipſe excudendo igni operam dabat, & remanſerat. merito dictum gerebat, vt æneas tunc portaret tela quæ achates ſolitus erat ferre. Quū igitur nullū ei nauigium in latitudine ſubiecta pelagi appāruiſſet, euentus ceruoꝝ gregem repēte monſtrauit, quod ipſum opportunū viſum eſt, non ad vſum ſuperfluū, neq; ad aliquā venandi voluptatem, ſed qa inde ꝓcurari potuit indigentibus ac feſſis ſubſidium victus, vt ex his aliquos æneas occideret. ſeptē ergo maiores ſtrauit, in quibus alimoniæ maior poſſet eſſe ſubſtantia, multos præterea paruulos interemit. Interea videamus quemadmodum de ipſis ceruis loquutus ſit poeta. Reprehendunt.n. temerarioꝝ voce, quod dixit, a tergo ſequuntur, & reuera vitium eſt, non poetæ, ſed peſſime ꝓnuntiantium. nam tres ceruos errantes in littore ſequebanť alij, alij a tergo per valles paſcebantur, ponamus iā verba ipſa cū pronuntiatione ipſa, & ordinatione. Tris littore ceruos proſpicit errantes, hos tota armenta ſequuntur. Eos ſcilicet tres, cum ipſis q per litus errabāt, alios vero a tergo paſcētes deſcribit. ꝑ valles vt ſit ordo, & a tergo longum ꝑ valles paſcitur agmē. nō.n. oēs errabāt, aut oēs paſcebātur, ſed alij ſubrepti fuerāt ex oculis eius, alij

vero

vero fuerant poſt ipſum,ſubijciamus exēplum,ſimili ei vſus eſt
Theſtylis &,hoc eſt Et Theſtylis,& rapido feſſis meſſorib⁹ ęſtu.
Puppibus & læti nautæ impoſuere coronas . & puppibus Item
ſubito quum tabida mēbris,hoc eſt quū ſubito,ipſi quoq; nume
ri gregum diuerſitatē ſignificat.de errantibus qppe pluraliter di/
xit,Armenta ſequunt̃,de paſcentibus vero ait.Et a tergo lōgum
per uallē paſcitur agmen.peius autem poetæ vitium foret ſi non
feciſſet locoꝝ & numeroꝝ ſeparationē,nec fieri hoc vitiū debuit,
nec factum eſſe manifeſtū eſt,tanq̄ immemor ſui, ſingulari nu/
mero cōcluderet,quod pluralē ſumpſerat deſcriptionē . In litto
re.n.poſitos dixit pluraliter,hos tota armenta ſequunt̃, in valli/
bus vero paſcitur agmē,ſingulari numero expreſſit.huc accedit,
qa qui paſcitur nō errat,& qui errat nō paſcit̃, peracta neceſſaria
ceruoꝝ ſtrage,hoc eſt quæ omnibus troianis vberē victus ſubſtā
tiā præbere potuiſſet.⁋ Hinc portum petit.) Remeat ad naues in
quit,& ceruos,quos interfecerat,diuiſit inter ſocios.hic intelligi
tur ꝙ breuiandæ narrationis cā,prætermiſit Virgilius tranſlatio
nē corporū , ait.n.occidit ceruos & perrexit ad portū, & viritim
dedit ſocijs,quum vtiq; partiri non poſſet,niſi quod fuiſſet ante
tranſlatū,ex eo ipſo tñ intelligit̃ factū,licet dictum nō ſit, vel cer
te conſcriptū.partitus ergo ceruoꝝ corpora inter oēs.non.n. quē
ꝗ debuit prætermittere.Tantus aūt amor eius in ſocios fuit , vt
ſibi nō fecerit partem.⁋ Vina bonus&c.)Ordinatur ſenſus ſic,de
inde diuidit vina,quæ bonus aceſtes onerauerat cadis littore tri
nacrio atq; abeuntibus dederat,bonū interea debemus intellige/
re,bonum ciuē,bonū largitorē.deniq; idcirco poſuit,cadis one/
rarat,vt oſtēderet ex ipſa cadoꝝ prætermiſſa numeri taxatiōe ſi/
gnificari,plurimūvini fuiſſe qđ datum eſt.quod autē dixit onera
rat,hoc intelligendum,vinum accipiētibus profeciſſe,nō quātū
bonus largitor dare voluit,ſed quantum troiani ferre potuerūt,
quos iam ſpēs ipſa honorauerat.ꝙ vero poſuit,littore trinacrio,
intelligere poſſumus dandi ſubſtantiā præbuiſſe vbertatē ſoli,qđ
iuuabat dantis voluntatē.Dederatq; abeuntibus.Excępto ſcilicet
eo qđ in ipſos iam fuerat impenſum,cū ibidē degerent,Iis de/
derat affatim,quos nō fuiſſet iteꝝ viſurus,perindeq; nō habitu/
rus occaſionē alterā largjendi,Hic conijci pōt ab ipſo Aceſtę da/
tum eſſe frumentū,qm̄ ſupra dixit,Tū cererem corruptā vndis,
Et torrere parant flāmis,& frangere ſaxo,non.n.poterat fieri, vt
vir tam copioſæ liberalitatis ſolū vinū ſuis abeuntibus daret.⁋ Et
dictis mœ.pe.mul.) Quis.n.in tædio animi & in calamitatib⁹ po
ſitus libenter cibum ſumeret?Sed quoties iſta ſunt , illa ſunt, illa
pſona ſolet interuenire cōſolantis,q̄ ab ipſis malis aliena eſt , ſed
iſtic & locus & tp̄s & perſona cōſideranda ſunt.nā locus ſimili/
tudinis fuit,tpis rō vrgebat,vt deberēt alimonia cōfoueri,quos
ſuperius feſſos aſſeruit,perſona quoq; extrinſecus deerat,quę cō
ſolatione vteret̃,reuocat̃ ergo cōſolandi officiū ad æneæ pſonā
tanto moderamine,vt neq; ſe ſatis triſtē oſtenderet, atq; ipſos a
conſolatione deijceret,neq; a doloribus immunē,ne in qua cā a
mœroribus ſe oñderet alienū.Tractatur hic & eoꝝ perſona,quos
dixerat feſſos.recens.n.pathos nō poterat mœrentiū pectoribus
ſemel eradi.Dictis inquit mulcet quod.n.penitus, grauiſſime fue
rat inflictum,nō valebat auferri,ſed mulceri potuit, vt cibus ſu/
meretur.ſumpto enim cibo,qui prouiſus affatim fuit , acceden/
te etiam vino & multo & bono,ſperabatur more humani inge/
nij ventura relaxatio aīoꝝ,Certe quātū diſtet ipſa cōſolatio,quæ
ab ea perſona proficiſcitur,non quæ ſit ipſis mœroribus vacua,
ſed quæ maloꝝ ſocietate iungatur,ipſe Virgilius demonſtrat.Va/
cuæ quippe a doloribus perſonæ pōt e diuerſo rñderi terentiano
dicto,Tu ſi hic ſis,aliter ſentias.Quum autē a ſocio malorū om/
nium præfertur,& accipi attentius pōt,& patiēter audiri. deniq;
ſic cœpit.⁋ O ſocij neq;.n.igna.) Magno artis ingenio æneæ per/
ſonā dicentis inducit,nouerat.n.odioſum illum eſſe laborantib⁹,
vtpote,cuius cā vniuerſi trahebantur per tot aduerſa, & tantorū
tporum tractu.ponit ergo primū O ſocij,ſocios,hoc in loco me/
lius intelligimus laboꝝ,ꝗ cōgregationis.hoc.n.dicere vr̃,ſocius
veſter ſum,in perferēdis malis,nihil ſine me aduerſi ſenſiſtis,om
nium vobiſcū particeps fui,debetis audire quæ dicam,quia vo/
biſcum hæc pertuli.diximus ergo quid ſignificet ſocij . dicemus
admirandam conſolandi inuentionē.Nam quum ſit infortunio/
rum dura cōmemoratio , & diſcriminum repetitio vehementer
odioſa,exulcerans magis eoꝝ corda,qui paſſi ſunt, commemora
tioni iungit poeta cōparationem,vt dicta ipſa medicinæ potius
animorum,ꝗ exulcerationi proficerent.Aliter enim doloris pręſentis aſperitas leniri non poſſet , niſi grauiorum malorum in/
ducta enumeratio oſtenderet,ferenda eſſe in pręſenti,quę leuius
accidiſſent.addidit ſubſtinendi cōſuetudinem nutriſſe ſine dubio
patientiam,dum aſſidue mala ferendo,trāſmiſſa ſunt.non ergo
ſuperflue,ſed neceſſario poſuit duo.neq; enim ignari ſumus ante
malorum,O paſſi grauiora,propter ferendi conſuetudinem , ꝑꝑ
maloꝝ cōparationem,Omnis enim incōmodorum nouitas gra
uius animos peruertit,ferendi vero cōſuetudo quidquid accide/
rit facilius tolerat.⁋ Dabit deus his quoq; fi.) Vltro ipſe reſpondē
di ratiōi occurrit,potuit enim dici,ꝗ diu hæc patiemur?vel, quā
do mala ipſa iuenient finem?Incipit iam facta malorum ipſorū
comparatione grauare,præterea & præſentia tenuare,vt hoc ge
nere perſuaderet mœrentibus quod volebat,& a generali propo
ſitione ad enumerationem ſpecialem tranſitum facit. ⁋ Vos,in/
quit,ſcylleam rabiem.) Scyllam eſſe conſtat in pelago,ſed non vt
poetæ deſcribunt,neq; vt ipſe Virgilius poſuit vſq; ad pubē , ſub
humani corporis forma,& ab inguinibus vſq; ad finem canibus
armatam,ſed locum ſæuis horrendiſq; ſaxis obſeſſum quem qs
ſi incurrerit,perit.Troianis cōtigiſſe Virgilius poſuit euaſiſſe lo/
ci illius immanitatem,quam non euaſiſſent,niſi quia ſucceſſibus
proſperis ſeruabantur.Addidit.⁋ Penituſq; ſonantes Ac.ſcopu.)
Vt oſtenderetur exiſtente fortunæ ſuffragio,ex intima ſaxorum
ipſorum parte liberatos.⁋ Vos & cyclo.ſa.Exper.) Cyclopes hu/
mana ſpecie,ſed vltra humani corporis formam, hos pleniſſime
poeta ipſe eorumq; feritatē in tertio libro ſcripſit cum vno ocu/
lo,cruda autem carne,membris quoq; occiſorum hominum ve
ſcentes,quos euaſiſſe troianorum futura proſperitas fecit, Velut
ergo æneas hæc fuiſſe grauiora a quibus cum iam troiani diſſi/
mulaſſent perſuadet diſſimulanda eſſe quæ volebat eſſe leuiora.
⁋ Forſan & hęc olim.) Delectabit nos cum ad ꝓſpera veniemus
etiam hæc inter mala numerare.Hic ſciendum eſt olim habere ſi
gnificationem trium temporū,præteriti , præſentis & futuri ex
quibus priſco more olim manifeſtum eſt præteritum tēpus oſtē
dere.Virgilius nunc ait olim meminiſſe iuuabit,vt ſignificaret fu
turum,pręſens vero tempus oſtendit dicendo.Eſt procul in pela
go ſaxum,ſpumantia contra, Littora quod tumidis ſubmerſum
tunditur olim fluctibus,hyberni cōduntvbi ſydera cauri.Hoc eſt
cum occidentium ſyderum fuerint tempeſtates exortæ tenditur
inſuper.⁋ Per varios caſus.) Quando neceſſe eſt ad bona ꝑ mala
tranſiri,proſperaꝝ ſpe toleranda ſunt aduerſa: vel maxime cum
ſpondetur otium ſempiternum.a tempore fecit comparationem
bonorum & malorum.Cum.n.in aduerſis ſit breuiſſimum tem
pus,tranquillitatis vero perpetuum,facile perſuadere potuit,vt
amicos a mœrore reuocaret.Poſt hęc reſpondet ipſe his quæ poſ
ſent opponi e diuerſo,atq; ita quę dicēda neceſſario fuerant op/
portunius obtinerēt.Facilius.n.perſuaſio neceſſarijs fulcta robo
ratur,ſi vltra ingeras.ſed iuſte diſſoluas quod de diuerſo ad vi/
ctoriam parabatur.Quippe troiani laborē & ſalutis pericula me
tuentes,dicere poterāt,quolibet loco cōſtituamus idē & nō tra/
hamur cū exitio noſtro per diuerſa,idcirco ipſe poſuit.Tēdimus
in latiū,ſedes vbi fata quietas Oſtendunt illic fas regna reſurgere
troiæ.Dicendo troiæ fata proculdubio demōſtrat fatalē diſpoſi
tionem humanis nixibus ſuperari non poſſe.Proinde eſſe acquie
ſcendum rebus fatali ratiōe definitis.Interea cum dicit fata quie
tas oſtendunt & euadendi & perueniendi ſpem hoc genere polli/
cetur effectū quoq; oīum magno effectu cōcludit dicendo. Illic
fas regna reſurgere troiæ.Sola illa terra,inquit , digna eſt in qua
reſurgat imperium troiæ.Durate & volſmet rebus ſeruate ſecun
dis.Durate,vt tranſactis incōmodis ſurgentem troiam nobis vi/
dere contingat & perpetua tranquillitate gaudentem.Seruat ad/
huc poeta rōnem decurſo perſuaſiōis textu.Ait enim.⁋ Talia vo
ce refert.) Non enim,quod locutus eſt hoc animo retinebat. Mē
titus eſt,īquit,vultum ſuum,vt quos fregerat mœror, regius ſer
mo firmaret.Angebatur inquit dolore ꝗ maximo,& hunc altis
ſenſibus retinebat abſtruſum.Videri enim debuit perſuaſor ante
omnes reieciſſe mœſtitiæ partem,ne perſuaſionis effectum per/
deret,ſi ipſe intelligeretur tenere ſenſibus ſuis,quod aliorum mē
tib⁹ aliqua ex parte deſiderabat excludere. Vtrūq; ergo ſeruauit,
& quod ſocijs ad conſolationem fuerat neceſſarium,& quod re/
gi congrueret.Nā ſatis reprehenſibilē faceret ęneę perſonā ſi ſine
fraude hilarem diceret,aut purgato doloribus corde quem con/
ueniebat in ſua cauſa plus affligi,ꝗ cæteros. Dehinc oſtenditur
quantū potuit illa conſolatio.⁋ Illi,inquit,ſe p̄dę accin) . Quod
nō faceret niſi mœrore depoſito, Anxius .n. amicus nec victum
nec refectionē aliquā q̃rit. Incipit iā diuidi ꝑ officia ꝓcuratio epu
laꝝ.Neq;.n.delicioſæ dapes,aut irritamēta gulę fuerāt adhiben/
da ſed refectio procuranda naufragorum & eorum quos inedia
& mala pelagi omnis moras compellebant abrumpere.⁋ Ter/
gora diripiunt co.) Vtrūq; eodem tp̄e faciebant,alij detrahebant
coria,

coria,& nudabāt carnem,& anteq̄ omne corpus appareret. alij
execabant partes,& vt plenā properationē monſtraret addidit.
¶ Verubuſqꝫ tremen.fig.) Figebant,inquit,virgis ferreis tremen
tia viſcera.hoc eſt in quibus adhuc aliquis ſpiritus teneretur, qđ
factum oſtendit eos de torrenda carne cogitaſſe.¶ Littore ahena
locant alij.) Alij vero cū aqua imponebant igni vaſa ænea vt eli/
xam facerent carnem.hęc enim coquendis viſceribus maturitatē
præſtant.deniqꝫ mox epularum prouentu procurato,vires labo
re & fame perditas reuocabant,inuadentes in ea quæ ferina pin
gnis, & vini copioſi & veteris atqꝫ optimi bonitas ſuggerebat.
hoc eſt quod ait.¶ Tum victu reuo.vi.) Tanta autem illis aduer/
ſa ſic in obliuionem venerant,vt per herbas fuſi plus ſibi indul/
gerent,q̄ refectio poſtulabat.id aūt præſtitit ipſa perſuaſio cōſul
ti regis. Ferina caro,quam præſtare cæteris manifeſtum eſt,ea/
demqꝫ pinguis,hoc eſt quæ non tantum natura,verum ēt quali/
tate appetentium animos irritabat.vini etiam ſpecies cui multi/
plex acceſſerat gratia a tempore,qualitate & quantitate,nā & ve
tus fuerat & optimum & abundans,deniqꝫ ſic poſuit.¶ Implen/
tur vere.bac.) Vltra malum ſibi ſimul omnia ingerebant intantū
vt non ſufficeret occurſum eſſe naturæ,ſed vltra modum ſumerē
tur,quæ ſuppeditantium bonitas & copia ſuggerebat. ſubnectiť
dehinc moralitas & aliud alij regi datur. Poſituꝫ eſt qppe.¶ Poſt
quam exem.fa.) Quū enim fame & laſſitudine premerenť,deſpe
raſſent etiam de ſalute ſua nullius eos niſi propria cura tāgebat.
refectis ergo venit in mentem recordatio ſociorum,quorum de
morte fuerant incerti.quod autem dixit, Inter ſpem & metū in/
certi,ſpes pertinet ad vitam,metus ad mortem, Æneæ cōtra ma
ior animi virtus exprimitur,qui nec cibum ſumpſit,nec diſſimu
lare a perditis potuit,nec eoꝝ curam depoſuit,qui forſitan pote/
rant ſupereſſe,idcirco ait.¶ Præcipue pius ęneas.) Quod ait ſu/
pra,ſpem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem. hoc etiā
ipſe dixit,ſecum gemebat ſingulorū caſum,ne frangeret animos
cæterorum,& quū maximus apud eum dolor eſſet,tm̄ virtute te
gebat gemitus ſuos.¶ Et iam finis erat.) Epularum.ſ.& fabularū.
¶ Cum iupiter ęthe.ſum.) Iupiter ex ſuperiori parte hoc eſt cœli
reſpiciens mare ac terras intuebať actus hominū,& qđ gererent
conſiderabat,qua occaſione arrepta venus troianis, amplius q̄
antea triſtior & lachrymis internos animi dolores atteſtans, ſic
ad ipſum inſtituit loqui. Ipſe eſt.n.verus & maximus dolor, qui
ante vocis exortū lachrymis præcedentibus nuntiatur.Opportu
nitas aūt fuerat interpellandi,quia tunc Iupiter curabat quę age
rentur in terrris,quas troiani tenuerant.¶ O qui res hominumqꝫ
deumqꝫ).Hęc materia vehementer artis ſubtilitatis plena eſt, &
habet non tm̄ perſonarum,verum etiam rerum diligētiſſime ſer
uatam rationem,hic enim loquiť venus ad iouem ſi priuatā per
ſonam ponamus filiam apud pr̄em,ſi publicam inferiorem deā
apud deorum omnium & cunctorum hominum regem,& cer/
te vicit quod publicum fuit.tractat ergo perſonas vt dictum eſt,
& ſubtilem inuidiam concitat,ꝙ quum ſit deorum oīum iupi/
ter,& hominum rector,ac non īmerito debeat curare quid dij,
quid hoīes agant,omiſerit verum æneę cauſa iudiciū, ac diſſimu
latione interpoſita patiať innoxiū multis & aduerſis vexari tor/
mentis, Veꝝ quia duplex fuerat vtraqꝫ perſona vt iam dictū eſt,
loquebať enim inferior dea cum rege,& filia cum pr̄e,præponiť
publica,& priuata ſubnectiť.Hoc enim exigebat cauſa.Apud pa/
trem enim non potuit conqueri de dijs, ſed iuſtius eos pulſabat
apud regem,deniqꝫ ſic cœpit.O qui res hominūqꝫ deūqꝫ Æter/
nis regis imperijs,& fulmine terres.Duo aūt propoſuit & ſingu
la ſingulis dedit,deorum ꝑſonæ applicauit, Æternis regis impe
rijs,hominum vero & fulmine terres.Vt autoritate reganť dij,
homines autem fulmine terreantur & compellantur ad venera/
tionem, Interea quum dicit, Æternis regis imperijs,illud intel/
ligi poteſt,quia contemni non debet poteſtas,quæ perpetuo ma
net,illa enim reuera negligi poteſt,quæ aliquo fine temporis cō
cluditur. Proinde ait, cur veniunt dij contra ea quę ſunt fatali
lege diſpoſita? Quid meus ęneas in te committere tantum?
Quid troes potuere? Secura ꝙ cauſam diceret inſontium deli/
cti. Dehinc exigit nomen, quoniam nouerat nihil admiſiſſe tro
ianos,vt quum nullum eſſet inuentum,conſtaret immeritos hęc
paſſos eſſe,vel pati.Ait ergo.Quid meus æmeas? ſpecialiter no/
men eius attigit,atqꝫ a ſpecie tranſit ad generalitatem dicendo.
Quid troes potuere.Quod vero ait in te committere, pronomē
ſignificat, Te regem deoꝝ & hominum, Te qui omnia habes in
poteſtate, Te ꝓmiſſorem imperij noui,& ſpei melioris autorem,
Te quem omnes dij ſuſpiciunt,& homines fulmine territi vene/
ranť,quod poſuit meus ęneas, meus quam vim vel quid pōde/



ris habeat,in euidēti eſt noſcere.Meus enim hoc eſt filius meus,
perindeqꝫ nepos tuus,pius,& deoꝝ omnium cultor.Quid troes
tantum potuere? Tantū,bis intelligendum eſt.quid tm̄ ęneas cō
miſit? qđ tm̄ troes potuere? Tm̄,hoc eſt tam graue,tam magnū,
tam immane,& qui tot pœnis expiari non poſſit,quo ſcelere ad/
miſſi arcere troianos debeat ab italia,ꝓpterea poſuit. Quibus tot
funera paſſis cunctus ob italiam terraꝝ claudiť orbis.quod ad id
redigiť,vt nec alicubi cōſiſtendi troianis poteſtas ſit, nec ad ita/
liam ꝑueniendi.Terraꝝ claudiť orbis.Cum negať,inquit,totius
orbis terraꝝ nec ad italiam veniendi poteſtas eſt, quid ſupereſt?
niſi vt in fluctibus ſemp exagitenť?¶ Certe hinc romanos.) Con
uenit Id ex fide veteris ꝓmiſſi,immo potius antiquæ pollicita/
tionis.Turpe eſt.n.decedere de fide,turpiſſimum cuiuis dictā mu
tare ſniam,quanto magis deoꝝ & hominum regi,qui omne qđ
loquiť,quod ſpondet,ſniæ retinere debet pondus, vel maxime
in ea cauſa,in qua filiæ & nepotis vertebať cōmodum.ſequitur.
¶ Quæ te geni.ſen.ver.) Poſuit poſt regis nomen etiam pr̄is,vt
appareat illum publicam priuatamqꝫ perſonā retinentem non
debere aliqua perfidiæ ꝑmutatione trāſduci.Ordinať aūt ſenſus
hoc modo.Certe hinc romanos olim voluentibus annis,qui ma
re & terras tenerēt omni ditiōe reuocato a ſanguine Teucri, olī
pollicitus,Reuocato a ſanguine teucri.Iō qm̄ teucer italus quū
ad italiā ꝑueniret a troia eius originem eo redituram pollicitus
fuerat iupiter.Pollicitus,inquit,pollicitationes enim tenent de/
bitorem etiā ſi nolit exoluere.Promiſſa vero in arbitrio ſunt po
ſita volentis vel inuiti.proinde tractať contra pollicitationē nō
debere interuenire perfidiam,vel maxime in preſenti cauſa, in q̄
perſona deoꝝ regis eſſet,cuius conueniebat fixam eſſe ſniam, ne
quod eſt inter hoīes turpe,ęquius reprehēdať in eo,qui deorum
& hoīum teneret prīcipatum.Verbum vertit ſumptum eſt ex eo
ꝙ quum vas aliquod verſatum fuerit,effundit oē quod habet.in
ioue igiť ꝑ iſtiuſmodi verbū voluit demonſtrare,vt oſtēderet ſic
inimica perſuaſione peruerſum,vt in ſenſibus eius nihil pietatis
remanſiſſet,quā integrā filiæ debebat & nepoti. Completis iam
partibus perſonæ publicum gerentis officium conuenit eum vt
patrem,quod nomē plurimum ponderis habet etiam in cā pro/
miſſi,& eius,quod non tm̄ liberis,verum etiā poſteris ſit oībus
profutuꝝ. Idcirco igiť poſuit. Quæ te genitor ſnia vertit? Quaſi
ſi diceret.quis eſt te potior? qui potuit vertere ſniam tuā. ¶ Hoc
equidem occa.tro.) Alluſit quaſi lances pondeꝝ retineret.ſi enim
poſt danna cōſequať lucrum & plus habeat aut meriti qđ lucra
tiuum eſt,aut ſi tantūdem quantū perijt,proculdubio diſſimulā/
dum eſt in cā danni.quum id quod amiſſum eſt alterius cōmodi
rōne penſať,nam inde compenſatio dr̄,vbi quis tm̄ ponderis re
cipit in alia ſpecie,quātum ī alia videbať amiſiſſe.ponit ergo hāc
partem ex perſona eius,quæ dolebat amiſſum,& hēbat conſola
tionem de promiſſoꝝ ſpe & ponit cum omni miſeratione dicēs,
occaſum troiæ,& oſtenderet rem maximam & nobiliſſimam in/
teriſſe,caſus enim rei eſt paruæ vel inferioris ꝑſonæ, occaſus ve/
ro diuinæ rei vel ſuperioris perſonę,nā ſolis & lunæ occaſum di
cimus,& quū viri pręclari vel ſpectati meriti obierint, nō pręuē
ti morte,ſed occidiſſe dicunť. Addidit triſtiſqꝫ ruinas ſolabar,vt
affectum maioris miſerationis augeret,non enim eſt vlla ruina
nō triſtis. Fatis contraria fata rependens. fatis,inquit, malis re/
pendens fata contraria,hoc eſt cōparans & exequans mala fata
fatis contrarijs,ſed contrarijs non quaſi aduerſis dixit, ſed cōtra
mala profuturis,hoc eſt bonis,malo enim contrarium eſt bonū,
vt album nigro,vt amaro dulce,vt turbato tranquillum. ¶ Nūc
eadem for.vi.tot caſi.) Non tantū,inquit,bona promiſſa non ve
niunť,verum etiam mala perdurant.¶ Quem das finem rex ma
gnę laborum?) Vnde cœpit,illo concluſit,nam regem appellās,
& quod eſt amplius magnum,oſtendit & poſſe illum,& debere
filię pręſtare quod petebať,& intelligendum monſtrat,non ſine
ſubtili inuidia poſitum,vt expectaret preces,qui id quod poterat
non ſponte præſtabat īſonti,& quod erat potius ſuo. Quem das
finem laborum? Quia is a quo petitur malorum finis,& qui po
teſt poſtulata complere,efficere potuit ne aliquando acciderent.
poteſt & ſic intelligi,quem das finem? quando troiani venient
ad italiam? aut ſi id non datur, quando autem carebunt malis,
& in tranquillo collocabuntur? Exemplis iam cumulat dolores
ſuos,& comparatione a minore ad maius facta, querelas ꝓprij
mœroris exaggerat,perſonarum,& locorum quoqꝫ faciens col
lationem.¶ Antenor potuit med.ela.ac.) In antenoris noīe non
ſolum ſignificatio eſt exempli,non de fabula concinnata ſigmen
tis,ſed venientis de veritate,verum etiam aſſignantis humilē in/
feriorēqꝫ perſonā,vt inde magis dolere videatur,quod inferiori

licuit poſt excidium troiæ per tot difficilia conſequi pleniſſimam requiem. Antenor ergo homo alienus a neceſſitudine tua humi/lis atq; depſſus e medio hoſtium labi potuit,& eoꝝ manus effu/gere,qbus ilium cõcidit,& multi nobiles perierunt,ad illyricum etiam penetrare,qum dicit ad illyricum,& dr̃ etiam penetrare,& prolixitatem terrarum longiſſime remotarum itelligendum eſt monſtrare voluiſſe,& difficultatem perueniendi,ſimul etiam ad hoſtiles partes penetrandi,quæ omnia faciat dictis poſterius an/nexis.penetrare eſt enim penitus intrare.& addidit ſinus receſſus ſcilicet terraꝝ longiſſime remotarum,quibus clauſus nõ potuiſ/ſet euadere,ſi pericula extitiſſent & vt maior eſſet veneris dolor de felicitate antenoris,euadere,inquit,potuit hoſtiles manus,ac per medios hoſtium globos,& per inimicorum regna tutus,ſecu rusq; tranſire,ſuperauit,inquit,& fontẽ timaui, miro verbo vſa eſt ſuperauit,ſuperare eſt.n.ſine cuiuſquã moleſtia vel impedimẽ to puenire,quo quiſq; contenderit.Et quia leuiſſimum fuit tran ſiſſe fontem,fontis.n.ſignificatio nullam demõſtrat difficultatẽ ſuperatam idcirco poſuit,Vñ per ora nouem vaſto cum murmu re montis It mare proruptum,& pelago premit arua ſonanti. Nequis arbitrareť fontem fuiſſe mediocrem nam ſic ſine aliquo labore tranſiri potuiſſet.tantæ illum fontem virtutis eſſe cõme/morat,vt per nouem illius ora periculis oĩbus liber antenor trã/ſierit,ad exprimendum vndaꝝ molem nexuit. Vaſto cum mur/mure montis. It mare ꝓruptum,& pelago premit arua ſonanti. Vt fons eſſet in ſolo vocabulo,re tñ vera abundantia ſui opertis terris in alieno elemento faciẽ pelago demonſtraret . interea qa ſemel poſitum eſt potuit,nos nõ hoc ſemel,ſed ſæpius debemus accipere,hoc modo.Antenor,inquit,potuit hoſtes euadere , po/tuit illyricos ſinus penetrare, potuit regna liburnoꝝ ſuperare,po tuit fontem timaui tranſmittere,& ſuperare nõ ſemel accipiẽdũ eſt,vt ſit ſuperare regna liburnoꝝ.hic tñ ille in vno aduerbio & ꝓ nomine grande pondus doloris adiecit,hic,inquit,hoc eſt in re/gionibus hoſtilibus,& per tot difficultates ſine cuiuſquã mole/ſtia ſuperatis. Ille hoc eſt homo inferioris meriti,cui abundare deberet,quod in troia græcoꝝ manus euaſerat,tm̃ felicitatis eẽt adeptus,vt tutus trãſierit,tutus peruenerit,tutus ciuitatem teu/cris condiderit,tutus noĩe troiano vocitari indigenas fecerit,tu/tus arma troiana hoc eſt victa in eoꝝ partibus fixerit,quos cõſta ret victores extitiſſe,tutus in pleniſſima qete perduret. Ecce oſtẽ dimus ſemel dicta pro ſæpius dictis accipienda,ab enumeratiõe proſperitatis alienæ.tranſit ad cõparationẽ perſonæ ſuæ atq; æ/neæ,& malorum de quibus querebatur.ait.n.nos, exponit quid ſit nos,quãquã & ſi non dixiſſet poſſet intelligi.Tua inquit pro/genies hoc ẽ eius,qui deos omnes , & hoĩes habes in ptãte,apud quẽ priuilegium primi gradus habere debuimus. ⁋Cœli quibus an.at.) Dum ſpe ducimur promiſſoꝝ tuoꝝ,& naues amiſimus,& promiſſam italiam tenere non poſſumus.quod autem ait Vnius ob iram optime ad finem dictionis eſt reſeruatum,cum omni.n. cautela & ordine ſuo debuit,quãuis oblique,pulſare iunonis ma litiam,ne ſi inter initia diceretur offenſus Iupiter ex euidenti cõ iugis & ſororis ſuæ iniuria deſideria & neceſſitates gementis nõ libenter audiret.Ergo melius fuit in fine intelligi quid ſit. Vnius ob iram,quam dici ex aperto vnius , & dicendo nomen iunonis oblique tangendo,nec læſit eius animum,quem debuit tunc vel maxime habere præcipuũ,& meliore arte vſa eſt,vt ſuppreſſo no mine,quod ſine impedimento deſidiĳ ſui noĩare non poterat,ad numerorum rõnem pergeret,ſic enim planiſſima potuit iniqtas comprobari,vt vnius cã iniuſtas inimicitias excreſcẽtis , plurimi affligerentur inſontes . ſequitur inuidioſa concluſio neceſſitudi/nis appellatione cooperta.⁋Hic pietatis honos.) An nunqd erro inquit?& hoc putãdum eſt melius eſſe quod trahimur?& hoc eſt cõſulentis officium?& hoc arbitraris?ſe ſe regnandi culmen,erra re ſemper,& ſine fine laboris affligi?⁋Olli ſubridens.) Sicuti an/tequam loqueretur venus lachrymis præeuntibus vocem,oſten dit quid doloris in imis ſenſibus ferret,quid ve eſſet æditura per verba,ita etiam iouem inducit ſignis innumeris oñdiſſe,ꝙ opta/ta omnia dicturus fuiſſet,ante enim quam eueniret ad verba , de buit animum filiæ duris angoribus preſſum componere vt vo/cem patris,curato ex maxima parte aĩo poſſet audire,nec opor/tuit cã m narrationis differri,ne diutius anxia cremareť. Loquu turus,inquit,iupiter ſubriſit.riſit.n.quaſi vulgare eſt nec cõuenit his motus animi his perſonis,penes quas ſũma ptãs.eſt. ſed tẽpe rauit,vt diceret,ſubriſit.vt pars eſſet ſeruata publicæ reuerentiæ, pars exhibita beneuolentiæ,quæ filioꝝ debent & arte tribui. hoc ipſum ipſe Virgilius oſtẽdit,cur plenus nõ fuerit riſus, hoium,in quit,ſator,atq; deoꝝ plene ridere nõ debuit,quia turpe iſtud ho/minũ

minſt deorũq; imperiũ retinenti.certe & illud intelligendũ idcir co eum non ad plenum riſiſſe,ne in malis ſuorum,filia quoq; la chrymante & gemente,ipſum ſe alienum a tantis cladibus demõ ſtraret.temperauit ergo dicẽdo,ſubridẽs. Vt partẽ daret troiano rum caſibus,reſeruaret lætitiæ partẽ illis,quę fuerat ꝓmiſſurus. ⁋Vultu quo cœlum.) Exhibens talem vultũ filiæ,qualem habet quũ omnia elementa tranquillat. ⁋Oſcula libauit natæ.) Ecce aliud bonæ ſpei ſignum,in quo partum fuit publicaſſe beneuolẽ tiam ſuam,niſi hæc iterum ac ſæpius repetendo firmaret, qđ in/ternis ſenſibus tenebatur.⁋Dehinc talia fatur.) Cum dicit oñdit non fruſtra quæ diximus eſſe præmiſſa,ſigna.ſ.quæ veneris adi/merent metum,& hanc ad audiendũ recte cõponerent. Parce me tu cytherea.) Quam cito mœrentis aium ſoluit,quod ſi hoc ſolũ dixiſſet,abunde ſuffeciſſet,nam & ſecurã reddidit,& nihil muta tum de ſuperioribus ꝓmiſſis expreſſit,ſed huic dat poeta perſo/nam regis non patris.De futuris.n.loqui, & ſignificare ventura, non niſi deoꝝ rex poterat,ait.n.parce metu,hoc eſt timori parce, vt ſit loquutionis genus,& intelligatur noli timere,vſq; adeo ex perſona publica induxit loquentẽ iouem,& cytherea nõ filia di/ceret,& tuoꝝ poneret non noſtroꝝ,Manent ĩmota tuoꝝ fata ti/bi.quum ſufficere poſſet quod dixit,Manent tibi fata vt ſatiaret quod aſſerebat addidit I mmota. Incipit iã enumerare ſpãliter, quod clauſa generalitate prædixerat.rñdens his quoq; quę vene ris querimonia cõprehenderat.⁋Cernes vrbem,& pro.laui.Mœ nia.) Propter quod dictum eſt,Cunctus ob italiã terraꝝ claudiť orbis , & quia dixera venus cœli quibus annuis arcem.ait iupi/ter.⁋Sublimeq; feres ad fide.cœ.Magna.æneã.) Vt reſponderet illi parti,qua dictum eſt. Quæ te genitor ſnĩa vertit? Vt autẽ aper tiorem faceret ſpecialitatem ipſam,addidit ẽt ipſe iupiter fatorũ diſpoſitionẽ,& oẽm futuri tpis curſum,& dum hæc plena ordi/natione ponunť,in breui cõplexione monſtratur,quid cõtextus virgiliani carminis eẽt habiturus.Geſta.n.tetigit quę ſęculis om nibus ab ęnea vſq; ad cæſaris tpa & ipſius cęſaris ſcribere diſpo/ſuerat.Sed hęc in ipſius carmine idcirco perquiri non debent qa fine viuendi cõcluſus propoſita nequiuit implere,diſpoſitionem ſuam tñ in hoc libro firmauit.hic licet inſpicere,qua arte carmina ſua virgilius repleat,ſupra.n.vt cito ſecurã venerem faceret,vſus eſt breuitate,vbi ſecuram ſuccincta dictione perfecit, promiſit fu turoꝝ longam fore inſinuationẽ,quę pro auditura perſona odio ſa eſſe nõ potuit. Libenter.n.venus prolixitatis illius faſtidium reſpueret , quæ compoſito animo cognouerat ſe res proſperas audituꝝ.hoc eſſe ſeruandum in talibus cauſis etiam Terẽtius do cet,qui dixit in andria. Sed vbi inueniam phamphilum , vt metũ in quo nunc eſt adimam?atq; expleam aium gaudio?non.n.con uertere aium quiſpiam poteſt , niſi fuerit in timoris cauſa ſecu/rior factus. ⁋Hic tibi fabor.) Dicturus arcana fatorum,quæ nul li fas eſſet noſſe,cõmendat ſenſibus filiæ,& id ſe inclyte facere af firmat,vt illa melius noſceret beneuolum ſtudium patris,& ſe/creta contegeret.Hic,inquit tibi fabor.tibi ait,quoniam filia mea es,tibi,quam vehemẽter ſollicitam video,tibi,quam nolo vexa ri angoribus diuturnis tibi fabor,quod pręter te nullum conue/nit noſſe.⁋Quando hęc te cu.re. Longius euoluens farorum ar cana mouebo,) Ego,inquit,paucis te inſtructam reddere debui, ſed quia ægritudo animi tui nõ põt penitꝰ breuitate ſermonis ex cludi,vtar prolixitate narrãdi,vt docta in omnibus tuoꝝ fata cõ diſcens,lęteris proſperis,& penitus animi męrores excludas.hic locus ordinatur ſic.hic tibi fabor,inquit,enim quando hæc te cu/ſa remordet,bellum ingens geret italia,non italiam dicit geſtu/ram bellum,ſicuti alĳ putant,ſed æneam geſturũ bellum in Ita/lia,deducta enim in præpoſitione dixit,Geret italia bellum , hoc eſt in italia deniq; ſequitur. ⁋Populoſq; feroces Contundet.) Pronunciat futuram quidem ingentem belli curam,ſed bona ꝓ/uentura poſterius iterum poſuit dicens. ⁋Tertia dum latio reg. vide.) Ideſt modico tempore regnaturum æneã:n,hoc eſt trien nio.quumq; hoc dicit,oſtendit proculdubio moriturum,ſed qđ fuit triſte prætermiſſum eſt,ſequente tamen ipſius ſermonis cur ſu ponit.⁋At puer aſcanius.) Vt oſtenderet æneæ non extraneũ, ſed filium ſucceſſurum,quod eſt oĩbus optabile parẽtibus , eum deniq; feliciorem fore in tãtum vt quod pater triẽnio tenuiſſet, ille haberet per annos triginta,Rurſum quũ ſine pollicetur impe rĳ anno trigeſimo tranſacto oſtendit etiam ipſum aſcanium mo/riturum,ſed vt dictum eſt,prętermiſſum eſt,quod fuerat luctuo ſum,verum ne ſpecialiter per ſingulas perſonas excurrẽs nimiũ tenderet narrationẽ,quædã generaliter miſcet.Ait.n. ⁋Hic iã ter cẽ.) Nõ iam p æneã aut aſcaniũ poſteros,tñ & ꝓximos hectoris, nec ipſos vtiq; alienos,ſiquidẽ creuſa mr̃ aſcanĳ ſoror fuit hectoris

poſt

poſt triennium igitur æneæ,& triginta annos aſcanij.poſt trecẽ/
tos hæctoreę gentis. ⁋ Regina.inquit,ſacer.Mar.gra.gemi.) Ven
tura ſignificabat romuli tempora,ilia & marte parentibus geni/
tis,qui licet duo fuiſſent vno partu prolati,vnũ tñ hoc eſt romu/
lum imperium retenturum dicit,Remus.n.fraterna manu ſignifi
cabatur interitus,qui poſtea quirinus appellatus eſt,vt obſcura
ri paricidium poſſet.hunc romulum conditurum romã dicit , &
eos,qui ſub eius imperio futuri eſſent,appellaturũ romanos tan
ta felicitate regnaturos,vt ipſorum ptãs eſſet Infinita & nulli al
teroꝝ regum temporũ clauderetur,perindeqꝫ felicitatẽ ipſam ꝑ/
petuo manſurã.Quod aũt venus oblique poſuit Vnius ob iram
prodimur,hoc iupiter intellecto , vt lætiorem venerem faceret
ait.⁋ Quin aſpera iu.Quę ma.nu.ter.) In tantum pollicetᷓ oĩa fo
re proſperrima,vt ipſam quoqꝫ acerrimam inimicam iunonem,
& depoſituram diceret inimicitias,& fauturã ei generi,qđ fuerat
perſecuta,Ad ęneæ accedebat meritum,quod iupiter ꝓmittebat
iunonem nec obtenturam fuiſſę,& fuiſſe potius troianis curam
maleuolentię ſtudio permutato,additur in fine proximorũ qđ
maiorẽ lætitiã pareret.⁋ Quum domus aſſaraci,inquit,phthiã.)
Vt qui ad tempus victores eſſe videbantᷓ,ſeruituri eſſent ijs,quos
primitus vicerant, Ecce rñdit ad illud,quod de antenore fuerat
dictum,vt cum ille ex eo diceretᷓ fœlix,ꝙ in partibus græciæ, &
condere potuit ciuitatem,& ibidem regnare iſti dicantᷓ imperatu
ri oĩbus græcis,& cunctos perpetua ditione preſſuri. Gradatim
igitur troianis generis ſtirpem & fœlicitatem plenam memorat
eſſe venturam.Primo.n.æneæ triennium dedit,Aſcanio triginta,
alijs trecẽtos annos.Cæſari æneidẽ ſcribebat,hic aperuit qđ ĩ po
ſterioribus libris poeta noſter fuiſſet poſiturus quæ qdã vt dcm̃
eſt,cum ſupradictis ſcribere non potuit.nam ſequuta poſt turni
mortẽ,& geſta triũ & triginta & trecentoꝝ annorũ, ac deinceps,
vſqꝫ ad ipſius cæſaris tpa,factaqꝫ eius,fuerat ſuis carminibus cõ/
diturus,& prouentus troiani generis futuros naſcẽdo meliores,
deniqꝫ alios partes aliquas orbis retenturos fuiſſe,cæſareum ve/
ro ſic amplificatuꝝ romanum imperium,vt nihil reliqui faceret,
quod non ſubactum ſe eſſe fateretᷓ.Idcirco ait. ⁋ Naſcetᷓ pulchra
troianus origine cęſar.) Optima.ſ.& honeſta,vt nõ corporis, ſed
originis intelligatur pulchritudo.⁋ Imperium oceano.) Vt tantũ
cęſar pugnando eſſet obtenturus,vt nihil non domum relinque
ret,& fama noĩs ac triumphoꝝ eius vſqꝫ ad cœlũ perueniret,di/
ceretur qꝫ is eſt cæſar trahens a magno demiſſum nomen iulo,
in tm̃ autem domaturum oẽs gentes,vt exiſtentibus triumphis
eius,pax dehinc & fides perpetua permaneret,hoc eſt quod ait.
⁋ Aſpera tum poſitis mite.ſecu.bel.) Ideſt leges romuli perdura/
bunt.⁋ Diræ ferro & compa.ar.&c.) Ceſſura oĩa mala fœlicitate
cæſaris dixit,furorem.ſ.neceſſitatemqꝫ bellandi, promiſſione fu
turoꝝ,expoſita prouideri ſecuritas debuit,ne naufragi in alienis
terris & incognitis,atqꝫ in quibus cõſtaret inimicam iunonẽ ve
hementiſſime coli,aliquã violentiã paterentur. hanc partem inci
pit ſic.⁋ Hæc ait & maia gen.) Procurator troianis ſecuritas per
duos,quoꝝ alter auus eſſet,alter affinis.nam maia mercurij ma/
ter,vt in octauo libro apertius dictum eſt troianoꝝ generi necte/
batur.Debuit ergo ad effectus implendos talis mitti ꝑſona, quæ
pręceptorum autoritatem duplici ratione ducta celerius matura
ret,alarum vel maxime iuuãte ſubſidio.ſubnectitur dehinc cauſa
mittendi & definitio mandatoꝝ.⁋ Vt terræ,vtqꝫ nouæ.) Nouas
arces ideo poſuit,quia nouitas regni cuncta poteſt habere ſuſpe/
cta,vt ipſe virgilius ait ex perſona didonis,Res dura & regni no/
uitas,me talia cogunt Moliri,& late fines cuſtode tueri. Itẽ põt
intelligi & hoc modo,vt terræ carthaginis pateant hoſpitio teu/
cris,& nouitas imperfectorum ædificioꝝ.ſolus tum efficere iupi
ter miniſtro mercurio potuit,vt inimicos ſuos carthago ſuſcipe/
ret contra iunonis ſtudium,quam colebat.In omnibus igitᷓ cele
ritate opus fuit,quæ non eſt prætermiſſa.nam eandẽ breui ſer/
mone complexus eſt dicendo.Vt terræ.vtqꝫ nouæ pateant car/
thaginis arces hoſpitio teucris,Terras dixit ne forte in regionibꝰ
carthaginis,aut in littoribus agentibus troiani,vexarentᷓ.Nouas
arces etiam ſic accipimus,ne ad ipſam carthaginẽ icogniti veniẽ
tes aduerſa paterentᷓ,ſed magis reciperentur hoſpitio . Mercuriũ
iterea celeriter diffiniuit obſecutum iuſſis.⁋ Volat ille ꝑ ae.ma.)
Atqꝫ vt eſſet fides volaſſe ꝑ aera mercurium,addidit . ⁋ Remigio
alarum.) Aliter enim cœli partibus miſſus,ad terras venire non
poſſet,niſi remigio alarum adiutus.non enim per inane aeris pe
dibus ire potuit.fructus executiõis impletæ vt manifeſtius appa
reret,adiecit.⁋ Et iam Iuſſa facit.) Propter æneæ cõmodum,re/
pente ex ferocia in lenitatem hominum corda mutãtur.Addidit.
⁋ Volente deo.) Hoc eſt ioue,vel mercurio,illi enim naturalẽ fe/

rociam repente abijcere non poſſent,niſi iteruenisset cœleſtis au
toritas.Secundo loco ipſius reginæ poſuit partes,ſed hęc ne no/
tabile fieret,vt ſecũdo loco regina placaretur,ait in primis regina
ipſa quippe primo fuerat lenienda,quæ vel iubere aliquid in cõ/
trarium poſſet,vel emergentem violentiam pro poteſtate cõpe/
ſcere.⁋ In primis Regina quietum Acci.) Accipiunt ergo in teu/
cros,ipſa in primis quietum aĩum mentemqꝫ benignam. Libra/
uit magna moderatione virgilius quẽadmodum hanc poneret
partem.ponunt,inquit,ferocia corda pœni , & accipiunt quietũ
animum in teucros & mentem benignã.non dixit cœperunt ama
re troianos,quod fieri ſimul non poterat,vt eodem tẽporis pun
cto,& ferocitatem ponerent & amarent.ſuffecerat enim ad ne/
ceſſitatem patris,vt a cogitationibus peſſimis tẽperarent , qđ ait
ponuntqꝫ ferocia pœni corda,meritum eius monſtrari voluit,ꝓ
pter quem impoſſibilia curabantur,vt mala hoĩum natura verte
retur in bonam,nõ iuxta,oẽs hoĩes,ſed iuxta troianos tantũmo/
do.His inter Iouem Venerem & Mercurium geſtis, redit ad ea a
quibus interim receſſerat,ab illa.ſ.æneæ cogitatione, qua dixit,
pręcipue pius ęneas nunc acris Oronti,nunc amyci caſum gemit
& crudelia ſecum fata lyci , fortemqꝫ gyan fortemqꝫ cloanthũ.
hęc ergo ęneas cogitabat per diem,& quia dixit,Et iam finis erat
vel cõuiuij,vel fabularum vel lucis,videamus,quas cogitationũ
curas etiam per noctis tp̃s habuerit,ꝙ ipſum laudabile ẽ ſatis,ſi
in tot laboribus in aliquam quietem flecti non potuit,neqꝫ tunc
ſaltem requieſcere dormiendo,quum animalia omnia poſt fati/
gationem aĩorum & corporum ſoluuntur in ſomnos . Quæ res
oſtendit quanta cura tueatur virgilius ęneam,cui inuentis occa/
ſionibus omnia genera virtutum,animi.ſ.& corporis applicare
nõ ceſſat.deniqꝫ ſolũ poſuit aſcẽdiſſe montẽ,& montẽ altiſſimũ,
& eo tẽporis aſcendiſſe,quo cæteri tabidis corporibus & ſolutis
iacebant in littore.Ecce etiam ſolus vtilitatem omnium cogitat,
ſolus vigilat,ſolus agenda pertractat,ſolus ad ea complẽda per/
gere diſponit.⁋ At pius ęneas.) Reuoluenda ſunt interpoſita,quę
venus ad iouem & ad venerem iupiter habuit,quęqꝫ dicta ſunt,
& erit vna narratio quę venus ad ioue & ad venerem iupiter ha/
buit,quęqꝫ dicta ſunt,& erit vna narratio quę videtur ad tẽpus
eſſe diuiſa,ſic enim connectitur.ſi retractis medijs ſuperioribus
inferiora iũgantᷓ,dixit enim ſupra.pręcipue pius ęneas nũc acris
oronti,nunc amyci caſum gemit &c.Completis igitᷓ,quæ neceſ/
ſario videntᷓ interpoſita,redit,vt omnes ęneę curas ac diligentiã
monſtret,& cautelam optimi regis oſtendat.ait igitur.At pius æ/
neas per noctem plurima voluens.De plurimis generaliter poſi/
tis,ſpecialiter aliqua perſequitur,quę neceſſario eſſent inueſtiga/
tionis induſtria colligẽda.Tractatu ergo habito diffinijt q̃ eſſent
requirenda loca.ſ.vel quę eſſent terrarum partes,vel qui tenerẽt.
diſcretionis.n.coniectura in incertum rapiebatur,vtꝝ illa loca fe
rę an hoĩes inhabitarent.Interea multa quęrenda virgilius diffi/
niẽs diuerſis generibꝰ exequutus eſt,ideſt maſculino, fœminino,
& neutro & reſponſurus omnibus neutro plurali cõcluſit locos
inquit nouos,quas oras,qui teneant homines.⁋ Claſſem in cõue
xo nemorum.) Occulit,ipſe vno graditur comitatus Achate Bi/
na manu lato criſpans haſtilia ferro. Exiturus cum ſolo Achate,
nec in totum armatus ne timidus videretᷓ,cũ ſolis haſtilibus ge/
minis,& vno ſocio.hoc.n.expediebat ei,qui iturus eſſet in ſolitu
dines,vt eſſet expeditus ꝑꝑ inquiſitionem celerem & maturũ re/
ditum,ad oĩa circũſpectius ſocios ſuos omni cautela cõmuniẽs,
nam cõſulẽdi viam prębuit occaſio loci,quẽ ſuperius deſcripſit,
quũ dixit.Eſt in ſeceſſu longo locus. Vt appareat non ſuperfluã,
ſed neceſſariam fuiſſe deſcriptionem,propterea dixit.Ecce & hic
ęneæ virtutes & animi,& corporis numerantur.Claſſem in con
uexo nemorũ ſub rupe cauata Arboribus clauſam circum,atqꝫ
horrentibus vmbris,Occulit.Quietis enim omnibus, & diligen
ter abſcõditis,ſolus cum vno ad incertum pergit.Additur ei a lo
co,a tempore,a perſona,aliud ad laudem.nam cum ſe ei obtuliſ/
ſet media inſula,cõpoſita ad fallendũ fœmina,ſub virginis habi/
tu & forma,quaſi venatrix,motus in libidinem non eſt , cui da/
bant oĩa audendi facultatem,locus virginitas,pulchritudo,veſti
tus,accedebat ad hominis caſtitatem malorum tantorum ſæua
congeries,quę etiam libidinoſos reuocat a veneris voluptatibꝰ,
vt Terẽtius ait.Nulla adeo ex re iſtud fit niſi ex nimio ocio.ait er
go.⁋ Cui mr̃ media.&c.Ecce quãta irritamẽta libidinis æneã nõ
mouerunt.nã fuit pulchra,bñ veſtita,capillis diffuſis,& genu nu
da.dehinc qđ ſe in illa ſolitudine ad conferendas cũ viris fabulas
prior ingeſſit.Quod vero generaliter dictum eſt, Virginis os ha/
bitumqꝫ gerens,hoc eſt quod ſpecialiter enumerauit,qd ſit virgi
nis os,qd habitus,nã ſuſpendere arcũ & comã ventis dare,virgi/

num eſt ſpecies.Nuda genu,nodoq; ſinus collecta fluentis. Ad
habitum pertinent,genera ſunt locutionum,vt ornatior fiat ora/
tio.⸿Ac prior heus iu.) Prior enim debuit venus offerre loquẽdi
fiduciam,ne illis improbum forſan videretur,cum virgine,cum
ſola,quæ non ſola putaret̃,miſcere colloquium.certe & illud ad
fallendum proficiebat,vt illa non tantum ſpecie virginis, verum
etiam ſermone tranſduceret imprudentes,& ad interrogandi ne
ceſſitatem venire potuiſſent.Ipſa ergo prior cœpit.⸿Heus, inqt,
Iuuenes monſtrate mearum Vidiſtis ſi quam.) Interrogatione
breuiſſima æquè tamẽ neceſſaria continetur ad fallendum.nam
& ſororum dixit,& ſigna veſtitus,atq; habitus expreſſit. Breuius
ipſe rñdit atq; ita vt a propoſitis non erraret.⸿Nulla tua.audita
mi.neq; viſ.ſo.) Nec vidimus aliquam ſororum tuarum,nec au/
diuimus clamantem.ipſis verbis reſpondit,quibus cucurrit iter/
rogatio.nam illa dixit ſi forte aliquam vidiſtis aut audiſtis, huic
reſponſum eſt,nec vidimus,neq; audiuimus.Completo igit̃ re/
ſponſo æſtimationis , quam de ipſa æneas habuit , cœpit ſeriem
explicare.O quã te memorem virgo.) Quum pronuntiatum fue
rit,o dea.Sic debet dici,certe an phœbi ſoror,an nympharũ ſan/
guinis vna,vt ſit,certe an phœbi,an nympharum ſanguinis vna,
ſis felix,noſtrumq; leues quęcũq; laborem . quæcũq; ideſt ſiue
ſoror phœbi,ſiue nympharum,deſcripſit incertũ.deſcripſit veri/
ſimilia ſuſpitionibus colligentem,quę inquit in te video,vel quũ
loqueris auribus ſumo,non te humanæ conditionis aſſignant,ar
bitror enim te eſſe deam.ſed in eo errat iudicium meum,quia q̃
ſis neſcio,vtrũ ſis ſoror apollinis,hoc eſt diana,an vna nympha/
rum,hic æneæ plurimum datur ſcientiæ religionum . non enim
poſſet diuinum aliquid intelligere in hominis forma,niſi qa pol
lebat ſcientia oíæm ſacroꝶ.⸿Sis fœlix noſtrumq; leues. ) Sis in/
quit proſpera quæcũq;,& ne diu laboremus errando,atq; inqui
rẽdo,quod noſſe cupimus,referas.ſ.ſub qua parte cœli agamus,
vel ad quas partes terrarum ſimus appulſi. neq; enim loca iſta
aut homines nouimus. Quippe quos vis maris,ac ventorũ pro/
cellæ,ad incognita compulerunt.⸿Multa tibi ante aras.) Redde
mus aris tuis pro meritis vicem multarum hoſtiarũ vota ſoluen
tes,& ne oblatio ſacrificiorũ ſimpliciter promiſſa leuius fieret,
addidit multa hoſtia. Cogebat ratio interrogatam reſpõdere,qa
& ipſa ignorantes cupiebat inſtruere.ſed primo,non primis , ſed
nouiſſimis occurrit.ſi enim oblationem profecto in extrema par
te poſitam tacendo acceptaſſet,profecto ſe confirmaſſet deam,ſe
cundo ergo ad quæſita reſpondet.⸿Haud equidem me tali dig.
hono.Et ſi mereor inquit a vobis honorificentiam talem,mereor
quæ conueniat homini,non tamen quæ numinibus debeat exhi
beri quia ſuſpicari etiam ipſa potuit,quibus ſignis illam putaue/
rint deam,ait. Virginibus tyriis mos eſt geſtare pharetram , pur/
pureoq; alte ſuras vincire cothurno.ecce qua cã ſuſpitiones eius
conatur auertere,vt adhuc non intelligat ſe loqui cum matre,ha
bitus iſte inquit,quo me exiſtimatis deam,non meus eſt tantum
modo,ſed omnium virginum tyriarum,quæ in iſtis regionibus
cõmorantur,pharetram nobis & hoc calciamentorũ genus ĩpo/
ſuit patrius mos.& facile potuit hoc ipſum pro vero perſuade/
re.quia æneas ſuperius dixit nec regiones ſe,nec homines noſce/
re,neſcienti ergo bene mentita eſt.Dehinc longarum rerum inci/
pit breuis & concinna narratio.non enim ſub incerto diutius de/
tineri debuit,quum hæc & ipſe vellet , & deſideraret.mater igit̃
eo ordine reſpondet,quo interrogatio propoſita eſt.ait enim ille.
Quo ſub cœlo,quibus in horis.Idcirco hæc dicit.⸿Punica regna
vides.) Deſignato loco,dicit perſonas,⸿Tyrios,inqt,addidit. A/
genoris vrbẽ.) Vt etiam ſuperioris nomẽ oſtẽderet. ⸿Sed fines
libyci.) Illic etiã occurrẽte pelago aphricæ pelagi ex vno latere
clauduntur.⸿Genus inſuperabile bello.) Meminerat.n.Virgilius
ſe ex pſona ſua dixiſſe,ſtudiiſq; aſperrima belli.Hic tamen nõ eſt
repetitio eiuſdem rei,quoniam & dici neceſſe fuit, & ex alterius
perſona nunc dictum eſt.⸿Imperium dido tyria regit vrbe pro/
fecta.) Hac anguſtia verborum quantam latitudinem tenuit? Cõ
plexa eſt.n.præſens tempus,& præteritum dicẽdo, vbi ſit,& vñ
venerit.dixit quæ vocaretur,& quid ageret,quæ illic tenebat im
perium.Cõpendii aũt cauſa ne interrogationibus & rñſionibus
pluſquam neceſſe fuerat tenerent tp̃s,& prolixum fieret, qđ ma
turo debuit fine cõcludi,ipſa oíbus,quæ perquiri per interroga/
tionem poterant cõpendio faciliore rñdi, ergo dixit ĩperium di
do tyria regit vrbe profecta.Et quæri potuit cã , qua cõpulſa eſt
relinquere eã ſedem,in qua fuit,& ſectari longinquã qđ fuerat,
pro ſexus fœminini rõne difficile,adiunxit.⸿Germa.fugi.) Hoc
quoq;,quia fuit incredibile tantã ĩteruenire potuiſſe cãm,q̃ ſoro
rem coegerat dura ſectari fugientem.ſ.eum,a quo debuerat ad/

iuuari dixit.⸿Longa eſt iniu.lon.Am.ſe.ſum.ſe.faſti.re. ) Ea poſi
tura eſt,quæ fuerat dictura,ſed artificio narrãtis,multa ſe ſe prę/
termiſſuram ſimulat,vt ille ſpe futuræ breuitatis cuncta attẽtius
audiret.⸿Huic coniunx ſichæus erat.) Apud phœnices optime,
inquit,& copioſiſſime poſſidentẽ maritum habuit ſichæum . de/
hinc amoris inter coniuges honeſtas inſerit cauſas.amabat inquit
hoíem,ſecuta iudicium patris,& probum,& cum,cui intacta nu
pſiſſet,& primis auſpiciis iunctam eſſe conſtaret . multum enim
differt ĩter affectũ virgilianũ nuptiaꝶ,& earum,quæ ſecunda cõ
iunctione nectuntur. Plurimum vero meriti habent,quas intactę
filiæ arbitrio ſuo perficit pater.idcirco igit̃ poſuit.Et magno miſe
ræ dilectus amore. Cui pater intactam dederat primiſq; iugarat.
hoc eſt nullis aliis,ſed ſolis,tranſit ad perſonam pygmalionis,vt
ad ipſam procederet cãm,quæ didonem ꝓpriis ſedibus truſerat.
⸿Sed regna tyri ger.ha.Pyg.) Tyri inquit tenebat imperiũ frater
didonis pygmalion.qualis iſte,vel quorum moꝶ fuerit,cõſequẽ
ter oſtendit.Germanus habebat pygmalion.⸿Scelere, inquit,añ
alios im.om.Quos inter me.ve.fu.) Hoc loco ſic eſt retinenda ꝓ
nuntiatio,ne ſic intelligamus vt pygmalioni in ſcelere cõmiſſo
defenſio relinquatur per venialem ſtatum.ſic.n.plurimi impru/
dentes volunt,vt furor medius inter ſichæum & pygmalionem
venerit.Hoc ſi ita eſt defendi põt pygmalionis factum,ſi non vo
luntate,ſed furore peccauit,& videbitur ſichæus pygmalionem
furentem potuiſſe perimere,ac per hoc ſient pares , quod ne ita
ſit,ſic pronuntiandũ eſt vt ſichæus,vt fuit innoxius, pygmalion
vero ſceleratior aliis oíbus demonſtretur,quos in facinus impu/
lit furor. Alii inquit Virgilius ſi in crimina grauiſſima ceciderũt,
furor fecit,hoc eſt amor,aut inſania,aut animi dolor,& pñt hẽre
veniam. Pygmalion vero inde ſceleratior per alioꝶ cõparationẽ
demonſtratur,quia voluntate,non caſu,aut neceſſitate ſcelus ad
miſit,quod ipſum vt melius aſtrueret,paucis expreſſit,vt aliis ꝑ/
petrandi ſceleris diceret cãs,quæ reum multoꝶ criminum pyg/
malionem fortiſſime detinerent.⸿Ille ſichæ.imp.an. ar.) Dixit
vnam eandem cãm fuiſſe,quæ ex vitio naturæ deſcenderet . ſed
cui alia quoq; crimina necterentur.namq; vt ſalluſtius ait auari/
tia fidem,probitatem,cæteraſque bonas artes ſubuertit. ꝓ his ſu
perbiam,crudelitatem,deos negligere,omnia venalia hẽre, edo
cuit.& cætera auaritiæ.ergo crudelitas cõis eſt,perfidiaq; coniũ/
cta,quæ cum hoíem tenuerat cędit inde qcqd inter hoíes ſanctũ
eſt.non põt.n.auaritia habere quod cõcupierit,niſi ad id ſcelere
perpetrato ꝑuenerit.huius exẽpla aliquot locis poeta noſter in/
ſeruit.habemus in pñti libro pygmalionis,in tertio polymneſto
ris,qui polydoꝶ ꝓp auꝶ abiurandum necauit, In ſexto,q accępto
auro patriã vendidit,& multa alia,quę locis ſuis plenius exeque
mur,vt oñdamus quot cría teneant̃ admiſſa. Interea redeamus
ad tractatum pñtem in quo illud ante oía noſcendũ eſt , nil eẽ in
prima narrationis parte poſitũ,qđ eſſe ſuperfluũ videat̃. Ille ſi/
chæum impius ante aras atq; auri cæcus amore. Inuitauit in ſce
lus naturæ peſſimæ hominẽ , opulentia diuitis.ait.n. Ditiſſimus
agri phœnicum.quod aũt dixit: Et magno miſeræ dilectus amo/
re.vt inde factum pygmalionis magis magiſq; grauaret̃,ꝙ cha/
riſſimum ſorori necauerit virum, Cui pater intactã dederat, vt in
ſichæi nece ẽt contra iudiciũ patris ſcelus admiſiſſe videat̃.⸿Clã
ferro incautũ.) clam qđ poſuit grauat pygmalionis cãm. nullus
enim aliquid in occulto admittit,niſi qui ſcit ſe illicita cõmiſſuꝶ,
præter hoc ẽt illud intelligi põt,ideo clam quia ſi palam aliquid
conaret̃ admittere ſalus innocẽtis poſſet a plurimis defendi cõ/
tra videntium conſiliũ. Ergo ſcelerati hoís fuit,clã cogitatũ faci/
nus perpetrare,vt omni cõiectura ceſſante lætetur author admiſ
ſi.quis.n.crederet ſororis viꝶ ſorori amabilem nullis inimicitiis
interuenientibus innoxium ſemꝑ , pygmalionis ſæuitia iugula/
tũ? quo loco pleniſſime crudelitatis reus pygmalion oſtñditur,ſi
quidẽ ſciens admiſit,qđ credibile futuꝶ non putabat . Poſtremo
vtiq; ſe tutum eſſe credebat ex regali potentia,nã idcirco ꝓmiſit
poeta,ꝙ regna tyri ipſe retinebat.dicit ergo inde ĩmanior cæte/
ris.quia vt dictũ eſt,occidit eũ qui eſſet ĩnocens,& q nulla cũ eo
inimicitias habuiſſet,occidit ſororis virum,qui ſororẽ eius nũq̃
læſiſſet,& quę eſſet amabilis,occidit ante aras, occidit ꝓp ſolam
auaritiã,occidit nulla (vtpote rex) coactus inopiæ neceſſitate,&
eo facilius incautũ aggreſſus,ꝙ ſichęus nihil tale auſuꝶ putabat
vxoris fratrẽ. Ecce oratoria in poeta virtus,vnũ admiſſum quan
tis criminum generibus aggregauit . quẽadmodũ loci cõis ꝑtes
ingreſſus,latius diſcuſſit,quas aptius dixit non omiſſa breuitate
neceſſaria,pro loco,pro tp̃e,pro pſona. Æneas.n.in ſylua naufra
gus ſuum & naufragoꝶ ſocioꝶ negotiũ gerens,per id tp̃s quo mi
feriis ſuis cupiebat aliquatenus ſubueniri,tenendus nõ fuit lon/

go contextu ſermonis,tamen ſi confideraretur ipſa breuitas,latiſſimum dabit intellectum rhetoricorum pręceptorum.ait enim ille,hoc eſt ſceleratus , & nefarius ille à quo nil ſceleris ſperabatur, ille rex quem nulla ad implẽdum ſcelus cogebat inopia,cuiqꝫ ſuperarent opes regiæ,ille,quem conuenerat amare ſororis ſuæ virum,ille,qui germanam ſuam viro priuare non dubitauit,qui ſeruare affinẽ potius debuit,q̃ necare ſichęum hoĩem innoxiũ,quẽ generum dignum iudicauit,cui traderet filiam adhuc virginem, & alterius amorem neſcientem,eos prima matrimonij conſecratione coniunctos,accęptã patri,amabilẽ ſorori,faciens contra naturę religionẽ,faciens contra iudiciũ patris rupto humanitatis & affinitatis vinculo necauit inſontem,necauit incautum,atqꝫ eo facilius ꝙ talia non putaretur auſurus.Occidit ante aras , vt ſacrilẽgium quoqꝫ his ſceleribus necteret.Occidit ante aras,hoc eſt dijs reſpicientibus,quos humana cęde funeſtare non debuit.poſt hęc, vt facti ipſius demonſtratione expreſſa cauſam ſcelerati hominis premeret,ait.Atqꝫ auri cæcus amore,vt nullam ei defenſiõis partem relinqueret,qua vti poſſunt,qui aliqua violẽtia preſſi , aut in ſe aut in alios verterunt impias manus . ¶ Clam ſuperat.) Nullus enim ſecreto aliquid ſceleris conficit,niſi qui ſciat ſe illicita perpetraturum,quod autem ait cæcus,non ad corpus,ſed ad animum pygmalionis reuocandum eſt.auaritia enim tractus in ſcelera nõ conſiderauit quid faceret,vel in quem,vbi,vel quo in loco,aut quibus præſentibus . Hoc loco Virgilius docet,nihil ſancti eſſe apud eos , quos poſſederit auaritia . hanc enim ſic diffinit , ſatiari non poſſe niſi humana & diuina iura fuerint violata , neque vno loco hæc ſed plurimis poſuit,crudelitatem atque auaritiam nullo modo poſſe à ſe diſcerni.deniqꝫ vt dictum eſt,& Polydori exitio hoc idem docuit,non.n.eſſet occiſus niſi auri cupiditas crudelis hoĩs ſæuitiam prouocaſſet,item alio loco auaritię ſcelere proditam patriam poſuit dicendo,Vendidit hic auro patriam. ¶ Securus amorum germanæ.) Oĩa augendi criminis cauſa conſcripta ſunt.Tanto enim ſceleratior tenetur pygmalion , quanto certiſſimus fuerat,nihil Didonem de fratre ſenſuram.Perinde non erat in tale ſcelus caſurum ſe fuiſſe,quod ne in ſuſpicionem quidẽ venire deberet. ¶ Factumq́ꝫ diu cælauit.) Occultatio facti poſt admiſſum fuerat neceſſaria propter duplicem cauſam,quarum vna fuit,ne publicato interitu ſichæi ad authorem ſceleris aliqua via veniretur, altera quia inuadẽdi in theſauros occaſio interibat,ſi anteq̃ auro potiretur,cuius cupidus tot ſceleribus ſe inuoluerat,deniqꝫ de homicidio & de authore conſtaret. ¶ Et ægrã Multa ma.ſimu.) Solicitam vehementer de ſtatu amantiſſimi coniugis ſororem ſuam compoſitis per dolum mendacijs fallebat pygmalion,donec ipſi etiam theſauros incaute auferret . ¶ Ipſa ſed in ſomnis inhumati venit imago coniugis.) Quia neque ſuſpicio in pygmalionem eẽ poterat propter affinitatis cauſam,neque extabat aliquis ignarus facti,qui ꝓderet reum,includitur imago ipſius occiſi vniuerſa in ſomnis pandentis vxori.Et quod ait inhumati,crudelitatem voluit etiam in hac parte demonſtrare pygmalionis,& deſperationẽ pleniſſimam,vt poſt multimodum ſcelus admiſſum occiſi nõ curauerit ſepulturam , quam procurare debuerat , vt nefarium factum viuẽtium oculis vel terra ſubtraheret.Quod vero ait. ¶ Ora modis attollens pallida miris.) Vt per expoſitionem & narrationis contextum eum qui vixit,intelligere poſſit occiſum. ¶ Crudelis aras.) Sic debemus accipere,vt aliquid verbis relatum,aliquid oculis videatur fuiſſe ſubiectum , obieciſſe potuit oculis pectus ferro transfoſſum,aras vero , quæ non erant in præſenti , verbis potuiſſe monſtrare. ¶ Cæcumq́ꝫ domus ſcelus om.rete.) Ne iterum diceret poeta,quod iam fuerat dictũ , ſtrictim poſuit omnia retuliſſe,quæ negocio fuerant,nam & authorem ſceleris procul dubio prodidit,& vniuerſa narrauit,deſignatis igitur facto,loco, perſona,tempore , quoniam malum omne ab affine proceſſerat, & impietas dijs teſtibus perimpleta eſt,nec prohiberi valuit , nec vltione penſari,atque in eo in quo ijdem dij neqꝫ hominis innocentis vitam ſeruare,nec ſanguinem fuſum,nec ſuam vlciſci iniuriam potuerunt,fugam potius ſuadet vxori,nihil enim religiõis remanſiſſe putauit apud eum , qui tanta impietate ſæuiſſet , ne à cognati morte,ad necem quoque ſororis ſimili crudelitate tranſiret.Quia igitur vbi pygmalion,fuit Dido tuta eſſe non potuit, nec ſibi aduerſus immanitatem fratris aſſiſtere ,ſuadet potius ſichęus fugam propoſita neceſſitate fugiẽdi,addidit facilitatem dicendo. ¶ Auxiliumq́ꝫ viæ.) Oſtendere voluit ſufficientes ad auxilium fugæ,qui tanti fuerunt , vt eorum pondus ignorauerint extranei & ſichęo,& vxori ipſi fuerint incogniti,conſulendi ergo in præſenti,& fugiendi mandatum fuit,& proſpiciendi in futurum theſaurorum pręcepta tranſlatio. ¶ His commota fugam Dido.) Publicato ſcelere atqꝫ eius autore per didonem prodito,ſocij fugæ poterant cõgregari.nõ.n.erat cõſilium, petere mulierem ſine comitibus fugam,vel maxime quę fugitura cũ theſauris fuerat,metuebat̃.n.pygmalion,ne amiſſa ſpe theſauroꝝ ſequeretur, & in peregrinis faceret,quod in ſedibus occiſi cõplere nõ potuit. ¶ Conueniunt quibus.) Duo gña hoĩum ꝓpoſuit fugituræ didoni eſſe ſociata,vnũ quod odiſſet pygmalionẽ,alteꝝ qđ timeret. Odium debemus accipere eoꝝ fuiſſe,qui nõnullis viribus ei reſiſtere potuiſſent,metum vero eoꝝ,qui inferiore loco & fortuna cõſtituti,cũ reniti atqꝫ obluctari nõ poſſent,facilius ſe arbitrabãtur interituros.alij ergo pp odiũ iuuabant didonis neceſſitatem, ne pygmalion obtineret , qđ volebat,& theſauris inuaſis fieret fortior,alij pp metum,quibus offerebat̃ occaſio,vt carerent hominis ſæuiſſimi dominatione. ¶ Naues quæ forte paratæ. ) Hoc eſt magna ꝓperatione in vnum colligũt naues,quæ forte in præſenti fuerant paratę.non.n.tales q̄rebat neceſſitas, quæ deſiderarent fabricam,aut indigerent aliq̄bus armamentis,ſed quę eſſent paratæ.ſi.n.videret̃ aliquid nouari in nauigijs,aut eadẽ nõnullis inſtrui dabat̃ aperta ſuſpicio,ꝙ fugæ ſubſidium,& tranſuectioni copia pararet̃.differebat̃ quoqꝫ quod fuerat maturandũ. ¶ Onerantqꝫ auro.) Sichæum ſuperius dixit retuliſſe,aurum atqꝫ argẽtum incogniti ponderis fuiſſe in theſauris,& oĩa eum transferenda mandaſſe,ne ex illis aliquid remaneret,qđ in hominis ſęuiſſimi lucra conuerti potuiſſet.ſed ne vbi ad ipſam fugã,ventum eſt, fugituri,quale cõſilium habuerint,poeta cõmemorat.ſi.n.vellẽt totum aurum ferre,& oẽ argẽtum,maior numerus nauium fuerat neceſſarius,quem cõſtabat in promptu nõ eſſe.nõ ergo ĩpoſitum eſt totum , ſed quod pro mõ nauium potuit ferri nec pretij inferioris ſpecies,ſed ea quæ potioris meriti fuit.Auro inquit naues onerant.melius.n.fuit,vt argentum teneret̃, cuius pretiũ in cõparatione auri cõſtat eſſe inferioris.onerant inquit vt oñderet, & amplius ĩpoſitum,q̃ naues ferre potuerant,vt infinitum cum argento.quod transferri non potuit,aliter diuitiaꝝ copia exꝓmi non potuit,niſi diceret̃ ad exportandã theſauroꝝ ſubſtantiã , nec naues ſufficere potuiſſe,vt vel aurũ ſolum valeret auferri. ¶ Portãtur auari pyg.op.pe.) Oẽ hoc eo redigitur,vt probet̃ quod eſt dictum,Ditiſſimus agri phænicum fuerat ſichæus, Ignotum põdus argenti & auri habuit,portant̃ auari pygmalionis opes pelago.Tm̃ ponderis fuit vt pp auri tm̃modo ſpecies transferendas, & hanc nõ oẽ mare fuiſſet neceſſariũ.Qđ aũt dixit Pygmalionis opes,non ꝙ ex bonis pygmalionis deſcenderẽt,ſed quas arbitrabatur ad auiditatẽ ſuã mox eſſe venturas,in quo nõ ĩmerito affligeret̃ cruciatibus auaritiæ,quæ ſic dolitura eſſet,quaſi reuera ꝓpriũ fuiſſet amiſſa. ¶ Dux fœ.fa.) Ipſa.n.potior oĩbus fuit , & pp ipſius cãm,& neceſſitatem ibant oẽs,qui aſcenderant naues. certe & hoc ad inſultationẽ poſitum poſſumus intelligere . vt duce fœmina perdiderit,qđ ꝓprium putabat effectum . Laudat̃ interea fugientium conſiliũ,quos non tenuit cupiditas amplius afferendi,quia nec poterant ferri,nec debuerant ĩmorari. ¶ Deuenere locos.) Prius dixit,vbi nunc ingentia cernes Mœnia, ſurgentẽqꝫ nouæ carthaginis arcem , & ſcđo loco poſuit,mercatiqꝫ ſolum, quum ædificium inſtrui nõ potuerit,niſi emptio loci primitus proueniſſet.Et eſt reuera qđ moueat q̃diu ad ordinationem ſenſus veniat̃,quia facta patebit dictionis integritas.ordinatur ergo ſic. Deuenere locos,mercatiqꝫ ſolum,vbi nunc ingentia cernes Mœnia,ſurgentẽqꝫ nouę carthaginis arcem.pñs tp̃s oſtendit. Ergo integre poſuit,primo emerunt,& ſic cœperunt ædificare taurino q̃tũ poſſent circũdare tergo.huius loci diuerſa traditio eſt. alij dicunt pecuniã tunc ex corio bubulo fuiſſe,et inde pecuniã dictã,ꝙ ex pecore originẽ duceret,tãtũqꝫ fuiſſe in ꝑtio loci,q̃tum bouis vnius corium cõficere potuiſſet,alia traditio talis eſt,ꝙ vẽditor loci hac fraude deceptus ſit,vt tm̃ agri vẽderet, quantũ corium bouis circũdare potuiſſet.illũ nihil fraudis ſuſpicatũ arbitratũ eſſe,tm̃ ſedis traxiſſe,q̃tũ poſſet occupare ĩtegrũ corium, ſi ꝑ terrã iaceret.ẽptores vero fraude q̄ſito cõmẽto in corigiã tenuẽ ſolidũ coriũ duxiſſe,ꝑindeqꝫ fcm̃,vt amplius q̃ debuerat teneretur,ſed oĩa hæc fabuloſa ſunt magis q̃ vera.nã ſi conſideremus. Vbi nunc ingẽtia cernes mœnia,ſurgentẽqꝫ nouę carthaginis arcẽ,Et qđ ĩferius dixit, Inſtant ardẽtes tyrij,pars ducere muros, Moliriqꝫ arcem,& manibꝰ ſubuoluere ſaxa,pars optare locum tecto,& concludere ſulco, Iura magiſtratuſqꝫ legunt,ſanctumqꝫ ſenatum.hic portus alij effodiunt,hic alta theatri Fundamẽta locant alij,ĩmaniſqꝫ colũnas Rupibus excidunt,ſcænis decora alta futuris.Hic templum iunoni ingens ſidonia dido Cõcludit . Inueniemus tanta ac tam magna non potuiſſe,niſi locis latioribus condi,quæ cõparari ſine dubio nõ poſſent ex vnius corij vtraqꝫ

parte,

parte,licet ipſe poeta addiderit veri ſimilitudine,quā credibile fa ceret factum dicēdo,de noīe byrſam,facti de noīe byrſam,quaſi locū ipſum cōdendæ ciuitati neceſſariū,atq; emptum cogitaue/ rint byrſam,quæ appellatio & lingua græca,vnde dido fuit,& punica hoc eſt ipſius regiōis in qua res geſta ferebaſ,ſignificabat coriū.byrſa q̄ppe græca appellatione coriū eſt,& burſalis punica elocutione corium ſignificatur.cōpendio tñ ſufficit noſcere pere/ grinos homines ex empto habuiſſe illa loca non inuaſa per vio/ lentiam. Sed vos qui tandē.) Mira breuitas īterrogationis,quę toto vno verſu cōplexa eſt.ſ.vt dicerent qui eſſent,vñ veniret,qđ ipſum in rñſione mōſtrabiſ.interrogatio tñ ipſa nō caret fraude. nam idcirco īmiſſa eſt,vt adhuc æneas non deam,ſed hoīem cre deret,quod reuera nō p̄uenit,nā,æneam aſſignat poeta nō tranſ duci calliditate fallentis,ſed in eo pſeuerare,vt deam credat,nam ipſi parti primo,dehinc quęſitis cum magna animi laceratiōe re/ ſpondet.nullus.n.mala ſua & ea in quibus adhuc voluaſ fine do lore cōmemorat.ait ergo. O dea ſi prima repetēs.) Deam, inqt, te eſſe certiſſimum eſt,quæ aūt cupis audire,& multa ſunt,& p̄/ lixa.duo.n.ſunt quæ impediunt.vnū quia nō vacat,alte℞ qa nar rationem malo℞ vnius diei tp̄s impleri nō patiſ. p̄perabat.n.re/ dire ad ſuos,& in locis incognitis & deſertis poſt finem diei ſepa/ ratus ab ipſis inueniri nō debuit. Hęc ergo breuiſſima principia fuerunt,in quibus beneuolentiam fecit,& honorificentiā cū deā appellat,& fecit attentā cum dicit,multa eē mala,quæ referre co gebatur,& eo genere oſtendit ſe non oīa,ſed aliqua eſſe dictu℞. incipit iam ipſam narrationē,& rñdet propoſitis,ſed nō eo ordi/ ne,quo quæſita ſunt.illa.n.dixit.Sed vos qui tandē? Ille ſecundo rñdet,& ſic primæ.in ſecunda.n.inquiſitionē dixit. Quibus aut veniſtis ab oris? Nos troia antiqua &c.) Ecce ſecundę interroga tioni ſatisfecit.Oñdit.n.ex qua parte orbis veniſſent.nos, inquit, a troia profecti ſumus,dicit &eius laudem,antiqua,inquit,quam credimus te opinione noſcere.magna.n. magnæ ſunt opinionis, perindeq; fama currēte oibus nota,& licet anni vnius cōmemo ratione profeſſus ſit tm̄ fuiſſe prolixū,vt totus dies eam cōplecti nō poſſet,tñ vſus admirāda breuitate labores ſimul oium cōclu ſit amorum,dicendo.n.diſcedendo de littoribus troiæ tetigit pri mam tp̄is partē.Forte ſua libycis tēpeſtas appulit oris.Hinc igna rus affectus quia veneris verbis audiuit,ſed fines libyci.dicit iam qui ſit ipſe qui loquaſ. Sum pius æneas.) Et qa cum dea ſe arbi/ trabatur loqui,cōmēdat pſonam ſuā dicēdo. Raptos qui ex ho. pena.) Vt oſtenderet in excidio patriæ hoc ſe habuiſſe pcipuū,qđ ante alia penates liberaret. Fama ſup æthera notus.) Famā me die poſuit euidenter aſſignans qualis fama,qm̄ multi etiā ex ma la fama noti ſunt.quali autē fama notus fuerit æneas ipſe Virgi/ lius alio genere demōſtrauit.dixit.n.eſſe pium & religioſum iux ta deos.Fama ſuper ęthera notus.cum laboribus,inquit,& mori bus meis notus factus eſſem toto orbi, fama noīs mei ſine fine diſcurrens,cū iam quo tēdereſ nō haberet,ad cœlum & ſuperos etiam venit.Tertia inquiſitio ſuperat,quo ve tenetis iter?etiā ipſi reſpondet dicens. Italiam quęro pa.) Dixit ergo quo tenderet, addidit quod quęſitum nō fuerat ornaturus meritum ſuum di/ cendo. Genus ab io.ſum.) Quæro bis accipiendum eſt, vt ſit ita liam quæro patriam,& genus quęro,quod a ioue ſummo deſcē dit.His adiungit aliqua de cauſa ſui erroris & ea,quę tenerent p̄/ fectionis initia,& pręſentis temporis mala. Bis denis phrygiū conſ.naui.æquor.Matre dea mon.viam da.fa.ſequu.) Quum nu merum nauium diceret, ambitioſum fuit quod dixit bis denis, quam ſi diceret viginti,ſicuti pro nihilo poſuit. Vix ſeptem con/ uulſæ vndis euro q; ſuperſunt,Matre dea monſtrante viā. Quā breuiter auditus eſt,& gratias ageret matri,licet ipſe quaſi apud incognitam cōmendationis ſuæ cauſa,hoc voluerit dicere, q̄ ex dea ſit genitus ipſa enim viam monſtrauit dicendo in ſecundo li/ bro,Eripe nate fugam,finemq; impone labori.Nuſquam abero, & tutum patrio te limine ſiſtam.Hic oſtendit poeta etiam illud, quod æneas de troię littoribus non voluntate nauigauerit iungē do,Data fata ſecutus.quoniam fatalibus diſpoſitionibus conſen/ tiendum magis eſt,quam ineſſicaciter reſiſtendum, ecce pręteri/ ta ſtrictim tranſijt,& in pręſenti immoratus propter maiorē mi ſericordiam commouendam, Vix ſeptē conuulſę vn.eu.q; ſup. Ipſe igno.egens.) Singula verba,quā teneant vim, queue habeat intellectum,neceſſario noſcendū eſt.ait.n.bis denis nauibus ve/ niebā,deſignatione numeri,magnis copijs motā nauigationē vo luit de mōſtrare. Vix ſeptē cōuulſę vndis euroq; ſuperſunt. Qui vult animum dolentis cōpetenter excutere,ſeparatis ſingulis p̄/ nuntiare debet. Vix,vt oſtēderet ſe cum magna difficultate euaſiſ ſe,Septem,vt ex magno numero exiguum quid ſupereſſet. Con/ uulſæ vndis euroq; ſuperſunt. Hoc eſt diſſolute duplici malo vt maris & tempeſtatum.ad approbandum vero calamitatem ſuā, vtitur occaſione loci,ac temporis,dicendo. Ipſe ignotus,qđ eſt in rebus humanis extremum,in alienis nullius habere notitiam. Egens.quod fuit infelicitatis argumentum,ſi enim nō egeret nō eſſet ei cuiuſquam notitia neceſſaria. iuncta igitur fuerunt mala duo,vt incognitus fuiſſet,& egens,& additum eſt ad cumulum malorum,vt ſolitudo quoq; & deſerta concurrerent, vt nihil ad victum vel ex agreſti ſolitudine ſuppeteret nec inueniretur quiſ/ piam,qui miſereri poſſet,Europa atq; aſia pulſus duas partes or bis nominauit,de tertia parte conticuit,quæ aphricæ fuit, & in ipſa poſitus loquebatur.dicturus etiam alia malorum ſuorū fuit, ſed quia vniuerſa habuit nota,vel quia non libenter hæc patieba tur vlterius enumerari,vel quia conſulendi via ante noctem fue rat maturanda,ait. Nec plura queren.paſſa ve.) Quia de ſolitu/ dine ac deſertiōe nauigiorū,de inopia quoq; fuerat conqueſtus, & incognitum ſe ſe narrauerat omnib9,venus occurrit,& in om/ nibus ſecurum præſtat. Quiſ.es,inquit,perſeuerat adhuc, quaſi cum incognito loquatur,quaſi diceret,ſiue æneas es , ſiue troia/ nus. Haud cred.inui.cœle.au.Vita.carp.tyr.qui adue.vrb.) Dijs inquit propitijs conſtat te vitam tuam ducere,quando poſt infi/ nita aduerſa viſurus es carthaginem.hæc inferendo proculdubio ſpondebat effectum eorum,de quibus ęneas fuerat conqueſtus. nam & colligebatur,& notitiā hominum,& futurā celebritatem loci,& humanitatē promiſiſſe. Perge modo &c.) Hortatur eū, vt non ſcđm intentionē ſuā,ad naues & ad ſocios redeat,ſed ma gis pergat ad ciuitatē,& ipſam reginam,atq; vt hoc ipſum ſolli/ cito & anxio perſuaderet,facit lætum,facit p oīa ſecurū dicens. Naq; tibi reduces.) Quō id potuerit fieri,vel quo non illa ſcirē potuerit,potuit,inquiri,ait.quæ cōquereris pdita, mota iteratio ne ventorum ex indignis partibus tuta loca tenuerunt, dixit er/ go & ventum,quo euaſerant.vnde id ſcire conſequenter exequi/ tur. Ni fruſtra augurium.) Ne vanos intelligamus,hoc eſt quaſi ſtultos,equi prudenter auguria repererunt,ordinandus eſt ſen ſus ſic,atq; ita ſentiendum,ſi non fuerunt vani parentes nr̄i, hoc eſt maiores,& non fruſtra nos auguria docuerunt. Aſpice bis ſe nos.) Ecce duodecim cycni numero nauium,quæ cōſequantur, quas ęneas putabat oppreſſas. Æthe riaquos lapſa plaga. ) Dicit cycnos ipſos poſt aquilæ perturbationem,vt naues tempeſtati/ bus conſtabat eſſe turbatas hoc eſt diſperſas, hilaritatē omnem lętitiamq; recępiſſe,& vt cycni ordine ſoluto ſecuri volitant,ſic, inquit,& naues tuæ & omnes tui ſecuri degūt,ac tuti ſunt. Per ge modo.) Poſſet ęneas dicere,non noui quo eam,hoc illa præri puit dicendo. via tibi monſtrabit quo tendas greſſus tuos. Di/ xit,& auertens.) Remota æneæ ſuſpicione,veram conſtituit deā. completis quę voluit,dimiſit inſtructum & recedens plurimis ſi gnis monſtrauit filio,quæ eſſet,vt pleno viſu aduerteret cū qua ſibi fuiſſet colloquium:nam refulſit ſplendore,quo fuit, & rela/ xata veſte vſq; ad veſtigia ipſa eſt contecta.ſupra enim.dixit.Nu/ da genu nodoq; ſinus collecta fluentes.odoribus quoq; deam ſe eſſe monſtrauit:Sic enim eius comę ſe effuderant,vt ipſa pręſens putaretur ambroſia,quam mulieres vnguentis admiſcent.Ordi/ natur ſenſus ſic.Ambroſiæq; comę odorem ſpirauere. Ille vbi matrem agnouit.) Ecce non tantum deam ſe conſtituit,verum ēt matrem,ſed ne pręſentem fraudis augeret,proripuit eadem ſe ſe, ſed ille quando repentino interſtitio eam gradiendo vel currēdo ſequi non potuit,ſecutus eſt voce. Quid natum toties.) Incuſa tio eſt non contumelioſa,aut de amaritudiue veniens,ſed de reli gione & affectu.Cur,inquit,ante hoc nomen tuum matrem cō/ fiteri noluiſti?cur quaſi aliena locuta es mecum?An nūquid tam infelix ſum,vt in me ēt materno pectore crudelitas orta ſit,quan to melius eratvt miſerię meę ex apto matris fabulis leuarenſ?& cōgreſſu dextera℞ pietas cognoſcereſ?nec ſemel hoc feciſti,ſed ſę pius.conſtabat.n.inter ipſos multa & varia fuiſſe colloquia, in q bus ęneas & vultu matris & habitu,& ſermonibus falſus eſt. Lō ga poſt fugiētem incuſatio eſſe nō debuit,ſed tanta,quāta poſſet peruenire ad aures tota celeritate recedentis. Hinc igitur mature deceſſit carpens viam ad ipſa mœnia tendentē. Idcirco poſitū eſt. Talibus incuſat.Addidit.At venus.) Non tamen ſufficit matri, q̄ verbis iſtruxerat filium,licet ſciret,eadē oīa compoſuiſſe mer curium.nā quętuor cauſis mota,euntes nube multa circūdedit, ne aūquā ad ipſam didonē p̄uenirent aut viderenſ ab aliquo,aut cōtigerenſ aut viſos quiſq; īterrogatiōibus varijs detineret, vel certe veniēdi cāſ exqrens p̄peratibus motā afferret,aū noctis.n. tenebras peruenire debuerāt. Ipſa pa.ſub.abit.) Deſcriptio loci īducif,q opportunus īcurrerat ad ciuitatē veniētib9 hui9 altitudo

euidenter

euidenter expreſſa eſt,quæ ſolet eſſe collis,in quos non eſt difficilis aſcenſus,proſpectui tamen vt explorandis rebus aptiſſimus. huius latera ſic fuerunt fuſa,vt prolixiora eſſent ab ea parte, qua ciuitas fuit,deniq; aduerſæ arces inde apparebant,hoc eſt obiectæ oculis,& contra poſitæ, in collis edito ſtantes, inde æneas magna cum admiratione cernens operantes plurimos in ea regione,in qua non putabat aliquem cõmorari, Idcirco poſitum eſt. ❡ Miratur molem ęneas.) Hæc generaliter ſũt poſita, omnes enim viæ feruebant portæ,& oĩum,quæ inter vniuerſos gerebãtur,ſtrepitus perſonabat.itur iam per ſpẽs operum & operantiũ. ❡ Inſtant ardentes tyrij.) Laudant̃ quia non inuiti laborabant. ❡ Pars ducere muros.) Curabant,inquit,primitus quę aduerſus hoſtes conſeruationi ſalutis fuerant neceſſaria. ❡ Et manibus ſubuoluere ſaxa.) Nec terrebantur aſperitate laborandi,& manibus ſuis ſaxa voluebant quieti publicæ profutura. ❡ Pars optare locũ te.& cõclu.ſul.) Secundo loco priuata ędificia curabant̃. ❡ Iura,magiſtra.q; legunt,ſan.q; ſena.) Diſponebant leges, & honores curiales,& ipſam curiam. ❡ Hic portus alij effodiunt.) Et hoc pertinet ad ſalutem ſalutiſq; ſubſidium.) Hic alta theatri funda. locãt alij.) Poſt omnia,quieti publicæ,quæ poſſent vel ſaluti vel honoribus proficere, de voluptatibus iam & de delicijs cogitabant,quod nõ fit,niſi in ea ciuitate,in qua otioſa ſunt oĩa, quod æneæ fuerat neceſſarium. Alta fundamẽta,ideo quia magni operis moles pedamentis debet fortiſſimis ſuſtineri. ❡ Immaneſque colũ.ru.exci.) Vt non tantum theatri geſta iuuarent vnunquẽq;, verumetiam aſpectus pulcherrimi operis delectaret. ❡ Qualis apes ęſta.no.) Immittit apum cõparationẽ,quod genus animalis nunq̃ a laboribus eſt vacuũ,& in plurimo numero conſtitutum eſt,vnanimi ſocietate concordans,quodq; habeat ꝓuidentiã, & partiendi laboris naturalem induſtriã,vſq; adeo aſtutum,vt fucum pellat a ſedibus ſuis,qđ genus aĩalis non tantum eſt iners & deſidioſum,verumetiam aliena bñ parta cõſumit. Quæ cũ viderit æneas non inuidet alienæ felicitati,ſed hanc proſecutus eſt laudem,quam collegit ex cõparatione fortunæ ſuæ dicens. ❡ O fortunati quoꝝ iam mœnia ſurg.) Hoc eſt.ſ.quando & ego ad hanc felicitatem perueniã? ❡ Infert ſe ſęptus nebula.) Tantum valuit prouiſio matris vt miſceretur æneas omnibus achate ſocio,vt videret oẽs,& is a nemine videretur.quod ait,bis accipiẽdum eſt, infert ſe,& permiſcet ſe. ❡ Lucus in vrbe fuit media.) Nihil intereſt,an lucus media in vrbe fuerit,an vmbra fuerit medio in luco. ❡ Quo primum iactati vndis.) Oĩ occaſione Virgilius docet, quemadmodum futura noſcãtur,ſupra qppe cycnoꝝ poſuit exẽplum.hic aſſerit pœnos delatos vi tẽpeſtatis & turbine in eo loco,ad quẽ primo ꝑuenerant,cũ fundamenta effoderunt,equi caput íueniſſe. In cuius forma luceret quędã ſignoꝝ vis, q̃ acre animal demõſtraret,interp̃tatio ſigni talis extiterat,ꝙ illa gens futura eſſet in certaminibus bellicis fortis,& ſubſidijs victus ſemper copioſiſſima.& hoc ſignũ cõſtabat iunonis ſuffragio demonſtratum. ❡ Hic inquit tẽ.iu.ing.) Oportuit.n.deã in eo loco habere honeſtiſſimam ſdem,in quo virtutem ſuę maieſtatis oſtenderet. Cõdebat inquit templum dido,& cum nõdum ꝑfeciſſet, tanta iam reuerentia colebat̃,vt & donis copioſiſſimũ eſſet,& dea ipſa pñs eſſe crederetur,ꝓpterea poſuit. ❡ Donis opu.& nu.di. Omne hoc opulentiam & deuotionem cõdentis demõſtrat,& potentiã vel meritum numinis. ❡ Hoc primũ in lu.) Genus eſt propoſitionis, dicturus eſt.n.quod viderit,vnde ſperauerit aliqd boni, vñ metus eius lenitus eſt,non dixit vnde ſecurus ſit redditus, ſed vñ timor eius ĩminutus.ſemel.n.totus eradi non potuit. ❡ Noua res oblata.) hoc eſt cõtra ſpem viſa,quippe eius oculis tanta ſpes occurrerat,qui paulo ante oĩa vidiſſet deſerta,vel ideo noua qa videbat illic picta troiani belli pugnarũq; certamina. Incipit iã reddere rõnem,vt oſtẽdat,quid illud fuerat,qđ leniebat æneæ metum,& ſpem inopinam promittebat. ❡ Nãq; ſub ingẽti &c.) Tuetur hic ęneam Virgilius,ne inanibus captus videatur remanſiſſe, quem cõuenerat reditum maturare ad ſocios ſuos, nec vlterius teneri illecebris felicitatis alienæ. nãq; inquit ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo Reginam opperiẽs.ecce dixit vnam neceſſariam cãm,Reginam opperiens,quã ſperabat,vt factũ eſt, ad opera videnda proceſſuram.Ex hac aũt occaſione ꝓceſſuram,vt circũtuliſſet oculos,& ſingula conſideraret,nec minus ẽt illud fuerat cognitione præcurrente neceſſarium,vt conditurus etiã ipſe ciuitatem nouam aduerteret,quanto labore id cõſtaret.conſiderabat ẽt vrbis illius fortunam,quæ ſurgebat ingenti ſubſtãtia & pulchritudine operis,ac firmitate viſentis placebat aſpectibus,artificumq; manus inter ſe,tanta oĩum artium in illo tẽplo venuſtas extabat,vt intuens nullam alijs præferre potuiſſet, ita oẽs pariter vna gratia & pari ſubtilitate certabant.deſcripta magnitudine operis & fortitudine,ad ornatum & pulchritudinem trãſit, vt picturas quoq; enumeret,ſed miratur,cũ ſemel ſit poſitũ non ſemel ſed ſepius,debet aduerti hoc mõ. Dũ quę fortuna ſit vrbi miratur,artificũq; manus inter ſe miratur,operũq; laborẽ miratur.vidit iliacas ex ordine pugnas,dum laborioſa diuerſoꝝ opeꝝ & ſubtilitatem ſingulaꝝ artium miratur,& qd ageret̃ explorat, aduertit picturam monſtrantem iliacas pugnas,bellaq;, quorũ opinio ꝑ totum orbem fuerat vulgata.nam non pingeret̃ niſi qa ad ipſas partes fama currente peruenerant.ſed cõſiderãda eſt primo vis dicentis. Vidit inquit pugnas belli,quæ fama per totum orbem vulgata erant,vt non ſolum interitum troiæ totus orbis cognouiſſet,verum etiã quis,& quemadmodũ,& quo euẽtu certaſſet.hic verſus ꝓpoſitionem tenet futuræ deſcriptionis.oſtenſurus eſt.n.quid ſint pugnæ,quid ſint bella. Vtrũq;.n.certamen hoſtile ſignificat.diuerſum tñ Virgilius oſtendit e diuerſo genere fieri,bellum quippe eſt,quod inter plurimos geritur,pugna quę inter duos agitatur,ad eandẽ propoſitionem pertinet. Atridas priamumq; & ſæuum ambobos achillem. Sæuum ambobus,ſpecies eſt cõparationis,vt ſit ſæuior fuit achilles agamẽnone & menelao. ❡ Conſtitit & lachry.) Vbi hæc æneas vidit, cõſtitit mente.ſ. & corpore,turbatur vero vbi agnouit, q̃ eſſent illa quæ pictura eſſe monſtrabat,doluit & quaſi neſcientibus ſocio indicauit & expoſuit,& qũo cauſa fuit doloris maxima,relationem eius & vocem lachrymæ præceſſerunt,dolebat quippe de aduerſis ſuis imperijq; troiani & ſuorum intentu factas eſſe fabulas,quas loquerentur hoĩes,& ꝑꝑ oblectationem ſuam pingerent, quæ vides, inquit,digeſta picturis,aduerſa ſunt noſtra,quę res indicat nullũ locum in orbe remanſiſſe,qui clades noſtras ignoret, quando ẽt malorum noſtroꝝ fama ad iſtas ſolitudines currendo peruenit. ſic tñ dolenda protulit,vt partes etiã conſolatiõis inſereret.prius tñ agnationis ipſius oſtendit indicium dicẽs. En priamus. Dehinc adiungit. ❡ Sunt hic etiã &c.) Et in iſta pictura quod dolorẽ moueat,eſt,quod malorum ſolatium ferat.hoc ipſum colligebat argumentis nõ vero iudicio. ❡ Solue,inquit,metus fe.h.aliq.ti.fa.ſa.) Mala enim cuiuſq; dum nota ſunt,vel cum ſcitur qui fuerit, vel a fortuna deiectus ſit,mãifeſtum eſt ipſo naſci miſrationem, quoniam afflictis humanitas nõ negat̃,vt cõpleret ſuperiorẽ ꝓpoſitionẽ qua dixit. Hoc primum in luco noua res oblata timorem Lenijt,hic primum æneas ſperare ſalutem Auſus,& afflictis melius confidere rebus, En priamus. Non tm̃ demonſtrantis eſt verumetiam dolentis.põt.n.ſic aduerti,vt videatur dixiſſe. ecce ad quã infelicitatem perductus eſt priamus. cœpit iam dolores ſuos exponere,quos ex perſona potẽtiſſimi regis ſenis,& quoq; ſoceri capiebat. Sũt hic ẽt ſua p̃mia laudi, Sunt lachrymæ rerũ,& ipſa ꝓpoſitio eſt.nã ſpãliter dicturus eſt,quę laudãda vel quę dolenda ſint, ❡ Et mẽtem mor.tan.) Abſolute poſitũ eſt tangũt,ĩtellectus tñ ille eſt mortaliũ mentẽ tangũt,q̃cũq; aduerſa mortalibus acciderint,deinde ſequit̃. Solue metus feret hęc aliquã tibi fama ſalutẽ.potuit.n.ex eo naſci didõis vel incolaꝝ miſeratio. ❡ Sic ait &c.) Propoſitio.n.monſtrat quæ in illa pictura eius aĩum reficerent,q̃ ve acerbitatem doloris excitent. Vtrũq; tñ cõſiderantis aĩum ducebat ad lachrymas.quo factũ eſt,vt diceretur, Largoq; humectat flumine vultũ. Dolet.n.qđ licet egregie factum videretur perierit tñ,dolet etiã qđ præceſſit aduerſum.incipit iam rñdere propoſitioni ſuꝑiori. ❡ Nãq; videbat vti.) Ecce ſicuti ꝓpoſuit, oñdit bellũ eſſe,qđ inter plurimos gerit̃,ſimul ẽt monſtrat qd ꝓ gloria troianoꝝ faceret,qd incurreret dolorẽ. Faciebat.n.ꝓ gloria cũ troiani gręcos inſequebant̃,& ꝓ patria laborabant, mouebat̃ dolor vbi græci ſuperiores videbant̃.qđ expreſſit dicẽs. Nec ꝓcul hinc rheſi niueis tentoria velis Agnoſcit lachrymans, prio quæ prodita ſomno Tydides multa vaſtabat cęde cruentus. Ardenteſq; auertit equos in caſtra,priuſq̃ Pabula guſtaſſent troię, xanthumq; bibiſſent. Mox.n.vt venit occiſus eſt,& abducti ſunt equi eius ad græcoꝝ congregationem,caſtra.n.nõ ſoli parietes faciunt,veꝝ ẽt collecta in vnũ militũ multitudo. Idcirco aũt dixit occiſum rheſum,anteq̃ equi eius aut pabula deguſtaſſent troiana,aut bibiſſent xanthi vndã,vt exitij eius & vitæ finẽ celerem in ipſo aduentu demõſtraret,cũ dicit, Multa cæde vaſtabat diomedes tentoria,oñdit cum rheſo plurimos eſſe mactatos.non.n.fieri potuit,vt ſolus ad auxilium veniſſet,aut ſolus in tentorio requieſceret.ſubnectit iam pugnam quæ geſta eſt inter achillẽ & troilũ. ſic.n.poſuit. ❡ Parte alia fugiens ami.tro.ar. Infelix pu.atq; imp.con.ach.) Vnde infelix quia puer,& impar eſt ei quia iuuenis ſuperare non poſſet. ❡ Fert̃ equis.cur.q;.hæ.reſu.ina. Lora tenẽs.) Deſcriptio eſt eius qui ſupinus trahebatur. ❡ Interea ad templũ.)

Hoc eſt iratæ ibat crinibus iliades paſſis peplumq; ferebant Supplicitex triſtes,& tunſę pectora palmis. peplum ferebant genus eſt veſtis,pertinens ad ritum ſacrorum mineruæ, alij ſcutū modicū dicunt. ¶ Diua ſolo fixos.) Quod faciunt irati,ne reſpiciant quod oderunt.his adiungit achillis & hectoris picturam,in qua non tātum dolor oſtendit cōſiderantis ęneæ, verumetiam hoſtilis crudelitas grauiter reprehendit.nam oē inimicitiarum virus inter hoſtes eo vſq; manere debet,donec interueniat finis vitæ eius , qui fuerit ſuperatus. ¶ Ter circum iliacos.) Achilles exanimem ꝑ muros patrios hectorem dedit pertrahendum, tantaq; eius imanitas demonſtratur,vt hoc non ſemel ſed ſępius fecerit, nam ꝑ murorum ambitum ad inſultationem plenam tertio circulo pertraxit. ¶ Ter cir.ilia.rap.hecto.mu.Exa.q; aur.cor.ven.achil.) In ſingulis grande pondus eſt,intellectus ad exprimendum dolorē videntis.gemuit.n.primo occiſi fortunam & tāti viri fortis,dehinc ꝙ de eo triumphus eſt actus,& quod erat malis oībus peius,ſub ipſis ciuitatis aſpectibus,vt defenſorem illum ſuum cerneret,tot aduerſis additum.O,quanta indignitas rerum,trahebatur hector ante muros exanimis,quos plena virtute defenderat,& circūducebatur toties nequis a cognitione illius duriſſimi caſus remaneret exceptus,tantumq; potuit hoſtis imanitas, vt miſerrimo patri auro venderet,orbitatem ſuā non reſpexit, quā ille dum dāno moueri potuiſſet,vel funus captiui pignoris redimi totis opibus cupiebat. Interea pro dolentis aio cum hæc pronuntiamus, extollendum eſt hectoris nomen,& achillis deprimendum. notat quippe ipſius achillis impietas & auaritia. quis.n.mortuum vendidit niſi impius?quis in regno poſitus perindeq; locuples aurū deſiderat niſi auarus. ¶ Tum vero ingentem.) Cum dicit Tū vero,oſtendit aliquos animi dolores præceſſiſſe,ſed nō tales , quales ex hectoris caſu dixerat.ſ.conſtitit & lachrymans quis iam locus,inquit,achate?Quæ regio in terris noſtri non plena laboris? Item,Multa gemens,largoq; humectat flumine vultum. Rheſi quoq; niueis tentoria velis Agnoſcit lachrymans. Hic ergo vbi maiores cauſæ doloris acceſſerant,tunc vero,inquit,Ab imo pectore gemitum dedit,dura & īmoderata ac multiplici acerbitate percuſſus.viderat.n.ſpolia erepta viro forti & ciui optimo, Amici ēt corpus & currus , aut ipſius hectoris currus, vt inter ſpolia herentur,aut achillis,quibus hectorem traxit, & oībus doloribꝰ priamum tendentem manus,hoc eſt rogantem . Quod autē ait. En priamus.in eius noīe latiſſimum nobis dedit intelligendi tractatum. Priamus inquit ſcilicet qui fuerit grauioris ætatis,ꝑtātis regię,qui per infinita tpa cum omni felicitate floruerit. dolebat in eo ſocerum ēt ſuum,patrē tot virtute ꝑditorum liberorum , auū quoq; multorum nepotum ad hanc neceſſitatē redactū, vt poſt amiſſa omnia in cā duriſſimæ orbitatis hoſtē ſupplex rogare cogeretur.manibus,inquit,inermibus,aut ſimpliciter ſine armis, aut certe ſine inſignibus regni,quia qui rogatū venerat in oībus ſe inferiorem debuerat demonſtrare. ¶ Se quoq; pricipibus.) Ad illam propoſitionem pertinet,qua dixit. Sunt hic ēt ſua præmia laudi.nāq; ita ſe ſe pictum aduertit,vt principibus græcis mixtū eſſe conſtaret, vtiq; fuit glorioſum,cateruas hoſtium,& confertiſſimos primorū cuneos non timuiſſe ſignificat. ¶ Eoaſq; acies.) Agnouit.Nō ſemel accipiendum eſt Agnouit.n. ſe æneas,agnouit eoas acies,agnouit nigri memnonis arma. ¶ Ducit amazonidum.) Laudem dixit eius,quę in fœminino habitu virili audacia ducebatur.illa.n.tanta cōſtantia fuit,vt cōgreſſiones bellicas viris certantibus nō timeret,nec reuocaret virginali verecūdia,tāta autē fiducia venire videbatur,tmq; ardere in bellū,vt quod ſecretū eſſe virginibus ſolet,illa offerret videntibus.ſ.quum exerta pupilla pugnaret.pertinet hoc autem ad preliantis audaciam,vt pugnaret fœmina quæ munimine tegeretur armorum. Hæc oia picturarum,quę ſpāliter poeta deſcribit,non ſolum fuerunt in tēplo,ſed conſiderantis æneæ intentionem aduentus didonis interueniens rupit,quod ipſum ſic imperfectum poni conuenerat.eēt enim poetę vitium,ſi completo picturarum ſpectaculo,induxiſſet didonem pręceſſiſſe.deniq; ſic poſuit. ¶ Hęc dum dardanio ęneæ.) Non dixit quum omnia conſideraret æneas,ſed dum miratur,dum ſtupet,dum omnia illa fixa intentione conſiderat, vt oſtenderet ſuperfuiſſe adhuc multa,quæ conſiderari potuiſſent, magna tamen in poeta latitudo non multis,ſed paucis expreſſa, vt vna res quatripartito poſita breuiſſime diceretur. nam vt eſt ſummi doctoris res breues late diſſerere,ita artificioſum eſt atq; ſubtile,latitudinem materiæ ſtricto ſermone colligere. ¶ Regina ad templum.) Dum æneas conſideratione picturarum teneretur intentus,proceſſit regina viſura operis ſurgentis effectum , quæ res & ęneę animum & ſtudium cōmutauit,nam debuit conuertere omnem intentionem ſuam ad ea,quę attulerat procedentis occaſio.ſed primo complet poeta proceſſionem didonis, deinde redit ad ęneæ tractatum. Proceſſit,inquit,regina ad templū magna ſtipante caterua. Duplex procedendi neceſſitas reginæ, ne ſi eſſet ſuperflua,vel maxime formoſa quæ cum multis viris incederet,inueniretur inuerecunda,quæ facile nulla cogente cā publicis ſe ſe offerret aſpectibus. Inceſſit,inquit,ad templum. Ecce religionis & venerationis cauſa proceſſit vt regina. hanc enim ꝑ poteſtate tangebat videndi & conſiderandi neceſſitas, vt noſceret quantum operum templi perficerent,quod plena veneratione cupiebat eſſe perfectum.hanc poeta comparat dianæ, eiuſq; formam,verecūdiam,mores,iuſtitiamq; cōmendat, ęneæ iam pręſtans laudem,qui ab ea ſuſcipi hoſpitio & amari commeruit. ¶ Qualis in eurotæ ripis.) Comparatione & occaſione iſtius expreſſit poeta,ꝙ læti ſunt parentes cum proſperis ſucceſſibus ꝓduci viderint liberos ſuos. ¶ Talis erat dido.) Inter oēs viros ambulabat,& ne alienus a ſexu ac per hoc inuerecundus eius putaretur inceſſus,addidit neceſſarias cauſas & honeſtas. ¶ Inſtans, inquit,operi,regniſq; futuris.) Vnam curam gerens,quę teſtaretur deuotionem faciendi templum,alteram,quæ operantis inſtātiam demonſtraret,Talis erat dido,qualis erat diana cum choris ſuis.Talem ſe lęta ferebat,lætam vult eſſe ex ſucceſſu eorum,qui diuerſarum fabricarum moles vrgebant. Poſt hęc deſcribitur ingreſſus eius in ipſum templum,in quo & ſedere & de operū labore iudicare conſueuerat. ¶ Tum foribus diuę.) Hic niſi ordinatio ſenſus queratur , intellectus non poterit cōprehendi. erit.n.ſatis incertum,quid poeta deſcripſerit, Neſcietur quippe, vbi ſederit dido,& vbi armis ſepta ſit. Ordinemus ergo ſenſum ſic. Cum foribus diuæ ſepta armis media teſtudine templi ſolioq; alte ſubnixa reſedit.quo eſt officiorū omnium conſuetudo, ducuntur iudices vſq; ad fores ſecretarij,ibidemq; officium remanet, illi vero ingreſſi ſolium aſcendunt,& ſedent,omnes igitur qui in obſequio fuerant,quum procederet regina,armati ante fores remanſerunt,illa igreſſa ēt cum inermibus qui illam ſequebant, & vbi ad mediam teſtudinem templi,hoc eſt ad mediam aream peruenit,aſcēdit ſolium quod ipſius cauſa fuerat collocatum & primo alte conſurgens ſedit.iterea bonorum reginę ſic poeta meritum demonſtrauit.cui enim tot viri obſequebantur, proculdubio animi virtutes habebat egregias,quę demonſtrarentur in fœmina, quas colerent,& quibus competēter obedirent.Ecce iam ſpecialiter numerauit bona ipſa. ¶ Iura dabat,legeſq; viris.) Iura dabat,ſic alij exponunt imperabat,ſed nō ita eſt,nam qui ſub nouo agebant non dū hēbant leges & iura, qbus tenerent. hęc ergo iura & leges dabat,hoc eſt conſtituebat. tenentibus quippe īperiū plena poteſtas eſt,iura ſcribere ac leges proferre, qbus viuant qui agunt ſub īperio.nō.n.in poteſt recte viuere,niſi quem tenet iuris legumq; neceſſitas,hoc igitur fuit principium in eius laudibus, cum ſcriberent leges & iura,quia acquieſcebant viri iuſſis fœminę.ecce enim cum a publicis conſultis ēt ad opera veniebat, oſtēdebat æquitatē ſuam,& in cōſulendo prudētiā,operum, inquit, laborem partibus ęquat iuſtis,aut forte trahebat,aut iudicio ſuo operis partes ſingulis aſcribebat,quæ ęſtimatione iuſtitiæ poſſent ſine ſuſpicione gratiæ definiri,quæ autē natura ſua ad plenū ęquari non poterant,retracto arbitrio ſuo,fortis iudicio dabat, vt ex vrna licet grauiorem accipiens laboris partem, non iam reginam incuſaret ſed fortunam ſuam,& hæc ſicut picturas nō fecit poeta.nam cū multa ageret dido,multaq; diſponeret , non enarratis omnibus,quę agebat,interuenit repentinus euentus rerum,& alia ſublata deſcriptio eſt. ¶ Cum ſubito ęneas.) Agente adhuc didone quę ad officium reginæ pertinebant,ſubito æneas ad eam venientes aduertit,quos in pelago putabat extinctos,ecce completum eſt quod ęneæ mater prædixerat. ¶ Obſtupuit ſimul ipſe,) Obſtupuit & perculſus bis accipiendum eſt,obſtupuit vterq; & ꝑculſus eſt,deniq; ſic poſuit. Simul ipſe hoc eſt ęneas ſimul,& achates. ¶ Lętitiaq; metuq;.) Bis ergo duobus animi motibus obſtupuerunt & perculſi ſunt,lætitia ſcilicet & metus impellebat eos, Lætitia vt ſe oſtenderent & ſuorum dextris iungerentur,reuocabat metus omnium rerum incertos, deniq; ſubiūgit metus ipſius cauſas. ¶ Diſſimulant & nube caua ſpe.ami.&c.) Ecce quod poſuit cauſas,quæ æneā & achatem incertos reddiderant, vnaq; lætitiā mouerant,quæ fuerant manifeſta ſocijs ſuis. merito ergo prudentię conſilium fuit,primitus explorare , quæ fecerant metum,vt ſciretur, Quę fortuna viris,hoc eſt qua euaſerant vel quę eos fuiſſet exceptura. ¶ Claſſem quo lito.lin.) Rex n.non tm̄ de hoīum,verum ēt de nauium incolumitate debuit eſſe ſollicitus,dicet & nouiſſimam cām. ¶ Quid ve.) Quum dicit cūctos,

ctos,quos ſubnexuit.¶ Cuncti.n.le.na.ib.Ora.ve.) Cunctos dixit
eos oẽs qui ad deprecandũ Didonẽ venerant non omnes qui fuiſ
ſent naufragio liberati,nam lecti,hoc eſt qui in talibus cauſis loq
poſſent,cõmodũ tenere ſermonẽ, Ibant orantes veniã,& templũ
clamore petebant,Orantes & templũ clamore petebant, Non co/
hęret,nam orare eſt ore aliquid ſuppliciter poſtulare,clamore pe
tebant cum ſtrepitu inuerecundo voces claras emittebãt.Cauſas
igitur aduentus eorum (licet vterq; neſciret) coniiciebant tamen
ex ipſorum clamoribus magna eos vrgeri neceſſitate, vt ante cla/
moſas voces effunderent,quã Didonẽ ipſam videre potuiſſent &
rogare,clamãdi cauſas iuſtas fuiſſe nõ ſeditionẽ ipſe Virgilius do
cuit.nã Dido intus fuit,officiũ vero foris cũ nullus nunciaret ali/
ter ad ſcientiã eius peruenire nõ poterant niſi exclamantium vox
fuiſſet audita,ſequitur.¶ Poſtq; introgreſſi.) Recte hic poeta & lo
cum ſeruauit,& tpſ,& perſonam,& hoc gñe oſtendit, nõ ſeditio/
ſas voces emiſiſſe eos,qui ſupplices venerãt,clamabãt,inquit, cũ
eſſent foris,ſed poſtq; introgreſſi ſunt,& tempus loquendi occa/
ſionem dedit,locuturo fiduciam tribuit,nec deerat perſona,quæ
rogaretur ac poſtulata præſtaret loquendi modum,vel maxime
in tẽplo,& apud eam,quę teneret ſummam rerũ,temperauit.qui
fuerat locuturus,hoc eſt ilioneus,qui quũ dicit cæteris fuiſſe me/
liorem,intelligere debemus;qualis ab ipſo ſermo proferri debue
rit,Placido,inquit,ſic pectore cœpit,foris clamoribus agebatur,
vbi negabatur perſona Didonis,qñ data eſt fandi copia.i.quando
cum pręſente regina coram licuit loqui,mutata ſunt omnia,quæ
turbulenta videbantur.¶ O regina,nouã.) Magna dicendi arte lo
cum iſtum poeta cõplexus eſt.primum oĩum,vt principia ipſa ar
ctiore breuitate ſuccingeret,& tamen plurima neceſſaria contine
rent,primo perſonã Didonis laudaret,ſubtilem obiurgationẽ nõ
cõmitteret,redderet in ipſa obiurgatione beneuolam,inuidiã in/
humanitatis & ſuperbiæ reiiceret in alios,ipſam diceret iuſtam,
neque eam læderet,cuius fuerat petiturus auxilium,ſingula ergo
quæ diximus quæ ſint, vel quõ illuſtriora reddantur neceſſario
prouidendum eſt. Ilioneus veniebat ad incognitam regionẽ,qui
loca illa hominesq; neſciret,perindeq; incertus oĩum,quẽadmo
dum aliqua laude aſſumpta beneuolam fecit,coniectura collegit,
ſenſerat enim,& probauerat homines impios & inhumanos mo/
res, quos in poſteriore orationis ſuæ parte euidenter expreſſit,
ſuſpicione vtiq; debuit duci,ꝙ talis eſſet illa,cuius tenebantur im
perio,ſed hanc partẽ meliore ratione argumentãdi correxit,nihi/
lominus etiam ipſam oblique cõtingens,vt ex aliena hoc eſt ſuo/
rum reprehenſione confuſa,erubeſceret talis videri, & præſtaret
ſe beneuolã.Collectis igitur contrariis omnibus cõponitur duo/
bus verſibus plena laudatio.O regina quod eſt proculdubio diffi
cillimũ,fœminam regnare,ex difficultate igitur,fit laus,quod fa/
ctum niſi diuino fauore peruenire non potuit.Nouã cui condere
Iupiter vrbẽ.Ecce ſm meritum quod ab eo vel maxime ſine ad/
miratione dici nequibat,eo loquente,quẽ conſtabat dolere,quot
ſibi id prouenire nõ poterat,ſicuti ex perſona Æneæ ſuperius di/
ctum eſt.O fortunati quorum iam mœnia ſurgunt.Quum igitur
fœmina faceret,quod difficulter ꝑuenire viris poſſet, apparebat
proculdubio non humanis ſed diuinis opibus fieri,ſurgebat qppe
non fabrica ſpeciei alicuius leuiſſimæ,ſed ingentis magnitudo ci/
uitatis,& duo miracula ĩ laude ſunt mulier regnat,& mulier ędi
ficat ciuitatem nouam,addidit tertiam , quod ageret admiratio/
nem, Iuſtitiaq; dedit gentes frenare ſuperbas.Hoc eſt te ſolam ap
petere florere iuſtitia,nã pro frenis æquitate,vt regas hoĩes , qui/
bus parendi ſtudium natura ſponte negauit,frenare aũt quum di
cit oſtendit plenam gentium feritatem.quæcunq;.n.non ſuccum
bunt imperio, frenorum poteſtate franguntur, quæ ſponte non
currant. In hominibus contra eſt, ſic deterior cui extorqueretur
contra naturam,quod naſci non meruit,mali homines non pari/
bus ſed contrariis ſuperantur,humanitate.ſ.regentis,& volupate,
quas in Didone fuiſſe collegit ſapientiſſimus Ilioneus,qui vitupe
rando incolas,& inhumanitatis arguendo,laudat eam,cuius be/
neficia requirebat.Ecce tacite oſtẽdit præſentem cauſam,& docet
quemadmodum ad humanitatis partes rediguntur,& retinentur
imperio,quibus obſequendi ſtudiũ natura non tribuit,quantũ ad
beneuolẽtiam ducta eſt,cui dictum eſt quod alii frenis impoſitis
nituntur efficere,tu humanitate comples,& perficis lenitate prin
cipiorum ratione confecta,quibus laudauit reginam,& incolarũ
mores,ferociamq; graui inuidia perfudit, ſuam debuit purgare
perſonam,quę purgatio ad id reuocatur,ne iuſte videantur paſſi
violentiã.¶ Troes te miſeri.) Quã cito & q; euidẽter expreſſit &
perſonam,& fortunam ſuam, & eius ſpãlẽ ſignificationem, quã
rogabat,quod aũt ait miſeri,oſtendere voluit nihil miſeros aude/
re potuiſſe vel poſſe,quod cõmodis Didonis officeret.¶ Vẽtis ma
ria om.v.Ora.) Vt appareret illos ad illa littora nõ ſpõte,ſed ne/
ceſſitate eſſe delatos.Ecce totũ breuitas tenuit pro tpis ratione &
ꝓ perſona loquentis. Incipit iam ſumma petitiõis ſumma breui/
tate collecta tam iuſta tamq; ſine præſtantis detrimentis expreſ/
ſa, vt quiuis inhumanus & durus facillime flecteretur.¶ Prohibe
infandos à na.ig.) Ecce poſtulata ſunt tria,ne incenderẽtur naues
vt oſtenderet ſe & neceſſitatem habere abeundi & voluntatem,
atq; ex hoc ipſo perdoceret caſu potius,q; ad inferendã violentiã
veniſſe,parce pio generi,reus.n.eſſe incipit,qui perſecutus fuerit
pium,quæ ſanctitas,inquit,eo amplius lædenda non eſt,ꝙ hanc
naturam ſanguinis & generis ducti non aliqua conſtricti lege ſer/
uamus.Et propius res aſpice noſtras.Tertia petitio generalis eſt,
& quicquid ad cõmodũ noſtrum ſpectat oramus, vt pręſtes.Hęc
non ponendo per ſpẽs,honeſtius cõplexus eſt, quam ſi deſigna/
ret euidẽter,intelligi tñ poteſt illos oĩa conſequi potuiſſe,ſi fauo
rem reginæ pleniſſimum fuiſſent cõſecuti,deniq; cõciliata Dido
& humana iuxta ipſos fuit,& recępit hoſpitio , & ſponte infinita
munera cõſtitutis in nauibus miſit.¶ Non nos,&c.) Aſſertio inno
centiæ,cũ probatione ſua,nec ad hoc,inquit,venimus, neq; eius
ſumus naturę, vt in aliena exeramus improbas manus,aut exer/
ceamus direptiõe,& hoc ſi gereremus animo, quid auderemus
victi? quantũ miſeri niti poſſemus? ad probationẽ iſtius innocẽtię
pertinet,quod ſupra dixit. Ventis maria oĩa vecti.ſi.n.vellent aut
poſſent facere violentiã,feciſſent in aliquibus terrarum partibus,
& caruiſſent violentia maris, quam per oĩa littora naufragando
perſenſerant,nouiſſimum argumentũ probabilis innocentię fuit,
quod poſterius poſuit.Oramus nullus.n.negãdo vult conſequi,
niſi qui alienus eſt à cogitationibus violentiæ,& hoc,quod vene
rant,non eſſet voluptate cuiuſpiam factum,ſed vi maris & neceſ/
ſitate turbinum,quibus conſtabat,Troianos non iam veniſſe ad
Carthaginis partes,ſed Carthaginis littora naufragãtes ereptos,
multis igitur oſtendit ſuã ſuorumq; innocentiã,quæ oĩa fortiori
argumẽto cumulauit dicendo.¶ Eſt locus,&c.) Et locorum & ho
minum Carthaginis plena deformatio,ſed non aperta,nã quum
laudat partes,ad quas tendebat,illis ſic derogat, ad quas inuitus
eiectus eſt. Ibamus,inquit,ad optimas terras Italiæ vberes & co
pioſas,quas coluerunt œnotri viri,qui nunc Itali dicuntur,opti/
mi vtiq; & præcipui, ſed exiſtente orionis ſcelere ſine dubio ad/
uerſa fortuna expugnante commodum noſtrum,cum violentię
plagæ non valeremus obſiſtere,in veſtra littora hoc eſt in ſolitu/
dines & horrendam deſertionẽ ſumus appulſi, qui ergo relictis
melioribus pergit ad deteriora? niſi qui non ſuo ſed arbitrio com
pellitur alieno? ſi igitur nõ ſponte venimus,apparet,nos nullum
violentiæ ſtudium gerere.qui enim hoc cogitat,deſtinata loca &
ad prædam diſpoſita,ſponte aggreditur,ſponte occupat, ſponte
inuadit,& aliquid eligit,in quo ſit vberior præda.Deſcriptionem
naufragii non fruſtra poſuit, nam huius adiectio potuit mouere
miſericordiam,paucorum autem idcirco mentionem fecit, vt fir
maret Didonis animum, ꝙ nullam paraſſent violentiam. quid
enim audere poſſent,quibus nec animus fuit,nec ſubſtantia mul
titudinis? ecce omnem,qua laborabat,inuidiam violentiæ purga
tis ad plenam partibus retorquet in partem calumniantium, vſus
anticategoria.dicit enim ego non feci aut mei,ſed tui in innoxios
extiterunt violenti, deniq; ſequitur. ¶ Quod genus hoc homi.)
Sub iure querelarum,occaſione & deformatione tyriorum tenet
& ſuam laudem.nam cui inhumanitas aliorum diſplicet, & ipſe
vtiq; humanus eſt,& qui alienos mores grauiter reprehendit,ab
hiſce ſe profitetur alienum, vſqueadeo diſplicebant, vt nomen il/
lorum inuenire nequiuerit,dicẽdo. Quod genus hoc hominum?
Omnes enim feros immanitate vicerant tyrii. Quæue hunc tam
barbara morem? hoc eſt quæ vel cuius regionis in tantum ſæua
barbaries,& tãta feritate extitit? quãta tui vſi ſunt aduerſus nos?
nomen ergo,quo eos appellaret non inuenit,exemplum non re/
perit quod erat grauius,potuerant enim defendi ſimilitudine al/
terius gentis. Hoſpitio prohibemur harenæ. Probatio pleniſſimæ
inhumanitatis,prohibemur in harenis conſiſtere.quid fieret? ſi hu
mano more tectorum hoſpitium peteremus? Bella cient,non ſal
tem leniter prohibent,ſed more bellandi vtuntur hoſtilibus ar/
mis.Bella cient.bella,inquit,non patiuntur,ſed inferunt.prima q;
vetant conſiſtere terra.dixerat enim ventis maria omnia vecti, vt
miſericordia dignos oſtenderet in illa terra, quæ licet inutilis &
deſerta,naufragos tamen prima ſuſcæperat,certe etiam ſic poteſt
intelligi,primam eſſe terram littoris tractum.ſecundam,quę lon
gius progredientes excipit, vt ſatiaret,quod dixit,hoſpitio prohi/
bemur harenæ,perſeuerat in hac ſubtilitate dicendi, vt inhumani

tatis etiam ipſam Didonem oblique criminetur, nam quū de his queritur, quos imperio Dido retinebat, & regno ipſam quoq; appetit, & culpat, à qua iuſſa mandataq́; proficiſci dubitari non poterat, vſq; adeo hoc verū eſt, vt relicta ſubtilitate, in ipſius quoq; reginæ perſonam inuidiam oẽm poſterius torſerit, addidit enim. ¶ Si genus humanum & mortalia temnitis arma.) Non dixit temnunt, ſed temnitis. ¶ At ſperate deos.) Ecce & hic ſperate poſuit, ipſam quoque Didonem culpæ inhumanitatis annectens, Si contemnitis hoĩes, ſunt dŋ, qui iniuſta vendicent. ¶ Rex erat Æneas nobis.) In rege ſuo bona animi laudauit, & corporis. animi ſunt iuſtitia & pietas, virtus in exercitatione bellandi, quæ non ſuperflue poſuit. nam pro benefactis promiſiſſe intelligitur conſimilē vicem ab eo, qui iuſtitia pręſtaret & pietate, pro malefactis vltionem, quam poſſet implere qui virtute confideret, q; pulchre autē varietate vſus eſt, vt vnam tripliciter diceret, ait enim. Quem ſi fata virum ſeruant, hoc eſt ſi viuit, ſi veſcitur aura ætheria, Ideſt ſi incolumis manet, Neque adhuc crudelibus occubat vmbris. Hoc idem ſignificat. Agit interea magna arte, vt petat parua, & ingens cōmodum in viciſſitudine polliceatur, neque hoc ſimpliciter facit. nā & reciprocam beneuolentiam ſpondet, & terret audaciam. Quum.n.dicit poſſum tibi prodeſſe, atq; ita, vt te non pœniteat præſtitiſſe, intelligitur etiam illud aſſerere, poſſe & nocere ſi res exegerit hoc modo, ſi viuit rex noſter. credimus.n. eum ſupereſſe. tanti enim meriti fuit, vt ſi nihil aduerſi incurrerit, nihil eſt quod metuere debeamus, ſi autem receſſit ad ſuperos, habemus Aceſtē virum magnum, & regem opulentum viris, armis, & ſubſtantia omni copioſum, nec alienum, ſed vnum ex noſtris. perindeq;, qui illud quod poteſt, negare non poſſit. ecce in duobus tantis & talibus ponit ſpem, & inŋcit metum. ingerit iam ſummam petitionis non oneroſam præſtanti. ¶ Quaſſatam ventis.) Da inquit, copiam vt deducamus naues in littora, & cedamus in ſyluis, & neceſſaria fabricis, vt reparemus cōuulſa, quid compoſitis nauibus futurum eſſet, cōſequenter oſtendit. ait enim nauigandum nobis erit, ſi contigerit regem habere incolumem, aut ſi id nō fuerit ad Siciliam atque ad Aceſtem tendendum. Epilogis dehinc concludit, hac parte oſtendens ſolum poſſe Æneam Italiam filio parare, & fecit apoſtrophen, vt animum Didonis ad miſerationis partes vrgeret. ſi inquit contra meritum tuum ſeceſſiſti à ſuperis, ſi funus tuum naufragia ſorbuerunt, ſi tuo miſerādo caſu Iulus deceptus eſt, & in te ſpes eius intercæpta eſt, habemus regem alterum, ſed tamē ex noſtris, & proxime Sicilię terras. ¶ Talibus Ilioneus.) Ilionei oratione concluſa, cæterorum qui cum ipſo fuerāt conſenſus accęſſit, ſignificabat quippe eadem ſe poſcere, quæ maximus ipſorum fuerat perſecutus. ¶ Tum breuiter Dido.) Quod ait breuiter, hoc poteſt intelligi propter perſonam locuturæ mulieris, & ſermonem facturæ ad viros & incognitos. Vultum demiſſa, poteſt ſic accipi, vt non ſolum propter fœmineam verecūdiam deiecerit, verumetiam propter adiecta. Deniq; hoc primū purgat, quæ ipſius perſonam, ſuorumq́; fœdauerant, grauius autem accæpit, quæ dicta ſunt, quia non erant vera, & eo magis erubuit, quia nec inhumana fuit, vt Ilioneus dixit, nec barbara. vtitur arte pleniſſima vt geſta non negando, quoniam manifeſta fuerant, ſed purgando defendat. ¶ Soluite corde me.teu.) Paucis admodum in reſponſione ſecuros effecit, tunc enim cętera libenter audiri potuerunt, quæ illa ſumpſerat defenſura. ¶ Res dura, & regni no.) Ecce poſuit alterum: ſed hic ſatis errant, qui rem durā nouitati regni coniungunt, quaſi Virgilius vnam rem geminās, hoc idem dixerit, velut laborioſam eſſe nouitatem regni, ſollicitam fecerat, ne quiſquam nondum firmatis rebus imparatos offenderet, metuebatur extrinſecus res dura, ne tanta in ſichæum crudelitate perfecta, ſequeretur pygmalion, qui ſceleris ſui mercedem ſperabat quæſiturus, & necaturus ſororē, quæ mariti auxilia perdidiſſet. Idcirco igitur rem duram dixit, mariti interitum, ne diceret quod nefarie conſtabat admiſſum, vel ne diceretur veꝝ, quod iam dictum eſt ex perſona Veneris, & fieret rei iam cognitæ repetitio. Oſtendit ergo ſollicitudinē illam fuiſſe vehementiſſime neceſſariam, obiecta autem à ſuis ſuorumq́; moribus aliena confirmat dicendo, cogunt vt cuſtodia cautior littorum repellendæ potius violentiæ cauſa facta videretur, quod Ilioneus conqueſtus eſt, non inferendæ, perindeq; non eſſet ex moribus aut natura vitium, ſi vrgente duplici metu, diligentiores fuerint & ſolliciti, cōpetenter hoc ipſum vt melius probaret, purgatione ſubnexuit beneuolentiam, vt crederetur vera dixiſſe, vt turbatos congruæ honorificentiæ ratione componeret dicens. ¶ Quis genus Æneadum?) Merita inquit veſtra, & ſingulorum Troianorum virtutes, & aduerſam fortunam Troiani excidŋ, quæ quaſi neſcienti numerare voluiſtis, olim nouimus, & habemus pleniſſime cognita. Hæc dicendo dat humanitatis ſpem. Facile enim ſuccurritur his, quorum aduerſa ſunt nota. ¶ Non obtuſa adeo.) Corda inquit noſtra non ſunt ab humanitatis partibus aliena, nec ſic viuimus, vt ſolis equi tam curſus ſuos à nobis auertant, quum aliquod apud nos nefarium genus perſpexerit. ¶ Seu vos heſperiam magnam.) Proſequitur ſummam beneficiorum ſuorum, nihilominus & propoſitis reſpondens. dixerat enim ilioneus, ſi regem recęperimus incolumem, tendemus ad Italiam, ſi autem contra meritum ſuum aliquid inhumanitatis acciderit, pergemus ad Siciliam, ait Dido, non faciam contra Troianorum voluntariam diſpoſitionem, quocunq; ire volueritis, nō tenebo inuitos, & omni ſubſidio adiuuabo nauigantes. ¶ Vultis & his mecum.) Ecce plena beneuolentia eos in ſocietatem vocat regni, qui omnia deſperauerant. ¶ Vrbem, quam ſtatuo.) Primo dixit mecum conſidere regnis, nunc autem auxit ſtudium beneuolētiæ, plenam illis poſſidendæ vrbis offerens facultatem. Multi vitium putant eſſe, qa dixit Virgilius, veſtra eſt vrbem, & reuera poteſt eſſe, ſi non remoueatur error, ordinatiōe ſenſus effecta, ſic enim accipiendum eſt, Quam ſtatuo vrbem veſtra eſt. ¶ Subducite naues. Tros tyriusq́; mihi.) Huic parti non plene reſpondet. Ilioneus quippe poſtulauerat. Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem, Et ſyluis aptare trabes, & ſtringere remos, Dido cum reſponderet, non obtulit duo, vt ſubducerentur naues, & componerent. Subducite, inquit voluit de componēdis aliquid loqui. nouerat enim ſe dixiſſe ſubducite naues, addens. ¶ Tros tyriusq́; mihi nul. diſcri. age.) Ne arbitrarētur Troiani inferiores ſe fore, miro ingenio tentauit, vt diceret Troianos vno cum incolis futuros affectu, vt honorificam ſe oſtenderet iuxta hoſpites, nō eos poſtponēdos tyrŋs, nec deŋceret ſuos, & inter populos inimicitiarum cauſas immitteret, ſi peregrinos faceret potiores ŋs, qui cum ea de tyro in tanta neceſſitate nauigauerant. ¶ Atque vtinam.) Quia aduertit Troianos ſatis de ſalute regis ſui eſſe ſollicitos, vltro offert inquiſitionis eius auxilium, & optat aduentum. ¶ Equidem per lit.cer.dimit.) Certos, dixit, exploratæ diligentiæ homines, atque vt ſatiaret oblati beneficŋ gratiam, addidit. ¶ Et Libyæ luſtrare extre.) Hoc oſtendit Virgilius ſub Didonis imperio non illam tantum, quæ condebatur, ſed multas alias fuiſſe ciuitates. ¶ His ani.arre.di.) Supra enim dixit, lætitiaq́; metuq́; auidi coniungere dextras Ardebant, ſed res animos incognita turbat. Diſſimulant & nube caua ſpeculantur amicti, Quæ fortuna viris, claſſem quo littore linquant. Quum igitur omnia cautius exploraſſent, ne Dido quaſi abſentē Æneam iuberet inquiri, conſilium fuit, vt vltro ſeſe offerrēt, qui fuerant iam de ſua ac ſuorum ſalute ſecuri. ¶ Prior Æneam.) Licet ſocius tamen quia fuit inferior, non nomine ſuo eum appellauit, ſed eum omni honorificentia omiſſo vero nomine natum dixit ex dea, reliqua breuiter explicat, quæ eos ſollicitauerāt. ¶ Quę nunc ani.ſen.ſur.) Confirmatio rebus proſperis, animo ardebant rupta nube, omnium ſe præſentare conſpectibus, vt Didoni grauius fieret ſuſcępiſſe ſe faciliori via, quē magno labore cupiebat inquiri. Conſiderandum eſt, quomodo hic quoque teneat poeta dicendi virtutem, quemadmodum locis ſuis perſonarum merita diſcernat, ac ſeruet, inferior Achates fuit, & meliorem prudētiam debuit Æneæ tribuere, quem cōſtabat eſſe potiorem, ſic ergo induxit priorem Achatem loquentē, vt ſine vitio eius & nota eius, cum quo fuerat locuturus, ſermonē faceret. ne ſi prior loqui cœpiſſet, videretur arrogans & ſuperbus. Expectare enim debuit arbitrium potioris, nec debuit ſenſiſſe videri, quod ille non aduertiſſet, temperatur mire totum, & inducitur Achates non tam faciendum ſuggerens ſed quid tum faciendum eſſet, ſeruata ſine dubio honorificentia eius, qui conſilio & authoritate p̃ſtaret. ¶ Quæ nunc ani.ſen.ſur.) Interrogantis hæc vox eſt non iudicantis aut iubentis. ¶ Omnia tuta vides.) Ne ſpecialitas properantibus prolixitate ſua faceret moras, clauſe dixit claſſem, clauſe dixit ſocios, vt cito tranſiret. Dictis reſpondent cætera matris, quam cito per vniuerſa tranſiŋt, conſtabat enim illi, quam ſecuritatem mater per auguria promiſiſſet. ¶ Vix ea fatus erat.) Non dixit ex nube caua ſpeculantur, ſed nubes ab ipſis abſceſſit, vt oſtenderet Æneę commodis etiam rerum naturam ſeruiſſe. tamdiu, inquit, cælati ſunt nubis obtentu, q; diu neceſſitas fuit, vbi opus non erat, ſponte diſceſſit. ¶ Reſtitit Æneas.) Quantum gratiæ dedit Æneæ, quū illū dicit ſuo ſplendore tribuiſſe lucem diei meliorē? Dicit iam, vnde tantus apparuiſſet. ¶ Os, inquit, humerosq́;.d.ſi.) Beneficia hæc haud difficulter præſtiterat, qa mater fuiſſet, & dea. ¶ Quale ma.ad.eb.de.) Tantum inquit ſplendore ſuo Æneas addidit gratię luci, quantū ebori manus attribuit, vel quātū addit aurum argento.

¶ Tum

¶Tum ſic re.al.) Tanta celeritate factum eſt, vt improuiſus cūctis
veniret ad verba, quē nudauerat nubis abſceſſus, quē monſtraue/
rat naturalis lux, & proprius ſplendor, ipſa potior luce, comple/
ta ſuggeſtione, neq; Æneas reſpondit. Præuenit enim euētus re/
rum, qui eos reddidit luci, & quia iam venerant in hominum cō/
ſpectum, mutata ratione temporis, rationem loquēdi non imme
rito mutare debuerunt. Reſtitit Æneas (vt dictum eſt) ſed aliquā/
to melior q̄; fuit, hoc enim pollicita propter iunonia hoſpitia, p/
curauerat mater, vt amore potius q̄; odio dignus videretur. com
paratur deo, auro, ebori, & argento, quæ cum per ſe ſplendeant,
meliora tamen fiunt, ſi his vel artificis manus vel gratia ſocieta/
tis accedat, quod autem comparatur deo, non fuit fauoris poetę,
cum ſit nepos Iouis, & filius Veneris, perindeq; & cæſaris ipſius
affinis. Hunc autem omni occaſione laudat Virgilius, atq; ita, vt
pręcipui viri laudandi ſunt, nam virorum forma, & ſplendor cor
poris iunguntur fortitudini. ſola enim pulchritudo corporis ſine
fortitudine plurimorum obſuit famæ, cōiuncta vero ornare con
ſueuit virum fortē, per corporis igitur partes, vt appareat in illo,
quid decoris, quid fortitudinis fuerit, nam ipſa decoram cæſariē
nato genitrix lumenq; iuuentæ purpureum, & latos oculos ad/
flauit honores. Hæc ad partes pulchritudinis pertinent, ad virtu/
tis autem, quod ſupra laudauit humeros eius, vt fortitudinē cor
poris demonſtraret. Nato, inquit, genitrix duo poſuit nomina in/
finiti inter ſe atq; inextimabilis meriti, quicquid enim poſſunt pa
rentes libenter conferunt ſuis filijs. interea comparatur Venus ar/
tifici, quæ ſic ornauerat filiū. Enumeratis igitur ſpeciebus, Æneas
introducitur loquens. ¶Tum ſic reginam, inquit, allo.) Prior enī
ipſe debuit loqui ante omnia, vt quis eſſet nunciaret neſciēti, de/
inde, vt gratias ageret ob eam cauſam, quam ipſe oculis & auri/
bus comprobaſſet, vt oſtēderet illic ſe fuiſſe præſentem, vnde ſer/
monis ſui ſumpſit exordium. ¶Coram quē quæritis adſum Tro/
ius Æneas.) Omnibus quæ audierat præſens nec pleno verſu re/
ſpondit. Celeritate enim opus fuit, vt cito ad agēdas gratias per/
ueniret, dicēdo, coram adſum, quem quæritis, & pluralem nume
rum tenendo, oſtendit Æneam & Didoni ſimul & ilioneo reſpō/
diſſe. Ilioneus enim dixit. Quem ſi fata virum ſeruant, ſi veſcitur
aura Ætheria. Item ſin aſſumpta ſalus, & te pater optime teucrū.
Dido vero dixerat, Equidem per littora certos Dimittā, & libyæ
luſtrare extrema iubebo ſi quibus eiectus ſyluis aut vrbibus er/
rat. Quod autem ait, adſum Troius Æneas, ne Didoni tantum vi
deretur dixiſſe, cui fuit incognitus, libycis ereptus ab vndis. Quia
Ilioneus & Dido arbitrabantur eum violentia maris oppreſſum,
vtriſque intelligitur demonſtrare. ¶O ſola infandos.) Magna ar/
te dixit hanc laudem, vſqueadeo vt & ſpecialem prædicationem
complexus ſit, & cæteris laudibus dicendi inſtructam dederit for
mam. prima pars rhetoricæ diſciplinæ fuit, quòd loci, & tempo/
ris, & perſonæ, optime ignarus loquens apud Carthaginem, hoc
eſt in ciuitate, quæ propter Iunonem potuiſſet eſſe inimica, lo/
quens in ipſo aduerſariæ templo, & apud eam, quæ ſummam te/
neret imperij, atque eo tēpore, quo poſt neufragium terras ipſas
cupiebat euadere, nihil ſit de Iunonis factione conqueſtus, gra/
tias agit nullum culpans, nullius commemorans impreſſionem,
ſola, inquit miſerata labores noſtros, quum dicit ſolam iuxta Tro
ianos extitiſſe beneuolam, & laudat factum, ex eo quia carebat
exemplo, & miratur occulte illic inuentam requiem, vbi euiden/
tiſſimum periculum ſperari potuerat, cauſas præterijt aduentus
ſui, quia has dudum regina Ilioneo narrante compererat, quæ
nos, ſcilicet, nos reliquias Danaum, quomodo ſatis apertum eſt.
nam infiniti eo tempore perierunt, quo etiam ipſa ciuitas conci/
dit Troianorum, reliquias terræ idcirco dixit, quia fugiēs de Tro
ia, quum cretam veniſſet multa luis contagione perdidit Reli/
quias maris, quia conſtabat naufragio, quo in littora Carthaginis
eiecti ſunt, Orōtem interiſſe. ¶Omnibus exhauſtos iam caſi.) Cur
rit per amplificationem præſtitorum, extollens in maius quod
fuerant conſecuti. Omnibus, inquit, exhauſtos iam caſibus, quum
dicit ſe aduerſis caſibus exhauſtum, oſtendit inopiam non origi/
nalē, quaſi abiectæ perſonæ, ſed fortunæ violētia extitiſſe. ¶Om/
nium egenos.) Quod eſt inter mortales difficillimum tangi miſe
ricordia, quum quis inopem viderit & egentem, deniq; vt poeta
comprobaret, hoc ipſum conſecuta reprehenſione Didonis com/
plexus eſt, quæ oratio miſericordem in cauſa miſerorum fecerit
Didonem. ¶Non ignara, inquit, mali miſe. ſuccur. diſco.) Argumē
tum laudis multiplicat dicens, vrbe, domo ſocias, ambulabat au
tem ad humanitatē demonſtrandam, ſi in ciuitatē fuiſſent ſuſcæ/
pti, ſuſcępti ſunt voluntate Didonis tanta benignitate, vt illos nō
tantum in hoſpitium, ſed ēt in ſocietatis fœdera vocauiſſet. Hinc
iam docet poeta, quæ ſunt curanda in laudibus. nam imparem ſe
in reciprocis repēdēdis debuit demonſtrare, ſed quum hoc vellet
exequi, inuenit occaſionem, nec tamen à laudationis officio alie/
nam, qua multitudinem Troianæ gentis laudaret, quæ per orbē
ſparſa apud Carthaginē in numero exiguo fuit. Idcirco ait. ¶Gra
tes perſoluere dignas.) Neque, inquit, nos pauci gratias competē
tes referre poſſumus beneficijs tuis, ſed nec omnes noſtri, ſi ex to
to orbe, qui ſparſi ſunt, colligantur. ¶Dn tibi, ſiqua pios.) Quoniā
beneficijs tuis, multis, magnis, & ſingularibus, atq; cæteris præ/
ferendis, humanæ vocis obſequia reſpondere non poſſunt, habea
mus deos, qui tibi pro nobis, quæ mereris exoluant. ipſi enim hu
manos actus & perpendere iuſtius poſſunt, & æquitate diſcerne/
re. ſequitur alter locus laudis. ¶Quæ te tam læta tule. ſęcu.) Qui/
bus, inquit, ſęculis, tu ſola talis prouenire meruiſti? hoc eſt dicere.
cur non & alij ſimiles nati ſunt? hoc eſt, quod ſuperius dixit. O ſo
la infandos Troiæ miſerata labores, hoc vult obſcure diſputare
Virgilius ſęculorum eſſe, vt boni vel mali naſcantur, vnde appa/
ret dicentis intentio, qui hoc cupit adſtruere quærendo ſęcula, q/
bus Dido talis potuit naſci, quia cum per orbem totum Troiani
iactati ſint ſolam beneuolam humanam & largam inuenire po/
tuerunt. ¶Qui tanti talem ge. pa.) Quia naſcendi ratio per paren/
tes prouenit, horum eſt felicitas, ſi præcipuos ſuſcipiant liberos,
quæruntur ſęcula, quęruntur parentes, Dido ſola in toto orbe iu
ſtiſſima memoratur, vt totum ſingulare ſit eius, quod ſummum
eſt, nec habeat cum aliquo ſocietatem vel comparationem, quod
dixit. Dij tibi præmia digna ferant. Concluſit verum, ne remitten
do ſuperius omnem reciprocam vicem, ipſe videretur totam ne/
ceſſitudinē reieciſſe, deorum, inquit, ſic cura præmia referre me/
ritis tuis, quod humana mens exequi non poteſt, poſt non tace/
bo laudes tuas, Nam. ¶In freta dum fluuij current, &c.) Hoc ge/
nere oſtenditur futurus omnium elementorum, & vniuerſarum
rerum finis, quum dicitur, quamdiu fluuij currēdo miſcebuntur
fluctibus maris, quamdiu ſtabit cum ſyderibus cœlum, quamdiu
ſolis vmbra vel luna luſtrauerint conuexa montium, denique &
alio loco dixit, Dum domus Æneæ capitoli immobile ſaxū Ac/
colet, imperiumq; pater romanus habebit. ¶Quæ me cunq; vo/
cant terræ.) Hoc eſt quæcunq; terræ me vocant, ſubtiliter ſe nec
ceſſaturum idxit, nec eſt pollicitus habiturum, ne læderet Dido/
nis animum offerentis ſocietatem regni, aut de conſenſu tenere/
tur. ¶Sic fatus, amicum Ilionea petit dextra.) Recte amicum di/
xit, & hunc cæteris antepoſuit. tunc enim melius probantur ami/
citiæ ſicut Ilioneus fecit, vt amicus præſens amici abſentis cau/
ſam ſic tueatur ac ſeruet, ac ſi aſſiſtente eo videatur eſſe comple/
tum. ¶Leuaq; Sereſtum.) Intelligamus amicos ad ambos perti/
nere, ſed prælatum cui dextera porrecta eſt. ¶Obſtupuit prio aſpe
ctu ſido. Di.) Primo, inquit, aſpectus Æneæ ſic Didonis animum
commouit, vt obſtupuerit viſa eius forma, caſum eius deniq; mi
raretur. Redeamus ad ſuperiorem eius deſcriptionē, inueniemus
ſtuporis eius cauſas, dixit enim Os humerosq; deo ſimilis, & cæ/
tera, recte ergo commota Dido obſtupuit. Caſu deinde viri tanto
primo, inquit, reginam tanti viri commouit aſpectus, ſecundo ca
ſus, quo liberari potuit, & ad ipſam nullis viſus repente perueni/
re, ſic tamen & ipſa reſpondit. ¶Quis te nate dea.) Dicendo in pri
ma parte ſermonis ſui, nate dea, oſtendit ſe aliquam generis eius
habere notitiam, & hoc licet apud Æneam poſſit eſſe mirabile,
addidit indigne illum vt ex dea genitus, delatus ſit per naufragia
ad regiones ſuas. ¶Tu ne ille Æneas? &c.) Ecce & locorum teti/
git, & Æneæ ipſius nomē, & perſonam parentum. oſtenditq; ſe
miſeratione commoueri, quum dicit, per tanta pericula, quis te
caſus inſequitur natum ex dea? miratur. n. quę debuit potentia nu
minis ſui demonſtrari, aut tueri filium contra omnia incommo/
da, nec tamen fecit, vt autem Æneæ admirationem auferret, qua
idem teneri potuit, exponit ipſa, quomodo factū ſit, vt & ipſum
(quamuis opinione) & genus eius noſceret. ¶Atq; equidem teu/
crum.) Quādo inquit teucer pulſus patrijs regnis ibat ad nouam
ſedem colendam, tranſijt per patrem meum, & ſuſcęptus hoſpi/
tio retulit & caſum Troiæ & nomen tuum & græcorum comme
morationem fecit, ex eo noui omnia, & memoria tenui, ex poſi/
tis cauſis, & narrato ordine fabulæ, offert vltro hoſpitium, maio
rem humanitatis ſuæ gratiam ſperans ſi eiuſmodi beneficium nō
petita conferret. ¶Quare agite ò tectis.) Quum dicit, Quare agi/
te, hoc debet intelligi. Quum videatis vos nō eſſe incognitos, no/
ta autem eſſe mala veſtra, & morem eſſe familiæ meæ, vt venien
tes vos excipiat, ſicut teucer à patre meo ſuſcęptus eſt, ipſa quo/
que vos tectis meis excipiam. ¶Me quoq; per multos.) Nec pu/
deat, inquit, q tātum vos attriuerit aduerſa fortuna. quū. n. inter/

uenit maior vis,ęquo animo ſuſtinenda eſt,atq; vt hoc perſuaderet proponit exēplū ſuum,&,dicit cauſas miſeratiōis ſuæ.ait.n.Et me,quā videtis velut felicē,aliquando infelicitas preſſit,qua factum eſt,vt iactata per infinita incōmoda ad hęc loca fortuna cogēte perducta ſim,vt oſtenderet ēt ſe inuitam in ipſis regionibus ſedē collocaſſe.¶ Non ignara mali mi.ſuc.di.) Non diſco, inquit, quantū laborē ſuſtineant,quos aduerſa fortuna perſequitur,didici.n.malis meis quēadmodū ſuccurrere miſeris debeā.¶ Sic memorat ſi.æn.&c.) Vt oſtēderet plenā benignttatē animi,& Æneā duxit ad domū,& ob eius aduentū honorē tēplis indixit,vt eſſet publica gratulatio,& ad ſocietatē fœderis illius, ēt deorū fauor accederet.dehinc moralitas ſequitur, qua oſtendatur humanitas plena.non.n.oēs aderant,aut vniuerſi poterant Didonis intereſſe conuiuio,pręſentes igitur detenti ſunt,qui epulas ſumerent cum regina,abſentibus & in littore conſtitutis miſit neceſſaria victui, quæ abunde ſupereſſent,& quia munera cū ornatu ſuo Virgilius tāgit,idcirco poſuit.¶ Nec minus interea.) Viginti,inquit,tauros, vt numero & genere animalium ornaret,quod laudare diſpoſuerat.ſi.n.taceret de tauris & eorum meritum,qui hos fuerāt percepturi.plerunq;.n.pro accepturi perſona,aut maioris meriti munera aut minora mittuntur.Magnoꝝ horrentia centū terga ſuū. Ecce & hic à numero auxit beneuolentiam dantis,& magnitudine laterum horrentia pro admirandis poſuit,pinguis centum cū matribus agnos,non receſſit à,numeris nec ab ipſa qualitate,pinguis agnos dixit,qui pingues non eſſent, niſi & eoꝝ matres tales fuiſſent.Cito aūt per centenarium numerū ducenta fuiſſe capita demonſtrauit.Munera lætitiamq; dei, In vino tantum eſſe miſſum debemus intelligere,quantum congrueret cęteris,quæ ſpeciatim munera ſunt.Ordinatio ſenſus melius intellectū patefaciet quę eſt talis.Nec minus interea ſocijs ad littora mittit, & dicit,q̄ ſunt ipſa munera, Viginti,inquit,tauros,magnorum horrētia centum terga ſuum,& centum pingues cū matribus agnos,lętitiaq; dei. Littorum fecit mentionem,vt intelligamus alios fuiſſe inceſſu longo,alios in altero littore,qui cum Ilioneo fuerant liberati,ac per hoc omnibus intelligitur miſiſſe,quum dicit ad littora.¶ At domus interior.) Alia molitur in deſcriptione regiæ domus,nam cum hoſpites in conuiuium vocamus,pro eoꝝ meritis domum cōponimus,ſi mediocres perſonę ſunt cum quotidiano ornatu inſtructio ſolita remanet, ſin vero magnifice addimus multa repentina ſolitis,vt placeamus bis,quos officio volumus ꝑmoueri Æneas cū ingenti tamē fama nominis ſui veniebat.Domus,inquit,Didonis continuo vſu iam ſplendida inſtruebatur in meliorē faciem,ne diſpliceret Æneæ idcirco nō pronunciandum eſt,vt ſimul vniuerſa iungantur,ſed ſeparentur hoc modo.At domus interior regali ſplendida luxu, & interiecta mora dicamus, inſtruitur,Vt iam ſplendida ex vulgi cōſuetudine melius ornaretur propter Æneam,Didonis.n.ſplēdori aſſignari voluit, vel debuit hic ornatus,& Ænę cōtemplatio cōſiderari,ne regina ante aduentum Ænę nullū regię ambitionis cultum videatur habuiſſe,vt Æneas humilis redderetur,ſi nihil ꝓpter ipſum præter conſuetudinem iungeretur ornatui. Domus ergo interior excolebatur ſolito melius,idcirco dixit interior quia in exteriorem partē domus interim Troianos induxerat regina,donec neceſſaria victui pararentur.¶ Medijsq; parant con.te.) Quoniam futurū fuit plurimorū conuiuiū,vt fieri ſolet,vbi oēs cōuiuas non potuerūt capere,quęcūq; membra vel trāſitus fuerint,ſtratis plurimis occupantur,hoc eſt quod dixit.Medijs tectis parant cōuiuia.Videamus iam accumbentium ipſorum rationē,hic.n.virtus facultatū & diuitiarum reginæ conſideratur,& meritum ſingulorum, qui cōicaturi cōuiuijs fuerāt,omnia,inquit,conuiuia miro ſplēdore parabantur,ſed fuit in ipſo apparatu diuerſitas ꝓpter diſtantiam perſonarū,parabant igitur cōuiuia.¶ Arte laboratę ve.) Hunc locū ex ſubiectis exponemus,vt appareat,cur oſtro ſupbo alia parata ſint,alia vero Arte laboratę veſtis.cū.n.oīs accūbentes deſcriberet,ait.Cū venit,aulæis iam ſe regina ſuperbis Aurea cōpoſuit ſpōda,mediamq; locauit, Iam pater Æneas,& iam troiana iuuētus cōueniūt,ſtratoq; ſuper diſcumbitur oſtro.Ecce oſtēdit quod dixit,oſtroq; ſuperbo. Item dixit. Nec nō & tyrij per limina læta frequētes, Cōuenere toris iuſſi diſcūbere pictis.Vt rn̄deret illi parti qua poſuit, Arte laboratę veſtes.Honeſtius (vt fit) habēdi ſunt hoſpites,vt iiſdē ſtratis,quibus & regina vterētur, Alij vero toris pictis hoc eſt tyrij.¶ Ingēs arg.m.) Idcirco adiecit mēſis,vt oſtēderet eſcarum argentū,ne putaretur in ijs ſpeciebus ęſſe,quę lōge eſſent ab vſu mēſarū.¶ Collectaq; in auro Fo.ſa.pa.) Hic multiplex argēti laudatio,nā fuit ingētis formę,perindeq; magni ponderis inſignitū auro & decore mirabili,manu vero artificis ornatum,vt ars cum ſpēi precio certare videretur,pictura aūt ſpēbus ipſis adiecta,maioꝝ geſta Didonis,& originē cōtinebat,quorum cōtemplatiōe meruit lōgiſſimo tpe reſeruari ſupplementum laudis,& ſpecierū,& ipſius dn̄ę,per tot ducta viros antiquę ab origine gentis.Dignę ſpēs,quę antiquitatē ac felicitatē maioꝝ Didonis picturis euidētiſſimis teſtarentur.Interea cum videret Æneas parari conuiuium,ſe intra tecta vocatū eſſe cum ſuis,tanta varietate munerū ſocijs miſſa,atq; in tuto.¶ Rapidū,inqt,ad na.prę.ac.Aſ.ſe.hæc,ip.q;.ad.m.) Hic ab his qui veꝝ intellectum nō aduertunt exoritur q̄ſtio,quia dicit pręmittit Achatē,cum ipſe ſecuturus nō eſſet,Rapidum proualde rapidum intelligendū,hoc eſt ſatis velocē mittit ꝓprie & neceſſarie poſitū eſt vrgebatur.n.Æneas pietatis rōne,vt videret maturius filiū rebus.ſ.in tuto collocatis,vrgebatur alia quoq; cā,nā cum vellet aliqua munera Didoni offerre opportunum tp̄s,quod tradendis muneribus ante horam conuiuij eſſe debuit,nolebat amittere.Rapidum ergo Achatē pręmiſit, hoc eſt mandatis inſtructū,vt anteq̄; pranderetur veniret,& celeritate reditus prādio nō ꝑueniente munera opportune pręferret. Aſcanio ferat hęc,ipſumq; ad mœnia ducat.¶ Omnis in Aſcanio.) Securus de oībus effectus Æneas,de ſolo iam vidēdo filio cogitabat,deniq; miſit,qui lei nunciaret,q̄ gererētur,& miſit eum, de cuius relatiōe nō dubitaret Aſcanius.ꝓbamenta aūt tutę ſecuritatis his indicijs fuerunt,ꝙ eum pater ad ſe venire pręcępit.eius.n.ſolius remāſerat cura q prudētia patris fuerat reparatus.¶ Munera præterea.) Multiplex laudatio munerum,q̄ ꝓperabat Æneas ante initum conuiuiū dare,nā vt dictū eſt,ob hanc cām præmiſerat,vt horam prādij pręueniret.Gratior.n.pranſurus accumberet oblatis traditiſq; muneribus tantis ac talibus.munerū ergo ipſorum laus inducitur,per q̄ oſtentatio poſſet exiſtere,vt quę fortuna & felicitas troianoꝝ fuiſſet,poſſet oſtēdi,& ꝓbaretur animus largitiōis,q talia habere vel donare potuiſſet, prima ergo ipſorū laus eſt,ꝙ eſſent erepta de ruinis patrię cum incēdio ſuperata concideret,q̄ ipſa duplici rōne intelligūtur,de magnis erepta,& plurimus.diximus.n.occaſione ſpecierum ipſarū Æneā laudari ſi.n.caſu,quod potuit,rapuit,intelligitur habuiſſe meliora illis,q̄ incendia cōſumpſerant,aut ruina oppreſſerat,aut ſi habuit eligendi copiā,vt quod vellet eriperet,nō abſtuliſſet,niſi quod eſſet meriti potioris.¶ Pallā,inquit,ſignis,a.q;.rig.Et cir.) Helenā ferunt argiuā veteꝝ fabulę,& oīum cōſenſus authoꝝ fuiſſe pulcherrimam in tm̄, vt eius forma infinitoꝝ pictoꝝ & peritiſſimoꝝ redacto in vnū maximo numero,fœminaꝝ quoq; ꝓpoſitis corporibus nudis pingi nequiuerit.Itaq; q̄cunq; fœmina formoſa fuerat,Helenę nūcupabatur noīe,ēt ſi pulchritudinis ratione argiuę Helenæ æquari nō poterat,vt vel noīs ſimilitudine iuuaretur,vt diceret eſſe,quod nō erat, Idcirco Virgilius ait.Ornatus argiuę Helenæ, vt regiōis ſigno mōſtraret de ea loqui Helena,q̄ pingi nō potuit, addēs alia,vt lecturos redderet certiores.¶ Quos illa mycenis.) Diximus ergo primū meritū iſtarum ſpērū eſſe,ꝙ ſint ereptæ de ruinis & caſibus patrię,accedit aliud.ipſa.n.Helena quū eſſet regis vxor,perindeq; locupletiſſima,quum iret ad Troiā,has vtpote pręcipuas ſecum ſuſtulit,nō rediturā ſe ſperās ꝓpter admiſſum adulterium.nam idcirco poſitū eſt.Quos illa Mycenis pergama quum peteret incōceſſoſq; hymenæos Extulerat,addidit ēt matris ledæ mirabile donū, vt tantæ pulchritudinis,& tanti meriti ſpēs niſi à matre donari nō potuerint,& quum donarentur miratos eſſe,q vidiſſent,quū laudare illas potuiſſent.Has ergo idcirco ſecum dixit auexiſſe,ꝙ ipſis vteretur quoties volebat eſſe formoſior ipſis,ēt ſine dubio adultero ſuo melius placitura.Ecce meritum muneꝝ quot generibus vel modis expreſſit q̄ ſuperabāt formā,q̄ pingi nō potuit,pulchrioremq; reddebāt.dicendo ergo ornatus argiuę Helenę,hoc intelligi Virgilius voluit,ſpeciebus ipſis ſuperatam illius mulieris formā,redditamq; pulchriorē.¶ Præterea ſceptrū.) Huic quoq; additur meritū ſic.¶ Ilione quod geſſerat olim.) Quod habuit,inqt,ꝑcipui & nobilis regis filia,& natu maxima.ſolent.n.religioſi parentes,q̄ habēt optima,filijs deferre maioribus.¶ Colloq; monile Baccatum.) Hęc quoq; admirāda debēt intelligi.nō.n.diſſimilia eē poſſent,q̄ tantus taq; opulentiſſimus rex,& beneuolus pater filiæ natu maximę contuliſſe dicebatur.¶ Hęc celerans.) Celerans,inqt,laudat hoīs diligentiā, qui mandata cum celeritate cōplebat,quoꝝ effectus cū prędictis cauſis ex ratione temporis vrgeretur,maturitatē pleniſſimā requirebat.¶ At cytherea.) hoc eſt cum hęc gererentur.¶ Nouas artes.) Magna & neceſſaria metuentis Veneris deliberatio, cuius æſtus angebat,cōſideratio loci,tpis,atq; perſonæ.Æneas qppe Achatē miſerat,qui mādata eius debuit implere,ſolicitabatur Venus, ꝙ iam teneretur Æneas.Credendus eo & cōmittēdus non fuit nepos.

poſquãuis.n.fuiſſent troes libenter & tota humanitate ſuſcæpti, metuebatur tñ hoíum natura infidelis & fallax, ſtimulabat Iunonis peſſimum ſtudiũ, ne tẽporis opportunitate captata, occaſiõe quoq; loci ſuadente, qui Troianos in vnũ congeſſerat, quos naufragium extinguere nõ potuit, faceret in terris Carthaginis interire. Exquiruntur igitur artes nouę, & cõſilia elaborata capiuntur, vt Aſcanius nõ pergeret, & Achates tñ iuſſa cõpleret, quãta ſubtilitate vſa eſt Venus, vt deductorẽ ipſum primitus falleret, dehinc cæteros, ad quos fuerat cupido venturus, ſequẽti ẽt patrem hoc cõmentũ proficiebat, eſſe illi parti, ꝙ ſollicitabant Venerem tpis ratio, & exiguæ ſubſtantiæ, quia nec reſiſtendi copia fuit per paucos, nec fugiendi, ꝙ hyemis cauſa, & nauium vitijs impediretur, quas cõſtabat eſſe cõuulſas. His itaq; cũ merito angeretur, prouidendũ fuit, ne vbi filius eius cum periculo & leui amicitia tenebatur mitteretur & nepos, ne ſi forte aliqd aduerſi exiſteret, oĩs ꝓgenies interiret. Magnũ itaq; exigebat ſollicitudo iſta tractatum, vt neq; Aſcanius pergeret, neq; Ænee pceptis negaretur effectus, nihilominus ẽt ipſius Ænee ſalus vno eodẽq; cõſilio collocaretur in tuto. Statuit ergo ſm definitionem tractatus ſui cupidinem in Aſcanij figuram cõmutandũ, atq; mittendũ, vt hoc genere Aſcanium ſubtraheret, amaret Æneã Dido, Æneas ipſe tutior redderetur, vinceretur perinde inimicę factio, vt ẽt ſi aliquid aduerſi niteretur, implere nõ poſſet, ceſſantibus vniuerſis, per quos nocere poſſet, ⁋ Ergo his aligerum.) Quum inducitur allocutio Veneris ad cupidinẽ, ibi conſilia oĩa noue inuenta pandũtur, & quia exigebat ratio tpis breuitatẽ, paucis vſa eſt, ſed multa cõplexa, ſeruata illa parte rhetoricæ diſciplinę, ſine qua orator nihil eſt. nam & perſonarũ, & loci & tẽporis rationẽ tenuit, & quid vellet expoſuit, & quõ fieri poſſet oſtendit, honeſtũ quoq; facile & neceſſarium demonſtrauit, quęſtionibus, quę impedimẽto eſſe negocio poſſent, quaſi obiectis rñdit. Duxit ergo à noĩe naturali principiũ dicendo. ⁋ Nate.) Et mira arte hoc primũ poſuit. Officia.n. ſanguinis filij parentibus in quibuſcũq; cauſis negare non debẽt, & tunc magis coguntur ad implendũ, quod parentes voluerint, ſi blandimentis potius q̃ iubendi authoritate prouocẽtur. Seqtur. ⁋ Meę vires mea magna potentia.) Vendicat ſibi, inquit, neceſſitudo parentum quicqd liberi poſſunt. hoc loco Virgilius docet, inter filios & parentes tale debere eſſe volendi aut nolendi ſtudiũ, vt in multis licet corporibus voluntas vna & neceſſitudinis vinculum indiſtinctũ integrumq; ꝑduret. ⁋ Solus. nate patris ſummi, &c.) Sunt qui ita diſtinguunt, mea magna potẽtia ſolus, ſed tunc poſſet, quum melior ratio non occurreret. Idcirco.n. poſitũ eſt, ſolus nate patris ſummi qui tela tiphoea temnis, vt oſtẽderetur facile, eſſe, quod Venus effici cupiebat. qui.n. potuit fulmen Iouis contẽnere, & quibus tiphoeus exarſit, facilius potuit mentem fœminæ poſſidere. Et illud intelligi poteſt idcirco Iouis cõtempti factam eſſe cõmemorationẽ, ne ille ſe excuſaret propter Iunonem. Si.n. contemptus eſt aliqñ Iupiter & amori ſubiugatus, Iuno ꝓculdubio contemni debuit, quã inferiorem eſſe conſtabat. fecit ergo beneuolum dicendo filium, fecit beneuolum dicendo, ꝙ potior eẽt ipſo Ioue diuerſis eum amoribus axagitando, fecit beneuolũ dicendo, potentia mea, & qcquid virium habere me puto, per te habeo, arſit incẽdio tuo Iupiter, nullius debes in deſiderio meo contemplatione reuocari. Ecce addit alia, quibus eum ad complenda quæ neceſſitas exigebat, ratiõe pietatis vrgeret. Ad te, inquit, confugio, ſi eſſet alter, qui tm̃ mihi deberet, aut tm̃ poſſet, quantũ tu potes, ipſum quęrerem, nũc quia ſolus es qui debeas velle, & poſſis implere quod volo, non tantum confugio ad te, verũ etiã ſupplex tua numina poſco. Ecce oẽs partes executa eſt, quippe & admonuit pietatis vt filiũ & rogauit vt deum, vt omni ex parte coarctatus, non deeſſet obſequijs matris. Quid putamus ei oneris acceſſiſſe, cum rogatus eſt ab ea, quæ authoritate parentis iubere debuerat? ſed hoc neceſſitas fecit, vt ille precibus & neceſſitudine ſanguinis flexus rebus rite cõplendis operã daret, peracta principiorũ parte, qua fecit beneuolum, cõſequẽter facit attentum, qua occaſione oſtendit conſilij ſui cauſas dicens. ⁋ Frater vt Æneas.) Poſteaq̃ beneuolum fecit & attentum, incipit docilẽ facere ſubiuncta cõtinuo narratione totius negocij, ſed præmittit neceſſaria, quibus animus audituri non ĩmerito mouetur, non recedens à perſonarũ ratione, nã in principijs ſe appellauit matrẽ & cupinẽ filium, hic Æneam noluit filium dicere, ſed quod faciebat ad cauſam, frater, inquit, tuus, oſtẽdens operam eius non in extranei alicuius negocio, ſed in fratris eẽ neceſſariam, quod fuit ſine dubio honeſtum, & piũ, vt frater pro fratre laboraret, vel maxime in ſalutis cauſa, dicta Æneæ perſona, dicit labores eius cũ miſeratiõe, infortunia quoq; infanda cõmemorans. Et vt magis auxiliandi prouocaret affectum, dicit eum omnia ĩmeritũ pati, & deformat inimicæ perſonam, quæ perſequeretur innoxium. quum.n. dicit Frater vt Æneas pelago tuus omnia circũ Littora, iactetur odijs Iunonis iniquę, iniquã dicendo oſtẽdit, Ænee nullã culpam extare. Iniquus eſt.n. qſquis nõ pręcedente peccato perſequitur quẽquã, & pernicioſe perſequitur, atq; vt vere iniquã probaret & maiore oneraret inuidia, Perſequitur, inquit, eum oĩa circũ littora, vt nullo loco nocendi occaſionẽ prætermiſit, ac per hoc, nec in præſenti omiſſurã intentionẽ odij ſui. his addidit, nota tibi. & hoc ad laudẽ cupidinis pertinebat. maximum.n. crimen eius eſſet, ſi fratris aduerſa neſcirẽt, vnde aũt Venus nota eſſe fratri fratris incõmoda diceret, ipſa euidẽter affirmat dicẽdo. ⁋ Et noſtro do. ſædo.) Hoc genere cõpellit eũ ad ea cõplenda, quę fratri eſſent ꝓfutura. ſi.n. præteritis frequenter doluit, debet etiã nunc cauere, ne iterũ dolenda ſuccedant. ⁋ Hunc phœniſſa tenet Dido.) Præſtruit ſine labore poſſe perfici, quod erat dictura faciendũ. Iam, inquit, tenet eum Dido vſq; adeo bona voluntate, vt fabulis blãdis moras procuret, ne quoquam abſcedat, oſtendens nõ eſſe difficile, vt teneatur animus eius affectu, ac per hoc non eſſe iam neceſſariũ amoris initiũ, quod habere difficultatem poſſet, ſed amoris argumentum, verũ ne cupido diceret, ſi iam amat, quid opus eſt vt ad eam pergam? vtrũq; poeta ſeruauit, & oſtendit nullã eſſe in cauſa difficultatem, ꝙ iam Dido amaret, Et dixit neceſſitatẽ, qua ipſius amoris deſideraretur augmentũ, Ait.n. ⁋ Vereor quo ſe.) Quum hoc dicit, oſtendit talem amorẽ Didonis fuiſſe, qui rõne Iunonis quæ in illa ciuitate magna veneratione coleretur, poſſet abrũpi, proinde neceſſario quæri rebus iam collocatis fundamentum, vt talis amor imponeretur cupidinis opera, quem inimicæ potentis viſus expugnare nõ poſſet, volũtarius qppe amoris aſſenſus, & humano arbitrio exortus facile potuit eadẽ volũtate diſſolui, ẽt ſi Iuno è diuerſo non eſſet, ſin vero diuinis ardoribus fuiſſet iniectus, hunc nec Didonis perfidia rumpere potuiſſet, nec Iunonis authoritas. ⁋ Haud tanto ceſ. car. re.) Cardo, eſt ꝓprie q ianuã tenet, vel poſtis: hic fidem facit quum fores clauduntur, & tribuit firmitatẽ, deniq; ipſe Virgilius cum patefactũ priameiæ domus veſtibulum diceret. Et emoti, inquit, procumbũt cardine poſtes. Tranſlatione igitur hic vſus poeta ait, haud tanto ceſſabit cardine rerum. erat.n. in poteſtate diſſoluere amorẽ, quem volũtate ſuſcęperat. cæterũ diuinitus impactus nõ poſſet humano arbitrio ſubmoueri, aſſerit ergo neceſſarium eẽ remedium, cui oĩs illa factio ſuperata ſuccumbat. Idcirco ait. ⁋ Quo circa capere ante dolis.) Vt non tantũ amet Æneã, quantũ iudicio ſuo amandũ putat, ſed tantũ maiore violentia cogatur in amorẽ, quantum mater amat filiũ, cuius amor nullius violentia numinis valet abrũpi. Quocirca capere ante dolis, tractat Virgilius ꝑueniẽda remedio mala, q̃ metuimus ne accidant, q̃ velle afflictis rebus & perditis ſubuenire. Narrata deſideriorum ſumma, quæſtionibusq; oĩbus diligẽti examinatione diſcuſſis, vt ſuper effectu deſiderij cõplendo, inſtructum cupidinem redderet, neceſſaria ꝓtulit, plurimum.n. ꝓdeſt in rebus gerendis iuuare conſilio eum, quẽ in negocio expediẽdo præfecerit quiſquam, libenter quippe mandata ſuſcipiet, cum aduerterit impoſitum munus compendioſo remedio releuatum, dicit ergo conſilium ſuum inſtructum ratione perſonę, loci quoq;, & temporis, temporis quo Aſcanius iuſſu patris venire pceptus eſt, hoc eſt quod ait. ⁋ Regius accitu.) Perſonæ ꝙ in cupidine & Aſcanio ætas cõſimilis eſſet, merito dixit puer ire parat, qa diſpoſuerat dicere, Et notos pueri puer indue vultus, præſtruebat, vt oſtenderet in cõmutatione formæ ętatis cõmutationẽ non futuram eſſe difficilẽ, ad perſonę rationem ẽt illud accedit, quod conſilij ſpondebat effectum. Illi.n. ſperabat reginam daturam oſcula vtpote puero, & dulcia, quia amabilis eſt ætas puerilis, cuius ꝑſonæ gratiam auctura erat prælatio munerum, nã primo libenter gratiæ danti referuntur. In honore etiam eſt ille, qui munerum perlator extitit. ⁋ Dona ferens pelago.) Talia, inquit, dona, quę ex maiore vi ignis, ſcilicet & pelagi liberari non potuerunt, vel ſupereſſe hoc ideo, vt viderentur interiſſe meliora, interea ad perſonæ rationem etiam hoc pertinet, quod ait, mea maxima cura. nolebat enim mittere Aſcanium, ne duorum ſollicitudine frangeretur, vel ne eum mitteret, qui exoriente violẽtia, vel dolo, ſibi per ætatem adeſſe non poſſet, vel quia vltra liberorum affectum nepotes haberi dicuntur. Ne autem diceret cupido, quum ego perrexero, quid fiet, ſi ſequatur Aſcanius? ait. ⁋ Hunc ego ſopitum ſomno.) Bene ſomno ſe dixit capturum puerum, In quibus actibus illa ætas poſſet retineri, vel certe, qui pueri omni cura vacui altius & diutius dormiunt, & mora fuerat neceſſaria dum cupido iniuncta matris compleret, annectit mandati ſummã ſimul

etiam

etiam faciendi conſilium ſuggerit, opportunitate temporis expe
ditum & idoneum ſatis ad capiendos mulieris animos mulier
quippe mandabat, quæ fœminarum metus optime noſſet. deſi/
gnat igitur tempus quod amoribus opportunum eſt, deſignat ēt
locum dicens. ¶ Tu faciem illius.) Huic ſententiæ etiam Teren/
tius aſſentitur, qui dixit, Sine cerere & libero friget Venus, vnde
hic facilior eſſe potuit mentis inclinatio, quia vtrunq; ſuppetebat
vt pote in reginæ conuiuio, noctem non amplius vnam, vt oſten
deret non longi temporis operam neceſſariam, & mature id fieri
debere, quia Aſcanius nō potuit prolixo ſpatio ſomni occupatio/
nibus detineri. Cōpletis omnibus, quæ artifex & ſollicita loque/
batur, videamus quid aſſignet perſonæ filij, nullū dat ille reſpon
ſum. quid enim perſonæ matris vel maxime in tali cauſa reſpon/
deret? & tempus facta non verba vel fabulas exigebat. ¶ Paret
amor dictis.) Officioſi filij partes commendat, quippe quem hor
tabatur matris affectus & fratris charitas excitabat. exuebat au/
tem alas, vt alienam ſpeciem mentiri potuiſſet. Et greſſu gaudens
incedit Iuli, gaudentem inducit cupidinem, vel quòd quaſi Aſca/
nius ibat ad patrem, vel quòd plena volūtate iuſſa matris imple/
bat. Hoc eſt enim præcipuum obſequentis ſtudium, ſi libēs agat,
quæ pręcepta ſunt, nec inuitus compleat. Ergo cupido agebat par
tes ſuas. ¶ At Venus Aſcanio.) Tractatur natura hominis & ętatis,
pueri enim facile dormiunt, vt pote ſecuri quod facilius fit & diu
ſi accedunt alia, quæ animum cuiuſq; diuerſo ſuauitatis ſenſu ma
gis ac magis inuitent. Prouidetur locus, mollicies quoque & flo/
res, odor florum, receſſus, ſilētium, & opacitas vmbrarum. dicit.
¶ Ibat duce lætus Achate.) Ecce ſubtilitas ſimulantis alienā perſo
nam ipſum primo Achatem fallit, qui aliū ducens pro alio tranſ/
figurationem factam non videbat portabat dona regia & lætus
fuit, non fatigabatur puer onere munerum nec tædio ponderis
aut itineris frangebatur. ſupra enim dixit, Pallam ſignis auroq;
rigentem, & ſceptrum Ilione quod geſſerat olim, vt oſtenderet
ſpecies quas puer pro leui ferre non poſſet. ¶ Cum venit aulęis.)
Ecce prouenit opportunitas loci & temporis quam prædixerat
Venus, nam ea hora, qua cupido pro Aſcanio veniebat, cœperat di
ſcumbi. Et primum quidem diſcubuiſſe inducit conuiuij dominā
& ambitione quæ conueniebat reginæ, eo vel maxime tempore,
quo ſuſcęperat hoſpicio tantum regem, cæteroſq; Troianos, eo
loco q potior apud veteres fuit, deniq; & Salluſtius ſertorij con/
uiuiū ſic deſcribit, vt ipſum qa potior fuit. ¶ Iam pater Æneas.)
Non iuuentus conueniunt, ſed Æneas & iuuentus Troiana ſimul
conueniunt, vt autem eorum meritum emineret, deferuntur his
loca talia, quæ oſtro confectis veſtibus fuerant ſuperfuſa. ¶ Dant
manibus famuli lymphas.) Hic diſpoſitionem familiæ regalis
oſtendit. alij enim hoc eſt viri aquam abluendis manibus dabant,
alij mantilia porrigebant, quibus manus ablutæ tergerentur, alij
caniſtris panem miniſtrabant. mos enim fertur apud veteres fuiſ
ſe, vt panis non argenteis vaſculis inferretur ſed caniſtris hoc eſt
ſpeciebus factis ex vimine. ¶ Quinquaginta intus famulæ.) Lon/
gus ordo eſt, cum multi eandē rem ſeruatis vicibus adminiſtrat,
vbi igitur fuerant quinquaginta, ad quarum curam pertinebat p/
curatio cellarij & deorum penatium cultus, pculdubio illas lon/
go ordine viciſſitudo tangebat. ¶ Centum aliæ.) Quanta elegan/
tia quātaq; breuitate diuitias expreſſit atq; laudauit, Cum enim
vellet ducentorum facere mentionem, eorumq; ſexus atq; æta/
tes diſcernere, non tenuit circuitum vt diceret ducentos, ex qbus
eſſent centum mares, & centum fœminæ, & omnes vnius eſſent
ætatis, ſed celeritate vſus & numerum vnum & vtrunq; ſexum
expreſſit. Hic leuiter legentes accipiunt ducentorum deſcriptio/
nem, in quibus eadem ætas fuit, ſed nihil magnum æſtimantes ſi
regina ad hanc partem officij ducentis miniſtris vtebatur, & reue
ra nihil fuit magnum ad diuitias regales de memorabile, ſi nume
ri tantummodo faceret mētionem, taceret de ætate. Cum autem
hoc ipſum adiecit dicens, pares ætate, illic omnibus familiæ co/
piam decorem quoque & ſubſtantiam demonſtrauit, In euidenti
eſt enim quanta ſeruorum reginæ fuerit multitudo, Ex qua ducē/
ti pares ætate deligi potuerunt, digni q curarent ſupradicta. ¶ Nec
non & tyrij.) Ecce diuerſum diſcumbentium meritum, Troiani
ſuper oſtrum diſcumbebant, tyrij vero ſuper pictas veſtes, ac per
hoc inferioris pretij hoc eſt quod ſuperius dixit, medijſq; parant
conuiuia tectis, Arte laboratæ veſtes, oſtroq; ſuperbo, hoſpitibus
delatum eſt, vt ſuper oſtrum diſcumberent, ciuibus vero pictarū
veſtium locus attributus eſt. ¶ Mirantur dona Æneæ.) Hunc lo/
cum duplici intellectu poſitum debemus accipere, & vtrunq; ad
Æneæ laudem pertinentem. ſi enim conſideremus perſonam Di
donis, cui tyrij obſequebantur, & regina fuit & vxor diuitis, ipſa
quoque ditiſſima, illic inueniemus ſpecierum laudem cumulatā,
Mirabantur ergo, quæ ad donandum cupido peruexerat, quem
putabāt Iulum eſſe, perindeq; admiratione monſtrabant regnū
ſuum, tales ſpecies nunquam habuiſſe, nec apud quenquam eſt vi
diſſe. Alter intellectus eſt in eo, quod dictum eſt. Mirantur dona
Æneæ, hoc eſt mirantur talia Æneam vel habere vel donare po/
tuiſſe. Mirantur igitur ſubſtantiam & animum largientis. ¶ Mirā/
tur Iulum, fla. q; dei vul.) Vtpote eū, qui ſub mortali forma ha/
buerit immortalis numinis dignitatem, hoc ex perſona poetæ di
ctum debemus accipere. Cæterum omnes qui aderant Iulum eē
arbitrabantur. ¶ Præcipue infelix.) Cum omnes, inquit, teneret
admiratio, eo magis Didonē, quæ non ſatiabatur videndo, ſi ma
gna conſideratione nutriebat incendium ſenſibus ſuis, quod fue/
rat peritura. ¶ Ardeſcitq; tuendo.) A contrario poſuit, conſidera/
tioni ſatis intentæ faſtidium parere debet non in explebile deſide
rium. ¶ Ille vbi complexu.) Etiam hic magnum poetæ cōſilium
eſt primo enim obſequium patri Aſcanij repræſentari conuene/
rat, vt ipſo primitus in errorem miſſo transfigurationem nō in/
telligerent etiam cæteri. atq; ita factum eſt. nam ſecutum eſt. ¶ Et
magnum falſi imp. ge. amo. Reginam petit.) Falſi, inquit, non q
non eſſet pater eius, ſed q Æneam ipſum Aſcanij patrem primo
ſubtiliter cupido fefelliſſet, quo Æneas in tantum errorē miſſus
eſt, vt arbitraretur ſe filium amplecti & oſculari præſentem, ergo
non intelligēte inſidias patre, quaſi verum hoſpitis filium venien
tem ad ſe regina ſuſcæpit. ¶ Hæc oculis, hęc pectore toto hę.) Ex/
hibens omnibus beneuolentię aſpectum, intuebatur eum libēter
& interdum gremio continebat. ¶ Inſcia Dido Inſideat quantus
mi. de.) Tanto libentius puerum imprudens Dido gremio cōfo/
uebat quāto neſciebat qualē deum admoueret amplexibus ſuis.
Bene autem miſeram dixit, quę ignara geſtorum benignū in om/
nibus animum repręſentabat, quę eſſe potuit inimica cum ex eo
ipſo pararetur ad mortē. ¶ At memor ille Matris acidaliæ.) No/
uus. n. amor inferri nō poſſet, niſi vetus primo fuiſſet excluſus,
qui ipſe quoniam ſenſibus Didonis altius inſederat, nō ſemel hoc
eſt nō vno impulſu, ſed paulatim potuit aboleri. Et cui amor con
iugalis nouus propter ſichæi memoriam vehemēter hærebat, ſēn
ſim potuit in pręſentis amores induci, vel maxime quia aliquan/
to tempore deſierat videre, cuius amore tenebatur. Interea ſcien
dū eſt induci Didonē caſtam. diuitē, & pulchrā, Idcirco deceptā
per cupidinē vt ēt in eo exiſtimationē non tantū ipſius Didonis,
verūetiam Ænee, poeta cōſeruet. ne illū ignobilis fœmina proie
cti pudoris ſpōte amaſſe, aut puocata muneribus videatur, aut il
lum malis ſubmerſum innumeris de amoribus illicitis cogitaſſe.
¶ Poſtq; exēpta fames epu.) Mox prolixum & publicū cōuiuiū
deſcribitur, nā cōfectis epulis bibendi ſtudium ſeqtur. ¶ Fit ſtrepi/
tus tectis.) Sine ſtrepitu. n. & clamoribus multitudinis perpotan/
tis eſſe nō potuit. ¶ Depēdēt lychni laq. au. In.) Huius loci ordina
tio talis eſt, dependēt laquearibus aureis lychni incēſi. ¶ Et noctē
flammis fu. vin.) Cōſumato iam perpotationibus die, noctis te/
nebræ diuerſitate procurati luminis vincebātur. Funalia aūt debe
mus accipere faces ex funibus pręceratas. ¶ Hic regina gra.) Hoc
eſt popoſcit paterā impleuitq; mero. Laus ipſius paterę. Ibi. n. ap
parere poterant diuitiæ, ibi veneratio ſi decora vel magni meriti
fuerint, quibus deorum cultus impletur, aurea, inqt, fuit & gemmis
ornata. ¶ Quā be. & om. A belo ſo.) Supplemētū laudis eſt, quia
ipſa vſi ſunt maiores Didonis, & durāte merito vſq; ad ipſam per
gradus ſuccedēdo tranſmiſſa eſt. ¶ Tū facta ſilētia te.) Res diuinas
actura Didone oīum vox & ſtrepitus cōquieuit. ſupra. n. dixit fit
ſtrepitus tectis vocēq; per ampla volūt atria. ¶ Iupiter hoſpiti.)
Dixit quē rogauit, dixit & eius virtutem vel poteſtatē, hoc dicen
do oſtēdit hoſpitium cauſa ſe id facere, approbans factum, ac de/
monſtrans, q pleno voto Troianos excępiſſet, vt initā ſocietatē
hoſpitalis Iupiter ſuo teſtimonio & ſtudio roboraret, quum hoc
illi troiani nō promiſiſſent, quū aūt ipſa eſſet ſydonia quaſi quo/
dam mortis ſuę pręſagio. Tyriorum & troianorū fecit tantūmo/
do mētionē, vt illis dies ille eēt lętus, merito diei meminit, quod
confirmabat & ſocietatē per ſacra & conuiuium. Triſte. n. fuit te/
nebras nominare vel noctē, vel maxime quia continuatio diem
nocti cōiunxerat, & nondum itum erat ad requiē. ¶ Noſtroq; hu/
ius memi. mi.) Sicuti factum eſt, vt etiam nunc duret de actibus
Didonis fabula. ¶ Adſit lęti. bac. da.) Vinum intelligimus dictum,
ſine quo lętitia eſſe in cōuiuijs non pōt, licet alio loco dixerit poe
ta ipſe, Bacchus & ad culpam cauſas dedit, ſed hoc in ptāte eſt ho/
minis poſitum, ſi eo bñ & moderate, aut male & intemperanter
vtatur. Plerunq;. n. quæ ad ſalutem inuenta ſunt, dum male non/
nulli vtuntur, in perniciem & exitium cadunt. ¶ Et bona Iuno.)

Nouerat

Nouerat enim inimicam fuiſſe Troianis, vt magis bona cum ſo/
lito odio intereſſet.¶Et vos ò cætum tyrij.) Ne eſſet aliqua inco/
larum aduerſus peregrinos æmulatio, quod ipſum quia nouerat
ſæpe fieri inter ipſas ſacrorum religiones interdixit.¶Dixit & in
menſa.) In conuiuijs enim cum huiuſmodi honorificentia numi
nibus exhibetur, pro ara menſa ſuccedit.¶Primaq; libato ſummo
tenus attigit ore.) Prima propterea, vel quia ipſa libabat, vel quia
ipſa potior omnibus fuit, vtpote regina, ſummo tenus attigit ore
vt religionis potius, q̃ viui cui piã demõſtraret, ſummis labris te
tigit poculũ.¶Tũ bitię dedit increpitans.) Hic de potioribus fuit,
deniq; in ſequentibus dixit, poſt alij proceres, vt oſtẽderet ẽt bi/
ciam de numero fuiſſe maiorũ. Increpitãs, clara voce exhortans.
Idcirco aũt hunc elegit, cui porrigeret paterã, q̃ ſciret eũ vini eſſe
amatorẽ, quod ipſum probatur ex eo quod ſeq̃tur.¶Ille impiger
hauſit ſpu.pa.) Et quũ paterã, inquit, vacuam fauces eius trãſmitte
non poſſent, perfudit ẽt ſe.¶Poſt alij pceres.) Intelligitur, ritui
obſecuti ſunt poſt exacta cõuiuia, poſt honores diuinos expletos,
poſt cõſecrationẽ fœderum, poſt cõſenſum potiorũ, hoc eſt biciæ
& cęterorũ principum, Inducitur ludorũ deſcriptio. hic. n. regibus
vel perſonis potioribus mos eſt, vt peractis cõuiuijs exhibeantur
voluptates, q̃ ad producendam potationẽ hoĩes teneãt, ſed qua/
les ludos habuerit regina videamus, nihil fiebat turpe nec diceba
tur obſcænum.¶Cithara cri. Iopas per.au.) Cõſtat citharę artem
inter honeſtas pfeſſiões numerari, deniq; per hãc Orpheus pluri
mum potuit, hanc etiã phi pculdubio graues & prudentes amãt,
hãc diligunt muſæ, quibus tradentibus in vſus hoĩum venit, hæc
in agonibus hoc eſt ſatis certaminibus coronatur. Ecce ars hone/
ſta, cõuiuium quoq; nõ diſſimile, videamus qualia canebat.¶Do
cuit, inquit, q̃ maximus atlas.) Hoc eſt nõ turpia aut obſcæna ſed
venientia ex phię fonte quæ docuerat atlas maximus, plenus vir
tutum & veræ philoſophiæ, dicitur iam quid atlas vel ſcripſit, vel
docuit.¶Errantem lu.ſo.q;.lab.) Tractauit, inquit, curſus ſolis, &
lunæ.¶Vnde hominum genus, &c.) Quæ ille de rerũ natura per/
tractans docuit, hæc iopas & voce & iocũditate citharæ perſona/
bat. ſ. curſibus ſolis & lunæ ſtare hoĩum genus & pecorũ, tractauit
& quõ imbres exiſtunt, vnde mittuntur fulgura vnde ſiderũ tran
ſitus fiat, vel quibus ex cauſis, in breuitatem aut longitudinẽ cõ/
mutentur dies & noctes, quę oĩa ad rerum naturam pertinent, &
niſi à doctiſſimis tractari non pñt.¶Ingeminant plauſum tyrij.)
Priõ dixit tyrios plauſum dediſſe, deinde Troianos, neſcientes. n.
conſuetudinẽ reginę Troiani, nihil debuerãt priores efficere, ne in
aliquo diſplicerent, ſequi tamen eos, qui ex more faciebant, non
fuit temerarium, vniuerſi interea in his voluptatibus fuerãt occu
pati, hoc eſt cantãdo, audiendo, plaudendo, vel bibẽdo regina aũt
non ægre patiebatur noctem his generibus trahi, ſed ipſa quoque
morarum cauſas requirebat, quibus in longum vigilias duceret.
Alijs. n. potantibus vinum ipſa amorẽ bibebat. Idcirco ait.¶Nec/
non & vario.) Superflue quæ nouerat & picta habuit requirebat,
quæ igitur ſummã retinent ſpecialitatem tenens, hæc immiſit ſpe
rans eas fabulas tantam moram parere potuiſſe, quãta ſufficiebat
ei, cuius animus de Ænee pręſentia ſatiari nõ poterat. Interea ad
procurandũ tpis tractum, ad generalitatem quoq; ſeſe conuertit.
Et orſa interrogatiõibus nouis ait.¶Imo age & à prima, &c.) Bre
uis quidem propoſitio, ſed quæ non breuẽ fuiſſet habitura narra
tionem. reſpondetur ergo primis duabus propoſitiõibus in ſecun
do libro, tertiæ aũt in tertio. Nam in ſecundo inſidias Danaum &
ſuorum caſus executus eſt, in tertio vero errores ſuos numerauit
licet in tertio ipſe etiam caſus ſuorum nonnullos addiderit, quũ
de Polydoro & de perditis luis contagione ſocijs, & de amiſſo pa
tre locutus orditur. nouiſſime poſuit.¶Nam te iam ſeptima por/
tat Omnibus errantem terris & fluctibus æſtas.) Vt Æneas intel/
ligeret, & geſta in Troia & ſeptem annorum curſum ſibi eſſe nar/
randum.

## IODOCI BADII ASCENSII IN. P. V. MARO/NIS ÆNEIDA PERQVAM FAMILIA RES COMMENTARII.

QVandoquidem poetę vita notior eſt tum ex Do/
nati, tum ex Seruij, tum ex Mancinelli, tum ex
noſtris in Bucolica commentarijs q̃ vt iterum
notificetur, ne quem crambe toties appoſita ene
cet expoſitis ſuperſedero. Verum tametſi titulus
quoque manifeſtarius, tamẽ quia rudi adhuc pu
bi nihil ſatis expoſitum, ſciet litteraturę tirunculus, titulum, ideſt
ſubſcriptionem ſolere ſumi à nobiliori & principaliori, vñ hic ab
Ænea deductus eſt, eo quod in rebus gerendis, primas nimirum
partes obtinet, poetæq; intentioni maxime conducit eum q̃ glo/
rioſiſſimum efficere vt iamiam dicemus. Formari autem ſolent
nomina librorum vt patronymica fœminina eo quod libri pater
videtur qui res præclaras quæ in eo deſcribuntur patrauit, ve/
rum quia libro & viro, vnum eſſet nomen licet varia inflexio ſi
Æneas inſcriberetur ſicut ilias, non formauit ipſum à nominati/
uo Latino Æneas, vnde patronymicum maſculinum Æneadas,
vt Æneadæ duri &c, à quo per ablationem de ſyllabe fieret hæc
Æneas huius Æneados, ſed à nominatiuo gręco Æneus, vnde fit
hic Ænides contrahẽdo, ſcilicet diphthongum ei, in i, longum vt
hæc ſatis Æneide, &c. à quo rurſus per ablationem de ſyllabe &
reſolutionem ei, diphthõgi in ei diuiſas ſyllabas fit hæc Æneis no
men libri huius, cuius accuſatiuum hanc Æneida qui putant eſſe
pluralẽ dicunt in libris, Æneidorum, &c. Sicut ergo à Theſeus fit
hæc Theſeis, & ab Achilleus (ſic enim gręce dicitur) hæc Achilleis
ita ab Æneus hæc Æneis. Qualitas carminis eſt heroica exame/
tra, & ob id grandiloqua. Intentio authoris quam potiſſimũ prę/
notare intendo, & quæ cæteris fere datur eſt nimirum, vt & rei/
publicę & ſibi quamplurimum per huius operis editionem pro/
ſit. quam & feliciter, & abunde conſequutus eſt. Nam conſtituiſſe
videtur ſimul & iucunda & idonea dicere vitæ. Quia enim nouit
nihil reipublice eſſe vtilius q̃, & clementem, & prudentem & for
tem, & temperatum, & iuſtum & cæteris virtutibus præditũ ha/
bere principem, talem in Ænea Auguſto imitãdum depinxit for/
te. vt Xenophon de cyro feciſſe perhibetur, non ſemper qualis
fuit ſed qualem fuiſſe decuit perſcribens. Inijciens per hoc Augu/
ſto magnam eius imitãdi neceſſitatẽ cum ab eo qui ſumme pius,
Iuſtus, fortis, temperatus &c. fuiſſe perhibetur originem traxe/
rit, turpeq; ſit à maiorum honeſtis inſtitutis & virtutibus dege/
nerare. Quinadeo quia (vt ad ſextum huius dicturus eſt. Seruius)
nouit nullum opus Romanis accęptum quod bonis moribus &
reipublicæ incolumitati nihil conferret, in ipſo ſexto & ſontibus
pœnas, & iuſtis præmia tam ſancte conſtituit, vt Paulo noſtro
non indigna quæ ſcribit pleraque cenſeri mereantur. Sibi quo/
que nec parum profuit qui tantum in rempublicã contulit quiq;
honeſto ſtudio immortalem gloriam meruit. Et hæc communis
eſt omnibus bona, & bene ſcribentibus intentio. Sed & ſpeciales
atque peculiares videntur authori noſtro fuiſſe plurimæ. Qua/
rum vna eſt vt ſicut in Buco. humile genus ſcribendi primę agre/
ſtium ætati, quæ paſtoralis eſt, competens attigit, & in Georgicis
mediocre mediæ illorum ætati hoc eſt agricolarię cõgruum con
ſecutus eſt, ita hic ſublime genus conſummatæ, ſed non decrepi/
tæ ætati hoc eſt bellicæ virtuti debitum conſequatur. Altera vt
ſicut in Buco. Theocritum, & in Georgicis Heſiodum ęquipara/
uerit, ita hic principem poetarum, & fontem Ingeniorum Home/
rum æquiparet, ſeq; fœcũditate ingenij, illi præſtare demonſtrat.
Nam quod ille vigeniſquaternis libris, hoc poeta noſter ſenis ef/
fecit in ſex ſiquidem prioribus libris odyſſeam, hoc eſt virum ex/
preſſit, in reliquis ſex iliada, hoc eſt arma conſequutus. Sicut er/
go Homero propoſitum videtur, vt & vitam contemplatiuam
quæ in Vlyſſe ſignificata eſt, & actiuam quæ in bello Troiano pru
denter geſto expreſſa eſt explicet, ita & poetæ noſtro, vt vtran/
que vitam ſed in vno (quod glorioſius eſt) homine nobis depin/
gat. Quocirca vt Homerus in Hectore tracto ſubſtitit, calamũq;
repræſſit, ne progreſſus eius ignobilem interitum cogeretur me/
miniſſe, ita Maro noſter in Turno deuicto conſtitit, ne, Æneæ
quoq; ſubmerſionem triſtem deflere cogeretur, qui etenim quã/
uis ſummopere laudare cõtendit, in ſumma eius laude calamum
ſiſtet, vt ille in Hectore tracto, & hic in Turno deuicto. Errant er/
go miſere qui poetam, vltro progreſſurum ſomniant, ni morte
præuentus fuiſſet, cum iam operis finem ſed non caſtigationem
attigerit. Tertia eſt vt in viro totam vitam humanam depingat,
infantiam quæ periculis ſubiecta eſt in primo vbi naufragia, &
ventorum procellæ. Pueritiam quæ præcæptorum ferulis mul/
tiſq; infirmitatum flagellis ſubiacet, in ſecũdo vbi excidium Tro/
iæ declaratur: Adoleſcentiam cuius Salomone teſte via incertiſſi/
ma eſt, in tertio vbi errorum Æneæ narratur compendium. Iu/
uentam quæ perditis, ſæpe amoribus obruitur. vt miſera Dido
in quarto. Virilitatem quæ gloriæ ſtudet, vt qui in quinto in an/
niuerſario Anchiſę celebrant ludos. Senectam quæ mortis admo
netur, vt qui in. vj. deſcendit ad inferos, totumq; inferorum con/
templatur ſtatum vnde redijſſe non inepte fingitur animo ſiqui/
dem nondum à corpore ſeparato ſed per contemplationem ab/
ſtracto deſcendit, de qua re pulchre diſputat Philelphus primo
epiſtolarum ad Cyriacum, Addere poſſumus, q̃ omnes fere li/
bros

bros terminat exitu vitę. Eſt enim mors vltima linea rerũ, vt primum morte Priami & Hectoris vbi inducitur Dido multa ſuper Priamo rogitãs ſuper Hectore multa, Secundum mortem Creuſæ, Tertium Anchiſæ, Quartum Didonis, Quintũ Palinuri, Sextum Caietę. Quinetiam totum opus morte Turni claudit: in qua ſumma erat Æneæ gloria iam cõſummata. Neq; vero minus eſt in. vj. reliquis libris artificij, vbi videlicet deorum hominũq; grauiſſimę & plurimæ habentur conciones. varia bellorum euenta. miſerandæ ſtrages, rerum antiquiſſimarum commemorationes. Obſeſſorum trepidationes, ſecurorum necem, & multa id genus alia tum artificioſe, tum difficilia dicta: vſq; adeo vt arma proſecuturus dixerit maius opus moueo &c.

PRimus habet libycam &c. Vt iuxta morẽm in ſuperioribus obſeruatũ argumenta explicem totius opis hęc ſumma eſt, Æneas Anchiſę & Veneris filius, gener Priami, quia maritus Creuſæ quę Priami filia erat, & pater Iulij Aſcanij vnde domus Iulia Romæ çapta Troia & Ilio incẽſo idam tenuit, vbi collecta manu ad exiliũ parata Antandrum petijt, Ibiq́; fabricatis nauibus in Thraciã conceſſit, inde prodigijs actus in delum peruenit: vnde dijs monentibus in cretam per errorem patris Anchiſę appulſus eſt: atq; inde peſte fatigatus ex reſponſo penatum venit ad ſtrophadas inſulas. vbi harpyis vexatus eſt: inde maritima gręcię præteruectus in Epirũ ꝓfectus Heleni qui Priami filius & vates erat hoſpitio ſuſcæptus eſt. Ab Epiro venit in Calabriam, illincq; aduentu Diomedis territus nauigauit ad Scyllam & Charibdim quæ Ætnę vicinæ ſunt: atq; circuita magna Siciliæ parte Drepanum venit vbi ſm̃ poetã perdidit patrem, inde venit ad Elyſſam quæ & Dido dicitur, inde ab Ioue per Mercurium reuocatus in Italiam prius tamen ad Siciliam repulſus patri anniuerſarium celebrauit quo peracto in Italiam ad Cumas appulſus duce Sybilla ad inferos deſcendit patrẽ viſurus à quo genus ſuum didicit. inde ad Italiam à dijs promiſſam recta perueniens per ceruam ab Iulo occiſam Iuno diſcordiam excitauit cum Latino, cui & Turnus Lauiniæ procus, & à matre Amata noĩe, maritus deſtinatus, ſuppetias tulit. quapropter Æneas ad Euandrum qui tunc eas oras vbi nũc Roma eſt tenuit conceſſit. Vnde Pallante filio adiutus ad vrbem nouam quã in Italia cõdiderat, & in qua Aſcanius cũ cætera pube obſidebatur feſtinat, cũ iam eam Turnus inuaſiſſet vi tamen repulſus erat. Poſtea cum Mezentio & comitibus eius, bella geſſit quibus ſuperatis rutulos cum Camilla deuicit, & tandem Turno occiſo voti compos ſm̃ Maronem Lauiniam Latini filiam obtinuit vxorẽ. Et hic eſt ordo rerum geſtarum aut quę pro geſtis à poeta recitantur, verum alius lõge ordo à poeta obſeruatur, Nã vt dicunt verſiculi, primus liber habet, vt. i. qualiter troes veniant in vrbem Libycam videlicet Carthaginem, quod contigit ſeptimo anno. Secundus edocet excidium & cladem Troiæ narrante. ſ. Ænea & audiente Didone, Tertius, ſcilicet liber canit teucros. i. Troianos vectos ęquore à Troia, Quartus narrat item. i. cõſimiliter duo, vulnera. ſ. amoris & gladij quo ſe occidit Eliſæ. i. Didonis miſerę, honores. ſ. funebres & anniuerſarij celebrantur in quinto, ſcilicet libro manibus. ſ. Anchiſæ, ad tumulum ſupp. eius in Sicilia. Sextus memorat, ideſt recitat Æneam viſentem tartara. i. inferna. Septimus armat iam bello. ſ. ſuſcæpto, Italiã, ideſt Italos in, ideſt contra phrygas, ideſt Troianos, Octauus dat Æneæ ſimul ſocios, ſcilicet Arcadas & arma, ſcilicet à Vulcano fabricata, Daunius, ideſt Dauni filius, Turnus expugnat nono ſup. libro, noua mœnia Troiæ, hoc eſt mœnia nouæ Troię, quam in primo aduentu condiderat Æneas, Decimus exponit pugnas Thuſcorum. i. ethruſcoꝝ, vt Mezentij & ſociorum in littore. i. ad litus. Rutuli qui populi Turni erant ſuperantur vndecimo ſupple libro, morte Camillæ virginis bellatricis, vltimus, ſcilicet liber imponit finem bello nece, ideſt per necem Turni in primo libro vt recitant verſiculi ſatis ꝑtriti & expoſiti, Æneas ſeptimo errorum ſuorum anno ſperans ex Sicilia in Italiam peruenire Iunone inuidente ventis ad Libyam repulſus eſt, vbi refectis ſocijs diſquiſiuit qui eam regionẽ teneant cui mater media ſeſe tulit obuia ſylua, edocuitq́; Elyſſam ea regna tenere, nouasq́; ſedes illic locaſſe, verum, interea dũ Æneas hæc à matre incognita diſquirit Dido quæ nouam claſſem appulſam audierat verita hoſtes eſſe eam expugnare iuſſerat, vnde Ilioneus vir inter primos facundus, queſtum venerat quum Æneas ſeptus à matre nebulis, non viſus adeſſet, qui tandem apparens benigno ſuſcipitur hoſpitio, & ab Elyſſa rogatus Troianum excidium narrare parat, quod in ſecũdo exequitur vt illic videbimus.

ARGVMENTA IN. XII.

ÆNEIDOS LIBROS.

PRimus habet Libycam veniãt vt troes in vrbem.
Edocet excidium Troiæ clademq́; ſecundus.
Tertius à Troia vectos canit æquore teucros.
Quartus item miſeræ duo vulnera narrat Eliſſæ.
Manibus ad tumulum quinto celebrantur honores.
Æneam memorat viſentem tartara ſextus.
In phrygas Italiam bello iam ſeptimus armat.
Dat ſimul Æneæ ſocios octauus: & arma.
Daunius expugnat nono noua mœnia Troiæ.
Exponit decimus thuſcorum in littore pugnas.
Vndecimo rutuli ſuperantur morte Camillæ.
Vltimus imponit bello Turni nece finem.

¶ Subtiliſſimi ac Fidiſſimi poetarum interpretis Auguſtini Dathi Senenſis Lectio prima quum Virgilij Æneidem publice explanare cœpiſſet

TRoia capta (vt plane Hiſtoricoꝝ grauiſſimus teſtatur Liuius.) cũ in cæteros ſæuitum Troianos eſſet, duo ſeruati ſunt, Antenor, & Anchiſę ac Veneris filius ad Simeonta fluuiũ natus Æneas, ac de Antenore qdẽ opportuniore loco agẽdũ erit. Æneas aũt dux bello clarus, atq; inſignis Heros cũ multa ſępius cum hoſte cõgreſſus feciſſet egregie ad extremũ domo ꝓfugus (vt idẽ prodit Liuius) ſeruatus Italiæ (vt dicit Homerus) ſumptis dijs penatibus, quos ſibi Hector per quietẽ commendauerat, aſſumpto & patre ſene, ac paruulo filio Aſcanio, comitante vxore Creuſa, Matre dea monſtrãte viam cum nauibus xx. mare ingreſſus eſt, Italiã fato, Lauinaq́; littora petiturus. Traiecit primũ in Thraciã vbi Polydori monitu, cuius tumulũ repeririſſet, aufugit auarũ littus, cõdita prius ciuitate, quã de ſuo nomine vocauit Æneam. Eam ipſam ẽt hiſtorici memorãt & Theſſalonicæ propinquã fuiſſe perhibent. Rurſum nauim conſcendens in Cretã venit, vbi cum aliquandiu cõſtitiſſet, non ſatis recte oracula interpretatus, peſtilentia inde pulſus eſt. Cogitans deinde Italiam, in Chaoniã tranſmiſit, futuraq́; ab Heleno vate inſtructus. Siciliã petijt, apud Drepanum (vt Maroni placet) patrem Anchiſen perdidit. Porro cũ Sicilia ſoluiſſet, aduerſa tẽpeſtate, in Aphricam delatus eſt, inq́; ea regione à Didone regina honorifice excæptus eſt (& ſi fabulis credimus) ẽt ardenter amatus. Increpitus tamen Deorum iuſſu Aphricam reliquit atq; iterum Siciliam repetiuit. Ibi tum ludis & anniuerſaria in honorem patris celebratio, Aceſta poſita ciuitate, & ſuorum ibidem parte relicta, dum Italiã pergit Palinurum gubernatorem claſſis amiſit. Exinde Baias appulit, & Cumea Sybilla duce ad inferos deſcẽdit ad Elyſios campos vſq; penetrauit cognita Anchiſe referente, ſuæ poſteritatis ſerie, ad ſuperos rediens perſoluit Miſeno inferias. Mox Caietam venit, & nutrice amiſſa eius nominis vrbem condidit. Poſtremo ad Oſtia Tyberis peruenit. Itaq; ad deſtinatum locum, ſe veniſſe ratus, finem vlterius nauigãdi fecit. Lauiniam Latini regis filiam, antea Turno pactam iuxta oraculi vocem, accępit vxorẽ. Quam ob cauſam à Turno bello laceſſitus eſt, adiutus potiſſimum Euandri Archadis auxilio, ac diu conflictatus maximarum rerum, & ampliſſimi, ac florentiſſimi regni dedit initium. Ac poſtmodum excedens rebus humanis in numerum Deorum (vt fabulantur) tranſlatus eſt, & deus habitus. De quo Liuius hæc memoriæ prodidit. Huic ſecundum cum Latinis prælium vltimum operum mortalium fuit. Eumq́; ſitum ſuper Numicum flumen, Iouem indigetem appellarunt. Cumq́; ab Ænea Troianorum duce, res Romana profectura eſſet, & ea quidem vrbs, quæ totius orbis aſſequeretur imperium: non ſine cauſa commentus eſt, & elegantiſſimus vates, Æneam progenitorem eorum, qui vrbem Romanam condituri eſſent profectum ſoluiſſe Aſia delatum in Aphricam ad Didonis regna perueniſſe, tandem attigiſſe Europam. vt per eiuſmodi luſtrationem totius mundi partium, terrarum omnium

nium atque vniuerſi orbis auſpicaretur imperium. Hoc igitur p̄claro carmine: argumentum ingens cœpit Virgilius Maro & adiecit latio eximium decus, videlicet Poeta magnus: omniumq́ꝫ præclariſſimus atque optimus, vt Aurelius Auguſtinus ait, & Homerum imitatus, qui Achillem cecinerat, hic Æneæ errorem primum, tum bellum cantauit, quod cum Turno geſſit Æneas, Reliquum eſt vt præſtantiſſimus præcæptor, & optimus auunculus, partes ſuas proſequatur. Dixi.

Ille ego qui quondā, &c. Proponit (inquit Donatus) diuidit. & ſeſe cōmendat poeta, ꝓponit qdē qa dicit ſe horrētia Martis arma virūq́ꝫ deſcripturū, in qua re ēt diuidit: quia arma ſex poſterioribus, & virū ſex prioribus libris deſcripturus eſt: ſed alio ordine ꝓponit, alio ꝓſequitur, eo forte quod id vſu venire ſolet: vt q̄ pría ſunt in intentiōe vltima ſint in executione: ſed arma fuiſſe pría à poeta intēta ex multis cōijcere licet, tum quia in Buco. Dixit. Cū canerē reges & prælia &c. quaſi iam tūc ꝓpoſuerit reges & p̄lia deſcribere, tum quia armoꝝ opus maius vocabit in ſeptimo vbi dicturus eſt. Maius opus moueo, tum quia in armis Æneæ à Vulcano fabrefactis Cæſaris geſta percurſurus eſt, quod facturus nō erat, ſi vt quidam volunt Auguſti quoqꝫ geſta perſcribere cōſtituiſſet, ad quæ quidē arma alludere poetā dubiū non eſt dicēte Donato arma. i. ſcutum & reliqua q̄ Æneę fabricauit Vulcanus. Verūt̄n per arma res bellicas quę in armis gerūtur potius intellexero: nec tamen accedo ad eoꝝ errorem qui exponunt arma virūq́ꝫ. i. armatum virum, cum res diſtinctæ ſint, nam & virū & arma eius ſeorſum deſcribit. Cōmendat aūt ſeſe, inquit Donatus, quod neqꝫ ludicra nec turpia: ſed ſpectacula elegerit. Ex hac aūt ſui atqꝫ à ſe ſcribendorū cōmendatione reddit auditorem ſeu mauis lectorē beniuolum, & attētū ex pondere reꝝ, acclamaturus. n. eſt, Tantę molis erat Romanam cōdere gētē. Docilem aūt ex rerum diuiſiōe. Principium authore Seruio fecerat poeta quale nos ſuſcępimus, Ille ego qui quondā. In quo poeta tria principalia opera ſua triplici ſtilo nobis depingit. nā Bucolica q̄ gracili ſtilo deſcripſit gracilibus verbis commemorat, Georgica q̄ mediocri mediocribus, & Æneida quā ſublimi, ſublimibus vſqꝫ adeo vt ſint qui ſpumoſum & cortice pingui cenſeāt vt apud Perſi. plenius executi ſumus. Nihil. n. videtur gracilius q̄ꝫ, Ille ego qui quondā gracili modulatus auena, Carmen. oīa. n. ſunt aperta & ꝓpitia, Nihil mediocri ſtilo cōſonantius q̄ꝫ & egreſſus ſyluis vicina coegi. Vt q̄ꝫuis auido parerent arua colono. Gratum opus agricolis, nā & ſchematis mediocris ſtili hoc eſt figuratis & tranſlatitijs locutiōibus vtitur. Nihil vero ſublimius q̄ꝫ at nūc horrentia Martis, Arma virumq́ꝫ cano: quod t̄n non inflatum ſed ſolidū ac firmum eſt: vt ramale vetus vegrādi ſubere coctum. Hoc aūt mō auſpicatum reor poetā vt (ſicut in finem Georgi. diximus) operum ſuoꝝ ſe authorē oſtenderet, & alienorum minime, cupidū, ſimulq́ꝫ vt triplici ſtilo tria opa ſuſcępiſſe ſignificet vtq́ꝫ ab humili exordio in ſublimē deſinat exitū, iuxta quod legimus apud Horatiū in de arte poetica quod Homerus & quis conſultus poeta Non fumū ex fulgore ſed ex fumo dare lucem Cogitat, quia t̄n hoc exordium humilius viſum eſt. Tuccæ & Varro q̄ꝫ vt tanti maieſtati carminis cōgruat, dempſerunt vſqꝫ ad arma virumq́ꝫ cano, quod nos t̄n & explanare & in ordinē redigere cōſtituimus. Ille ego, Vtrūqꝫ ꝓnomen emphaſim habet. Nā ille (vt in Buc. docuimus) ad nobilitatē & gloriā pertinet, vt Alexander ille magnus. Plato p̄hs ille diuinus. Ille ego igitur idem eſt ac ſi dicat iam notiſſimus poeta quaſi q obtinuerit quod in Georgi. iij. ſic dixit. Tentāda via eſt qua me quoqꝫ poſſim. Tollere humo victorq́ꝫ virū volitare per ora. Ego aūt cōfirmat & excludit. q. d. non alius ſed ille idē ſicut, Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala, Ille ego qui quōdā modulatus, & egreſſus coegi, euocatio eſt. Quōdā ſicut olim triū eſt tempoꝝ Gracili auena, qa paſtorale hoc eſt Bucolicū carmen, vt latius declaratū eſt. ibi Syluestrē tenui muſam me. aue. Carmen à canendo dicitur nō quod vocis lenocinio cani velit, ſed qa modulis cōſtet, & egreſſus ſyluis. Alij diſtinguūt ſyluis, vicina vt ſit & egreſſus, carmē hoc eſt carminis gracili auena modulādi materiā, coegi vicina ſyluis. i. arua, ſed in idem redit nā & latinitas & ſnía vtroqꝫ mō cōſtat Latinitas qdē, quia egredior ablatiuo frequēter iungitur, vt in. ij. huius, Eſt vrbe egreſſis tumulus. Snía vero qa ſyluas ingredi ſignificauit. cū dixit, Syluestrē tenui muſam medi. aue. Vn̄ Georgica deſcripturus egreſſus ſyluis videtur. Secundo ēt mō ſtat latinitas & ſnía, nā arua ſunt vicina ſyluis. Vn̄ Flaccus ſermonū ſecundo. Hoc erat in votis, modus agri non ita magnus Hortus vbi, & tecto vicinus iugis aquæ fons. Et paulū ſyluę ſuper his foret &c. Sylua ab hyle ſcribitur per y, à ſilendo p i, quāuis alij exponūt vt ſit quātūuis, alij quāuis ꝓ q̄ꝫq̄ꝫ & ita duplicē faciunt ordinē, priores ſic vt arua parerēt colono quāuis. i. quātūuis auido hoc eſt ēt auidiſſimo. Poſteriores vero ſic, vt quāuis arua parerent colono auido t̄n opus eſſet gratū agricolis, ſed priores magis cōdependentem cōtextū faciunt. At, aduerſatiua eſt particula, initijs apta qbus res à prioribus cōtrarias, incipimus, vt illud in fine tertij huius factoq́ꝫ hic fine quieuit, ſeqtur in p̄ncipio. iiij. At regina graui iam dudū ſaucia cura, Vulnus alit venis &c. Cætera cum ſequētibus declarabimus. ¶ Ordo aūt huius eſt. Ille ego. i. iam notiſſimus poeta. P. V. Maro, qui modulatus. i. ad modulos cōſecutus quondam. ſ. vt in fine Geor. dicit in iuuēta carmen. ſ. Bucolicum, auena. i. calamo, ſeu culmo ex auena, gracili. i. tenui ſtilo & carmine congruenti, & egreſſus ſyluis. i. rebus ſylueſtribus hoc eſt carmine paſtorali, coegi. i. in p̄cępta redegi vicina ſyluis. i. Georgi. hoc eſt aruoꝝ quadrupliciū argumenta, appoſitorie opus gratum agricolis, vt arua parerēt. i. obedirent ex præcęptis meis colono. i. agricolæ, q̄ꝫuis. i. quātumuis auido. i. cupido, hoc eſt etiā auidiſſimo, aut ſic, & egreſſus coegi vicina ſyluis, Vt. i. vtpote qui ſcirem quod quāuis arua parerent. i. obedirent colono auido. i. rerum cupido hoc eſt imperijs ruſticoꝝ de quibus, in Georgi. late dictum eſt, t̄n opus eſſet ſup. aut foret gratum agricolis. i. agricolę tam auidi ſunt vt oīa ad nutū cedere velint, ſed vt dixi prior ſnía magis placet, Quin ēt conſtructio quadrātior eēt ſic. Ille ego qui modulatus ſup. ſum quondam gracili auena, carmē coegi &. i. etiā vicina ſyluis gratum opus agricolis egreſſus. ſ. ſyluis ideo vt arua parerent &c. At cano nunc arma &c.

HÆC HACTENVS RECENSVIT PETRVS Fundius. Tum primam Æneidos lectionem legit Auguſtinus Dathus.

Satis ſuperq́ꝫ præclari carminis argumentū, expoſuit Petrus Fūdius Sororis filius: ſed in literis mihi atqꝫ eruditiōe genitus, ꝓſequar ipſe egregij poematis explicationē nō reiectis quatuor verſiculis, quos Tucca detraxit & Varus, quum ſint mea quidē ſnía cognitiōe digniſſimi. ⸢Ille ego, qui, &c.) Hos verſus Virgi. Maro ediderat Æneidos initium ſed eos poſtea, detraxere Varrus, & Tucca. Virgilij, & Horatij (vt Cæſarienſis Euſebius inquit,) contubernales, atque illuſtres poetæ, quibus ab Auguſto Cæſare emendanda, Æneis tradita eſt, ea lege, vt nihil prorſus adderent. Exile enim, & fere ieiunitatis plenum, videbatur initium tam alti, tamqꝫ præclari operis. Nihil nanque eſt, inter Latinorum poetarum carmina, neque maius Æneide, nec præſtabilius. Sed in his quatuor verſibus illud artificioſum, ac preclarum, videri debet. Nam quemadmodum tria carmina, Bucolicum, Georgicum Æneidaq́ꝫ commemorat, ita & eleganter, ac perdocte, triplicem dicendi figuram ſeruauit, & priorem quidem verſum, attenuate, ac demiſſe, & gracili quadam, tenuiq́ꝫ figura, & ſubtili, atqꝫ venuſto charactere dicēdi incœptauit dicens, Ille ego. qui vero ad rura, culturamq́ꝫ agrorum, verſus pertinerent, eos ita compoſuit, vt humili, non tamen infima, verborum dignitate, & moderato quodam, atqꝫ amœno dicendi genere perſonarent, quod diligenti, & ſtudioſo homini (ſi legat accuratius) plane erit manifeſtum. ⸢Et egreſſus ſyluis, &c.) Tum grauis, valida, & vberem quandam dignitatem, atqꝫ amplitudinem continens figura contexitur, cum tuba terribili ſonitu, & clangore vehementer intonat. ⸢At nunc horrentia Martis Arma, virūq́ꝫ cano.) Quibus verbis, quid ſublimius quid magnificentius, dici poterat? Bene itaque, qui in Virgilium commentarios ediderunt, humili oratione Bucolica, grauiſſima Æneidē, media vero Georgica fuiſſe cōſcripta à Poeta inſigni, ac Mātuano vate, teſtati ſunt Quatuor vero his verſibus, profitētur Virgi. paſtorale carmen cecinisse. tum tradidiſſe de agricolatione pręcæpta. Iam vero ſubiturum ſeſe aduētum Æneæ in Italiam Diuturnumq́ꝫ errorem, resq́ꝫ eius ducis belli geſtas. ⸢Gracili auena.) Eſt humili ſtilo. Eadem enim quæ à Cicerone, extenuata figura, quæ à Donato, & Seruio, tenuis nominatur, ab A. Gellio, gracilis dicta eſt: quem Græci dicendi characterem ἰσχνὸν vocant. ⸢Modulatus.) Modulari, & canere, ad muſicos, ac poetas p̄tinet, Muſici enim quondam vates, ac ſapientes, ijdem iudicari conſueuerunt, idqꝫ ipſum pulcherrime Fabius Quintilianus oſtendit, atque ei numero Orpheum ante alios, Linumq́ꝫ aſcribit, vtrunque (vt eſt in fabulis) dijs genitum, quorum alterum quod rudes atque agreſtes animas Threicia fretus cythara, fidibusq́ꝫ canoris, & diſciplinæ poeticæ modulis demulceret, non feras modo, ſed ſaxa quoque, &

Gracilis auena.

Modulor.

ſyluas

ſyluas duxiſſe perhibēt,q̃ res vel muſicæ peritię,vel poeticę diſciplinę poteſtatem,vimq́; demonſtrat.Recte igitur Virg.quaſi q̃dā Latinorū Homerus carmen ſe modulatum dicit,quod eſt, verſibus
Arua. cecinisſe.☞Arua.) Sunt terra quā ad percipiendas fruges excolimus.Terra igitur(vt M.Cato in primis, & Cicero teſtes ſunt) nunq̃; ſine vſura reddit,quod accæpit, ſed plerunq; maiore cum fœnore,videlicet,ſi ager ipſe diligenter fuerit excultus,interdum vero minore,quū fuerit à colonis neglectus.Parent igitur,atque obtēperāt arua colono,quū multo plus afferunt agri,q̃; accæperunt,ſed tū parent auido colono,q̃n menſuram longe cumulatiſſimā reddunt,magnamq́;,atq; auidiſſimā agricolę ipſius cupiditatē explent.Itaq; Virg.de colēdis agris dicit,ſe eiuſmodi artem, atq; pc̨pta tradidiſſe:quę ſi colonus ſeruet,quālibet auidus ſit, facillime erit ſui voti cōpos,ac fauēte Georgico carmine:Multas
Quáuis cōgeret in horreum fruges.☞Quáuis.) Non q̃;q̃; in hoc loco: ſed quātūuis ſignificat,ſicut & quālibet.Poſſet & quáuis exponi pro quanquam,ſed id præter eruditiſſimos nemo prorſus intelligat, pulcherrimaq́; eſt ea loquendi figura.☞Horrentia Martis arma.) Erudite

Erudite Virgi.bellum his verbis expreſſit,cui veteres Martē præeſſe teſtatur.Nam quemadmodum Mars ipſe ferus exiſtimatur, ita & quibus præeſt, opera horrentia ſunt,quæ vtiq; bella putamus. Quare & M.Cicero.6.de repub.lib.quum cœleſtes orbes, globosq́; deſcribit:Martem his verbis cōmemorat:Tum rutilus horribilisq́; terris,Quem Martium dicitis.Noſter igitur orator, Martē horribilem:ſapiens vates Horrentia arma martis,non abſurde poſuit.☞Martem.) Ferunt inter ſeptem illa errantia ſydera, tertium orbē,globumq́; eſſe ſortitum,& bienni curriculo Zodiacum circum pererrare:plurimum autem obeſſe,niſi eius infeſtiorem vim,Iouis,ac Veneris,(qui ſalutares planetæ ſunt)commertium,ac vicinitas,moderetur,Stella eſt(vt Aſtrologi tradunt)q̃ plurimum habet caliditatis,ac ſiccitatis,atq; ob eam rē,prælijs, contentionibusq́; dicitur pręeſſe.Nam vterq;,tum calor,tum et ſiccitas,magnam ad inflammandos hominum animos vim habere,phyſicis rationibus declaratur.

☙Finis Præfationum.



# P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS LIBER PRIMVS.

ILle ego, qui quondam gracili modulatus auena
Carmen, & egreſſus ſyluis, vicina coegi,
(Vt quāuis auido parerent arua colono)
Gratum opus agricolis. At nunc horrentia Martis,
ARMA VIRVMQVE cano, Troiæ qui primus ab oris
Italiā, fato profugus, Lauinaq; venit
Litora. multum ille & terris iactatus, & alto
Vi ſuperum, ſęuę memorem Iunonis ob iram.
Multa quoq; & bello paſſus, dum cōderet vrbē,
Inferretq; deos Latio, genus vnde Latinum,
Albaniq; patres, atq; altæ mœnia Romæ.

## IN LIB. PRIMVM ÆNEI. COMMENTARIA SERVII.

ARma.) Multi varie diſſerunt cur ab armis Virgilius cœperit: omnes tamen in hanc ſententiā ire manifeſtum eſt, cum eum conſtet aliunde ſumpſiſſe principiū, ſicut in pręmiſſa eius vita monſtratum eſt. Per arma aūt bellū ſignificat, & eſt tropus Metonymia. Nam arma quibus in bello vtimur, pro bello poſuit. Sic toga qua in pace vtimur, pro pace poniť: vt Cicero, Cedāt arma togę.i.bellum paci. ¶ Arma virumq;.) Figura vſitata eſt,; vt non eo ordine reſpondeamus, quo propoſuimus. Nā prius de erroribus Æneæ dixit: poſt de bello. Hac aūt figura etiam in proſa vtimur. Sic Cicero in Verrinis, Nā ſine vllo ſumptu noſtro copijs, tunicis, frumentoq; ſuppeditato, maximos exercitus nr̃os veſtiuit, aluit, armauit. ¶ virum.) Non dicit quem: ſed circunſtantijs oſtendit Æneam. ¶ Cano.) Polyſemus ſermo ē. Tria enim ſignificat. Aliquando laudo. vt, Regemq; canebant. Aliquando diuino. vt, Ipſa canas oro. Aliquādo canto vt in hoc loco. Nam ꝓprie canto ſignificat, quia cantāda ſunt carmina. ¶ Troiæ.) Troia regio eſt Aſiæ, Ilium ciuitas eſt Aſiæ. Plerūq; tamen vſurpant poetæ, & pro ciuitate vel regionē, vel prouinciam ponunt. Iuuenalis, Et flammis Aſiam ferroq; cadētę. ¶ Qui primus.) Quęrunt multi cur Æneam primum ad Italiam veniſſe dixerit, cum paulo poſt dixerit Antenorem ante aduentum Æneæ fundaſſe ciuitatē. Conſtat quidē, ſed habita temporum ratione peritiſſime dixit Virgilius. Nanq; illo tempore quo Æneas ad Italiam venit, finis erat Italiæ vſq; ad Rubiconē fluuium. Cuius rei meminit Lucanus, Et Gallica certus Limes ab Auſonijs diſterminat arua colonis. Vnde apparet Antenorē non ad Italiam veniſſe, ſed ad Galliam Ciſalpinam, in qua Venetia eſt. Poſtea vero promotis vſq; ad Alpes Italiæ finibus, nouitas creauit errorem. Pleriq; tamē quæſtionem hanc volunt ex ſequētibus ſolui, vt videatur ob hoc addidiſſe Virgilius ad Lauina litora, ne ſignificaret Antenorē. Melior tamen eſt ſuperior expoſitio. ¶ Italiam.) Ars quidē hoc exigit, vt nominibus prouinciarum præpoſitionem addamus, ciuitatum nunq̃: Tamen plerunq; peruerſo ordine lectum eſt. Nam ecce hoc loco detraxit prouinciæ præpoſitionem, dicens, Italiā venit. Tullius in Verrinis, Ea die Verres ad Meſſanam venit, pro Meſſanam venit. Sane ſciendū eſt vſurpari ab authoribus vt vel addant, vel detrahant præpoſitiones. Nanq; ait Virgilius, Syluiſte Tyrrhene feras. Pro in ſyluis. Vt ergo illic loco detraxit præpoſitionem, ſic hic prouinciæ: & eſt figura. Italia autē pars Europæ eſt. Italus enim rex Siculorum profectus de Sicilia, venit ad loca quæ ſunt iuxta Tyberim, & ex nomine ſuo appellauit Italiam. Ibi autē habitaſſe Siculos vbi eſt Lauroliuinium, manifeſtum eſt: ſicut ipſe alio loco dicit, Siculi vetereſq; Sicani. Item, Et gentes venere Sicanæ Sæpius. ¶ Fato profugus.) Fatum ad vtrunq; pertinet, & ꝙ fugit, & quòd ad Italiam venit. Et bene addidit fato, ne videatur aut cauſa criminis patriam deſeruiſſe, aut noui imperij cupiditate. Profugus, autē proprie dicitur qui procul à ſedibus ſuis vagatur, quaſi porro fugatus. Multi tamē ita definiunt, vt profugos eos dicant q excluſi neceſſitate de ſuis ſedibus, adhuc vagantur: & ſimulac inuenerint ſedes, non dicantur profugi, ſed exules. Sed vtrūq; falſum eſt. Nam & Profugus lectus eſt, qui iam ſedes locauit. vt in Lucano, Profugi quæ à gēte vetuſta Gallorum Celtæ miſcentes nomen Iberis. Et exul qui adhuc vagatur. Vt in Salluſtio, Qui nullo certo exilio vagabanť, adeo exilium eſt ipſa vagatio. ¶ Lauinaq; venit litora.) Hæc ciuitas tria habuit nomina. Nam primum Lauinium dicta eſt à Lauino fratre latini. Poſtea Laurentum à lauro inuēta à Latino. dum adepto imperio poſt fratris mortem ciuitatem augeret. Poſtea Lauinium à Lauinia vxore Æneæ. Ergo Lauina legendū eſt, non Lauinia, quia poſt aduentum Æneæ Lauinium nomen accœpit. Ergo aut Lauinum debuit dicere, ſicut dixit: aut Laurentū. quāuis quidam ſuperfluo eſſe Prolepſim velint. ¶ Litora.) Laurolauinium conſtat. viij. milibus à mari remotum. Nec nos debet fallere quia dixit Lauina litora. Litus enim dicitur terra quæq; mari vicina: ſicut ipſe Virgilius in quarto, Cui litus arandum, cum per naturam litus arari non poſſit. Ergo ſcire debemus litus poſſe terrā dici. ¶ Multum ille.) Colliſio eſt, & ille hoc loco abundat. Eſt enim interpoſita particula ꝓpter metri neceſſitatē: nam ſi detràhas ille, ſtat ſenſus. Qui primus enim ad omnia poſſumus trahere. Sic alio loco, Nunc dextra ingeminās ictus, nunc ille ſiniſtra. Eſt autē Archaiſmos. ¶ Et terris iactatꝰ.) Fatigatus eſt enim apud Thraciam monſtro illo quo de tumulo Polydori ſanguis emanauit: apud Cretam peſtilentia: apud Strophadas inſulas Harpijs: tempeſtate vero & in primo, & in tertio. Iactamur autē in maris fluctibus, fatigamur in terris, & bene duorū elementorum mala vno ſermone complexus eſt. ¶ Et alto.) Modo mari. Altum tamē ſciendum eſt ꝙ & ſuperiorē, & inferiorē altitudinē ſignificat. Nanq; mēſurę nomen eſt altitudo. ¶ Vi ſuperum.) Violētia deorum ſecundum Homerum qui dicit à Iunone rogatos eſſe deos in odium Troianorū: quod & Virgilius tetigit dicens, Vos quoq; Pergameæ iam fas eſt parcere genti Dijq; Deæq; omnes. Latenter aūt defendit hac ratione Troianos ꝙ non ſuo merito eos inſequebantur numina, ſed Iunonis impulſu. ¶ Sæuæ.) Cum à iuuando dicta ſit Iuno, quærūt multi cur eam dixerit ſæuam: & putant temporale eſſe epitheton, quaſi ſęuam circa Troianos: neſcientes ꝙ ſęuam dicebant veteres magnam. vt Ennius, Induta fuit ſæua ſtola. Itē Virgilius cū vbiq; pium inducat Æneā ait, Maternis ſęuus in armis Æneas, ideſt magnus. ¶ Memorem Iunonis ob iram.) Conſtat multa in authoribus inueniri per contrarium ſignificantia, pro actiuis paſſiua. vt Pictis bellantur Amazones armis, pro bellant. Pro paſſiuis actiua. vt, Populatq; ingentē farris aceruum, pro populatur. Et hęc varietas vel potius contrarietas inuenitur etiam in alijs partibus orationis, vt ſit aduerbiū pro aduerbio, vt eſt, Hoc tunc pater ignipotens cœlo deſcēdit ab alto. pro huc. Et in participio. vt, Et qua vectus Abas, pro vehebatur. Et in nomine: vt, Memorem Iunonis ob iram. non quæ meminerat, ſed quæ in memoria erat. De his autem hæc tantum quæ lecta ſunt ponimus: nam ad eorum exemplū alia formamus. ¶ Multa quoq; & bello paſſus.) Duas coniunctiones ſeparatas naturaliter nemo coniungit, ſed hoc plerunq; à poetis cauſa metri fit. Ergo hic vna vacat: ſicut alio loco, Dixitq;: & pręlia voce diremit. ¶ Bello paſſus.) Cōtra Turnum quod geſſit. ¶ Dum conderet vrbem.) Tres hic ſunt ſignificationes. Aut enim Troiam dicit, quam, vt primum venit in Italiam, fecit Æneas. de qua ait, Caſtrorum in morem pinnis atque aggere cingit. Et alio loco Mercurius, Nec te Troia capit. Troiam autem dici quam primum fecit Æneas, & Liuius in primo, & Cato in originibus teſtātur. Dum enim hęc fieret, ab agreſtibus ob vulneratum regium ceruum mota ſunt bella. Aut Laurolauinium. Et ſignificat. ¶ Dum.) donec. tandiu enim dimicauit quandiu tempus faciendæ ciuitatis veniret, ideſt donec Turnus occumberet. Aut Romam. Et eſt ſenſus. Dummodo dum conderet vrbem: aut Troiam, aut Laurolauinium, aut Romam ſignificat. ¶ Inferretq; deos latio.) Latium duplex eſt, vnum à Tybe-



UNIVERSITA

ri vſque ad fundos. Aliud inde, vſque ad vulturnum. Latium autem dictum eſt, quòd illic Saturnus latuerit. ⁋ Inferretq́ꝫ deos Latio.) Hoc eſt in Latium. Et eſt figura vſitata apud Virgilium. Quod enim per accuſatiuum cum præpoſitione dicimus, ille per datiuum ponit ſine præpoſitione. ſicut alibi, It clamor cœ/lo, pro in cœlum. ⁋ Genus vnde latinum.) Si iam fuerunt Lati/ni, & iam Latium dicebatur, contrarium eſt quod dicit ab Ænea Latinos originem ducere. Prima eſt iucunda abſolutio, vt vnde non referas ad perſonam, ſed ad locum. Náqꝫ vnde aduerbium eſt de loco, non deducto à perſona. Tamen Cato in originibus dicit hoc, cuius auctoritatem Salluſtius ſequitur in bello Catili/næ, primo Italiam tenuiſſe quoſdam qui appellabantur Abori/genes. hos poſtea aduentu Æneæ Phrygibus iunctos, Latinos vno nomine nuncupatos. Ergo deſcendunt Latini non tantum à Troianis, ſed etiam ab Aboriginibus. Eſt autem vera expoſitio hæc, Nouimus quòd victi victorum nomen accipiunt, potuit er/go victore Ænea perire nomen Latinum. Sed volens ſibi fauo/rem Latij conciliare, nomen Latinum non ſolum illis non ſuſtu/lit, ſed etiam Troianis impoſuit. Merito ergo illi tribuit quod in ipſo fuerat, vt poſſet perire. vnde & ipſe inducit in. xij. libro ro/gantem Iunonem ne pereat nomẽ Latinum. Item in execratio/ne Didonis legimus, Nec cum ſe ſub leges pacis iniquæ Tradide/rit. Iniqua enim pax eſt in qua nomen amittit ille qui vicit. ⁋ Al/baniq́ꝫ patres.) Albam ab Aſcanio conditam conſtat: ſed à quo, incertum, vtrum à Creuſæ an Lauiniæ filio: de qua re Liuius du/bitat. Hanc autem cum euertiſſet Tullus Hoſtilius, omnes no/biles familias Romam tranſtulit. Et ſciendum bene hunc ordi/nem ſeruare Virgilium, vt ante dicat Latium, inde Albam, poſt Romam. Quod & hoc loco fecit: & in v, Priſcos docuit celebra/re Latinos. Et deinde, Albani docuere ſuos, nunc maxima porro Accæpit Roma, & patriũ ſeruauit honorem. Itẽ in. vij. Mos erat Heſperio in Latio quem protinus vrbes Albanę coluere ſacrum: nunc maxima rerum Roma colit. ⁋ Altæ mœnia Romæ.) Aut propter gloriam, aut propter ædificia ingentia: aut quia in mon/tibus collocata eſt.

IN LIB. I. ÆNEI. COMMEN/TARIA DATHI.

ARma, virumq́ꝫ cano.) Duo proponit Virg. quoꝝ vtrũqꝫ & Titus Liuius hiſtoria complexus eſt. j. li. ab vrbe con/dita. Nam de Æneæ ipſius peruagatione, atqꝫ in Italiã aduentu, deq́ꝫ eius rebus geſtis non ſolum poetæ fabulantur, ſed etiam loquuntur hiſtorici. ⁋ Virum.) Æneam intelligi duo argu/menta ſunt, ſed in primis carminis prenotatio. Etenim opus vni/uerſum Æneis inſcripta eſt, ꝙ ab Ænea nomen inflectitur. Nam quẽadmodũ Odyſſea ꝙ de Vlyſſe, Ilias ꝙ de Ilio, Thebais ꝙ de Thebis, Achilleis ꝙ de Achille, Theſeis ꝙ de Theſeo, Metamor/phoſis quòd de transformationibus ſcripta ſit, nũcupatur: ita & Æneis ꝙ in ea ducis Æneæ geſta ediſſerantur hoc nomine appel/lata eſt. Quin etiam adhibitæ circunſtantiæ Æneam manifeſtãt. Quid. n. refert vel Æneã proponere vel eum virum, qui ex Tro/iano ſolo, fatorum voluntate, primus ad Italiæ partem, Lauina litora venit, cum is certe Æneas fuerit? ⁋ Cano.) Cantare poetas nemo dubitat eorũ, qui & diſciplinæ muſicæ rationẽ & eruditiſ/ſimorũ veterum ſcripta cognouerint. Nam (vt etiã Aug. Aurelius tradit: & nemo ignorat) oĩpotentia canẽdi muſis tributa eſt. Hæ vero poeticæ preſunt, vt apud Platonẽ in Phædro oſtendit So/crates. Muſas aũt eſſe cantum, etiam ruſtici nouerunt, vt ait Ma/cro. quare eaſdẽ & camœnas quaſi à canendo auſi ſunt appellare. & theologi nouẽ muſas octo Spherarũ muſicos cantus & vnam maximam continentiã quæ cum ſit ex omnibus eſſe voluerunt. Quocirca & canere cœlum comprobant ob eaḿqꝫ cauſam ẽt ſo/nos muſicos ſacrificijs adhibebãt. Scite igitur. Aurelius Auguſti/nus primo librorũ, quos de muſica arte cõpoſuit, muſicam finit
Muſica. bene modulandi ſcientiam: id aũt eſt bene concinẽdi. Nã canere: & modulari: ad poetas pertinẽt: vt ſupra iam patefactũ eſt. Hinc Vir. Gracili modulatus auena: Carmen. modulari vero & canere vtrũqꝫ cantare ſignificat. At cantant poetę & muſicũ ſtudium eſt plerũqꝫ poeticum. Hinc illud apud Terentiũ in Heautõtimeru/meno. Tum ꝙ maliuolus vetus poeta dictat, repẽte ad ſtudium ſe applicaſſe hunc muſicũ. Rurſum in Hecyra. Ita poetã reſtitui in locũ prope iam remotũ iniuria aduerſariorum à ſtudio atqꝫ à labore, & ab arte muſica. Et iterũ eodẽ in loco. Nolite ſinere per vos artẽ muſicam recidere ad paucos. De poetico náqꝫ ſtudio lo/quebatur. Demũ in Phormione eadem ſñia rectiſſime confirma/tur, cum dicit Calliopius: in medio omnib. palmã eſſe poſitam, qui artẽ tractant muſicam. Itaqꝫ ne in hac explanatione diutius immorer, poetarũ officium eſt canere aut modulari; opus vero carmẽ vel poema. Hinc Homerus poetarũ facile princeps ad mu/ſicam cõuerſus, quę cantui preeſſet, Iliada ſcripturus in hũc mo/dum prefatus eſt μῆνιν ἄειδε θεὰ quẽ Virgilius in pleriſqꝫ imita/tus inquit. Arma virũqꝫ cano, & alio in loco. Cecini paſcua rura duces quod eſt cãtaui in premis tria carmina. Paſtorale Ruſticũ, & Heroicũ de Ænea, Canere vero cantare intelligi oportere, idẽ poeta manifeſtat, qui in Buc. de Heſiodo, ita locutus eſt: Hos tibi dant calamos, en accipe, muſæ. Aſcreo quos ante ſeni, quibus ille ſolebat Cantando rigidas deducere montibus ornos. Quare nõ indocte quiſquis ita exorſus eſt quod eſt apud Flaccum. Fortunã Priami cantabo & nobile bellum. Et Boetius Seuerinus. Vir ſciẽ/tia & doctrina omnium pene preſtantiſſimus, & canendi & mo/dulandi, & cantandi deniqꝫ exẽpla ſuppeditat, teſtificans ea oĩa eſſe poetarũ ac vatũ munera De philoſophia. n. quam loquentẽ inducit & verſibus ſępe lũdentem, ita ait. Hæc cũ philoſophia di/gnitate vultus, & oris grauitate ſeruata: leniter, ſuauiterq́ꝫ ceciniſ/ſet. Et rurſum. Iam cantum illa finierat, cum me audiendi auidũ, ſtupenteḿqꝫ, arrectis adhuc auribus. carminis mulcedo defixe/rat. Ac paulo poſt. Canendi etiam iucũditate refouiſti. Cũqꝫ phi/loſophia quę ſecum loqueretur verſus allatura eſſet ac ſimul in/quit. Ita modulata eſt, Deniqꝫ & alio in loco hæc verba ſubiecit. Quare neceſſe erit humanum genus, vti paulo ante cantabas. Et alia, ſed infinitũ ſit eiuſmodi exẽpla colligere. Hęc aũt idcirco at/tulimus ad eorum ſñiam refellendã, qui imperiti harum rerum; ac prorſus ignari illepide atqꝫ imperite, canere apud poetas vo/lunt eſſe deſcribere: nec verbi ipſius aut vim aut elegantiã cõple/cti animo poſſunt. Troiæ qui ꝑmus ab oris. Italiã fato profugus Lauinaq́ꝫ venit Litora. Primum dicit Æneã in Italiam veniſſe, qua in re pleriqꝫ viri etiã eruditiſſimi dubitare conſueuerunt, ꝙ non multo poſt idẽ poeta profectũ Antenorem in eã Italiæ par/tem, quę iampridẽ Venetia dicebatur, & Patauiũ condidiſſe per/hibeat, id́qꝫ multis etiam annis ante: q̃ꝫ Italiam attigiſſet Æneas. Nã & ipſi quoqꝫ hiſtoriarum ſcriptores primũ veniſſe Antenorẽ, cum multitudine henetũ tum Æneã non obſcure declarant. Quę res dubitationẽ plane difficillimam videtur afferre. Verũ reſpon/dent nonnulli, & hi quidẽ non illiterati, aſſerunt́qꝫ nouitatẽ erro/rem eiuſmodi peperiſſe. fuiſſe quõdam non tam latos ipſius Ita/liæ fines, ſed longe anguſtiores, nec niſi ad Rubiconem vſqꝫ flu/men producitur ac recẽti memoria vſqꝫ ad alpeis fuiſſe protra/ctos, teſtẽ producunt in medium Lucanũ Cordubenſem Poetã nequaq̃ꝫ ignobilẽ qui hac de re ita locutus eſt. Sed Gallica certus limes ab Auſonijs diſterminat arua colonis. Hanc ego ſñiam nec ſatis probo nec plane reijcio. Habet. n. authores viros certe pro/batiſſimos. Alij non totam Italiam cõmemorari volũt, ſed eius partem quampiã, vbi Italia & laurentes agri modico atqꝫ angu/ſto freto ab Sicilia diuiduntur. Quare & eidem verſui ab erudito poeta acceſſio facta eſt Lauinaq́ꝫ venit litora. Etenim non ad laui/na litora Antenor, ſed in intimum maris adriatici ſinum veniſſe dicitur. Hęc vero ſñia & poetæ verbis conuenit & ab hiſtoricorũ veritate nequaquã abhorret. Sed longe acutius ac multo verius ſenſere qui nuper exorti ſunt & poetam Virgiliũ cauiſſe profiten/tur, vt vlla eſſet prorſus in tam ſplendido poemate dubitatio, q̃ꝫ facile diſſolui queat. Venit itaqꝫ Antenor in eas terras, quæ mo/do Italia nuncupatur, venit ẽt multo anteq̃ꝫ aduentaret Æneas. At primus venit Æneas in Italiam fato: nũquid fatũ fruſtra ad/hibuit ſapiẽtiſſimus Vates? Sed pleriqꝫ non tam ipſi perſpicaces, q̃ꝫ aliorũ explanatione contenti, neqꝫ fatum animaduerterunt, neqꝫ quid ſit fatũ ipſum plane intelligunt. Qui ſi Liuij hiſtoriam lectitaſſent, ſua profecto ſentẽtia, atqꝫ errore deſiſterent: Nã An/tenorẽ quidẽ ipſum cum multitudine Henetũ veniſſe ait, in inti/mum maris adriatici ſinum, ac tenuiſſe terras, quæ inter mare al/peiſq́ꝫ ſitæ erant, pulſis Euganeis. Æneam vero à ſimili clade do/mo profugũ, ſed ad maiora rerũ initia, ducẽtibus fatis primo in Macedoniã veniſſe, deinde in Siciliam querentẽ ſedes delatum, poſtremo laurentẽ agrũ tenuiſſe narrat. Mira hæc hiſtorici poe/tæq́ꝫ concordia. Fato cantat Vates primũ in Italiã Æneã veniſſe eundẽ ſcriptor hiſtoriarũ nobiliſſimus, orbẽ pererrare tradit du/centibus fatis, Vterqꝫ vero non incallide profugũ Æneã vocant, Neqꝫ. n. ſuæ ſpontis erat: nec ſuo arbitrio ducebatur, & quod cre/ditu difficile quibuſdam videri ſolet, neſciebat Æneas Troianiq́ꝫ vbi fas eſſet regna reſurgere Troiæ. Vago curſu ducebantur, mul/toſq́ꝫ per annos errabant acti fatis maria omnia circum. Nũ igi/tur deorũ iuſſu æque dicetur veniſſe Antenor Patauium cõditu/rus atqꝫ Æneas qui erat totius orbis cõſtituturus imperiũ? Neqꝫ enim fuit vlla vnquã reſpu. aut bonis artibus ditior, aut præſta/

bilior imperii magnitudine, ac romana ciuitas tñ alias inter ca
put extulit vrbes, quantum lenta ſolent inter viburnea cupreſſi.
Bene igitur Ænea ac tantæ, tamq; auguſtæ vrbis primordia fa/
Fatum. ta ducebant, & ne de Fato pluribus modo philoſophari videa/
mur fatũ cũ Platone dei iuſſionẽ ac voluntatem interpretamur.
Quare & cũ apud Didonẽ Æneas ipſo primo Virgilij cõmento
diuerſaretur, iuſſus eſt amoribus cedere ac fatis obſequi. Itaq;
& quarto eiuſdẽ carminis libro à Ioue miſſus Mercurius Æneã
his verſibus affatur. Tu nũc Carthaginis altæ, Fundamenta lo/
cas, pulchrãq; vxorius vrbem Extruis? heu regni, rerũq; oblite
tuarũ. Ipſe deũ tibi me claro demittit Olympo Regnator cœlũ
& terras qui numine torquet: Ipſe hæc ferre iubet celeres mãda
ta per auras. Quid ſtruis, aut qua ſpe libycis teris ocia terris? Si
te nulla mouet tantarũ gloria rerum: Nec ſuper ipſe tua moliris
laude laborẽ, Aſcaniũ ſurgentẽ, & ſpes hæredis Iuli Reſpice. cui
regnũ Italiæ, Romanaq; tellus Debentur. Quæ cum accepiſſet
Æneas auebat abire fuga dulceisq; relinquere terras. Attonitus
tanto monitu imperioq; deorũ. Et rurſum de eodẽ Ænea paulo
poſt. Ille Iouis monitis immota tenebat Lumina, & obnixus
curã ſub corde premebat. Itaq; poſtrema hæc ſententia: vt elegã
tia ſubtilitateq; ſuperiores illas, ita & veritate longiſſime ante/
Epicu/rei cellit. Vi ſuperũ, ſæuæ memorẽ Iunonis ob iram. Contra epicu/
reorum & Stoicorũ ſniam, verſum hunc poſuit Virgi. Quorum
Stoici. epicurei deos omnino ocioſos conſtituebant negabantq; vllam
prorſus habere humanarũ rerum procurationẽ, atq; ita nec gra
tiam in eos ad bene faciendũ, nec iram ad nocendũ cadere, alte/
ri vero gratiam dijs immortalibus tribuebant, ſed iram à diui/
nitate penitus cenſebant alienã eſſe: ꝙ nõ diuinæ maieſtatis. ſed
terrenæ fragilitatis ſit cõcitari, perturbari, inſanire, quę oĩa in ſa
lo atq; æſtu iratæ mentis ineſſe creduntur. Sed ſapiens fortaſſe
vates, vt falſos & cõmentitios deos à verę diuinitatis maieſtate
ſeiungeret: etiã diuorũ reginã & maximã oĩum (vt ſtulti veteres
putabãt) deam iraſci, perturbari, & ægritudinũ agitari fluctibus
profitetur. Et ne irã quiſpiã intelligeret: quę ẽt ſolet in deos cade
re, ſæuã & immitẽ Iunonẽ vocitauit. cũ tñ nihil magis à diuini/
tatis natura abhorreat, q̃; ſæuitia, atq; crudelitas. ꝙ ſi ſæuã Iu/
nonẽ magnã interpretatur, ij fortaſſe boni viri fuerint. ſed pro/
Vrbs ab Ænea cõdita. fecto nõ ſatis eruditi. Dũ conderet vrbẽ. Quã vrbẽ intelligi poe/
ta velit. magna apud nõnullos diſcęptatio eſt. Multi.n. non tam
exponendarũ rerũ q̃; oſtentandi ingenij gratia vnã eandẽq; cu/
iuſpiam libri partẽ in varias diſtrahunt ſnĩas, quod cõtingit ijs,
qui vrbẽ hoc in loco vel Lauinium, vel lõgam Albã, vel Romã
intelligi poſſe arbitrantur. Sed nos optimis ſubnixi rationibus
Romanam duntaxat vrbem interpretamur. Primũ enim ſi ad
magna q̃dam rerum initia & ad auguſtiſſimæ vrbis primordia
Æneam Troianorũ ducem fata ducebant qua ratione vel Laui/
nium vel longã Albam ſuſpicabimur, cum vtriusq; & anguſti fi
nes extiterint, & per breue tempus durarit imperiũ? Eiuſmodi
igitur imperia dij immortales moliebantur. Has vrbes Iupiter
ſæpe pollicebatur. Sed longe erat Carthago maior, ac pręſtabi/
lior, aptiorq;, in qua cum Didone regnaret Æneas Heccine erat
tantarũ gloria rerũ, hoc pręclarũ Italiæ regnũ? Ridicule igitur
in hoc loco alterutrã noĩatarum vrbium cõmemorant. Quod
ſi hanc rationẽ ob ingenij tarditatẽ perſpicere nequeunt, audiãt
poetam ipſum, qui perſpicue, ac dilucide Romanã vrbem expli
cauit, aſſerens Æneã ducẽ, ac cæteros Troianos græcorum reli/
quias iactantes æquore toto, & per varias maris ipſius oras va/
gari. Tantæ molis erat Romanã condere gentem. Illud quoq;
ſpectandum eſt, ꝙ vrbem etiam vulgata cõſuetudine, niſi illud
adiectiuum fuerit, Romam ſignificari credimus, ob eius magni
tudinem, atq; pręſtantiã, vt oratores, Demoſthenem & Cicero/
Latini. nem, Poetas Homerum & Virgilium. Genus vnde latinum Li/
uius author optimus nuſq̃; latinos cõmemorat neq; id nomi/
nis in ſua hiſtoria meminit: donec ab Ænea ipſo aboriginibus
Troianisq; impoſitum eſt. Gens enim cui latinus imperitabat,
Aborigines vocabãtur, quos vero Æneas duxerat, Troiani. Sed
poſtq̃; Mezentius Hetruſcorũ rex, Turno Rutulisq; iam diffi/
ſis rebus ſocia arma iunxit, Æneas ea tempeſtate aduerſus tanti
belli terrorẽ, vt animos aboriginum ſibi conciliaret, ne ſub eo/
dem iure ſolum ſed etiam nomine oẽs eſſent latinos vtranque
gentẽ appellauit. Qua quidẽ re effectum eſt, vt aborigines Tro/
ianis ſtudio ac fide erga regem Æneam nequaquã cederẽt. Bene
igitur à Mantuano vate traditur Latinũ genus ab Ænea dedu/
Aſcani⁹ ctum. Albaniq; patres. Aſcanius, cui cognomentũ etiã Iulo erat
quenq; Iulia genus authorẽ nominis ſui nuncupat, incertum ſi
Creuſa, an Lauinia genitus, ſed proculdubio Ænea natus, poſt
patris obitũ Lauinio vrbe relicta. nouã aliam ſub Albano mõte Alba lõga.
condidit, quæ à ſitu, vt ait Liuius, porrectæ in dorſo vrbis lõga
alba appellata eſt, Liquido ex his conſtat albanos p̃res ab Ænea
profectos. altæ mœnia Romæ. Compertũ eſt mihi apud hiſto/
riarũ ſcriptores, nõ latinos ſolũ, ſed etiã gręcos quicunq; verita/
tis nobilitate præſtant, Romanã vrbem, authores habuiſſe Re/ Romæ origo.
mum ac Romulũ fratres, ſed eorũ quoq; genus (ſi altius initia
repetant) ab Ænea ſumpſit exordiũ. Ita enim origo antiquior,
& quaſi genealogia contexitur. Æneas nãq; genuit Aſcaniũ. qui Genus.
(vt diximus paulo ante) & longã albã condidit & in ea regna/ Romuli
uit. Aſcanius genuit Æneã Syluiũ, Æneas Syluius Latinũ Syl/
uium. Latinus genuit Albã. Alba genuit Athẽ. Athis genuit Ca/
pem. Capis capetũ. Capetus genuit Tyberinum. Tyberinus ge/
nuit Agrippã. Agrippa genuit Romulũ Syluiũ. Hic vero fulmi/
ne ictus Auentino regnũ per manus tradidit. huic deinceps Pro
ca ſucceſſit in regnũ. qui Numitorẽ atq; amuliũ procreauit. Nu/
mitor Rheã Syluiã genuit. ex qua à Marte cõpreſſa (vt pleriq;
fabulantur) geminus partus editus eſt, natiq; Remus & Romu/
lus. qui Romanæ vrbis incunabula q̃dam primordiaq; iecerũt.
Nõ abſurde igitur dictum. & mœnia initiaq; Romani populi ab Mœnia
Ænea fluxiſſe. Mœnia. Pleriq; hanc particulam vnde ducta ſit
ignorant. Vulgus autẽ grãmaticorũ mœnia appellari dicit velu/
ti munimina ꝙ totius vrbis munimenta ſint. Verũ turba imperi
torum hoĩum ita arbitrantur. neſciẽtes mœniũ extitiſſe qui mœ
nia primus excogitarit. ac mœnia poſt ab ipſo inuentore Mœ/
nio ſumpſiſſe nomen. Romę. Sunt qui ambigant, quã ob rẽ Ro/ Romæ nomen.
ma appellata eſt & q̃rentes, vnde nomen id ductũ ſit in contra/
rias opiniones diſtrahuntur. Quidã arbitrantur primũ eam Ro/
mæ appellationẽ ab Euandro inditã qui cũ oppidum ibi offen/
diſſet, quod extructũ antea Valentiã dixerat latina iuuentus, ne
prioris nominis ſignificationẽ immutaret Romã græce Valen/
tiam appellauit: Nos autem Græcorũ volumina perſcrutantes
animaduertimus ῥώμην robur ſignificare. Nup vero apud Iſo/
cratem, virum apud Græcos magna gloria excellentẽ id nomẽ
reperimus, vbi de robore & corporis viribus locutus eſt. Eadẽ
autem apud Græcos dictio, fœminino gñe ω litera & daſea, quę
craſſi ſpiritus nota eſt perſcripta, mõ robur, mũ Romã vrbẽ ſi/
gnificat. Quod ſi Græcos imitemur, prima eius particulæ ſylla/
ba aſpirationẽ admittat, cum nuſquã in vetuſtiſſimis codicibus
Rhomã aut audiuerim aut legerim, fuere nõnulli: in q̃bus & He
raclides author etiã celeberrimus: qui Romã à nobiliſſima qua/
dam muliere & captiua originẽ traxiſſe velint. Dicunt.n. Troia
capta Achiuorũ quoſdã per Tyberim amnẽ in ea loca ventitaſ/
ſe, vbi nunc Roma ſita eſt. Suaſu autẽ Romę quę vna inter capti
uas plurimũ corporis forma & vultus decore ac venuſtate pręſ/
ſtabat, ſedes inibi locauiſſe atq; mœnia inſtruxiſſe noui oppidi,
quod ab illius nomine Romã appellarint. Alij vero quorum in Roma.
primis fuit Agathocles: eandem vrbem à nomine Romes voci/
tatam ferunt, ſed fuit Romæ Aſcanij (vt ipſi perhibent) filia &
neptis Ænee, quã ob pręclara virtutum muliebrium merita di/
gnam exiſtimarunt, cuius appellationẽ Romana ciuitas ſortire/
tur. Sed hæc forſitan cæteris hoĩbus quaſi ſimilia veri, ac proba
bilia videri poſſint. Sed nos Liuium in pleriſq; authorem ſecuti
Romam à conditoris nomine appellatam credimus. Nam Ro/
mulus ipſe poſt fratris interitum ac cædẽ turpiſſimã ſolus poti/
tus imperio vrbem perfecit. & de ſuo nomine Romã vocauit.

## IN LIB. I. ÆNEI. COMMEN/TARIA ASCENSII.

ARma, virũq; cano.) Ordo (vt dixi) dependet à ſuperio/ Arma.
ri carmine. At nũc horrẽtia Martis, Arma, virũq; cano.
quo circa non eã in Donati ſniam qui dicit arma. i. ſcu/
tum, & reliqua, q̃ Ænee fabricauit Vulcanus: Nã Martis nõ Vul
cani arma, dicit, intelligẽs nõ arma ipſa ſed bella in armis, Mar/
tio furore geſta. ¶ Horrẽtia.) Horrentia aũt dicit ab effectu, quia Horrentia.
horrorẽ inducũt: vnde Flaccus. i. carminũ: Multos caſtra iuuãt
& lituo tubę Permixtus ſonitus bellaq; m̃ribus deteſtata. Signã
ter aũt Martis arma dicit, quaſi à viris Martijs. i. bellicoſis geſta Martis.
ne ab ijs geſta putentur ad quos dicetur. O vere Phrygiæ, neq;
enim Phryges, & tympana vos buxusq; iuuãt berecynthia ma
tris Ideę, &c. quaſi vero iam tunc Mars gentẽ illã fouerit, cuius
author futurus erat, dicẽte Liuio in p̃fatione: Sicui popolo lice/
re oportet cõſecrare origines ſuas, & ad deos referre authores,
ea belli gloria eſt populo Romano, vt quũ ſuum cõditorisq; ſui
parentẽ Martẽ potiſſimũ ferat, tam hoc gentes humanę patian/
tur ęquo animo, q̃; patiũtur imperium. ¶ Virumq;.) Vir, dicitur Vir.
(ſm Cice.) à virtute: verumtñ (vt grammatici dicunt) vir notat

ætatē, vir ſexum & proprietatē. hic vero nō ætatē notat, nec (vt Dona. dicit) ſexū, ſed excellentiā q̄ ad proprietatē pertinet. Ergo (inquit Dona.) virum qui talia arma & tam pulchra & habere & gerere potuerit, qui Romani imperij author eſſe meruerit, q Iunonis inimicitias, & reliquorum deorum factiones ſuperauerit, qui tot aduerſa mari perpeſſus tolerādo trāſmiſerit. Hæc Dona. Diximus cur proponendo arma p̄miſerit, verū eſt etiā altera ratio, nam quū de viro proſequi conſtituerit durum fuiſſet, etiā

**Cano.**

ſi per metrum potuiſſet, Virū & arma cano, Troiæ qui primus ab oris. Nā relatiua ad vicinius antecedēs referri ſolēt. ¶ Cano.) Cano (inquit Ser.) eſt polyſemus ſermo. i. multa ſignificās. Nā Græce πολυσημάντοσ καὶ πολύσημοσ. i. polyſematos & polyſemos, Latine dicitur plura, ſeu multa ſignificās. Cano tn̄ vnū per ſe quod & notum eſt ſignificat, ſed ex cōſequenti plura: nam quia inſignium virorū facinora decantari ſolēt, & decātādo laudari, accipitur pro laudo, ſed carmine: & ita pro eo quod eſt deſcribo carmine: ſicut, quia dicimus ex arte, quoties aūt artē adhibemus, fere laudamus: (Nā in vituperando vno, niſi alterū laudemus, parum fructus cōſequamur.) ideo dicere, accipit̄ pro eo quod eſt laudare. vnde Flaccus: Prima dicte mihi ſumma dicende camœna. Hinc exijt ille vulgaris verſiculus: Laudo, cano, deſcribo, cano, dic & cano, canto, Troiæ qui primus ab oris, &c. Quia nihil ſententioſius eſt Donato non poſſum eius verba p̄terire, dicit autē hoc loco ſic. Altera cum propoſitione diuiſio, vt oſtendat quid Æneas fatali ratione cōpulſus, & quid extra fatū perpeſſus ſit. ¶ Fato.) Fati enim fuit vt relicta Troia Italiā peteret.

**Dico.**

**Fato.**

Ergo crimine deſertæ patriæ abſoluitur. Non potuit defendi q̄ fato interitura erat. Sed neq; pœna fuit, ꝙ ſit Aſia pulſus, ſed gloria. Nā minori detrimento affectus, maius eſt emolumentū cōſequutus. ſ. vt Romanum imperium conderet, nō ergo malo fatorū patriā perdidit, ſed ne ab ea detineatur Æneas qui Romano imperio cōſtituendo dignus author parabatur. ¶ Lauina littora.)

**Lauina.**

Quū alij ante Æneā in Italiā venerint, ille tn̄ primus venit ad eam partē vbi deinde fuerunt littora Lauina. Hæc Donatus. Per quæ ſoluit̄ q̄ſtio quam Seruius proponit quō. ſ. Æneas dicatur primus veniſſe in Italiā, quandoquidē ante eū (vt dicet Venus) Antenor potuit, medijs elapſus Achiuis, Illiricos penetrare ſinus, atq; intima tutus Regna liburnorū, & fontē ſuperare Timaui, &c. vbi Patauium (vt ibi conſequenter dicitur) locauit, quia ille quidem venit primus in Italiā, ſed non in eam partem vbi Lauina ſunt littora, vt. ſ. q; ponatur expoſitiue vt ſit, venit Italiā, q; pro. i. Lauina littora, aut potius non copulatiue ſed copulatim, vt ſit, venit p̄mus in Italiā, & in Lauina littora poſt excidiū Troianū. Sicut Chriſtus, primus venit in lymbū patrū, & ſpoliauit, non tn̄ primus venit in lymbum. Aut ſi Antenor quoq; in Italiā profugus venit, non tn̄ fato, quia fata non cenſuerunt Troianorū imperiū per Antenora, ſed per Æneā auſpicandum. Itaq;, non deorum fauore, profugus factus eſt Antenor vt Æneas. Aldus Manutius aſſerit Lauinia legendum, idq; in bibliotheca ſummi pontificis compertum. ¶ Venit.) Præteriti eſt temporis. ¶ Littora.) Poetico more appellatiuo præpoſitionem detraxit. Multū ille & artificioſe verſum difficilē in quo & conſonans & vocalis abſumitur: & monoſyllabū ponitur, confecit vt rei molem depingat, ſicut Flaccus: O & p̄ſidium, & dulce decus meum. ¶ Alto.)

**Altum.**

Altum mare dicitur profundum, quia ſuperficies aquæ profundæ multum erigitur à fundo, ſed proprie altum dicitur mare in medio, quia corpus ſphæricū in medio ſui, altius eſt: tota aqua naturaliter eſt altior terra. ¶ Vi ſuperum.) Ergo nō ob demerita, nec in perniciē (vt dicit Donatus) ſed in gloriam, quia ex leuiore damno maius emolumentū cōſequutus eſt, niſi enim Troia decidiſſet: nunquam Roma exorta fuiſſet. ¶ Vi.)

**Vis.**

Vis (inquit Donatus) eſt quum fit aliquid cōtra leges. i. contra fatum: vt autem oſtendat nihil tale de ſuperis meruiſſe Æneā addit. ¶ Sæuæ memorē Iunonis ob irā. (Ergo, non propter culpā Æneæ feceruntſuperi, ſed vt obſequerentur Iunoni omniū reginæ: purgatur igitur Æneas, & deformatur Iuno aduerſaria. ¶ Sæuæ.). i. crudelis, quæ perſequitur innocētem vt qui deorum omniū, atq; ipſius etiā cultor ſit.

**Sæuus.**

**Inimicitię lōgę indignę probis.**

Onerat autem eum ꝙ inimicitias nulla Æneæ culpa ſuſcæptas diutiſſime, tenaciterq; retineret, quum ne id quidē etiā ſi iuſtę ſint inimicitię, facere probis conueniat. Hæc latius in. v. ſic. Iunonis grauis ira, nec exaturabile pectus. Quam nec longa dies, pietas nec mitigat vlla. Hæc Donatus, qui fictionē poetæ argutiſſime declarat. Sed cauſa fingendi, quū multiplex eſſe potuerit, hæc mihi nunc potiſſima videtur, quia (ſequutus Homerū) poeta, Iouē deorū, & Iunonem dearum, ſummā ponit. In Iunonis quidem poteſtate

ſtate ſunt regna: honor autem (vt Homerus inquit) ab Ioue eſt, quia ergo in omni ſexu, vir p̄pollet: nihilq; eſt proximius viro, q̄; eiuſdem ſexus: femella ideo Romani imperij Iouem aſſertorem aſſerit. Carthaginis autē Romæ in primis æmulę Iunonē, quæ vt Carthago tandē deleta eſt, tandē ſuccubuiſſe fingitur. In gloriam autem pugnantiū effictū eſt deos his aut illis, aut deoꝝ alios alijs fauiſſe, quia & glorioſum eſt eos qui à dijs tutantur viciſſe, & minus contumelioſum ab eo cui potentius numen fauet victum eſſe. Cæterū, quia (vt Homerus) ex deorum deſcriptione hoīum vitam deſcribit, innuit mulierum cōſilio probos multa paſſos: ſed tamen viciſſe tandē. ¶ Dum cōderet vrbem.) Dona. exaggerat (inquit) ꝙ Æneam bello appetiſſet quum conderet vrbē, & deos imperio publico profuturos inferret, quod ſi Iuno obtinuiſſet, nec Latinum genus, nec Albani principes, nec Romanū imperium fuiſſet futurum, nec Cęſar imperij culmen habiturus. Indoluit enim quum moliri iam tecta videret iam fidere terræ, & bellū per furiā excitauit. Per Alecto (ſcilicet vt dicetur in. vj.) Propoſitione autē iſta, non ſolum quæ dicturus ſit oſtendit. ſed multiformi ratione diuerſionis vtitur, commendat carmen: Æneam à culpa liberat: Iunonē multa variaq; inuidia obruit. Caput carminis ab inuocatione Muſæ aggreditur, cui niſi lectoris inſtruendi cauſa, thema præmiſiſſet, laboris gratiam perdidiſſet: quū quid lecturus eſſet, neſciret, ꝙ ſi cuncta non impleuit, morti immaturæ attribuendū eſt. Nā quæ tangit dicendo: Albaniq; patres, atq; altæ mœnia Romæ, non ſcripſit. Hæc argutiſſimus Donatus, quorum ei refragantur alij, ꝙ ſentit eum Albanos patres, atq; Mœnia Romæ, aliter q̄; ſcripſerit deſcripturum, nā in hac propoſitione, non dicit poeta ſe deſcripturum Mœnia Romæ, ſed virū, genus vnde Latinū, Albaniq; patres, atq; altæ mœnia Romæ. Taxat etiā Beroaldus, Seruium in deſcriptione Latij & in eo quod dicit, quia victi victorū nomen accipiunt: verūtn̄ in hoc ſecundo, quia Seruius quid poeta ſentiret, potius q̄; quid hiſtoriæ fides haberet, explanare conſtituit, minus à Beroaldo reprehenditur: ſcit enim ꝙ Virgilius cenſuit eos, Latinos prius dictos, q̄; Æneas in Italiam veniret, qui eos Latinos perdici p̄miſit. Verba Beroaldi ſunt. A Seruio diſſentit, Pli. ſcri. in. iij. natura. hiſto. lib. Latium antiquū Tyberi vſq; Circeios fuiſſe ſeruatum, deinde vſq; ad Lirim fluuium proceſſiſſe. quod etiā refert Solinus in collectaneis Serui. ¶ Genus vnde Latinum.) Nouimus, ꝙ victi victoꝝ, nomē accipiunt, &c. Melius, & verius locum Virgilianum declarant verba Liuij ita ſcribētis. Æneas aduerſus tanti belli terrorē, vt animos Aboriginum ſibi conciliaret, ne ſub eodē iure ſolum: ſed etiā noīe oēs eſſent, Latinos vtranq; gentē appellauit. hoc idē à Strabone in. v. refertur: & Iuſtinus quoq; in. xxx. ſic inquit: Quid Latinos populos qui ab Ænea conditi videtur? Ex his manifeſtiſſime apparet cur poeta dixerit: Genus vnde Latinū. Non inficior tamen à Virgilio, Latinos populos appellari, tanq̄; ita nuncuparentur ante aduentū Æneæ, cuius rei vel ille verſus argumento ſit: Nec vetus indigenas nomen mutare latinos, quod ſi verum. id eſt ꝙ Liuius Iuſtinus: ac Strabo memorant, apparet nō Latinos ante Æneā fuiſſe nuncupatos, ſed Aborigines, ac Laurentes, quos poſtea Æneas, Latinos nuncupauerit: p̄terea, apud ſcriptores idoneos, non memini legiſſe, ꝙ Victores victis noīa immutarent, id quiſq; ſecū poterit penſitare, & ſequi quod probabilius iudicabit. Hæc ille.

**Latini**

**Ordo**

¶ Ordo autē eſt. At. i. ſed ego cano. i. carmine heroico deſcribo. & id in laudem, arma martis. i. qualia mars tractat aut martis. i. belli per metonymiā qua deus pro re cui p̄eſt poni ſolet horrentia. i. horrorē incutientia & virū. ſ. Æneam talia tractare ſolitum qui profugus fato. i. non propter culpam aut crimen, ſed deo ita volente (qui conſtituerat per deſtructionē Troiæ tandem Romam extruere, quia deſtructio vnius fere gn̄atio eſt alterius) venit primus fato. i. per fatum hoc eſt deorum prędordinationē, ab oris. i. regionibus Troię illius prouincię, aut ciuitatis in phrygia (nā pro ilio aliqn̄ accipitur, vt quis Troiæ neſciat vrbē) ſup. ad aut in Italiam. i. regionem illam præclaram in Europa. & pro. i. aut vt dixi copulatim venit primus in Italiā & littora lauina. i. tunc ſic denominata & poſtea Lauinia multum ille &c. ſm Seruium ille vacat & reuera ſine eo poſſet plena eſſe cōſtructio, ſed metri cauſa interponitur: & quia vt dixi pondus & difficultatē rei oſtendit durior Scanſio carminis. Ille igitur. ſ. nobilis & p̄clarus vir quē cano: iactatus ſup. eſt, multū. i. abunde, &. i. ſimul: terris (iterū ſubtraxit p̄poſitionē). i. in terris vt in Thracia, Creta, Sicilia, Aphrica, & tandē in Italia &. ſ. Mari. i. profundo (vt dicetur ibi Vixè cōſpectu ſiculæ telluris in altū Vela dabāt læti &c.) vi. i. uiolentia ſuperum pro ſuperorum. ſ. deorū (qui tamen bona conferre

na conferre debeant, cum inferi noceant, ſed videntur ſuperi illi aduerſum Æneã fuiſſe qui de Iunonis factione erant aut reuera etiã fauentes Æneæ ſuperi permiſerunt eum iactari vt ex aduerſitate maiorẽ gloriã nanciſcatur, vtq; clarior ſit Romana gens de qua dicit Tantæ molis erat Romanã condere gentẽ) & ob irã memorẽ Iunonis ſæuæ.i.immitis & implacabilis pro Iunonis memoria, aut ob irã memorẽ.i.vltricem & implacabilẽ q̃ ignoſcere nunq̃ voluit. Iunonis ſæuæ.i.vt dixi crudelis aut magnæ q̃ ſtatim de ſe dicet, Aſt ego quę diuum incedo Regina, Iouisq;. Et ſoror & coniux. & ille ſup. paſſus ſup. eſt, quoq;.i.etiã multa.i. multum bello.i.per bellũ in Italia geſtum, dum conderet.i.extrueret vrbem.i.oppidum, in Italia non tñ ſuo tempore Romã quam Romulus multo poſt condidit, ſed Troiã aut Laurolauinium, verumtñ quia Romam pręcipue ſpectabat: & eius fundamenta iecit in filio ſuo, vult Dathus de Roma intelligendũ & dũ inferret latio.i.in latium. (Eſt aũt datiuus localis frequens apud hunc authorẽ, quẽ nõnulli octauũ vocant) deos, vnde.i.vt Seruius ſentit à quo latio, ſed cũ id in laudem viri quẽ canere conſtituit non cedat, dicemus à quo viro, genus latinũ.i.qui nunc latini vocantur ſup. denoĩationẽ aut confirmationẽ nominis traxerunt, nam vtranq; gentem.ſ.aboriginum & Troianorũ Latinos appellauit aut ſi aborigines prius quoq; appellati fuerant latini vt ſemper ita appellentur cenſuit, & ita eius nominis author extitit, & vnde.ſ.orti ſunt, patres.i.principes & reges Albani.i.qui in Alba ciuitate ab Alba ſue denominata regnarunt, & Romuli ac Remi multorũq; aliorũ Romanorũ patres ac progenitores fuerunt. Nam auus Romuli Numitor Albanoꝝ rex erat: & cum alba ab Romanis dirueretur plurimi propter originẽ in ciuitatẽ recæpti ſunt, & vnde ſub originẽ traxerunt mœnia altæ Romæ non ꝙ ab Ænea extructa fuerãt: ſed quia qui ea extruxerunt ab eo originẽ traxerunt. Verum nimium prolixus fierem ſi ſingula exequi velim quibus ſuus erit poſtea locus. De albanis tamẽ (ne nihil dicam) dicit Stra. lib. v. ſic albani Romanis initio in imum conſpirabant cũ & latini & eiuſdẽ linguæ ſimul eſſent, vterq; vero per ſe ſuũ obtinebat imperium. Nec minus tamẽ connubia ſacraq; cõia erant: & reliqua iura ciuilia. Poſteriori deinde tempore conflato inter eos bello alba diruta eſt, templo duntaxat excępto. Albani vero Romana ciuitate donati ſunt &c.

## IN LIB. I. ÆNEI. COMMENTARIA PIERII.

ILle ego, qui quondã gracili modulatus auena. (In nobiliſſima, maximeq; celebri poematis Virgiliani parte nõ otioſe pleriq; oẽs q̃runt, ſit ne inde exordiendũ à quatuor illis verſibus, quos veterum quorundã cenſura cõſtat eſſe detractos? an illis p̃teritis ab eo loco incipiẽdũ, Arma, virũq; cano. Sane quãtum ad antiqua pertinet exẽplaria manu ſcripta, nullum adhuc inueni: vbi principiũ Æneidos à quatuor illis verſibus deſumeretur, verũ ſeparatim in codicibus aliquot p̃ſcripti habentur. In plerisq; vero, ijſdẽ antiquioribus, ne inueniuntur quidẽ, ſed fuerint ſane Tuccæ Varriq; cenſura ſublati, eo tñ conſilio fuerunt à Virg. p̄poſiti, vt legerent̃ id quod in alijs etiã operibus nõ incurioſe factitaſſe deprehenditur, dum in Bucolicis Eclogarũ quas prius edidiſſet, mentionẽ facit, vt in Daphnide, Hęc nos. Formoſum Corydon ardebat Alexin. Hæc eadẽ docuit: Cuiũ pecus, an Meliboei? Et quum Georgicon libris finẽ imponeret, Bucolica à ſe ſcripta citauit: Carmina qui luſi paſtorũ, audaxq; iuuẽta Tityre te cecini patulæ ſub tegmine phagi. Et ne cui de noĩe quoque ambigendũ

ambigendũ eſſet, id in carmine curauit inſerẽdum, Illo Virgiliũ me tempore dulcis alebat Parthenope. Nã niſi ea fuiſſet cura, ſatis erat dixiſſe: Illo me tempore dulcis Alebat Parthenope. Pari vero rõne viſum eſt illi tertium hũc ingenij feliciſſimi conatũ duobus illis prioribus adnectere, vt vnũ quaſi corpus inſolubili vinculo colligatũ, quũ noĩs ſui æternitate à furacitatis iniuria, q̃ tunc nimiũ impudẽter in aliorũ labores graſſabat̃, incolume ſeruaret̃, viſum tñ eſt poſteritati, cõfirmata iam tanti pœtæ fama in Tuccę Varriq; ſniam deſcẽdere, bonaq; hoiũ pars nimirum. ¶Arma virũ.) Æneidos principiũ agnoſcunt eo potiſſimũ argumẽto, quod citaturus Perſius Poeta Virgilianã Æneida dixerit, Arma, virum, nõne hoc ſpumoſum. Quodq; Val. Martialis, protinus Italiã concępit, & Arma virumq;. Quod Sex. Propertius, qui nũc Æneæ Troiani ſuſcitat arma, multa illi p̃ter hęc ex aliorum poetarũ tam Græcorum q̃ Latinorũ parodia afferre ſolent, vt Virgilium in exordiendo, non tam Veteres imitatũ oſtendant, q̃ alios etiam imitatores habuiſſe, ſed enim fuerit, ea Perſij ſententia, intellexerit illud Æneidos eſſe principium Valerius Martialis, cenſuerint eos verſus quatuor tollendos; Auguſti Octauiani temporibus eruditi viri, magis tamẽ ego vnius Virgilij iudicium æſtimarim, q̃ Criticorum omnium cenſuras quantumlibet acris, quum is preſertim ex eruditorũ pręcæptis non fumum ex fulgore, ſed ex fumo dare lucẽ cogitauerit. Adde, ꝙ verſus illi à Perſio & Martiale citati non ſunt idonei, qui tale eſſe principium indicent. Sex. vero Propertium quis nõ videt, dum is ſcriberet. Qui nunc Æneæ Troiani ſuſcitat arma, ad coniunctũ illud Virgilianũ carmen reſpexiſſe, quod ijſdem pene verbis eſt. ¶At nunc horrentia Martis Arma, virũq; cano. Italiã fato profugus, Lauinaq; venit Littora.) Anxie quidem, ac diutiſſime quęſiui, vbi nam gentium antiquiſſimus ille codex delitèſceret, in quo Lauinia venit littora, pleriq; non illiterati viri ſcriptum aſſeuerarunt, citato ex Vaticana bibliotheca vetuſtiſſimo, qui nuſq̃ inuenitur, codices: regula etiã adinuenta, qua denominatiuum, ea forma deducere, neceſſariũ putent, ſed enim, (vt multa p̃teream, quæ contra oggeri poſſent.) ad eius regulæ infirmitatem coarguendã, cur Lauina, dimenſione bachij legendum ſit, non contẽnendam mihi rationẽ Seruius videtur attuliſſe, nam ꝙ apud Dionyſium Alicarnaſſeum legamus populos treis, Lauinienſes, Laurẽtes, & Lauiniatas, nequaquam oſtendit Virgilium lauinia: non lauina, formare debuiſſe, non enim gręcitatis vſu noſtrorum quę eſſe cum decoro poteſt, licentia coarctatur. Quid vero, quod apud Sex. Propertium, lauinis, dimenſione Moloſſi poſitum videmus, eo verſu, Iactaq; Lauinis mœnia littoribus, niſi quis factam ibi ſynęreſin dicat, ex Lauinijs, ꝙ in lauina alterius formæ caſu fieri non poſſit, ſed quoniam hæc aqua hærent, ſi vetuſti codices ambiguitatẽ ipſam firmare poſſunt, nullum ego neq; in intima bibliotheca Vaticana, neque in ea, quæ omnium commodo pateſcit, neq; in alijs, quos alibi viderim, codicem inueni, qui lectionem eiuſmodi contineret, in omnibus vero, quotquot enãciſci potui, atq; etiam in Ti. Claudij Donati commentarijs antiquis, Lauinaq; venit, eodem exẽplo ſcriptum inſpexi. Addam & illud, litus, vnico, t, in antiquioribus plerisq; codicibus haberi, vt etiam in veterum monumẽtis inſpicitur, de quo lib. vij. plura. ¶Vi ſuperum, ſæuæ memorẽ Iunonis ob iram.) Vulgati pleriq; codices &, particulam inſerunt, Vi ſuperum & ſæuæ, antiquiores, abſq; & legunt, quod longe venuſtius, & grauius videtur.

### SERVIVS.

Muſa mihi cauſas memora: quo numine læſo,
Quidue dolens Regina deum, tot voluere caſus
Inſignem pietate virum, tot adire labores,
Impulerit: tantæ ne animus cœleſtibus iræ?

¶Muſa mihi cauſas memora.) Poetæ in tres partes diuidunt carmen ſuũ, proponunt, inuocant, narrant. Plerũq; tamen duas res faciũt, & ipſam propoſitionem miſcent inuocationi: quod in vtroq; opere Homerus fecit: nãq; hoc melius eſt. Lucanus tamẽ ordinem vertit: primo enim propoſuit, deinde narrauit, poſtea ĩuocauit. vt ẽ, Nec ſi te pectore vates Accipio. Sane obſeruandũ eſt, vt nõ in oĩbus carminibus numẽ aliquod inuocetur, niſi cum aliquid vltra humanam poſſibilitatẽ requirimus. Hinc in arte poetica Horatius, Nec deus interſit, niſi dignus vindice nodus Inciderit. Bene ergo inuocat Virgilius: non enim poterat per ſe iram numinis noſſe. Item in nouo libro niſi adderet, Iuno vires aĩumq; miniſtrat: quis crederet Turnum euaſiſſe de caſtris? ¶Quo numine lęſo.) Quo, in quo, in qua cauſa. Et eſt ſeptimus caſus, & cõis elocutio. Dicimus enim, quo te lęſi:

te lęſi: & eſt alia expoſitio. nãque Iuno multa habet numina. Eſt Curetis, quę vtitur curru, & haſta, vt eſt, Hic illius arma Hic currus fuit. Eſt Lucina, quæ partubus præeſt, vt Terentius, Iuno Lucina fer opem. Eſt regina. vt, Quæ diuum incedo regina. Sũt & alia eius numina. Merito ergo dubitat quod eius læſerit numen Æneas. Alij tamen dicunt ſeparandum eſſe, vt de odio Iunonis non dubitet, quærat autem quod aliud numen eſt lęſum. ¶Quo numine.) Ideo trahitur in ambiguitatem, & requirit in quo Iunonis numen læſit Æneas, quia in ipſum certa non erant odia, ſed in gentem propter cauſſas paulo poſt dicendas. ¶Voluere caſus.) Id eſt caſibus volui. Et eſt figura Hypallage: quę fit quotiẽſcũq; verba per contrarium intelliguntur. Sic alibi, Dare claſſibus auſtros: cum ventis naues demus, non nauibus ventos. Item, Animumq; labantem Impulit, Hoc eſt impellendo fecit labãtem.

¶ Inſignem pietate virum.) Quia patrẽ & deos penates de Troia liberauit. Et hic oſtendit merito ſe inuocaſſe muſam. Nam ſi iuſtus eſt Æneas, cur odio deorum laborat? ¶ Tantæne animis cœleſtibus iræ?) Hic iam non de qualitate iracundię quærit, ſed de quantitate. Nimia etenim ira eſt, quæ pietatis non habet conſiderationem. & hoc quidem ſecundum Stoicos dicit: ſed miratur cur tantum. Nam Epicurei dicunt deos humana penitus nõ curare. ¶ Tantęne.) Quaſi exclamatio eſt mirantis. ¶ Animis cœleſtibus.) Dijs ſuperis. nam apud inferos cõſtat eſſe irancundiã, vbi ſunt furiæ.

DATH.

¶ Muſa mihi cauſas memora. Mos eſt poetis cũ bonis votisq́ & pręcationibus deorũ dearũq́ carmina exordiri, ſed plerunq́ muſas inuocare, quæ vt iam ſupra ex Platonis ſnĩa oſtẽſum eſt. Poeticæ præſunt, quippe quæ poetarũ ac vatũ incœptis aſpirare dicantur, & plerũq́ quidẽ muſam vnã inuocãt, aliquãdo aũt Muſarum chorum comprecantur. Vnam alloquitur, Homerus. Vnam rurſus in Odiſſea. Surculus itẽ Statius in Achilleide. Magnanimũ Æaciden, formidatamq́ tonanti Progeniem & vetitã patrio ſuccedere cœlo Diua refer. Syllius quoq́ Italicus vnam inuocat. Da muſa decus memorare laborum Antiquæ heſperiæ quãtosq́ ad bella crearit, Et quot Roma viros ſacri quũ perfida pacti Gens Cadmea ſuper regno. certamina mouit. Plures alloquitur in Thebaide Statius. Fraternas acies, alternaq́ regna profanis. Decertata odijs, ſontesq́ euoluere Thebas Pierius mẽti calor incidit vnde iubetis ire deæ? Heſiodũ imitatus eſt, cuius operis primordiũ non illepide, quiſpiã de noſtris in Latinũ conuertit. Huc ex pierio reſonãtes vertice muſę. Ferte pedẽ, & cantu veſtrum celebrate parentẽ, Nõnunquã deũ & deã poetæ inuocãt, quale eſt illud in Georgi. Vos ò clariſſima mũdi, Lumina labẽtẽ cœlo q̃ ducitis annũ. Liber & alma Ceres. Adhibet & alios poſt deos deasq́ quos orabat vt p̃ſentes, ac propicij forent. Interdũ nullius dei propitiũ nomen adijcitur ſed oẽs ſimul inuocantur, quale eſt apud Ouidiũ in Metamor. li. Dij cœptis aſpirate meis. Vna dea nonnunquã contenti ſunt cuius ope vtantur. Id. T. Lucretio contingit ita exordienti, Æneadũ genitrix hoĩum, diuũq́ voluptas: Alma venus. Sed illud in his p̃cationibus aptiſſimum videri debet, ſi qui ei rei, de qua agẽdũ ſit p̃fuerint, ij à poetis dij deæq́ inuocabuntur. Recte igitur agricolationis pręcæpta canẽti: Ruſtica numina inuocantur, & inferorum res quiſpiã agat cõmodiſſime ei Dis pater & dij manes adſunt quale apud Claudianum poetã inſignẽ inueniri licet. Dij q̃bus in numerũ vacui famulentur auerni, Vulgus iners opibus quorũ donatur auaris. Quicq̃d in orbe perit quos ſtyx liuentibus ambit Interfuſa Vadis: & quos ſpumãtia torquẽs, Æquora gurgitibus Phlegethõ perluſtrat anhelis Vos mihi ſacrarũ penetralia pandite rerũ. Hoc apud Virgiliũ nõ infrequẽs eſt. Sed illud peropportunũ. quo in ſexto Æneidos libro vſus eſt dicens. Dij q̃bus imperiũ eſt aiarũ: vmbręq́ ſilentes, Et chaos: & Phlegethõ loca nocte ſilẽtia late, Sit mihi fas audita loqui ſit numine veſtro, Pandere res alta terra: & caligine merſas. Magni enim refert: quẽ deũ quãq́ deam poeta inuocet. Calliopem modo precatur. Vates: cuius munere atq́ ope vtendũ eſſet. Nouem. n. muſę ſunt: & ſuo quęq́ officio

Pietas. fungitur. Inſignẽ pietate virum. Piũ hominem quæq́ ſit pietas virtus: pleriq́ ignorant: atq́ ob eam ignoratiõnẽ, Æneę pietatem perperam indocta atq́ imperita grãmaticorũ cohors interpretatur. Sæpe Æneam Virgilius cõmemorans inſignẽ pietate virum fuiſſe teſtatur M. Cicero in Rhetoricis libris pietatem à religione ſeiunxit, ac finiuit eam virtutem eſſe, per quam ſanguine coniunctis, patriæq́ beniuolis officium & diligens tribuitur cultura. Hanc ego definitionem conſiderans, vereor ne hi libri ſint, qui inchoati ac rudes à Cicerone puero adhuc atq́ adoleſcentulo exciderunt, quod ad. Q. fratrem ſcribit. Neq́ enim ea pietatis ratio, vt pietate in ſanguine coniunctos, vtẽdum ſit, ſed (vt veteres exiſtimabant) in deos immortaleis (vt nos rectius arbitramur) in principem vnũ atq́ omnipotentẽ deum. Nimis tum Cicero familiaribus negocijs impediebatur. Sed cum poſt acrius philoſophari cœpit, non inconſiderate pietatem definiuit, ſed eius noĩe rectiſſime vſus eſt. Nam in libris quos ſcripſit de natura deorum, perſæpe pietatem ad deorum cultum retulit, ac diſſerens contra eos: qui omnino nullam habere cenſerẽt rerum humanarũ procurationẽ deos, continuo horum inquit. Si vera ſententia eſt quę poteſt eſſe pietas, quę ſanctitas, quę religio. Et rurſum. In ſpecie fictæ ſimulationis, ſicut reliquæ virtutes, ita pietas ineſſe non poteſt, cum qua ſimul ſanctitatẽ & religionẽ tolli neceſſe eſt, Et in alio loco idẽ. Cultus deorũ eſt optimus, idemq́ caſtiſſimus atq́ ſanctiſſimus pleniſſimusq́ pietatis, vt eos ſemper pura, integra, incorrupta & mẽte & voce veneremur. Sed quid multa. Ineſt in pietate ingens quidam, ac pręcipuus amor, cũ quadã veluti veneratione ac cultu, q̃ cũ dijs immortalibus potiſſimũ debeatur, erit pietas (ſi quis proprie & ſana mẽte loqui velit) ad diuinũ cultũ referenda, pietatẽ vero habendam in deos imortaleis cũ alij teſtes ſunt, tum in primis Aurelius Auguſtinus in libro, quod ἐγχειρίδιον appellauit, eandẽ dicit apud Latinos eſſe pietatem: quam apud gręcos θεοσεβίαν quem bonũ cultũ merito interpretatur. Et qui Iob librũ traſtulere vbi apud græcos in eo volumine θεοσεβίαν repererunt, & σοφίαν cõuerterũt pietatẽ & ſapientiam. Nam ad hominẽ dictũ eſt. Ecce pietas eſt ſapiẽtia. εὐσέβια aũt quid ſit, probe oſtendit Hermes vir admirabili ſcientia pręditus, diffiniẽs his verbis. ἡ γὰρ εὐσέβια inquit γνῶσις ἐστὶ τοῦ θεοῦ. Pietas eſt dei cognitio. De eadẽ vero in alio loco. μία φιλακὴ εὐσεβεῖ εὐσεβοῦς γὰρ ἀνθρώπους οὐθ᾽ ὁ δαίμων κακῶς οὐθ᾽ εἱμαρμένη κρατεῖ. Et paulopoſt τὸ κάρπον καὶ μόνον ἐν ἀνθρώποις ἐστὶν ἀγαθὸν εὐσέβια. Vbiq́ viri eruditiſſimi, & qui vtranq́ linguã callent εὐσεβίαν pietatẽ interpretãtur, quod ſi εὐσέβια ad diuinũ cultum & dei cognitionẽ pertinet, eodẽ ſpectabit & pietas. Quocirca bene Cicero, ac multo etiã rectius, q́ in Rhetoricis libris in ſexto de republica, pijs omnibus retinendus eſt animus, in cuſtodia corporis, nec iniuſſu eius, à quo ille eſt vobis datus, ex hoĩum vita migrandum eſt, ne munus humanum aſſignatum à deo effugiſſe videamini. Oſtendit pios eſſe qui & dei legibus parent, & religionis iura nõ violant. Nam (vt in Tuſculanis q̃ſtionibus dictum eſt) vetat dominãs ille in nobis deus iniuſſu hinc nos ſuo demigrare. Vnde & in eodem libro de Republica hortatur Paulus Æmilius Scipionẽ filium ad iuſtitiam colendam, ac pietatem. quodq́ ea cum magna in parentibus & propinquis tum in patria maxima ſit, Dicit pietatem potiſſimũ eſſe erga patriam ſeruandam, quia nihil eſt illi principi deo, qui oẽm mundum regit, quod quidem in terris fiat accæptius, q́ concilia, cœtusq́ hoĩum iure ſociari, quæ ciuitates appellantur. Eſt igitur hæc cauſa, quare pietas erga patriam maxima eſt, & ad diuinũ cultum nihilominus referri debet. Ne igitur plura de pietate dicam, præcipua, eſt in deo, magna in patria, non mediocris in parentibus, non adeò in bene conuenientibus propinquis manifeſta, non nulla deinceps in amicis, de qua etiam Cicero ad CN. Lentulum. Ego omni officio, ac potius pietate erga te cæteris ſatiſfacio omnibus. Sed ea pietas non ſatis proprie dicta eſt. quam Platonici etiam iuſtitiæ partem eſſe voluerũt, de qua etiam religio nata eſt. His igitur ita explicatis oſtendẽdũ cenſeo quamobrem pius ſit appellatus Æneas, ac putant pleriq́ dici ob eam cauſam inſignem pietate virum, ꝙ patrem miro ſemper amore coluerit, p̃ſtiteritq́ obſequentium liberorum officio. freti forſitan Virgilij ipſius verbis in pleriſq́ locis, q̃bus patrẽ Anchiſen pius alloquit̃ Æneas. Ergo age chare pater ceruici imponere noſtræ. Ipſe ſubibo humeris, nec me labor iſte grauabit. Quo res cũq́ cadẽt: vnũ ac cõe periclum vna ſalus ambobus erit. Atq́ iterũ. Latos humeros, ſubiectaq́ colla veſte ſuperfuluiq́ inſternor pelle leonis. Succedoq́ oneri. Et alio in loco Amphriſiã vatem p̃catur idẽ Æneas. Vnũ oro (quãdo hic inferni ianua regis. Dicitur & tenebroſa palus Acheronte refuſo) Ire ad cõſpectum chari genitoris & ora Cõtingat doceas iter, & ſacra oſtia pãdas. Illũ ego per flãmas & mille ſequentia tela Eripui his humeris, medioq́ ex hoſte recępi. Sed & mortuo quoq́ iuſta ſemꝑ Æneas patri officia ꝓſoluit. Hinc eſt illud in q̃nto eiuſdẽ carminis libro. Dardanidæ magni genus alto à ſanguine diuũ Annuus exactis completur menſibus orbis. Ex quo reliquias diuiniq́ oſſa parentis Cõdidim⁹ terra, mœſtasq́ ſacrauimus aras. Iãq́ dies (ni fallor) adeſt quem ſemper acerbũ, ſemper honoratũ (ſic dij voluiſtis (habebo. His igitur fortaſſe argumẽtis freti piũ Æneã pleriq́ in patrẽ, & ſuos omneis fuiſſe arbitrant̃, nulla religiõis mẽtione habita, quã diligentiſſime ſemper Æneas ſeruauit. Qui multũ & fatigatus terris & mari iactatus eſt. dũ conderet vrbẽ. Inferretq́ deos latio. Quã rem moleſtiſſime ferens Iuno apud Aeolum q̃ſta hæc dicit. Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor, Ilium in Italiã portãs, victosq́ penates. Et patria decedens Æneas ante oĩa pietatis ac religionis memor patrẽ hortatur. Tu genitor cape ſacra manu p̃riosq́ penates. Ac ne ſacra violaret, neue aliquid cõtra religionis iura ac ſanctiões põtificiorũ rituũ efficere videretur, ſubiũxit, Me bello ex tanto digreſſum, & cęde recẽti, Attrectare nefas, donec me flumĩe viuo Abluero. Quare & cũ Cumas veniſſent, & alij ſeſe Troianoꝝ ad varia ac

cingunt

cingunt munera tamẽ Troianę pubis pars denſa ferarum Tecta rapit ſyluas, inuẽtaq; flumina monſtrat, quibus ſe abluere Æneas poſſet, qui cerimoniarũ ſemper ac ſacroꝝ rituum vnus oĩum extitit diligẽtiſſimus, vt merito ab inſigni poeta pius plerunq; nuncupatus ſit. Nam quæ ſit pietatis virtus, ſatis multis verbis patefactũ eſt. Tantæne animis cœleſtibus irę? Admirari ſeſe oſtẽdit poeta Iunonis inſectationes atq; inimicitias, quas aduerſus Æneam, hominẽ pijſſimũ exercere videretur. Negant Epicurei atq; Stoici ſimul cadere in deũ iram, quod fœdũ ſit diuinitatis Maieſtati pollui iræ ardoribus, atq; vllis perturbationũ fluctibus cõmoueri. Et quãquã de fictis atq; cõmẽtitijs Deis ſermonẽ poeta intulit, operæpretiũ tamẽ erit, clariſſimorum hoĩum ac ſapientum hac de re noſſe ſniam. Noſtram autẽ explanationem oẽm non ad falſorum Deorũ vanitatẽ, ſed ad veri ac ſummi dei

Ira dei. veritatem referri volumus. Iraſci deum & ratio ipſa ſuadet, & ſcripturarũ teſtimonia cõprobant. Sed cum iraſci deũ dicimus, id ita intelligendum eſt, vt nulla prorſus perturbatione concitetur. Hoc aũt verbum (vt eruditiſſime Aurelius auguſtinus diſſerit) vindictæ vſurpauit effectus non illius turbulentus affectus. Nam & ſi q̃dam operum ſimilitudo in deo ad puniẽda hoĩum ſcelera ineſſe videatur, nulla tñ affectionũ humanaꝝ infirmitas cadere in deũ poteſt. Lactantius aũt Firmianus, cuius incertum eſt, vtra fuerit, aut eruditio maior: aut facũdia dulcior, pulcherrime hunc locũ diſſeruit, cum in alijs libris tum in his maxime, quos de ira dei ad Donatũ ſcripſit. Nam cum de gratia paucula eſſet locutus, tandẽ de ira dei in hunc modũ argumentatus eſt. Complures ſunt inquit, facinoroſi & nefarij qui oĩa libidinibus polluant, cædibus vexent, fraudent, rapiant, peierent, nec cõſanguineis nec parẽtibus parcant, leges & ẽt deũ ipſum negligant. Ex q̃bus infert habere iram in deo materiam. Neq; enim fas eſt eum, cũ talia fieri videat, nõ moueri: & inſurgere ad vltionẽ ſceleratorum, & peſtiferos nocẽteſq; delere vt bonis omnibus cõſulat. Quidã vero cũ intelligerent pleroſq; affectus non cadere in deum, vt libidinem, timorẽ, auaritiã, mœrorẽ, inuidiã, omni prorſus affectu vacare crediderũt. Sed cũ affectus duplices ſint, alteri vitiorum, vt quos modo nominauimus alteri virtutis, vt ira aduerſum improbos, charitas erga integros, miſeratio in afflictos, priores à deo longiſſime abhorrent, poſteriores vero diuina poteſtas, proprios, iuſtos, veros habet, hiſq; ipſis diuina iuſtitia plurimum illuſtratur. Sapiens igitur vates nõ admiratur, ſi cadit ira in deos immortaleis, ſed quod tantæ eſſent animis cœleſtibus iræ. Ac paucis verbis explicata à nobis quęſtio eſt, quæ forſitan librorum volumina poſtulare videretur.

ASCENSIVS.

¶ Muſa mihi cauſas memora &c. Poetę heroici q̃a res ſupra humanas vires ſe pertractare ſignificãt inuocãt, græci quidẽ ſimul & proponũt latini vero proponũt, & deinde inuocãt, vnde Homerus in iliade μῆνιν ἄειδε θεά. Irã pãde mihi dea, & in odyſſea ἄνδρα μοι &c. i. vt Hora. trãſtulit dic mihi muſa virũ captæ poſt tẽpora Troię Qui mores hoĩum multorũ vidit, & vrbes, vt aũt Philelphus ſic. Callentẽ dic muſa virũ qui mœnia ſacræ Diruta poſt Troiæ multumq; diuq; pererrãs. Et mẽtes hoĩum multorum vidit & vrbes. Poeta ergo prius ꝓpoſuit vt quid lecturi ſumus, noſcamus, deinde quaſi minime potens ea exequi inuocat dicens. Muſa mihi cauſas memora. q.d. ſcio quidẽ virũ inſignẽ pietate & armis multa paſſum ob irã Iunonis, at ignoro cauſas irarũ: & ita illud quo numine læſo non accipiam generaliter de quocunq; numine quia ꝑmiſit Iunonẽ eſſe læſam: ſed in Iunone cũ varia ſint numina. i. poteſtates quibus ad nutũ facit: dubitat quod in ea læſum ſit ꝙ virũ bonũ ad tot mala impulerit, de qua re Donatus ſic. ⁋ Muſa ab inuocatione muſę quod erat ſcripturus incœpit, quã cum dea ſit nihil latere oportet. Interrogat ergo vt cum nulla in Ænea culpa inueniatur, cõfirmet Iunonis ſæuitiã. Hæc Donatus. Nihil muſas latere innuit author dicens Æne. vij. Et meminiſtis enim diuę, & memorare poteſtis. Dictę enim ſunt muſę vel à verbo μύω quod eſt q̃ro, ſunt enim rerũ indagatrices: vel à μυέω quod eſt inſtruo & in ſacris initio iuxta quod dictum eſt Georgicorum ſecundo Me vero primũ dulces ante oĩa muſę. Quarum ſacra fero ingenti perculſus amore. Accipiant cœliq; vias & ſydera mõſtrent. Quot aũt ſint & quomodo dictæ, aperuimus in opuſculo de muſarum inuẽtis. Quidue dolens Regina deũ. Magna laus Æneæ, cuius virtus ac gloria à fatis illi ꝑdeſtinata Reginæ deum dolori eſſe potuit: cũ ergo id humanũ captũ excedat bene muſam cõſulit. Tot voluere caſus Seruius hyppallagen cẽſet. i. actiuũ: pro paſſiuo: vt ſit dictũ pro eo quod eſt inſignẽ pietate virũ volui à tot caſibus, ſed lõge maior laus eſt Ænę: quẽ nõ caſus voluerunt: ſed qui caſus voluit: fuit enim in oĩbus victor quia infracto aĩo itaq; caſus voluit q puſillanimos & incõſtãtes voluere ſolet. Donatus ſic. ⁋ Inſignẽ pietate virum.) i. deorum cultorem & ſpectatæ vitæ, quid ergo delinquenti feciſſet cum ita inſectetur innoxiũ. Ergo collige. Nã cum iraſcẽdi cauſa non ſit, & nõ poſſit ſatiari innumeris tormẽtis & grauiſſimis caſibus probat illam eſſe ſęuam. His dictis inſtruit hoĩes ad bonam viuendi rationem. Bonũ. n. virum iuſtus dolor mouerat, & tñ non erat in vltione ĩmoderatus, nec iuſtas iras diutius retinebat. Vnde Salluſtiꝰ. Et iniuria accępta ignoſcere q̃ ꝑſequi malebãt. ⁋ Tantæ ne animis cœleſtibus iræ.) Admiratur hoc poeta cũ dij lenes eſſe ſoleant & miſericordes ꝙ reprehendatur in eis, quod in hoĩbus diſplicet. Hæc Donatus. ¶ Ordo eſt. O muſa. i. dea rerum occultarum inuẽtrix, & doctrix aut hiſtoriaꝝ perita videlicet Clio, aut heroici carminis ꝑſes vt Calliope, memora. i. recẽſe & ad memoriã reduc, mihi cauſas. ſ. cur multũ ille & terris iactatus & alto, quo numine. i. qua parte diuinitatis aut qua poteſtate Iunonis (nã vt dixi, ſi exponeretur quo numine, ideſt quo deo iam quęreret quod ipſe prædixerat, dictũ enim eſt, q̃a ſæuæ memorẽ Iunonis ob irã, ſed quũ multę ſint Iunonis poteſtates, eſt enim regnorũ, & partus ꝑſes, deorũq; regina, & ſoror, & cõiux Iouis q̃rit in quo ſit offenſa) lęſa, i. offenſa: ab Ænea. ſ. vel ꝓ vel: ſi in nullo lęſa eſt ab eo. Quid regina deum. i. deorũ. Iuno dolens. i. ægreferẽs (nã inuidia nõ ſemper ab iniuria aut lęſione naſcitur: vt qui ad iuſtũ regnum à deo exaltatur multis inuidioſus: at nulli iniurius eſt) ĩpulerit. i. coegerit virum inſignẽ. i. illuſtrem & ꝑter cęteros ꝑditũ pietate. i. religioſa obſeruatione in deos & in parẽtis voluere. i. tractare circũagere tot caſus. i. erũnas & aduerſitates, cũ tñ ab eis volutus non ſit, quia victus non fuit, & impulerit adire (quod fortis animi eſt qui terribilia cõſtanter ſed & prudẽter aggreditur) tot labores ſignanter & per q̃ diſerte dictũ, vir enim prudens adit labores q̃ppe per quos ad virtutẽ itur, & qui ipſi mali nõ ſunt nõ aũt adit caſus, ſed adeũtes voluit, obluctãdo. n. vincit eos, vnde dictum eſt, ſuperanda omnis fortuna ferẽdo eſt. Ne. i. tantę ſunt ſupp. irę animis cœleſtibus. i. habentne animi cœleſtes tãtas iras vt etiam in virum inſignem virtute odia exercere valeant? q.d. id perſpicere non poſſum: Itaq; muſa mihi cauſas memora.

Muſæ. Ordo.

PIERIVS.

¶ Tot adire labores impulerit. In Ro. codice, impulerat, indicãdi modo, & exacta ſpecie legitur. Quaſi iam hinc ad conciliationem, quæ Iouis ꝑcibus ſubſecuta eſt, Poeta reſpexerit, ſed enim codices reliqui tam veteres, q̃ recentiores, impulerit, legũt, hac tamen forma pleraq; alia ſic mutata reperiemus.

Vrbs antiqua fuit: Tyrii tenuere coloni,
Carthago, Italiam contra, Tyberinaq; longe
Oſtia, diues opum, ſtudiiſq; aſperrima bellis:
Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam
Poſthabita coluiſſe Samo, Hic illius arma,
Hic currus fuit: hoc regnum dea gentibus eſſe,
(Si quã fata ſinant) iam tum tenditq;, fouetq;.
Progeniem ſed enim Troiano à ſanguine duci
Andierat, Tyrias olim quæ verteret arces.
Hinc populum late regem, belloq; ſuperbum
Venturum excidio Libyæ, ſic voluere parcas,

SERVIVS.

¶ Vrbs antiqua fuit.) Vrbs dicta ab orbe: quòd antiquę ciuitates in orbẽ fiebant: vel ab Vrbo parte aratri, quo muri deſignabãtur. & Antiqua autẽ & fuit, bene dixit: nãq; & ante. lxx. annos vrbis Romæ cõdita erat: & eã deleuerat AEmylius Scipio. quæ autẽ nũc eſt, poſtea à Romanis eſt condita. vnde Antiquam accipe & ad cõparationẽ iſtius quę nũc eſt, & Roma antiquiorem. ⁋ Tyrij tenuere coloni.) Deeſt Quam. Amant nanq; antiqui per Epexegeſin dicere, quod nos interpoſito ꝓnomine exprimimus. Itẽ, Eſt locus Italiam, Graij cognomine dicũt. deeſt quẽ. Coloni autẽ dicuntur cultores aduenæ, & hos de Tyro cõſtat veniſſe, q Carthaginẽ cõdiderũt. ⁋ Italiã cõtra.) Cõſtat tria latera habere Italiã, ſuperi maris, inferi, & alpium. vnde tollendi erroris cauſſa adiecit, Cõtra Tyberina oſti a, quæ in infero mari ſunt. ⁋ Longe.) Valde. Saluſtius,

Id metuens, veteriſq; memor, Saturnia belli,
Prima quod ad Troiam pro charis geſſerat Argis:
Necdum etiam cauſſæ irarum, ſæuiq; dolores
Exciderant animo: manet alta mente repoſtum
Iudicium Paridis, ſpretæq; iniuria formæ,
Et genus inuiſum, & rapti Ganymedis honores.
His accenſa ſuper, iactatos æquore toto
Troas relliquias Danaum, atq; immitis Achilli
Arcebat longe Latio, multoſq; per annos
Errabant acti fatis maria omnia circum.
Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

ſtius, Longe alia mihi mēs eſt patres cōſcripti. ¶ Diues opū.) Modo tātum diues dicimus, antiqui adiungebāt cujus rei, vt Diues equū, diues pictai veſtis & auri. iungentes tantum genitiuo caſui. ¶ Studijsq; aſperrima belli.) Cauſſam oſtendit mirabilem, dicens hos eſſe & bellicoſos & diuites, quū otioſa ſit ſemper opulentia. Iure ergo hāc diligit Iuno, & vult orbis regna ſortiri. ¶ Studijs.) Nō ſtudio, quia ter rebellauit contra populum Romanum.

¶ Fertur.) Dicitur. Et ingenti arte Virgilius vtitur, ne rebus fabuloſis apertè vtatur, licentia poetarū quaſi opinionem ſequitur: & per tranſitū poetico vtitur more. ¶ Poſthabita.) Non contempta: ſed in ſecundis habita. Nanq; in ſuperiori verſu dixit magis oībus, vt etiam Samo originali loco ſeruetur affectio. Sic Iuuenalis, Et Samia genitrix quæ delectať arena. ¶ Hic illius arma.) Figura creberrima, aduerbium pro aduerbio poſuit, loci pręſentis pro abſentis. debuit enim dicere illic, ſicut habemus in ſuperioribus. ¶ Arma.) Inſtructam armis Iunonem alio loco teſtatur ipſe: vt, Ferro accincta vocat. ¶ Currus.) Aut vere currū, quo ſecūdum Homerum in bello vtitur. aut thenſam ſignificat, qua deorum ſimulachra portātur. Thenſa autē cum aſpiratione ſcribitur, ἀπὸ τοῦ θείου, ideſt à re diuina. ¶ Hic illius arma, hic currus fuit.) Quotienſcunq; nomina ſingularis & pluralis numeri cōnectuntur, reſpōdemus viciniori: vt ecce hoc loco, currui, nō armis reſpondit. Eadem & in diuerſis generibus eſt obſeruatio, vt magis vicino ſiue maſculinum ſit ſiue fœmininum reſpōdeamus, vt puta vir & mulier magna ad me venit. Si aūt plurali numero velimus vti, ad maſculinū tranſeamus neceſſe eſt. vt vir & mulier magni ad me venerūt. ¶ Si qua fata ſinát.) Qua vacat, & eſt ornatus cauſa poſitū. vt q̄ tandē, gentiū, locorū & reliqua: vt Dixitq;, & p̄lia voce diremit. ¶ Iam tū.) Ex quo conſiſtit, ideſt à Tyrijs colonis. ¶ Tēditq; fouetq;.) Figurate dixit. Non iā regnū fouet, ſed tendit, & fouet, vt regnū eſſe poſſit. ¶ Duci.) Ductū iri: infinitiui modi à paſſiuo tempus præſens pro futuro poſuit, & verbum pro verbo, vt ſupra oñſum eſt. ¶ Audierat.) A Ioue, aut à Fatis. Nō enim oīa numina hn̄t diuinandi facultatē. deniq; ne ipſe q̄dem Apollo ſua ſponte diuinat. vt eſt, Quæ Phœbo pater oīpotens, mihi Phœbus Apollo Pręsdixit. Et perite audierat. In Ennio enim inducitur Iupiter promittens Romanis excidium Carthaginis. ¶ Tyrias arces.) Carthaginem dicit quam Tyrij cōdiderunt. ¶ Olim.) Qñq;. Tria enim tēpora ſignificat: Pręteritū, vt olim arbos. præſens, vt Tumidis quod fluctibus olim Tunditur. futurum, vt Nunc olim quocūq; dabunt ſe tempore vires. ¶ Hinc populum late regem.) A Romanis. Laudat autem eorū imperium dicēdo populū regē. ¶ Superbum.) Nobilē. vt, Cecidítq; ſuperbum Ilium. ¶ Venturum excidio.) Ad excidium nota figura. ¶ Libyę.) Carthaginis. Et prouinciam pro ciuitate poſuit. Dicta autem Libya vel, quòd inde Libs flat, hoc eſt, Africus. vel vt Varro ait, quaſi λειπουσα τοῦ ὕειν, ideſt egens pluuiæ. vnde & Saluſtius, Cœlo terráq; penuria aquarū. ¶ Voluere Parcas.) A filo traxit voluere. vna enim loquitur, altera ſcribit, tertia fila deducit. Et dictæ ſunt κατὰ ἀντί φρασιν: quòd nulli parcant. ſicut lucus à non lucendo: & bellum à nulla re bella. ¶ Id metuens.) Id timens. de futuro enim timor eſt: Odium, de præteritis: Metuebat ergo Carthagini: Odium autem habebat ꝓpter cauſas ſequentes, & eſt de vtroq; exēplum, Conueniunt quibus aut odium crudele tyrani: Aut metus acer erat. ¶ Veteris belli.) Quantum ad Virgilium pertinet, antiqui, ſi ad Iunonē referas, Diu geſti. Tunc autē ad perſonā referendū eſt, quum ipſa loquitur: quòd ſi nulla pſona ſit, ad poetam refertur. Nunc ergo veteris, ex perſona poetæ intelligendum eſt. ſic ipſe alibi, Mirantur dona Æneę, mirantur Iulum, Flagrantiſq; dei vultus, Partem ad ſe retulit, partē ad Tyrios qui deum eſſe neſciebant. ¶ Saturnia.) Antonomaſia eſt, nō epitheton: quæ fit quotiens pro proprio nomine ponitur quod poteſt eſſe cū ꝓprio noīe, & epitheton dici. ¶ Prima.) Atqui Hercules prior contra Troianos pugnauit: vnde modo prima princeps accipienda eſt. Nā plerunq; poeta ſignificationem nominis dat participijs: vel econtra: vt, Voluentibus annis. Significat enim volubilibus. hac licentia & in hoc nomine vſus eſt, vt prima pro principe poneret. ¶ Ad troiam.) Ad & apud accuſatiuæ ſunt præpoſitiones. Sed apud ſemper in loco ſignificat, ad, & in loco, & ad locum. In loco: vt, Ad quē tum Iuno ſupplex his vocibus vſa eſt. Et Cicero, Decem fiſcos ad ſenatorem quendam relictos. Item, Ad Marcum Leccam te habitare velle dixiſti. ¶ Charis argis.) Illic enim eam coli omnibus notum eſt. Argos autē in numero ſingulari generis neutri eſt: vt Horatius, Aptū dicet æquis Argos ditéſque Mycenas. In plurali vero maſculini, vt hi Argi. Cæterū deriuatio nominis Argiuos facit, non Argos. ¶ Cauſæ irarum.) Nunc de præteritis loquitur. ¶ Alta mente.) Secreta, recondita. ¶ Repoſtum.) autem ſincopa eſt. vnam enim de medio ſyllabam tulit. Sed cum omnes ſermones aut integri ſint, aut pathos habeant: hi qui pathos habent, ita vt lecti ſunt debent poni. quod etiam Maro facit: nam repoſtus, & porgite de Ennio trāſtulit. integris autem & ipſis vtimur, & eorum exemplo alijs. ¶ Iudicium paridis.) Nota fabula Paridem pro Venere contra Iunonem Mineruamq; iudicaſſe. ¶ Spretæq; iniuria formæ.) Epexegeſis eſt. Hoc enim fuit iudicium Paridis: vt que particula vacet, vt alibi: Dixitq;, & prælia voce diremit. Licet nonnulli ſeparent, dicentes aliud eſſe. Nunquam enim coniunctio ponitur niſi inter duas res. Et ſpretæ formæ referunt ad Antigonam Laomedontis filiam, quam à Iunone propter formæ arrogantiam in ciconiam conſtat eſſe conuerſam. ¶ Et genus inuiſum.) Propter Dardanum Iouis & Electrę filiæ Atlantis filium: à quo origo Troiana deducitur. ¶ Rapti.) Stuprati, vt eſt, Rapta Garamantide nympha. Item, Raptas ſine more Sabinas. ¶ Ganymedis honores.) Trois, regis Troianoꝝ filij. Honores autē dixit, vel propter miniſteriū poculorū, ad quod receptus eſt, remota Hebe filia Iunonis, quæ Ioui bibere miniſtrabat. vel ob hoc quòd inter ſydera collocatus, aquarij nomē accepit. ¶ His accenſa ſuper.) Super his, aut de his: aut ſuper metum Carthaginis, his quoq; accenſa. ¶ Relliquias.) Vt ſtet verſus geminauit. l. nam in proſa reliquias dicimus. ¶ Atq; immitis Achilli.) Bene ſecundum Homerum ſegregauit ducem à populo. ſic Æneas in ſecundo, poſt omnium caſum, Priami ſeparauit interitum. vt, Forſitan & Priami fuerint quæ fata requiras. Immitem autem dixit etiam circa extinctum crudelem. Achilli, propter ὁμοιοτέλευτον detraxit, ſ, literam, quæ plerunq; pro ſibilo habetur, non ſolum neceſſitatis, ſed etiam euphoniæ cauſſa. vt Salluſtius, A principio vrbis, ad bellum Perſi Macedonicū. detrahitur aūt ſ, tertiæ declinationis genitiuo. ¶ Acti fatis.) Si odio Iunonis, quomodo acti fatis? Sed hoc ipſum Iunonis odium fatale eſt. laborat enim Virgilius nil Troianorum meritis, ſed omnia fatis aſcribere. Eſt & alter ſenſus: nam fatum voluntatem legimus. vt Fatis Iunonis iniquæ, ideſt volūtate. vt hic intelligamus, agebātur fatis Iunonis, ideſt voluntate. ¶ Maria oīa circum.) In fine accentū ponimus contra morē Latinū: ſed corruptio hoc facit. namq; prępoſitio poſt poſita, corrupta eſt ſine dubio. ¶ Mollis.) Difficultatis. ¶ Romanam cōdere gentē.) Latēter oſtendit hinc odiū Iunonis Æneā pertuliſſe, quòd Romanæ gentis author extabat.

DATHVS.

¶ Tyrij tenuere coloni. Alij ſunt coloni, quos meminit ſupra ſingulari numero. Vt q̄uis auido parerent arua colono. Alij qui modo poſiti ſunt Carthaginem tenuiſſe. Ac ſecundum poſteriorem hanc ſignificantiam: ſæpe apud Hiſtoricos lectū eſt in ciuitates Colonias deductas, & ad locū quempiam Colonias miſſas, qui vero coloni mittēdi eſſent: ij nomina dabant in eam vrbem atq; in id oppidum, quo migrandum erat. Tyberina, à Tyberi inflexum nomen. Tyberis autem non à Gręco ſermone venit, vt quidam arbitrati ſunt, id eſt ἀπὸ τῆς ὕβριος, quæ iniuriam ſignificat: propter regē Tyberium: qui in eis locis latrocinaretur, ac prætereuntibus iniuriam inferret. Sed à rege ipſo potius nomē deduxit, qui, vt ait Liuius in Traiecto Albulæ amnis ſubmerſus celebre ad poſteros, nomē flumini dedit. Hic vero fluuius p̄mo Albula: mox Tyberis appellatus Hetruſcis, Latiniſq; finis erat. Oſtia fluminum exitus atque ora appellari neminem latet: cui antiquitas nota eſt: & qui Virgilius in hoc loco accuratius inſpicit, & ob hanc nominis huius ſignificantiam, quā vrbem

bem Ancus Martius rex quartus Romanorum in ore Tyberis
cődidit, merito iure Oſtiam appellauit. Diues opū ſtudijsq́; aſp/
rima belli. Duo de Carthagine dicit Virgi. quod opulenta, quod
Opes. bellicoſa eſſet. Nam plerunque eæ ciuitates, quæ opib. præpol/
lent ad gerenda bella propenſiores ſunt. Sūt enim opes, quæ vel
ampliores diuitias ſignificant vel potentiam belli nő minus ſci/
tabulaq́; ſubſidia. Non hæc eſt magna Carthaginis laus: quoniá
illa ciuitas plurimum laudatur: quę iure ſociatam ciuium multi
tudinem continet: abundantem agris: & ſufficienter pecunijs af/
fluentem, non ad ſtudia bellorum ſed ad tuendam pacem atque
(vt Ariſtoteles ait) ad bene viuendum. Aptiſſime igitur & calli/
diſſime Carthaginem vituperat olim futuram infeſtiſſimam Ro
mano nomini. Samo. Hæc fuit & inſula & ciuitas in ea, ex q̄ fuit
Pythagoras oriundus: quamq́; poſtea reliquit cum Polycratis
tyrannide teneretur. Hanc Italiæ partem extitiſſe falſo nonnul/
li argumentanť. Nam quia philoſophiæ genus: quod primus in/
Pytha/ ſtituit Pythagoras Italicum appellatum eſt: Italum Pythagorā
goras. & Samum: vnde natus eſt Italię partem eſſe arbitrati ſunt. Ne/
ſcientes ideo Italicum dici: ꝙ eius author Pythagoras primum
in Italia philoſophatus eſt. Hic illius arma: hic currus fuit. Non
poterat audere Iuno: vt ait Lactantius. Aut Carthaginem defen
dere, niſi quia illic arma eius & currus fuit, aut Romanis nocere:
niſi quia progeniem, Troiano à ſanguine duci Audierat, tyrias
olim quæ verteret arces. Has ſibi Iuno cauſas prætexebat. Qua
propter tam infeſto animo Æneam ac reliquos Troianos īſecta
retur. Si qua fata ſinant. Fata tria eſſe ſecundū veterum figmenta
omnibus exploratum eſt: ſed quid fatum ſit, ex intimis philoſo/
phiæ penetralib. petendū eſt. Nam tria eſſe fata propterea dicūt:
quia tria ſunt tempora: quæ omnia fato ſubiacent. Nec ſolū Poe
tæ fata prædicant: quibus omnis hominum vita gubernetur: ſed
& multi quoq;: & hi quidē illuſtres Philoſophi: in qb. Democri/
tus Heraclitus Empedocles Ariſtoteles cenſuerūt omnia fato ita
fieri: vt id fatum vim neceſſitatis afferret: vt pro eorum ſentētia
fides mulieribus adhibenda ſit dicentibus: vt ait Socrates, fatum
à nemine omnino vitari poſſe. Fatum eſt autem: vt dicebat Pla/
to dei iuſſio quod & Statius confirmare viſus eſt: Fata appellās:
q̄ Dij Fantur. Stoici Fatum vocāt, quod ex omni æternitate ſem
per verum fuerit. At Chryſippus Stoicus acutiſſimo vir īgenio.
Fatū eſt (iuquit) ſempiterna quædā & indeclinabilis ſeries rerū,
& catena voluens ſemetipſam ſeſe, & implicans per ęternos con
ſequentiæ ordines: ex quibus apta connexaq́; eſt. Tandē Boetius
Seuerinus optimus harum rerum iudex, Fatum à prouidētia ſe
Proui/ cernit, & diuerſa eſſe finitionibus monſtrat. Nam prouidētia eſt
dētia quædā diuina ratio in ſummo omnium principe conſtituta, quę
cuncta diſponit, fatum vero inhærens rebus mobilibus diſpoſi/
tio eſt per quā prouidentia ſuis quæq; nectit ordinibus. Quo cir
ca prouidentia omnia ſimul quáquā diuerſa ſunt, atque infinita
cōplectitur. Fatum vero ſingula quæq; in motum digerit locis,
formis, ac tēporibus diſtributa. Omnis hæc igitur temporalis or
dinis explicatio diuinę mētis velut quodā adunata ꝓſpectu pro
uidētia eſt: eadē vero adunatio digeſta atq; explicata tēporib. fa/
tum vocatur. Exemplo eſt artifex, qui fingendæ rei formá mēte
perſpiciens mouet operis effectum. Verū quod ſimpliciter ac p̄/
ſenti quodā cōſpectu fuerat intuitus: id, per temporales ordines
ducit, & qui doctor multa allaturus eſt, & per temporū ordines
expoſiturus: ea ipſa ſecum vno veluti intuitu, ac ſimplici proſpe
ctu cernit. Modus igitur regendarū rerum quū intelligentia diui
na cōſpicitur, prouidentia nuncupatur, quū vero ad ea refertur,
q̄ ipſa mouet, ac diſponit fatū eſt à veteribus appellatum. Ex his
non incōmode elici poteſt: eos falſos non eſſe, qui fatum diuinā
voluntatē ſignificare perhibent. Sed hac de re, alio in loco oppor
tunius diſſereretur. Fata ea ſunt, quæ qm̄ ineuitabilia atq; inelu/
Fata. ctabilia cēſerentur, nulla arte, nullo ingenio poterant euitari: &
hæc ipſa quoq; Iuno Regina deoꝝ Iouiſq; & ſoror & coniunx
metuere videbatur. Idq́; poeta eo fecit: vt vim fatorū neceſſita/
temq́; oſtenderet. Belloq́;. Pleriq; quum ignorant vnde nomen
quodpiam ductum ſit continuo ad antiphraſim cōfugiūt, & per
contrariū dici volūt, qualia ſunt hæc vocabula. Manes Officium
Lucus ocium Parcæ. Bellū. ſed de cęteris alias. Nūc de bello. Bel/
Bellum lum (vt alij ſentiūt) eo appellatum eſt κατ' ἀντίφρασιν ꝙ bellū
i. bonū nullo modo ſit. Nos autem omittamus, ꝙ bella q̄dā ma
la nō ſunt. Bellū certe à belluis dictum arbitramur, quarū bella
ptopria ſunt, & nō niſi ob ferinos flagitioſorū hominum mores
ad hoīes tranſlata. Hominum nanq; genus ſuapte ingenio iuſti/
tiæ p̄ſidio & lingue, ac verborum contentione contentū eſſe de/
bet. Hanc vero nominis huius deductionē facillime probet, qui
veterū ſcripta ſtudioſius legerit. Sed Ciceronis in primis præſto
eſt authoritas, qui in primo de officiis libro noſtram ſniam pluri
mum firmat. Nā quum ſint (inquit) duo genera decertādi. Vnum
per diſcęptationem, alterum per vim, quūq; illud proprium ſit
hominis, hoc belluarū: confugiendū eſt ad poſterius ſi vti non li
cet ſuperiore. Quibus verbis oſtendit ſuū eſſe belluarū, vt bella
gerant, q̄ hoīes ſuſcipere non niſi inuitos decet. Bello ſuperbum
populū Romanū futurum dicit: in cuius ditionē, non Carthago
ſolū, ſed maxima totius orbis pars redigenda erat. Libyæ, Libyā
eandē vocat & Aphricam. Vnde & idem vetus Aphricus & Libs
nuncupatur. Libyam autē Carthaginem vocat ꝙ regionum no/
mina ſæpe apud poetas p̄ro ciuitatibus vſurpātur. Aut potius Li
byam dixit, vt nō ſolū Carthaginis, atq; vnius vrbis cladē, ſed ēt
totius regionis vaſtationē cōplecteretur. Sic voluere Parcas. Fa
ta tria ſunt, quas parcas veteres appellabant, quibus non mō ho
mines, ſed ēt dij (vt dicebant veteres) parere coganť. Harum. n.
inſtituta, ac leges indeclinabiles ſunt qbus ēt Iuno, & quod am/
plius eſt, Iupiter pareat, quū tñ in ſolenni p̄catione optimus ma
ximus noīetur. De his idē poeta in Bucoli. Talia ſæcla ſuis dixe/
rūt currite fuſis. Cōcordes ſtabili fatoꝝ numine Parcæ. Sunt aūt Parcæ.
earum noīa Cloto, Lacheſis, Atropos. Prima ſignificat p̄teritum
tempus, quod fuſo inuolutū eſt. Secunda p̄ſens, ꝙ īuentū adhuc
digitis cōtinetur. Tertia futurum ꝙ in lana & colo ſupereſt. Has
pleriq; parcas κατ' ἀντίφρασιν dictas opinanť, ꝙ nemini omni
no parcāt. Nos libēter antiphraſin in ducendis nominibus aſper
namur. Quod ſi vim parci perſpexerimus, & vnde Parcus origi
nem traxerit, repente & parcæ ipſæ. i. fata in promptu erunt. C.
Baſſus libro de origine verboꝝ & vocabulorum dicit, ꝙ Parcus
cōpoſito vocabulo eſt, quaſi par arcæ, ꝙ arcæ parcus homo me
rito cōparari debeat. Quēadmodum enim in arca omnia recon
duntur, eiuſq́; cuſtodia ſeruantur, & cōtinentur, ita homo tenax
paruoq́; contentus omnia cuſtodita, & recondita habet veluti in
arca, & ſic parcus quaſi par arcæ noīatus eſt, alij à pecunia, & ar/
ceo nomen ipſius cōfabricantur, ꝙ pecunias conſumi, atque im
pendi arceat, quaſi pecuniarcus. Sed vtrunque commentum mo
leſtum eſt atque odioſum, ac bene, & commode Fauorinus phi/
loſophus harum rerum cenſor nō incallidus, vt eſt apud A. Gel. Parcus.
Parcus (inquit) neque ab arca, neque ab arceo, ſed ab eo quod eſt
paruum & parū denominatus eſt, idq́; & ſimplicius arbitraba/
tur & verius. Quod ſi parcus (vt ad propoſitū redeamus) à par/
uo ducitur: quid erit verius, qd aptius, q̄; Fata ipſa parcas appel
lare, q̄ vt duræ inexorabiles ac tenaces ſunt: ita parce & ferme,
exiliter, tenuiterq́; vitā: cui p̄ſunt hominibus partiuntur? Naſci
autem & mori Stoici Fatis tribuunt, media vitæ tempora fortu
næ ſed nimis parce ac duriter ſeſe Parcæ & fata gerūt: de quibus
p̄clare Tragicus poeta. Dum fata ſinunt Viuite lęti: Properat cur
ſu vita citato, volucriq́; die Rota p̄cipitis vertiť anni. Durę pera/
gunt penſa ſorores. Nec. Nec ſua retro fila reuoluunt. At gēs ho/
minum fertur rapidis obuia fatis incerta ſui Stygias vltro quęri
mus Vndas, parcę parciſſime nobis vitam tribuūt, atq; anguſtis
temporis momētis duraturam. Quid enim tam circunciſum, vt
ſcrib. Plin. Quid tam breue, vt hominis vita lōgiſſima? Et noſter
Hieronymus. Tempus (inquit) breue eſt: etiam ſi noningētis an/
nis viueremus, vt antiqui homines: tamen breue putādum eſſet
quod haberet aliquando finem, & eſſe ceſſaret. Hęc aduerſus Io
uinianum. Sed & ad Paulum ſenem quum ſcribit: humanæ vitæ
oſtendit anguſtias aſſerens eam in breue tempus contractā. Quo
ties enim quiſquam, aut centenariam tranſgreditur ętatē: aut nō
ad eam ſic peruenit, vt perueniſſe pœniteat? Atq; & Hippocrates
in Aphoriſmis humanę vitę breuitatem deplorat: ſicut & poeta
qui dicit. Tempora labuntur, tacitiſq́; ſeneſcimus annis Et currit
freno non remorante dies. Quam igitur parum eſt vel vitæ vel
mortalis lucis, quod parcæ hominibus tribuunt? Vt ītelligamus
à parſimonia earum atq; duritia ita appellatas. Nec ſolū homi/
num vitam anguſtis finibus terminari volunt: ſed & nihil omni
no in terris nimis diutiurnum eſſe patiuntur: Quāobrēm & rui/
turā Carthaginē: vbi Iunonis arma & currus fuit. Iuno ipſa præ
uiderat. Quod idē excidium omnibus & magnificis tectis & al/
tis vrbibus ſæpe haud lōgo expleto annorum curriculo eueni/
re cōſueuit. Quibus omnib. patet & ſtabile atq; ineluctabile eſſe
fatorum numen, & parcas nequaquam per cōtrarium, ita appel
latas eſſe. Illud tamen prętereundum nō eſt: poſtquam fit de fa/
to mētio: fato pium hoīem neutiquā ſubiacere. Nam (vt ait Her
mes, vir īſignis diſciplinæ) ei qui pie ac religioſe vixerit, neq; fa/ Fatū nō
tū nocere poteſt, neq; dęmō malus. Ipſius autē hæc verba ſunt. cogit
Ε'υσεβοῖσ γὰρ ἀνθρώποις οὔτε δάιμων κακὸς οὔτε εἱμαρμένη hoīem.

Nam Emarmenem: Græci fatum vocant. Id metuens. Ludit poeta gentilium deos, deasq́ȝ, eorumq́ȝ indicat vanitatem, quũ oſtẽdit humanis eos morbis laborare: & modo ira excãdeſcere, modo dolore frãgi, ſępe etiam metu expaueſcere. Id autem (vt ego arbitror) nõ fecit incaute Virgilius, qui vtiqȝ falſos deos nõ ignorabat, ſed verum ac mundi principem neſciebat. Nam ſolent ipſi quoqȝ poetæ, quum de dijs loquũtur, eam aſſerere deorum naturam, quæ nullis ꝑturbationibus concitetur, & perfruatur perpetuis voluptatibus. Huius rei teſtis, locuples eſt, Terẽtius, q in Andria hæc dicentem Pamphilum inducit. Ego vitam deorũ ꝓpterea ſempiternam eſſe arbitror, ꝙ voluptates eorum propriæ ſunt. i. perpetuæ: & quibus nulla ĩtercedit ęgritudo. Necdum ẽt cauſæ irarum, ſęuiq́ȝ dolores. Exciderant animo. Pergit. Virg. dilucide aperire, quęnam eſſet ea ira: qua Iuno afficiebaẽ. Æquiuoce enim ira dicta eſt, quæ in deum cadit, & quę hominem inflammat: & in illa quidem nulla eſt perturbationis turbulenta tempeſtas: hęc vero magnis incendijs, ſummisq́ȝ ardoribus agitatur. Quod autem ira Iunonis ſit perinde, vt quæ manat ab humanis morbis, noſſe pulcherrimũ eſt. In iræ nanqȝ affectione quemadmodum, & in reliquis eiuſmodi perturbationibus tria, vt philoſophi tradunt: ) ſpectanda ſunt, quorum eſt vnum quod materiam attingit, vt feruor atqȝ inflammatio ſanguinis iuxta cor: qđ tãgit Virg. in eo loco. His accenſa ſuper. Et paulo poſt: Talia flammato ſecum dea corde volutans. Alterum eſt, ꝙ efficiẽtis vim habet, vt quod floccipẽdi ſe quiſquam arbitretur. Idcirco enim qs iraſci ſolet, ſi ſe deſpici & cõtẽni ducat. Id tangit poeta in eo præcipue loco, vbi querens Iuno inducta eſt. Ego quæ diuum incedo regina, Iouisq́ȝ Et ſoror & coniunx vna cum gente tot annos Bella gero: & quiſquam numen Iunonis adoret. Præterea haud ſupplex aris imponat honorem. Tertium eſt, ꝙ finis habet rationem, vt appetitus vindictę: vel (vt dicit M. Tullius) quę eadẽ eſt diffinitio, vlciſcendi libido. Hoc non obſcurũ eſt de Iunone, quę vltionẽ precatur: & ſupplex Æolum alloquitur vẽtorum Regẽ oratq́ȝ, vt de Troianis dignum ſumat ſupplicium dicẽs: Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat ęquor. Ilium in Italiam portãs victosq́ȝ penates: Incute vim vẽtis: ſubmerſasq́ȝ obrue puppes. Aut age diuerſas, & diſiice corpora ponto. Ex his igitur trib. quę poſita ſunt: irę terminus & diffinitio in hunc modum colligitur. Ira, eſt ſanguinis feruor ab opinione contemptus manans in vlciſcendi libidinem, quę haud ambigue Iunoni cõueniant. Neqȝ enim vel quid ira eſſet, vel quæ uis alia ex animi perturbationibus Virgilius ignorauit. Animo manet alta mẽte repoſtum. Qui animum & mentem idem eſſe arbitrabantur: manifeſto falluntur errore. Animus altera pars eſt, qua homo, ipſe conſtat, ſed mens animi pars purior, atqȝ ſyncerior. In hac enim ĩſitę ſunt & quaſi conſignatę rerum notiones, quas Gręci ἔννοιας vocant, & Platonici: vt inter animum ac mentem diſcrimen eſſe demonſtrarent: dicebant fabuloſis plerunqȝ vtẽdum eſſe, quum vel de anima, vel de aereis atque æthereis poteſtatibus vel de reliquis dijs loquuntur, ijdem fabuloſa quęqȝ omittenda eſſe iudicabant quoties de ſummo, ac prĩcipe oĩum deo aut de mente ipſa originales rerũ ſpecies, q̃ ſunt ἰδέαι cõtinente ſermo habendus eſſet: & mentẽ deo potiſſimum tribuãt quã νοῦν Vocant adeo ſyncerã ac ſimplicẽ, incorruptãq́ȝ mentẽ arbitrabantur. Et Ariſtoteles in primo libro polyti. de animo ac mente loquutus eſt, & aĩum quidem ad corpus, mentem ad appetitũ comparauit dicẽs. Aĩum in corpus dominicũ habere imperiũ: mentem vero in appetitum regium ac ciuile: ſed multi ac pręcipue poetę duo hęc ſæpe confundũt. Iudiciũ Paridis. Quatuor ſunt quæ habere iudicẽ bonũ conueniat: ſi & veras ſententias, & rectas ferre velit: iudicãdi authoritatẽ Legum, ac iuris ſcientiam: peritiam rerum humanaꝝ: voluntatis, ac mentis integritatẽ: quę cũ pleraqȝ Paridem Troianum deficerẽt, idoneus, ac iuſtus iudex eſſe nõ poterat, atqȝ ideo nec dignus, qui de dearum cõtrouerſia iudicaret. Nam dũ amoribus potius ac libidinibus obſequiẽ, q̃ȝ ſententiæ, ac iudicij veritati ſtudet. Helenã rapiens magnum atqȝ ẽt extremum patrię ĩduxit periculum. Spretęq́ȝ iniuria formę. Et genus inuiſum. Quanti ęſtimanda eſt dea, cuius forma mortalium cuiquã, & ei quidẽ nõ ſatis ad ſententiam ferendã apto iudicanda cõmittitur? Qualis rurſum dea putanda eſt, quę infenſa tanto odio Troianos inſectaretur? Et vetus quidẽ deus, cui ingenita clementia, atqȝ infinita eſt: ẽt ſceleroſam, atqȝ perditiſſimã ciuitatem ſeruet: ſi vel decẽ ſoli in ea iuſti viri repperiãtur: ne iuſtũ, atqȝ impium pari ſupplicio proſequatur. Iuno aũt vt fictum numen oſtenderet. ob paucoꝝ hoĩum noxas totius Troianæ gentis, ac nationis moliebaẽ iteritũ. Et rapti Ganymedis honores. Iupiter regium puerũ, quẽ vel Ganymedẽ, vel Cathamitum vocant: ad ſtuprum rapuit. Parũ enim videbatur (vt ait Lactan.) ſi in expugnãda fœminarum pudicitia maculoſus eſſet, ac turpis, niſi etiã ſexui ſuo faceret iniuriã. Illud aũt eſt verũ adulterium: quod fit cõtra naturam. Hic vero Ganymedes eſt: qui (vt idẽ Virg. teſtatur) raptus ab Alite ſacra miſcet amatori pocula grata ſuo. Sed ꝑmus Home. Ganymedẽ ait: à dijs raptum ꝓpter formam, vt Ioui bibere miniſtraret. Quod tñ fictum ab Homero dicit M. Tullius, ꝙ neqȝ Ambroſia Dij aut nectare nec Iuuẽtate pocula miniſtrante lętentur. Sed id ferunt tam moleſtum Iunoni fuiſſe, vt ſęuam propter eam cauſam in Troianum genus iram concęperit. Quę eadem (vt quidã tradunt) quo tempore cum Carthaginenſibus bellum gerebatur Varroni Cõſuli irata eſt, ꝙ formoſum puerum in mẽſa Iouis ad exuuias tenendas collocauerat, & ob hanc cauſam Romanum nomen apud Cannas pene fuiſſe deletum. Puerum enim illum Iuno quaſi alterum Ganimedẽ verebatur, Troas relliquias Danaum. Relliquias Græcorum dicit, vt paucitatem Troianoꝝ, qui ſuperant demonſtraret. Nã cõſtat (vt etiam Liuij teſtatur hiſtoria) Troia capta in cęteros ſęuitum eſt Troianos duobus Ænęę, Antenoriq́ȝ & vetuſti iure hoſpitij, & quia pacis reddendæq́ȝ Helenę ſemper authores fuerant, omne ius belli Achiuos abſtinuiſſe: quare & minor erat eorum numerus, qui ſupererant Troianorum: quod Antenor abeſſet. Immitis Achilli. Plerunqȝ iracundiã ſæuitia comitatur, & qui vehementius ira cõcitãtur eos eſſe ĩmites & crudeles conſtat. At iracundum Achillem extitiſſe etiã Flaccus oſtendit, qui de eo inquit. Impiger iracũdus inexorabilis acer. Bene igitur cum in alio loco de Iunone mẽtio incidiſſet, ſęua & irata Iuno à Virg. cõprobatur. Quippe quę Troianis iratam ſęuitiam cohibere non poterat. Achilli, pro Achillis vſurpatum eſt, nec mirũ apud latinos bifariam terminari huius nominis patrium caſum. Cum apud Gręcos idem ipſe trifariã exeat: & latini inflectunt. Achillis vel Achilli, græci vero ἀχιλλέος cõmuniter ἀχιλλῆος per η ſm Ionicos. ἀχιλλέως per ω ſm Atticos, quod idem & reliqua noĩa apud gręcos patiunẽ, quę in ευς per diphthongum exeunt. Maria omnia circum tot maria intrauit Æneas, tam varias oras adiit, vt eius errorem prope immenſum. T. Liuius appellare ſit auſus.

Deorũ natura.

Ira duplex.

Ira qd.

Anim⁹.

Mens.

Iudici. cõgrua.

Ganymedes.

### ASCENSIVS.

Vrbs antiqua fuit &c. Hæc eſt pars executiua in qua velut muſa narrante recitãtur primũ diuerſę cauſę irarum. Non enim (vt quidam cẽſent) potuit quanuis vnam ſatis efficacem cõminiſci ad tantas iras Iunonis in Æneã ſicut ẽcõtrario Homero, ſatis viſa eſt, vna cauſa irarũ Achillis in Agamemnona, raptus videlicet Briſeidos indulgẽtiſſimę atqȝ amãtiſſimę puellę. Nihil. n. mortalis aĩos tam cõcitat q̃ȝ amoꝝ occupatio, verũ alię fuerũt Iunoni iraſcendi cauſę, ſed ſi ꝓpius ĩſpiciaẽ ad hanc vnã redeũt quam poſtea ſic Iuno dictura eſt. Vincor ab Aenea & quã hic ſic dicet Me ne incœpto, deſiſtere victam, nec poſſe Italia Teucrorum auertere regem? Quippe vetor fatis. vna ergo fuit iraſcendi cauſa quod fatis iuuantibus ab Ænea vincebatur. Suſcępti autem furoris atqȝ odij cauſę duæ fuerunt, altera quod Paris iudicium ꝓ Venere contra Iunonem & Pallada dederat, altera ꝙ Hebe Iunonis filia repudiata erat, poſtquam Ganymedes puer Troianus & Trois regis filius ab Ioue raptus in eius locum ſuffectus erat, in quarum ſecunda duplex eſt iniuriã: quia & Hebę prælatus eſt in officio pincernæ & Iunoni, quia raptus eſt ad ſtuprum. Ex tũc ergo Iuno ſemper conata erat gẽtem troianam penitus delere: egerrime ferens ꝙ in fatis eſſet eam aliquando rerum potiturã: ad quod impediendum in bello contra Troianos à Græcis geſto ſumma fuit Græcorum adiutrix, ſi forte totam gentem delere poſſet. Carthaginem etiam ſummopere fouit, vt quam Italię vbi imperium tandem conſtituẽdum à Troianis in fatis erat maximo incõmodo futuram pręuiderat. Verum quũ reliquias Troiani generis ſupereſſe videret: nec eas fatis obſiſtẽtibus ſubmergere poſſet, orauit, vt ſaltem diſperganẽ: quia quod inuiti videremus ſi penitus abolere nequiuimus differre conamur. Itaqȝ cũ iam poſt longos errores accederent ad portum Italię à ventorum deo tempeſtate exorta iterum in Carthaginem redire compulſis ſperãs aut regnũ ſuũ illic cõſtituere aut Romanum quod futuꝝ norat ĩpedire. Sed cum inde auocareẽ Aeneas & iterũ ſuborta tempeſtate in ſiciliam redierat curauit Iuno, vt claſſes comburerentur quibus in Italiam traijcerentur, ſed tantum abſuit vt voti cõpos per id facta ſit: vt ẽt ſuis votis per id obſtiterit: nam matres & inualidi ꝓpterea duntaxat in ſicilia manſerant, veruntamen cum in Italiã veniſſe videret & vrbem iã condere acriori dolore mota cauſas belli per Alecto furiã infernalẽ inuenit, Tur-

numq́ȝ

numq; & Amatam latini coniugẽ in Æneã: concitauit: tandẽ tamen fatis victa cõceſſit: quod ſignificat vt dixi: Carthaginem aliquãdo à Romanis delendam: verum cur Iuno regnoꝝ dea dicatur, quidã volunt quod inferiorẽ ſignificat aerem. ac faciẽ terræ. Iupiter aũt eam partem vbi tonitrua fiũt & nubes: vnde in Georgicis, Cõiugis in gremiũ late deſcendit: quãdo imber in terrã decidit: ſuper terrã autẽ omnia geruntur regna. Sed hæc ſecundum ſuum cuiq; captũ expoſita ſint: deligat ſibi quiſq; quã ſequi velit ſententiã. Sed audiamus Donatũ. Poſt iuocationẽ in adiumẽtum carminis & in fauorem ſuſceptí ſui operis poſitã, cauſas enumerat quibus lector in initio auertat: & Iunonem ſęuã: & deos malo ſtudio Iunonis motos: & Æneã nõ ſua culpa hæc eſſe paſſum. Vrbs antiqua. Primam odioꝝ Iunonis cauſam qua Æneã inſectatur dicit: qm̃ ab eo gens oritura erat quæ imperiũ quod ipſa Carthagini ſeruari cupiebat pręreptura eſſet. volebat ergo ſi poſſet illũ extingui, Igitur hæc ſola cauſa ſatis erat ad odia excitanda: verũ aliæ quoq; enumeranť vt cũ ſint procul à culpa Æneæ & ipſe purgetur & Iunonis factum iniqſſimum cognoſcať. Laudatur multipliciter Carthago vt oſtẽdatur illa Romanum imperiũ opprimere potuiſſe maxime annitente Iunone. Antiqua nõ magna vt multi dicũt ſed ꝓlapſis tẽporibus vt annoſitate corroborata imperiũ Romanum naſcẽs longæuus viribus premeret. Coloni: vt præter incolas etiã aucta ſit colonis. Italiã cõtra laus

Diues. eſt à ſitu. Diues à fortuna: ſtudiisq; à natura & à moribus ergo oĩs erat occaſio Iunonis fauor locoꝝ ꝓximitas: ſubſtãtia rei familiaris, bellatoꝝ numerus, fiducia naturalis, & innatum ſtudiũ dimicãdi. Poſthabita coluiſſe Samo. Tãta obſtinatione cõtra Romanoꝝ iperium nitebatur pro Carthaginis opibus, vt oĩbus terris, & ipſi loco genitali illã ꝑpoſuerit & iſignia ſui numinis & qdquid potuit in ea collocauerit. Tyrias olym q̃ verteret arces. verteret eã habet ſignificationẽ vt nihil poſt excidium ſuperſit, vnde alibi. Quę te genitor ſentẽtia vertit: ideſt penitus ita imutauerit vt nihil in illo pietatis relictum ſit: Item. Et oĩs humo verti Neptunia troia &c. Id metuẽs: vt firmet primã fuiſſe pricipalẽ cauſam incœpit dicere alias. Timet ergo ne Troiani ab excidio liberati vel vires aduerſus græcos reparent: vel in Italia cõſiſtentes Carthagini officiant. Artificioſe deinde aliam cauſam addit iudiciũ Paridis: & vnã iniuriã facit duplicẽ. ſ. quod offenſa ſit in eo iudicio quod minori ſit poſtpoſita: & qđ ſit ſpreta forma ſua qa in pomo ſcriptũ erat Pulchriori detur. Hoc maxime vexat mulieres. Hãc igiť partem facit Virgilius: quũ dicit manet alta mẽte repoſtum iudiciũ Paridis, ſpretæq; iniuria formę: Vt non tm̃ ira-

Paris. ſcať quod victa eſt, quantũ ꝙ forma ſua ſit ſpreta, Manet ergo ad oĩa ꝑtinet. Repoſtũ aũt ad iudiciũ Paridis. Iudiciũ. ſ. corruptum libidinis ꝑmio Paridis, vt cõuitiũ ſit, nõ hominis nomen. ſ. quaſi abiecti, venalis, vulgaris & inhoneſti. Falluntur autẽ qui referũt, iniuria formæ, ad Antigonem. Vnde addit. Et genus inuiſum, vt principalem cauſam gẽtis æſtus reduceret, Ganymedis. Qui turpiter amatus eſt à Ioue, Eſt aũt fœdum hoc loco aliquid itelligere de zodiaco, in quo Ganymedes dicitur collocatus, ne iſames, inter ſancta ſydera ſint collocati, & ſentiamus id qđ poeta nõ dixit. Oſtẽdit omnes has cauſas eſſe alienas ab ænea, Atq; vt poſterius dictas oſtenderet incidentes, ait. His ac. ſu. i. ſuper illam quæ fuit ob excidium Carthaginis, Iactatos æquore, hæc omnia ad exprimendam Iunonis iniquitatem ꝑtinent, vt oſtẽdat excidiũ Carthaginis ſolam cauſam fuiſſe, ne ipſa miſereretur, nec deſereret intentionem ſuam quæ cognoſcens nõ poſſe expugnare fata, cupiebat ſaltem illos arcere, quos ad plenum ſuperare nõ poterat. Non miſerabatur igitur vt iactatos toto æquore & eos qui ex infinito numero ad paucos redacti eſſent, quoſ ẽ manibus ſæuiſſimorum hoſtium fortuna ſeruauerat. inſidijs, aſſiduis obteret. Reliquias Danaum. Magna crudelitas: quę nullis cladibus ſatiari poterat. Laus autẽ Æneæ magna, quod de ſolis reliquijs Troianoꝝ imperium Romanum condere potuerit. Ergo ni fata obſtitiſſent patriam itegris opibus defendiſſet, cum in aliena terria imperium cõdiderit. Acti fatis. i. ipſi qui fatis agebãur in Italia errabant Iunonis inimicitijs. Tante molis. Non fiunt ſine magno labore magna. Laudatur autẽ Æneas: qui nullo labore nulla diuturnitate erroris deſiſtebat ab incœpto. Hæc Donatus. quibus nihil diſertius. Addere poteſt quod colonus is dicitur qui à quouis imperio mittitur ad occupanda arua aut oppida expulſis hoſtibus vacãtia: ne ſcilicet ab inimicis occupentur: aut vt qui illic reliqui ſunt in fide permaneant. vt aũt ordinem & conſtructionem textus faciliter capiat puer, meminerit tria. Primum, quòd hæc verba tanq̃ à muſa dicta cauſas quas poeta exqſiuerat recitat. Secundũ, quia moris eſt Virgiliani prius quam ad quę ſitum

ſitum reſpondeat locum in quo res ſuper qua quæritur facta ſit deſcribere. Sicut in Buco. Vrbem quam dicunt Romam &c. & in hoc primo. Eſt in ſeceſſu lõgo locus &c. Tertium: quod poeta ſæpe relatiuũ ſubticet vt hic vrbs antiqua fuit: tyrij tenuere: ſubaudit quã & in dicto loco. Eſt in ſeceſſu ſubaudi quem &c. ¶ Ordo Ordo. autem eſt. Fuit vrbs antiqua. i. lõgiuſculo tẽpore corroborata & ditata priuſq; Romanum iperium ortum erat. ſ. Carthago. (Cõſtructio ſumenda eſt interdum ex conſuetudine loquendi, nam vt ſecundũ grãmaticoꝝ regulas dicam: vrbs antiqua fuit Carthago: aut Carthago fuit antiqua vrbs oĩno nõ placet, aufert enim & verbis dignitatẽ & ſentẽtiæ pondus.) Fuit ergo vrbs antiqua ſ. Carthago, aut vrbs antiqua. ſ. Carthago fuit. ſ. ſuperioribus tẽporibus. nam tempore poetæ deleta fuerat illa & antiqua Carthago. ſubaudi quam coloni. i. aduenæ cultores præter incolas. tyrij: ideſt à tyro miſſi ſeu profecti tenuere: ideſt poſſederunt: & ita laus eſt eius à multitudine inhabitantium: contra Italiam. i. ex aduerſo Italia. laus à ſitu. quaſi vero Iuno elegerit eam eo ꝙ cum ſit contra Italiam ſita, ei plurimũ officere poſſet. quia affines contra affines pugnare ſemper incõmodum fuit, & longe. i. longo tractu vt ſine multa manu oſtia obſidere poſſet cum procul eſſet Romanus contra oſtia. i. recęptacula fluuioꝝ, quæ quaſi ora & oſtia marium ſunt, quibus. ſ. aquas ingurgitant: tyberina. i. per quę Tyberis in mare defluit. Tyberis autẽ Romam perfluit, vnde Carthago plurimũ Romanis obeſſe potuit obſidẽdo oſtia Tyberina, diues opum. i. fortunaꝝ: laus à fortunis, & aſperrima, laus à natura, quaſi dicatur acerrima: ſtudijs be[illegible] arte & Laꝰ carthaginis & eiꝰ cã. exercitio.) Hęc tota laus in gloriã Romanoꝝ [illegible] ciuitatẽ delere potuerunt ſicut in gloriã Ænee T[illegible] fortis & valens iduciť, vt in laudẽ Achillis Hector a[illegible] de quare ſic dicit Hora. ſer. lib. j. ſaty. vij. Hoc etenim ſunt o[illegible] moleſti. Quo fortes qb. aduerſum bellum incidit: inter Hectora Priamidem aĩoſum atq; inter Achillẽ. Ira fuit capitalis vt vltima diuideret mors. Nõ aliam ob cauſam niſi ꝙ virtus in vtroq; Summa fuit: duo ſi diſcordia vexet inertes. Aut ſi diſparibus bellũ incidat vt Diomedi. Cũ Lyceo Glauco. diſcedat pigrior vltro Muneribus miſſis &c.) Quã vnam. ſ. vrbem dicta Iuno ferturt, ideſt dicitur coluiſſe magis omnibus terris. (Non tamen eã ſolam coluit, ſed magis omnib. alijs terris eam vnam coluit: vnde potius dixero. Quam vnam Iuno fertur coluiſſe q̃; ſic, quam Iuno fertur coluiſſe vnã magis oĩbus terris) & hoc ẽt Samo. i. patria Iunonis, hoc eſt in qua nata dicitur, poſthabita. i. ſecundo loco habita & minus culta: arma. i. inſignia: illius. ſ. Iunonis: aut reuera arma quibus quum ſit regnorum dea etiam vtitur: vnde in. ij. huius: Hic Iuno ſceas ſęuiſſima portas. Prima tenet, ſociumq; furens à nauibus agmen, Ferro accincta vocat, ſup. fuerunt. (Eſt. n. zeugma ab inferiore) hic. i. in hac de qua loquor vrbe: aut hic ꝓ illic: & currus illius fuit hic: currus autẽ quo aut bellatrix vtitur, aut ſimulachrũ eius vehiť. Et ipſa dea. i. quũ ſit dea quaſi authoritate diuina, vnde in vocabulo põdus eſt: tendit. i. ꝑtendit aĩos: & fouet. i. adiuuat ope & adiumẽto: iã tum. i. tunc, hoc eſt à primordijs vrbis, & à prima ædificatione: hoc. i. hãc vrbem. eſſe gẽtibus. ſ. oĩbus regnum. i. caput monarchię, & principatus totius Qua mundi ſi fata ſinant. i. permittant. qua. i. quauis via aut ratione. (Non vacat, meo iudicio (licet Ser. id velit) particula, qua, ſed ſummam vim habet. q. d. nihil prætermittat Iuno, ſi qua. i. quacunq; via, aut aliqua via fata ſinant. vnde ipſa in. vij. Flectere ſi nequeo ſuperos Acherõta mouebo. Eſt autem ablatiui, aut ſeptimi caſus, vt & metrum indicat & fœminini generis: nõ dices ergo, ſi qua. i. aliqua fata: ſed ſi fata ſinent, qu[illegible] i. aliqua via aut ratione: ſicut in Buc. Et ſi non aliqua nocuiſſes mortuus eſſes. Pręter ea quæ Serui. vacare docet vt gẽtium & locorum tandẽ: nõ ſic vacant quin aliqd ad vim ſententiæ adijciant, vt licet ſatis fuerit dicere nuſquam eſt tamen quod attentius dictum videť nuſquam gentium ſicut vbiq; locoꝝ q̃; vbiq;: & quouſq; tandẽ Catilina, q̃; quouſq; Catilina. Potius dicerẽ particulã. n. vacare quũ Duci. dicit, ſed enim niſi vna ſit pars orationis poſita, pro eo quod eſt, ſed certe, aut niſi perficiatur ſic, ſed ſup. nouit fata nõ ſinere: audierat. n. ꝓgeniem duci vbi nullo modo dicerẽ duci poſitũ, ꝓ eo quod eſt ductũ iri: nõ tam ꝙ fatis oĩa præſentia ſunt, vnde quæ nobis futura ſunt ipſa, iã tunc ducunt q̃; ꝙ multo magis vrgeat: Iunonẽ ꝙ audierat ꝓgeniẽ duci. i. iam ortam ꝓduci vſq; ad eũ qui tyrias olim arces verteret, vt. ſ. in Æneã grauius excandeſcat verita, ne is ſit à quo ꝓgenies ducatur.) Sed enim. i. ſed certe: audierat. ſ. ex fatoꝝ reuelatione.) Ridiculum aũt eſt quod Seruius dicit, ꝙ apud Ennium Iupiter Romanis ꝓmittit excidiũ Carthaginis: non enim id audierat, ſed forte auditura erat: ſed Ennius id vaticinio

i d vaticinio tali,pronunciat,quo Maro multa,poſt factũ. ſ.) ꝓgeniem duci.i.deduci & protrahi à ſanguine Troiano,quæ verteret.i.fũditus deleret:olim.i.quouis tempore futuro arces tyrias i.Carthaginẽs quas Tyrii coloni tunc tenebant,& audierat populum regem.i.regẽtem.late.i.ample,& ſuperbum.i.nobilem. aut elatum bello.i.gloria bellica,aut re militari venturum.hinc.i.ex hac Troianorum progenie.excidio.i.in excidium & euerſionem. Libyæ.i.Carthaginis,quæ caput erat Libyę.(Alĳ ſic conſtruunt Audierat populum venturum hinc late:& audierat regem ſuperbum bello venturum hinc &c.)& audierat parcas.i.deas fatales (quæ quia nemini parcũt aut à partu dictæ ſunt,de quibus in Buco.late dictum eſt) voluere.ſ.fila aut ſtamina ſua. ſic.i.ad talem exitum rerum.Et ipſa Saturnia.ſ.Iuno,Saturni filia metuens id ſ.excidium Carthaginis,per genus Troianum imminere,& memor belli veteris.i.iãdiu geſti,quod ipſa geſſerat prima.i.præcipua,aut principalis,ad.i.iuxta Troiã.pro Argis.i.Argiuis.i. Græcis.charis.i.dilectis.eo ꝙ Troianis inimicarenť.Nec dum.i.& nõ adhuc.& cauſæ irarum.i.ob quas primum Troianis iraſci cœperat:& ſæui dolores quos tunc quũ primum læderet paſſa erat: nõ exciderãt etiam adhuc aĩo.ſ.Iunonis,hoc eſt quum ira renouabat cauſas irarum vnde iudiciũ Paridis,quod pro Venere contra Iunonẽ & Pallada ſeu Mineruam dederat ob mercedẽ Helenes à Venere ꝓmiſſæ:manet repoſtum.i.repoſitum & reſeruatũ. alta.i.profunda.mente.ſ.Iunonis.) Tracta metaphora à vaſis ac aliis repoſitoriis altis,è quibus repoſita non tam facile excidunt vt quę in ſuperficie rei minus ꝓfunde locãtur)& iniuria formæ i.pulchritudinis ſpretæ,i.cõtemptæ à Paride qui Venerẽ formo-

Forma.

ſiſſimam iudicauit,ſup.manet repoſta &c.Donatus in Teren.formã,non à morphe Græco,ſed à formo vocabulo Latino quod calidum ſignificat,deducit,eo ꝙ ſanguis calidus formoſitatẽ parit.Fabula de iudicio Paridis notiſſima eſt:dicunt.n. Bellonam, ac Martẽ,ꝙ à nuptiis Thetidis excluſi eſſent ꝑ Mercuriũ pomũ miſiſſe,in quo ſcriptum erat,Detur pulchriori,aut pulcherrimę. quum ergo tres ſummę deę,Iuno,Pallas,& Venus de ea re contenderẽt,& quęlibet pomum vẽdicaret,tandẽ ad Parin,qui in Ida paſtor tunc erat,retulerunt:qui ꝓpoſito à ſingulis p̃mio,à Iunone regno,à Pallade ſapiẽtia,& à Venere pulcherrima puella:Veneri cõceſſit & pomũ adiudicauit:hinc ergo iratæ deæ qua fabula ſignificať Parin plus Veneri.i.luxuriæ,q̃ regnorum gloriæ,ac ſapientiæ ſtuduiſſe:quo circa regnũ Troianũ excidium tulit.Et genus.ſ.Troianum:inuiſum,Iunoni videlicet ꝓpter Dardanũ Iouis ex electra Iunonis Pellice filiũ,ſed Iunoni maxime inuiſi erant Pellicũ filii,vnde & Herculẽ ꝑſequuta eſt, & Phryxum & Hellẽ,ſup.manet repoſtum:& honores.ſ.quos habuit p̃latus Hebe.Ganymedis pueri Troiani:rapti.ſ.ab Ioue ad ſtuprũ ſup.manent:repoſti:pro repoſiti ꝑ ſyncopã:& hęc quaſi ꝑ parentheſim dicta ſunt,& ipſa Iuno accenſa ſuper his.i.de his rebus: aut accẽſa his.ſ.dictis,iam cauſis,ſup.i.vltra illã prius dictam de excidio Carthaginis:arcebat.i.diſtinebat & amouebat lõge latio i.ab Italia Troas.i.Troianos (proprium pro abſoluto,ſicut & Teucri,& Dardani dicuntur.Eſt autem accuſatiuus pluralis tertiæ decli.à nominatiuo Troes cuius ſingularis eſt Tros Trois ſicut Minos Minois,& Herós Herois)iactatos toto ęquore.i.per diuerſa maria appoſitorie.reliquias.i.reſiduos & derelictos Danaum pro Danaorum.i.Gręcorum,atq; Achilli pro Achillis:immitis.i.ſęui qui in Troiolum & Hectora ſæuit:ſeparat autẽ ducẽ à populo & exercitu:nã Achilles Danaus dicitur generaliter ſumpto vocabulo:geminať quoq; l in dictione relliquias metri cauſa,& aufertur s litera in Achilli,concentus gratia,ne is ſyllaba ſibilum pariat:quidam à noĩatiuo Achilleus deductum volũt. Danaum vero per ſyncopã dixit pro Danaoꝝ.Dicuntur aũt Græci à Virgilio his fere noĩbus Danai,Pelaſgi,Argi,Argiui,Achiui. Troiani autẽ Troes Teucri,Dardanidæ,Phryges, Laomedontiadæ, & ſup.Troes acti.i.impulſi fatis quæ nõ dabant alias ſedes q̃ vnde Iuno arcebat,vnde dicturus eſt in hoc primo Æneas:Per caſus varios,per tot diſcrimina rerum Tendimus in Latium.ſedes vbi fata quietas Oſtendũt.illic fas regna reſurgere Troiæ,acti ergo fatis,errabant per multos annos,quia per ſeptem circũ omnia maria.vnde acclamat poeta.Tantæ.i.tam magnę molis.i.difficultatis,& tanti moliminis erat,condere.i.conſtituere gentem Romanam,vnde quia tã difficilem habeant ortũ,inuit poeta Romanorum pręſtãtiã,quia (vt dicit Donatus) Non fiunt ſine magno labore magna.Quæ aũt difficulter fiũt,difficulter quoq; deſtruuntur.Eſt quoq; laus Ænee,vt in Donato vidimus. Sane nõ placet quod Dathus dicit neſciſſe Æneã quo ageretur quum maniſeſte dicat ſe Italiam quęrere patriam.

PIERIVS.

¶ Tyrias olim quę verteret arces.) Antiq aliquot codices.euerteret:legunt,quod nonnulli aiunt maiorem præ ſe ferre conatũ, ſed enim Ti.Donatus vertere,eam habere intellectus expreſſam rõnem dicit,vt nihil poſt excidium ſuperſit, huicq; illud ſimile ſubiungit.Quæ te genitor ſententia vertit,hoc eſt ſic mutauit,vt nihil pietatis remãſerit in ſenſibus Iouis.Additq; etiam illud ex alio loco.tum vero om.mi.vi.con.in ig. Ilium, & ex imo verti Neptunia Troia,quoniã (ait Donatus) conſtabat nihil eius remanſiſſe poſt flãmas,ideoq; hæc principalis fuerat cauſa:quę ẽt ſi ſola exiſteret,ſola poſſet aduerſus Troianos animum Iunonis arguere.¶ Nec dum etiam cauſæ irarum ſęuiq;,dolores Exciderant aĩo.Superfluum videť veterum monumenta in teſtimoniũ afferre,conſueſſe priſcos,cauſam,duplicato,ſſ,paſſim ſcriptitarę, quum tot Romæ marmora ſpectemus:quę dictionem eã per,ſſ, geminatum notatam oſtentent:ſcriptionis vero huiuſmodi,rationem hãc afferri ſolitã,ait Ter.Scaurus:ꝙ cauſa dicta ſit à cauillationibus,vel à cauẽdo cauiſſa,deinde κατὰ συγκοπὴν,cauſa, ita,s,literam geminandam putauerunt,vt appareret originatio: aliter tñ ipſe ſentit,qui dicat,s,literam,non ſolere geminari:niſi p̃cedente vocali correpta,quare,cauſam,vnico,s,ſcribi mauult. Nos tñ libentius,s,in cauſa,geminamus,qa ſic Virgilii, & Ciceronis manu ſcriptum,aſſerit Quintilianus.Vbi vero,ſęuiq; dolores,legitur in vulgatis codici.Vetera exẽplaria quædam cum Lõgo,labores habẽt,quos.ſ.cõtra Troianos antea ſuſcęperat,toto eo decẽnali bello.Nã quod ſequiť,manet alta in mente repoſtũ iudiciũ Paridis,& quę ſequunť,ad exaggerationẽ poſita ſũt. Sed nẽq; illud diſſimulandum eſt,emẽdatiores codices,alta mẽte,abſq;,in,prępoſitione legere.Quã quidẽ particulã Virgilius libẽter pręterire ſolet.Quod vero ad dolores,pertinet.In veteribus plerisq; cod.altera illa ſublata lectione,dolores,ſuꝑinductũ eſt,non oĩno male,ſi quę ſequuť inſpicias,quæ dolendi cauſam darent.¶ Rapti ganymedis honores.Quod in codi.aliquot antiquis duo illa Verba.Rapti ganymedis,ꝑ lineolas alio atq; alio loco ductas,diſtigui videnť.Nẽpe in aliquot ante,& poſt dictionẽ Ganymedis,hoc pacto.Rapti Ganymedis honores. In aliquot inter particulã copulatiuã & participiũ Rapti, hoc modo, & Rapti Ganymedis honores,in memoriã ſuggerit varias itidẽ huius hemiſtichii ſententias apud ĩterpretes eſſe:Nonius.n.Marcellus,honores,pro integritate & pudicitia vult hoc loco intelligi,quare,Rapti honores,legere videť hoc eſt rapta pudicitia honores alii pro dignatione,qua fuerit Ganymedes honeſtatus,exponũt,quippe quod mythologi eũ dicunt in zodiaco ſedẽ ſortitum eſſe ꝙ quidẽ dictu fœdum ait Donatus.Seruius,qui honores Ganymedi habitos interpretatur Rapti,hoc eſt ſtuprati exponit,vt Rapta Garamãtide Nympha.Cui Ouidii etiam ſubſcribit parodia vi.Faſtorum,Cauſa duplex iræ,rapto Ganymede dolebã,Forma quoq; Idęo iudice victa mea eſt,ſed hęc alii viderĩt. ¶ Troas relliquias Danaũ,atq; immitis Achilli.Sunt qui ex poetarum veterũ exẽplis,reliquias,vnico,l,recte ſcribi cõtẽdant, vt in bona codicum antiquoꝝ parte notatum ĩuenitur. Aiunt.n.re, particulam pro cõmuni habitam à veteribus, hinc apud Ouid. Quod in ipſum recidat opto.quã tamen Valerius Probus ſempꝫ breuẽ dicit,vbicunq; loquelaris ſit,ideoq; iuniores,ll,geminari cenſuere.Quã quidẽ quęſtionẽ ita Cõminianus abſoluit vt in noĩe,relliquias,Barbariſmum eſſe dicat adiectione literę,perinde ac.Italiã fato,tẽporis adiectione.Nã Italiam Probus quoq; primã correptã habere cõtendit,& vitium in eo noĩe ſpatio factum,ait Quintilianus.Quare in altero cõſonãtem geminare neceſſe eſt,alterũ vi quodãmodo ſua craſſeſcit,nulla parentheſi. Vt vero pręteream ꝙ minime placet,atq;,ex hoc verſu ſublatũ aliquot in codi.vt in fine copula legatur,relliquias Danaum ĩmitis Achilli,ꝑut apud Catullum.Iupiter vt Calybum omne genus pereat & apud Tibullum cimmeriũ etiam obſcuras acceſſit ad oras,quo nõnulli offenſi,cimmerium obſcuras etiam conceſſit ad oras,legendũ cenſuere,alterũ vero locum gręce ſcribendum curauere,hoc tamẽ loco,ſi quis eam cõiunctionẽ,quæ eſt,atq;, demat,venuſtatẽ carminis demere videatur,eſt & illud varie tã in veteribus q̃ in recentioribus exemplaribus poſitum, imitis Achilli,nã Achillei,in Oblõgo habeť codice,quo declinatu vſus eſt Horatius,matroniſq; phrygũ claſſis Achillei, atq; alibi,heu peruicacis ad pedes Achillei,ſicut etiam Vlyſſei,idem, laborioſa nec cohors Vlyſſei,quæ quidem forma grecanica eſt, & nominatiuũ habet in,eus,vt Achilleus,Odyſſeus,Orpheus.Vt in veterũ monumentis M.Valerius Achilleus lictor.Inde autem putãt Achilli factum κατὰ συναίρεσιν Seruius detractã,s,literam ad ὁμοιοτέλευτον

ὁμοιοτέλευτον euitãdũ putat, pluraq; demũm exẽplaria ita ſcriptũ oſtendũt. Quidã datiuũ ꝓ genitiuo poſitũ aiũt, more veterũ, noĩa quędã agnoſcit Probus in arte, q̃ in genitiuo caſu nume. ſingu. in vno vocabulo ſuo duabus his formis finiant, i, &, is, vt puta huius Achilli, & huius Achillis. Cariſius iueniri ait apud veteres ex noĩbus in, es, rectũ efferẽtibus, q̃ ſine rõne genitiuũ faciãt p i, vt apud Sallu. in prima hiſtoria, bellũ Perſi macedonicũ. Itẽ apud Vir. imitis Achillis, & alio loco, fallacis Vlyſſi. Priſcia. veteres ait freq̃ntiſſime datiuũ ꝓ genitiuo ꝓtuliſſe Ariſtoteli Demoſtheni, Thucididi, Eurypidi ꝓ Ariſtotelis, Demoſthenis, Thucididis, Eurypidis, deſumitq; ſibi ex Virgilio exẽpla. Nunc acris Orõti, & Immitis Achilli, & miles Vlyſſi. itẽ ex Terentio Arconidi filiã, pro Arconidis, ex Ci. in. ij. in Ver. Trimarchidi poteſtate, q ea dẽ voce vſus eſt etiam in datiuo. Neq; præſentia Trimarchidi qd reſponderet, habuit, ne aliam quis eſſe declinationem putet, & Achilli abſq; s, ſcianr omnes præter vſum non eſſe.




Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti, & ſpumas ſalis ære ruebant:
Quum Iuno æternum ſeruans ſub pectore vulnus,
Hæc ſecum. Me ne incœpto deſiſtere victam? IVNO
Nec poſſe Italia Teucrorum auertere regem?
Quippe vetor fatis. Pallas ne exurere claſſem
Argiuum, atq; ipſos potuit ſubmergere ponto,
Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei?

SERVIVS.

Vix.) Hoc loco mox & ſtatim ſignificat. E conſpectu.) Vt adhuc de Sicilia poſſent videri. Læti.) Vel alacres & veloces. vt eſt, Et lætus Eois Eurus equis. Item, Et virgea lætus pabula, ideſt feſtinus, & cum intentione. Vel re vera læti: quanquam incongruum ſit poſt Anchiſæ mortem, ſed & interitus ſenum minus dolet, & magis lætos intelligendum eſt, vt ſit cauſa maioris iracundiæ, ſic enim & in ſeptimo iraſcitur, vbi lætum Æneam Siculo proſpexit ab vſque Pachynno. Salis.) Maris, ſecũdum Homerum. Salem aũt quo vtimur ſingulari numero tantum

Ipſa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem,
Diſiecitq; rates, euertitq; æquora ventis.
Illum expirantem transfixo pectore flammas,
Turbine corripuit, ſcopuloq; infixit acuto.
Aſt ego quæ diuum incedo regina, Iouiſq;
Et ſoror, & coniunx, vna cum gente tot annos
Bella gero, & quiſquam numen Iunonis adoret
Præterea? aut ſupplex aris imponat honorem?

tm̃ dicimus: quũ iocos ſignificamus, pluralẽ tm̃ ponimus numerũ ſm̃ Lucanum qui ait, Non ſoliti luſere ſales. Aliquãdo etiã & vrbanitatẽ per ſingularem numerũ ſignificamus: vt Terentius, Qui habet ſalem quod in te eſt. i. q̃ res in te eſt. Maſculini enim generis eſt, nõ neutri: & neutra triptota ſunt, nec ab hoc accuſatiuo nominatiuus eſſe poteſt hoc ſale. ¶ Vulnus.) De præterito dolorem dixit: de futuro metum, Ad vtrũq; Vulnus retulit. ¶ Hæc ſecum.) Subaudimus, locuta eſt, deeſt enim. Et hoc fictũ eſt, vt ſuperius diximus. vnde enim hoc ſciret poeta? Bene aũt impatientiam doloris oſtendit detrahendo ei ſolatia: vt in quarto ſolam inducit Didonem, En quid ago? ¶ Méne.) Ne, non vacat: ſignificat enim ergo, & eſt coniunctio rationalis. ¶ Incœpto deſiſtere.) Tolerabilius eſt enim non inchoare, quàm incepta deſerere.) Nec poſſe Italia teucrorum auertere regem.) Sic & in ſeptimo, Vincor ab Ænea. Et detraxit more ſuo præpoſitionem prouinciæ. Non enim dixit, de Italia: ſed, Italia. ¶ Quippe vetor fatis.) Re vera inquit fata me prohibent, ergo Iuno ignorat vim fatorum. Sed hoc non poſſumus dicere, quia ſuperius lectum eſt, Si qua fata ſinant. Et, Progeniem ſed enim Troiano à ſanguine duci Audierat. Hoc ergo eſt, omnes res hominum aut ex noſtra voluntate deſcendunt, vtputa ſedere, ſurgere: aut ex fati neceſſitate, vtputa naſci, mori: aut ex deorum voluntate, vtputa nauigare, vel honoribus frui. Nunc de nauigatione agitur: & bene inuidioſe, quaſi etiam huius rei poteſtatem ei poſſint fata detrahere. Eſt & alter latens ſenſus vt ſperet ſe regina contra exulum fata poſſe aliquid, ſi Minerua numen inferius valuit contra fata victorum. ¶ Palláſne.) Minerua. ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὸ δόρυ, idest ab haſtæ concuſſione: vel quòd Pallantem gigantem occiderit. ¶ Claſſem.) Ad inuidiam poſuit, vt pro vna naui claſſem dicat. ſic Venus, Nauibus infandum amiſſis: quum Orontes ſolus periiſſet, aut re vera vnam nauem ſignificat, vt Horatius, Me vel extremos Numidarum in agros claſſe releget. Claſſis enim dicta eſt ἀπὸ τῶν καλῶν, ideſt à lignis, vnde & calones dicuntur qui militibus ligna portant, & καλοπόδια. ¶ Potuit.) Ad illud refertur quod ſuperius dixit, Nec poſſe. ¶ Vnius ob noxam.) In iſtis ſermonibus vnius, illius, ipſius naturaliter producitur media ſyllaba: ſed quum opus eſt, corripitur hac excuſatione, quòd quoties vocalem longam vocalis ſequitur, ſuperiori vires detrahit. vt eſt, Inſulæ Ionio in magno. Et, Sub Ilio alto. Et ob hoc mutat accẽtum, in latino enim ſermone cum penultima corripitur, antepenultima habet accẽtum, vt hoc loco. ¶ Vnius ob noxam.) Et contra, Nauibus infandum amiſſis vnius ob iram Prodimur. ¶ Noxam.) Pro noxiam. Et hoc intereſt inter noxam & noxiam, quòd noxia culpa eſt, ideſt peccatum: Noxa autem pœna. ¶ Et furias.) Amorem. vt in Bucolicis, Seu quicunq; furor. ¶ Oilei.) Oilei non vacat. Nam & duo Aiaces fuerunt: & ambo perierunt: ſed ira Telamonius, hic amore. Et eſt Græca figura ſi dicamus Æneas Anchiſæ, & ſubaudiamus filius. Hac autem figura vtimur circa patres, & circa maritos tantum, vt Virgilius, Deiphobe Glauci ideſt filia. Idem, Hectoris Andromache, ideſt vxor. ¶ Ipſa.) Bene ipſa: dulcis eſt enim propria manu quæſita vindicta. Vnde plus dolet Iuno alienis ſe viribus niti vt Æoli: vel inferorum, ſicut ipſa, Flectere ſi nequeo ſuperos, Acheronta mouebo. ¶ Rapidum.) Velocẽ: vt eſt, Quum rapidus ſol nondum hyemem contigit equis, Iam preterit æſtas. Item, Rapidi ve potentia ſolis. ¶ Iaculata.) In libris Etruſcoꝝ lectum eſt, iactus fulminũ manubias dici: & certa eſſe numina poſſidẽtia fulminum iactus, vt Iouẽ, Vulcanũ, Mineruã. Vnde cauendũ eſt ne aliis hæc numinibus demus. ¶ E nubibus.) Secundũ phyſicos, qui dicunt colliſione nubiũ fulmen creari. ¶ Rates.) Abuſiue, naues: nam ꝓprie rates ſunt connexe inuicẽ trabes. ¶ Illum.) Authorẽ, ſcilicet criminis. ¶ Expirantem flãmas.) Non animã dicit flãmas, ſed cũ anima fulminis flammam euomentem. Et vt ſuperius pleno nomini adiecit opũ, ideſt diues opũ: ſic hic verbo, cum.n. plenum ſit Expirat, addidit. Flammas. vt alio loco. ¶ Animas.) vt, Confixi expirant animas. ¶ Turbine.) Volubilitate ventorum. ¶ Scopulo.) Saxo eminẽti. Scopulus autẽ aut à ſpeculãdo dictus eſt: aut à tegumento nauium, ἀπὸ τοῦ σκεπάρειν. Contigerunt aũt iſta circa Caphareũ mõtem Eubocæ. ¶ Aſt ego.) Nunc comparat ſingula. Et ne leue eſſet quod dixerat Ego, addidit. ¶ Diuũ regina.) ſic

ſic Salluſtius, Nos aũt, hoc eſt populus Romanus. ¶ Incedo.) Incedere ꝓprie eſt nobiliũ pſonaꝝ. ¶ Iouiſq; & ſoror & cõiũnx.) Phyſici Iouẽ ęthereũ. i. ignẽ volũt intelligi, Iunonẽ vero aerẽ. & quoniã tenuitate hæc elementa paria ſunt, dixerunt eſſe germana. Sed quia Iuno hoc eſt aer, eſt ſubiectus igni, ideſt Ioui: iure ſuperpoſito elemento mariti traditum nomen eſt. Iouem autem à iuuando dixerunt, nulla enim res ſic fouet omnia quemadmodum calor. ¶ Tot annos.) Licenter in iſtis locutionibus & accuſatiuo vtimur & ablatiuo. Dicimus enim & tota nocte legi: & totam noctem legi. Honeſtior tamen elocutio eſt per accuſatiuum. ¶ Aut quiſquam.) Non Troianorum, ſed omnium generaliter. ¶ Preterea.) Poſtea. vt, Preterea vidit nec portitor orci Amplius obiectam paſſus tranſire paludem.

DATHI.

¶ Vix ẽ cõſpe. Alia in narrãdis rebus hiſtoricorũ: alia poetarum lex eſt: & hiſtoricis quidem mos eſt, vt à rerum initio ordiantur: & continuam narrationẽ ad finem vſq; perducãt. Poetica aũt diſciplina & lex eſt eiuſmodi, vt à rerũ medio initium ſumat, & ad ipſum poſt initium reuertatur. Id ſeruauit Virgi. diligenter: cum ad pricipium ac ianuam narrationis veniſſet. Qui cũ primo verſu polliceretur producturum ſeſe de Troianis littorib. Æneam. Troię qui primus ab oris Italiam, fato profugus, Lauinaq; venit Littora. Narrationẽ poſtea exorſus Æneę ipſius claſſem, nõ de Sicilia producit Vix ẽ conſpectu Siculæ Telluris in altum Vela dabant læti. Homerum imitatus eſt, qui Vlyſſis errorem, non à Troiano littore deſcribit: ſed facit primo nauigantem ex inſula Calipſonis: & ex perſona ſua pducit ad Pheacas, illic vero in cõuiuio Alcinoi regis narrat ipſe quemadmodum de Troia ad Calipſonẽ vſq; peruenerit. Poſt Pheacas vero rurſus Vlyſſis nauigationem ad Itachẽ vſq;, ex perſona ꝓpria poeta deſcribit. Et Virgi. Æneam de Sicilia producit: cuius nauigationem deſcribendo (vt etiam ait Macro.) perducit ad Libyã, vbi in Didonis cõuiuio ipſe narrat Æneas vſq; ad Siciliã de Troia nauigationem ſuã. Et addit vno verſu quod iam copioſe poeta deſcripſerat. Hic me digreſſum veſtris deus appulit oris, Poſt Aphricam quoq; rurſus poeta ex perſona ſua iter claſſis vſq; ad ipſam deſcripſit Italiã. Interea mediũ Æneas iã claſſe petebat: Certus iter: Sed hęc hodie (ſi ita certum eſt vobis) ſatis. Habes optime Andreocci pater. quæ in prima Aeneidos lectione à nobis expoſita ſũt, quęq; tuo iuſſu ſcriptis quoq; mãdata. Vbi ſi quid erratũ perſpexeris, feceris humaniter ſi pro tuo arbitrio emẽdare volueris, vale ac tibi pſuade tuã plurimũ apud me authoritatem valere.

ASCENSIVS.

¶ Vix ẽ cõſpectu &c. Oſtẽſis irarum cauſis docet quomodo Iuno in Troianos ſæuit & quid in eos molita eſt, dicens quod cum iam ſeptimum agerent Troiani in erroribus annum & ex ſicilia (quæ proxima Italiæ eſt vſq; adeo vt continens aliquãdo fuiſſe perhibeatur) vbi Aeneas patrẽ ſepeliuerat claſſem ad Italiam appellerent, & cum vix in altum vela darent lęti cum Iuno æternum &c. hæc ſecum ſupple ait. Quæ oratio muliebrem animum perquam graphice exprimit, nihil enim mulieri moleſtius quam incœptis etiam prauis cogi deſiſtere, & cum id omnibus doleat multo magis Iunoni dolere potuit, quę diuũ regina, & ſoror & coniunx Iouis, preſertim cum Pallas minus offenſa plura potuerit. Nam offenſa tantum fuit ab Aiace qui per impatiẽtiam amoris Caſſandrã filiam Priami & vatem in tẽplo Palladis oppreſſit. Sunt tamẽ qui non oppreſſam, ſed ſolummodo à tẽplo abſtractam dicãt, iuxta illud ſecundi huius. Ecce trahebatur paſſis Priameia virgo Crinibus à tẽplo Caſſandra aditiſq; Mineruę Ad cœlũ tẽdens ardentia lumina fruſtra. Ob hanc ergo iniuriam polluti, aut violati tẽpli irata deą ad radices Capharei mõtis ĩ Euboia ĩſula altiſſimi diſiecit atq; ꝓſtrauit, obruitq; plurimas Græcorũ naues, vnde Diomedes. xj. huius. Scit triſte Mineruę Sydus, & Euboicę cautes vltroq; Caphareus: vbi tamẽ ad vtranq; opinionẽ alluditur. Nam plurimi dicunt; nõ ꝓpter violationẽ tẽpli Mineruæ, ſed propter necẽ Palamedis filii Naupli regis Euboię quẽ per inuidiam & factionem Vlyſſes) vt ad principium. ii. huius dicetur) occidi curauerat illic Grecos naufragia paſſos: nam cũ poſt Troianũ excidium argiuoꝝ claſſis ad Euboiam appulſa eſſet; intelligeretq; nauplus eam tẽpeſtate laborare volens

volens vlciſci mortem filij facem in Caphareo mōte cuius radi/
ces aſperrimis cautibus & ſcopulis oppletæ erant accendi iuſſit:
qua viſa græci ſperantes portū, aut ſtationē illic tutam eſſe, om/
nes eo cōtenderunt ventis & velis, atq; ita plurimi naufragium
Aiax oi lei. fecerunt, vnde quia tempeſtate prius exorta id contigit, ideo deę
aſcribitur, & quia per fraudem Naupli etiam Nauplo, verū poe/
ta opiniones propoſito ſuo cōducentes tāgit, bene autem hic di/
Aiax minor. citur Aiacis Oilei, quia erat & Aiax Thelamonius, ſeu Thelamo/
nis filius qui maior eo ꝙ eſſet fortior & præſtantior dictus eſt,
ſed etiam furore raptus propter perdita Achillis arma ſeipſum i/
teremit, & in florem hiacynthum, ſm Ouid. lib. xiij transforma/
tus eſt. Hic autem Oilei filius minor appellatus pernix admodū
fuit in curſu & vibrandæ haſtæ peritiſſimus, vt atteſtatur Home.
Iliad. ij. Verum ne in imenſum creſcat opus audiamus argutiſſi/
mum Donatū cuius verba ſunt. Vix ē conſpectu. A ſeptimo anno
incipit narrationem vt priora reſeruet ad conuiuiū Didonis. Vix
læti. vtrunq; temperat. Nam læti erant ꝙ eſſent ꝓpinqui Italię:
Sed morte Anchiſæ cōtriſtati vix erant læti. Cum Iuno æternū
ſer. ſ. p. u. aduertens Iuno Troianos de ꝓximitate Italiæ labora
re, recrudeſcebat vulnus, & excluſa ab inuentione nocēdi, & à lo
co & à tempore ſic ſuos dolores intimis ſenſibus enumerat. Me
ne, componit ſumma arte quales habere debuerit cogitationes
carens inuentione ad nocendum, & inducto qualitatis ſtatu per
exempla aliena inuenta conſilia enumerat, & cōparat perſonam
ſuam cū perſona Mineruæ & Troianoꝝ & græcorum & inimici
tiarum cauſas Mene, emphaſim habet pronomen, & magnū di/
cendi pōdus, quod infra aperuit cū dicit. Aſt ego quæ diuum in/
cedo Regina Iouiſq; Et ſoror & cōiunx. Incœptis deſiſtere vi/
Incepta ctā, incœpta ſunt aiorum deſtinationes. Sallu. Nam talia īcœpta
nō cōſultorē vertiſſent rerum peſtē factura. Dolet igitur intētio
nem ſuā ſine effectu defeciſſe nec ſupereſſe nocendi cōſilium vel
tēpus, & quia bonorū eſt incœpta deſerere, ſi aut prece flectantur
aut ſponte ignoſcant, oſtendit vtranq; occaſionem perdidiſſe, &
incidiſſe in ludibrium. Vt. ſ. ſuperata diſcederet. Regem. i. ſi perde
re non potui debui ſuperare Teucrorum regem. Italia. i. ab Ita/
lia. Sic alibi Bellum ingens geret Italia, ergo ſi non poterat ꝑde/
re ſaltē diſiūgere ab Italia, & ſi nō oēs perirent ſaltem id obtine/
ret iuxta vnū Æneā, cuius ſtirpi deberi ſciebat īperiū Romanū.
Vrere Quippe vetor fatis ergo magis debuit vetari Minerua fatis Græ
Exurere corum Pallaſne, quæ nō eſſet tanti meriti aut poteſtatis. Exure/
re claſſem. Comparatio pœnarum. Minerua potuit naues gręco
rum & ipſos exurere, vrere eſt aliquid lædere incendio: exurere
Per ctio thi eſt penitus abolere incendio, confirmat autem poeta ſoli Æneæ
deberi imperiū, cū de ipſo ſolo laboret Iuno. Illum expirantem
illa ꝓpter vnū plurimos ꝑdidit, ergo à plurimis offenſa vnū ab
Italia arcere nō poſſum, & quod auget dolorem oſtēdit Miner
uam minorē deam Iouis fulmine vti potuiſſe, & in pœna deli/
cti defendit authorē. Si ergo iniuſte grauiſſimū pertulit ſupplici/
Venialis ſtatus. um, multo magis eius ſocij. Defendit aūt culpā in amorem reij/
ciens. & vtit̄ veniali ſtatu. Factum. n. quod manifeſtū eſt nō pur/
gatur, niſi dicat̄ nō erat ſuæ mentis nec ſui cōſilii Aiax, ſed furo/
re amoris trahebat̄. Nam qdquid fit per pathos, nō aſcribit̄ ho/
mini. Diſiecitq; rates. Ne ſi alicui cōtigiſſet euadere, haberet naui
gandi ſubſidium. Euertitq; ęquora ventis, alieno eſt vſa imperio
nā Iouis fulmen arripuit, & Neptuni imperiū, habuit enim pote
ſtatē in ventos qui alieno ſubiecti ſunt īperio. Illum, emphaſim
pronomē habet quaſi temerariū, conſyderatum ſacrilegū, ꝓpha/
nū qui in templo deæ virginis ante aras in conſpectu numinis re
giā ſacerdotē intactā violauit. Pectore, quo vulnus oīno letale
Viola/ tio. eſſet. Turbine corripuit, nā aliter infigi nō poterat & oſtēdit vim
irę in tanto impulſu. Voluit infigi ſcopulo: ne ad littus deueniēs
Caſſan/ drę. ſaltem ſepulturā acquireret. Aſt ego quæ diuum īcedo regina Io
uiſq; Et ſoror & cōiunx. Declarat quid illud ſit. Aſt ego. ſ. quæ in
omni genere rerum Mineruā ſupero. Sum enim regina. Sum ſo
ror & coniunx Iouis. Vnde deberem ab eo qui frater eſt & mari
tus oīa impetrare. Vna cū gēte tot annos cum Minerua vno ictu
potuerit. Præterea, in medio poſuit & bis eſt repetenda, Hęc Do
natus, quibus addamus quæ in Seruiū ſic dicit Beroaldus Apud
eruditos & idoneos ſcriptores noxa pro culpa reperitur frequē/
tius q̄; pro pœna: ꝙ iuriſconſul. apertiſſime oſtendit ſcribens de
Noxa. verbo. ſigni. Noxę appellatione omnē delictū contineri, inde no
xales actiones noīantur à noxa, hoc eſt maleficio & peccato ſer/
uorum. Quin. in declamationibus inqt manifeſtiſſima quoq; no
xa. i. delicto. Oui. Inuidiā noxæ detrahit illa meæ. i. culpæ. Liui.
Ob quam meā noxā. i. delictum, & ita paſſim apud eruditos no/
xa accipitur vnde Virg. ꝓprie locutus eſt vnius ob noxam. i. cul/
pam, nec exponendū eſt ꝓut exponit Seruius noxā pro noxiam
quin etiam noxa ſignificat damnum & periculū ac detrimētum
in qua ſignificatione ſæpiſſime apud priſcos reperitur. Ouidius.
Nocte nocent potæ ſine noxa luce bibunt̄. Colu. nebulas ac prui
nam ſine noxa perfert, & alibi omnem iniuriā ſine noxa patitur.
Sueto. Sine vlla ſua noxa adeſſent idus Martiæ. Noxia vero ſæ/
pius adiectiuum eſt q̄; ſubſtātiuū & ſignificat nocentē, cuius rei
plena ſunt oīa & noxii fontes nuncupant̄. Curioſus profecto le/
ctor ex frequenti antiquorum lectione comperiet id veriſſimum
eſſe quod à nobis traditur, & differentiā illam Seruii vtpote futi
lem ac ꝑrancidā eſſe repudiandā. hæc ille. ¶ Ordo eſt. Troes ſup. Ordo
ſeu Æneade, hoc eſt Æneas cū ſociis, læti. ſ. propter vicinitatem Læti.
Italiæ quā ſeptēnio quęſiuerant, & imemores Anchiſę forſan ꝙ
in diſceſſu lętius accæpti fuerant ab Aceſte ſiculoꝝ rege, qui etiā
abeuntibus vina dederat. vnde ſtatim dicetur: Vina bonus quæ
deinde cadis onerarat Aceſtes Litore trinacrio dederatq; abeun/
tibus heros. Diuidit. Non indecore ergo poſt opiparum epulum
ꝙ Aceſtē dediſſe veroſimile eſt lętos dicit poeta īgenioſiſſimus,
hoc inuens quia fere extremum gaudii luctus occupat, ipſi ergo
lęti & vicinitate Italię & Baccho exhilarati dabant vix ē conſpe/
ctu ſiculæ telluris vela in altum. ſ. mare. i. vix verū fuit dicere ꝙ
ab in ſiciliæ portu ſtātibus nō amplius videri poſſent, verunta/
men fuit. Donatus argute cōſtruxit vix cum noīe lęti: vt ſint nō
plane lęti ſed vix lęti: at ego (quia vbi Troiani Italiam læti aſpi
ciebant: vt in tertio, Italiam læto ſocii clamore ſalutant: neq; ab
re cum vnumquodq; naturaliter in locum natiuum ac vnde ori
ginem traxit redeat) malim dicere plane lætos propter cauſas di
ctas & ruebant. i. proruebant ſecundo & pleno curſu, ſpumas ſa/
lis. i. maris ſalſi quas præcipiti ſulcatione faciebant, ære, ideſt ro
ſtris æratis, hoc eſt ęre munitis iam tunc ſup. cum. i. quando. Iu/
no ſeruans ſub pectore vulnus. i. fomitem iracundiæ quo vulne/
rabatur, æternum. i. implacabilē, ait ſupple aut meditata eſt hęc:
ſequūtur, ſecum. i. in animo ſuo. Mene. i. nunquid ęquum aut de
cens aut tolerabile eſt me. ſ. quę vt dicet diuum īcedo regina &c.
(Quia ſecum & incenſa furore loquit̄ dea: apta vtit̄ Eclipſi) deſi
ſtere īcœpto quod triſtius, & turpius eſt q̄; non īcœpiſſe, īcœpit
autē genus troianum extinguere & carthaginē ad monarchiam
ſublimare, victam, quod triſtius eſt q̄; ſi ſponte, mutato conſilio
deſiſtat, ſicut factura eſt tandem vt pollicetur Iupiter dicēs pau/
lo inferius. Quin aſpera Iuno Quæ mare nūc terraſq; metu cœ
lumq; fatigat. Conſilia in melius referet, mecumq; fouebit Ro/
manos rerum dominos gentemq; togatam, nec poſſe quod tri/
ſtius eſt quàm nolle auertere Italia quod indignius eſt q̄; ſi veta
tur occidere ſolum: virtute autem prępoſitionis cōſtruitur cum
ablatiuo aut ſubauditur ab vt vult Donatus vt ſit ab Italia. q. d.
non à toto mundo ſed ab Italia duntaxat quę nihil ad eum per/
tineat: regem teucrorum, non dicit Dardanidarum quippe qui in
de originem traxerūt ne ſit eis iuſtum redeundi deſiderium, vo/
cat autem Æneā regē in gloriam iuliæ domus quia glorioſum
eſt ab hoſte laudari, vnde Dido ad finem huius primi. Ipſe hoſtis
teucros inſigni laude ferebat. Quippe. i. quia certe, aut ironia eſt,
cū Pallas contra fatū maiora fecerit, nā in fatis erat gręcos victo
res in patriā reuerſuros, quod pauciſſimis datū eſt, ſed ſatis factū
tamē fatis, quę à Proteo Caſſandra & Calchante de Troiano ex
cidio ꝓdita fuerant. Innuit ergo ſe fatis nō aſtringi licet fata ob/
ſtēt, nā fruſtra tēderet atq; foueret īperiū carthaginēſe ſi ſciret fa
ta obſtare, nec vinci poſſe. Quū ergo dictū ſit. Si qua fata ſināt iā
tū tenditq; fouetq;, certū eſt ꝙ ſciuit fata obſtare, ſed ſperauit ea
cōtrariis fatis vincere poſſe. Nā vt maiora numina minoribus ꝑ/
iudicāt ita ſm Æthnicos fata fatis. Probat ergo ſe poſſe fata vin
cere, nā ſi Pallas inferior dea maiora cōtra fata (vt videtur) po/
tuit: qs negabit Iunonē ſupiorē minora poſſe? (dicit ergo) Pal/
laſne quaſi dicat nōne verū eſt ꝙ Pallas potuit exurere. i. fundi/
tus vrere, claſſem. i. cōfluxum nauium argiuum, pro argiuorum
atq; ſubmerge, ipſos. ſ. argiuos ponto. i. mari euboico iuxta ca/
pharea montem, ob, ideſt ꝓpter noxam, ideſt culpā, & pro. i. fu/
rias. i. īſanos amores propter quos Caſſandrā vitiauit aut à tem
plo Mineruę abſtraxit, vnius. ſ. hominis, videlicet Aiacis, Oilei
ſup. filii aut ob noxam & furias vnius, ideſt ſolius Aiacis Oilei. q.
d. maxime, cum ego offenſa à multis non poſſum vnum auerte
re ab Italia, iuſta eſt ergo Iunonis querela, cum ipſa maior ſit, &
minus petat, minus enī eſt auertere q̄; ſubmergere & exurere, &
minus auertere teucros ab Italia quę ad eos nihil pertinet q̄; ar/
giuos ab argis. (Scribitur autem Oilει, & profertur Oili: eſt enim
ει diphthongus græca pro qua græci i proferunt. Et ſi quis dicat
ſubmergere aut obruere claſſem nō pertinere ad Iunonem quæ
non

non maris ſed aeris inferioris aut terrarum dea eſt. Reſpondet ꝙ Pallas nō ſuis ſed Iouis & Neptuni freta eſt opibus. Nā vt phyſice .i. naturaliter loquamur Pallas ſignificat æthera, ideſt ſupremum & puriſſimum aerē vnde ē cerebro Iouis nata fingitur & dea ſapientiæ. Iupiter autem aerem mediū in quo fulmina & tonitrua exercentur, Iuno vt dixi inferiorē aerem. & ideo quia fulmina potiſſimum in media regione fiūt & raro ad ſupremā aſcēdunt, ideo Minerua dicitur vſa fulmine Iouis, quia vero generātur in terris ſulphuratis & pīguibus qualis eſt Æthna & vbi Vulcanus Iouis fulmina fabricare fingitur, ideo faber Iouis fingitur & quia venti non aſcendunt vltra mediam regionem, vnde quia non attingunt verticem olympi mōtis in theſſalia vbi cineres holocauſtorum ventis non aguntur, nam annū totum immoti manent, ſed in media regione aeris poſtquam ex terra exhalauerunt potiſſimum exercentur, ideo dicet Æolus ad Iunonem Nymborumq; facis tempeſtatumq; potentem, dicit ergo in augmentū rei) Ipſa ſcilicet Pallas non implorans alia numina quorum intereſſet, ſed vt dicunt ipſamet & in propria perſona, quod vindictę cupidis dulciſſimum eſt. Iaculata, ideſt iaculans aut deiiciens è nubibus rapidum ignem Iouis .i. fulmen ad Iouem pertinens qui & frater & cōiunx: diſiecit, ideſt proſtrauit aut diſperſitq; id eſt ſimul rates, ideſt naues (hoc loco) q; ꝓ & euertit, i. ab imo ſurſum vertit, æquora .i. maria prius æqua .i. trāquilla, & corripuit, ideſt celeriter rapuit turbine .i. volubilitate ventorum, illum ſcilicet qui caput inimicitię aut irarum erat Aiacem videlicet, expirātem, ideſt animam efflantem, & hoc pectore transfixo. (Ideo autem prius corripuit eum turbine vt turbatū & exanimatum faceret, quia fulmina ſecundū Plin. non proſternunt niſi metu exanimatos) & infixit .i. illiſit ſcopulo acuto (Scopulus eſt ſaxum in aquis eminens) Aſt, ideſt ſed: ego quę incedo regina diuum, ideſt diuorum, & ſoror & coniux Iouis, gero bella tot annos .ſ. continuo eos perſequendo, vbi Minerua vno impetu de ſuis aduerſariis vltionem ſumpſerit cum vna gente, ſcilicet Troiana vbi Pallas multam gręcorum gentem diſiecerit, & ideſt & putas quod quiſquam .i. quiuis mortalium adorat .i. adorabit præterea .i. poſtea, poſthac aut amplius, numen, ideſt diuinam poteſtatē Iunonis, quia ad nutum aliquid gerere putabitur. q.d. minime, quia vbi cōſtabit Iunonem (hoc eſt me, loquitur enim Iuno) nō poſſe tam paruam rem cum maxime velit, quis ei diuinā poteſtatē concedet, aut quis ſupplex .i. ſupplicans & ſe humilians imponit pro

pro imponet (quidam legūt adoret & imponat) præterea .i. poſt hac aut pręter hanc vicem aris, ſcilicet Iunonis (hoc eſt meis inquit Iuno) honorem, ſcilicet diis debitū, quaſi dicat nullus quia credar nil poſſe ſi hoc non potero, & ita vilis & abiecta habebor apud omneis mortales.

PIERIVS.

¶ Vnius ob noxā, & furias Aiacis Oilei. In Oblōgo codice ſane q̄; vetuſto, furiis legiť, caſu ſeptimo, qđ nō ęque placet, vtrunq; enim cadit ſub prępoſitiuā particulā, ob. ❡ Scopuloq; īfixit acuto. Sunt qui legant, inflixit, ad maiorem quandam vltionē oſtēdendā, quod ego nuſquā in veteribus codicibus obſeruaui. Sane vero Ti. Donat. Infixit, agnoſcit, dū ait, figi. n. nō potuit, niſi vrgente turbine: cum pondere, atq; magno ictu ſaxo fuiſſet illiſus. & inferius. Hic ēt illud intelligi pōt, idcirco eū īfixum ſcopulo, ne delatus fortaſſis ad litus ſepulturæ ſaltem beneficium reperiret. verum hæc & alia eius ſcripta in impreſſis codicibus paſſim mutilata, laceraq; & maiori ſui parte deprauata ſūt. ❡ Et ſoror & cōiunx. In pleriſq; veteribus exēplarib. coniux, abſq; n litera in vltima ſyllaba legiť, ſicuti Scaurus melius putat dici & ſcribi, & à Soſipatro Cariſio, cōiux, inter ea noia recenſetur, quæ u, x, literis finiuntur, vt nux, Pollux. Neq; vero hic, veterū īſcriptiones recenſebo, quum in nulla pene dictione variata magis ſcribendi ratio q̄; in hoc noie reperiatur. ❡ Et quiſ. nu. Iu. ado. In co. lōg. & aliquot aliis antiquiorib. Aut q̄uiſquā, legitur. Quā lectionē Ser. agnoſcit, eſt aūt græcoꝝ imitatio qui τὸ ἢ diſiunctiuā, & interrogatiuā particulā vſurpant. In aliquot aliis, ecquiſquam. In aliis, aut quis iā. Quę lectio ſit ex his caſtior iudicanda alioꝝ iudicio relinquimus. Idq; potius dicemus, adorat, pręſenti tēpore indicatiui modi tam in Ro. q̄; in codici. aliquot antiquis haberi. Et qđ ſubſequitur. ❡ Aut ſupplex aris imponat honorē. In Ro. codi. imponet futuri tēporis eſſe, alii quidā codi. nō cōtemnendi, imponit legunt, eadē ſynchronia, qua lectū eſt adorat, vtriuſq; verbi lectio eodē tempore Donato agnita, qui totū hoc de Troianis dictum putat, eos .ſ. idcirco Iunonis numen non adorare aut aris eius non imponere ſacrificia, quod ſe ſperarent eam renitendo ſuperaturos. Neq; tamen contemnenda eſt vulgata lectio, adoret, & imponat, figura loquendi Græcanica & elegāti, magis. n. indignationem exaggerat ſi ad nationes reliquas referať, quippe niſi ſuppliciū de Troianis ſumat, niſi eos perdat, aut vlciſcatur, futurum vt numen ſuum apud omneis gentes & nationes deſpicatiſſimum habeatur.

Talia flammato ſecum dea corde volutans,
Nymborum in patriam, loca fœta furentibus auſtris,
Æoliam venit. hic vaſto rex Æolus antro
Luctanteis ventos, tempeſtateſq; ſonoras
Imperio premit, ac vinclis & carcere frenat.
Illi indignantes magno cum murmure montis
Circum clauſtra fremunt. celſa ſedet Æolus arce
Scæptra tenens, mollitq; animos, & temperat iras.
Ni faciat, maria, ac terras, cœlumq; profundum
Quippe ferant rapidi ſecum, verrantq; per auras.
Sed pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris,
Hoc metuens, molemq; & montes inſuper altos
Impoſuit, regemq; dedit, qui fœdere certo
Et premere, & laxas ſciret dare iuſſus habenas.
Ad quem tum Iuno ſupplex his vocibus vſa eſt.

SERVIVS.

¶ Talia flammato.) Quod ſuperius intermiſerat, nunc reddit, nā dixerat ſuperius. ❡ Hæc ſecū: & modo ait. ❡ Volutās,) ideſt cogitans. ❡ Nimborum.) Nimbi nunc ventos ſignificāt: plerunq; nubes & pluuias, ergo prout locus fuerit, intelligēdum eſt. Proprie tamen dicuntur nimbi repētinæ & præcipites pluuiæ, nā pluuias vocamus lentas & iugeș. ❡ Loca fœta.) Nunc plena, vt alio loco, Fœta armis. Sciendum eſt autem dici fœtam & grauidā, & partu liberatam. vt, Fecerat & viridi fœtā Mauortis in antro. Enixam autem eam fuiſſe lac, quod pueris præbebatur, oſtendit. Item fœtam grauidam, in illo loco oſtendit, Non inſueta grauis tentabunt fœtas. Ergo quia fœta medius ſermo eſt, bene hoc loco epithetō diſcreuit, dicēs, Grauis fœtas: vt bonum facinus, & malum facinus dicimus, & bonū venenū & malū venenū. ❡ Auſtris.) Figura eſt celebrata apud Virgilium: & eſt ſpecies pro genere. Legerat apud Ennium, Furentibus ventis: ſed quaſi aſperum fugit, & poſuit. ❡ Auſtris) pro ventis. ❡ Æoliam venit.) Nouem inſulæ quæ ſunt poſt fretum Siciliæ, appellantur Æoliæ ab Æolo rege Hippotæ filio. licet habeant & propria nomina. Vnde Virigilius ait, Æoliam Liparem. Poetæ quidem fingunt hunc regem eſſe ventorum, ſed vt Varro dixit, rex fuit inſularum, ex quarum nebulis & fumo Vulcaniæ inſulæ prædicens futura flabra ventorum, ab imperitis viſus eſt ventos ſua poteſtate retinere. ❡ Hic.) Illic. vt ſuperius, Hic currus fuit. ❡ Vaſto antro.) Phyſica ratione hoc fingit

git poeta, naturale enim eſt vt loca cōcaua plena ſint ventis. ❡ Luctantes.) Elaborātes egredi. ❡ Sonoras.) Grauiſonas. Et eſt tempeſtatis epitheton. Ordo autem talis eſt, Æolus ventos & tempeſtates ſonoras vaſto antro premit. ❡ Ac vinclis & carcere frenat.) Tranſlatio eſt per poeticam licentiam facta. Carcer autem eſt vnde cūque prohibemur exire, dictus quaſi arcer ab arcēdo. Locum autem in quo ſeruātur noxĳ, carcerem dicimus numero tātum ſingulari: vnde vero erūpunt quadrigæ, carceres dicimus numero tantum plurali: licet plerunque vſurpet poeta, vt eſt, Ruuntq; effuſi carcere currus. ❡ Illi indignantes.) Hic aperte oſtendit quid ſit luctantes. ❡ Magno cum murmure montis.) Non circum montis clauſtra, ſed cum magno montis murmure fremebant, & eſt maior ſenſus, ſic fremebāt, vt etiam antra poſſent ſonare. ❡ Celſa arce.) Secundum quod ſuperius diximus. Venti enim melius deprehenduntur ex alto. ❡ Sedet.) Non otiatur, ſed curat. Apud antiquos enim ſedet, conſiderat ſignificabat. vt alio loco ait, Turnus ſacrata valle ſedebat. ❡ Mollitq; animos.) Ideſt Ventos ἀπὸ τῶν ἀνέμων. vt alibi, Quantum ignes animæq; valent. & Horatius, Impellunt animæ lintea Thraciæ. Mollit autem ideo dixit, vt per tranſitum oſtenderet vitia naturæ nulla ratione mutari, ſed mitigari aliquatenus poſſe. ❡ Maria ac terras cœlumq; profundum.) Atqui quatuor elementa ſunt: Terra, Aqua, Aer, æther. Sed hoc loco rite prætermiſit ætherem: quia venti non turbant ſuperiora, vt ait

Lucanus

Lucanus, Pacem ſumma tenent, ſed aut terras, aut maria, aut ae rẽ. Nam cœlũ hoc loco pro aere poſuit. vt Lucretius, In hoc cœlo qui dicitur aer. ☞ Ferant.) Auferãt. Et eſt aphæreſis. ☞ Rapidi.) Veloces, vt ſupra. ☞ Verrantq́;.) Verrere eſt trahere: à rete, quod verriculum dicitur. Eſt aũt principalitas verbi verro verris, præteritum verſi: vnde & fit participium verſus, hinc alibi, Et verſa puluis inſcribit haſta. i. tracta. ☞ Id metuens.) Timens. Ergo Iupiter timet: nõ ſibi, ſed elementis, ne turbent eruptione ventoꝝ, vt ſi belloꝝ tẽpore dicas virum forte timere, non ſibi, ſed liberis ſuis. ☞ Molemq́; & montes.) i. molem mõtis. Et eſt figura endyadis, vt vna res in duas diuidatur, metri cauſa interpoſita cõiunctione. vt alibi, Pateris libamus & auro. i. pateris aureis. ☞ Fœdere.) Modo lege: aliàs pace, quæ fit inter dimicantes. Fœdus autẽ dictum vel à fœcialibus. i. ſacerdotibus, per quos fiunt fœdera: vel à porca fœde, hoc eſt lapidibus cæſa. vt ipſe alibi: Et ceſa iungebat fœdera porca. ☞ Et premere & laxas ſciret dare iuſſus habenas.) Permanſit in tranſlatione. iuſſus autem ob hoc poſuit, quia ſuo nihil facit imperio. Nã tolle hoc, & maior eſt omnibus dijs, ſi ad eius voluntatem poſſint elemẽta confundi, vt ipſe Æolus, Mihi iuſſa capeſſere fas eſt. Simul ventorum oſtenditur vis, quibus parum fuit ſuperponi montem, niſi & regem acciperent, qui ipſe quoq; alieno pareret imperio. ☞ Ad quem.) Pro apud quem, vt ſupra.

ASCENSIVS.

℄ Talia flammato &c. Bene inquit flammato, quia plus eſt inflãmatum eſſe q̃ accenſum: prius enim accenditur, aut incẽditur rogus aut pyra, quã inflãmetur, quia nõ poteſt flammam emittere quod incenſum nõ eſt: vnde in. iiij. Æne. His dictis incẽſum animum inflãmauit amore: prius ergo propter iniurias illatas incẽſa aut accenſa erat Iuno, vnde dictum eſt his accenſa ſuper: nunc aũt vbi animaduertit etiam cõtumeliã quę ſibi oriret ſi icœpto cogeretur deſiſtere, inflãmata dicitur: Sed hæc & alia multa ingenioſe explicat Dona. cuius verba ſunt. Flãmato: ſuperius dicit accenſa, ſed plus eſt flammato. p. Vt oſtendat quantum accreuerat ira ex comparatione Mineruę, nocendi autem conſilium de Mineruæ exemplo cępit, preſertim cũ Troianos videret nauigãtes. Nymborum in patriam habet rationem perſonę non reginę, ſed iratę quę occaſionẽ nolit amittere loci & temporis. Nam ſi rationem reginæ haberet, mitteret aliquem, qui Æolo iuberet, ſed qa mandata, niſi ipſa adeſſet poterant aut negligẽtius agi aut differri, & ſic præteriret nocẽdi occaſio, omiſit perſonam reginę, & ſic monet poeta per hoc nos agendum q̃d rectius curari volumus & inferiori perſonę exhibendum honorem, ſi illa indigemus. Nã gratatur ſibi à potiore eſſe delatum. Cætera ſignificant vẽtos cauis terræ oriri. ☞ Supplex.) Non quia ſupplicãtis verba ſit loquuta, ſed quia venit: hæc Donatus. per nos autem negotia noſtra rectius fieri, q̃ per alios docet graphice apud Aulũ Gelliũ. Æſopus ca. xxix. li. ij. vbi habetur Apologus de Caſſita auicula, quæ pullos non transferendos docuit, donec ipſe dominus meſſis minatus erat falcẽ in ſegetem ſuam mittere: vt illic quiuis videre poteſt, huc autem deducam verba Beroaldi in Seruiũ, quę huiuſmodi ſunt. Geographi omnes ſcribunt inſulas Æolias eſſe numero ſeptem, non nouem: quarũ noĩa hæc ſunt: Lipara, Hiera, Strógyle, Didyme, Eriphuſa, Phenicuſa, & nouiſſima Euonymos. Stra. in vi. Pli. in. iij. Solinus. Mella de Æolijs, quę alijs noĩbus, Vulcaniæ, Liparę, Epheſtiadę nuncupantur ſcribentes numero tantummodo ſeptem eſſe dixerunt qbus vtpote orbis ſitum deſcribentibus credere malim, q̃ Seruio grammatici partes vſurpãti. hęc Beroaldus. ℄ Ordo eſt. Dea. ſ. Iuno. volutans. i. agitãs, & verſans ſecum, talia. i. tales iniurias, & cõtumelias, corde flammato i. flammis flagrante. venit. i. pficiſcitur, in Æoliam, patria. i. quæ eſt patria, nymboꝝ. i. ventorum, cum nubibus ortorum, aut cõmixtorum: appoſitorie loca fœta. i. referta: aut fœcunda, auſtris i. qbuſuis ventis nymboſis, furentibus. i. indignãtibus, q̃ incluſi eſſent, aut furentibus dum erumpunt, fœcunda inquam vẽtis. i. materia ventoꝝ ſm phyſicam rationem: ſed ſm poeticã fictionẽ etiam ventis ipſis, qui finguntur in terris incluſi ab Æolo contineri. (Elegit tamen doctiſſimus poeta vocabulum naturę conueniens. Nam fœta dicuntur loca ventis, quę fœtus cõtinẽt ventorum, licet nõdum mereantur dici vẽti: ſicut mulier fœta, quæ embrionem concẽpit, licet necdum homo ſit.) Æolus rex, ſ. ventoꝝ: premit hic. i. in hac dicta regione, videlicet Æolia: antro vaſto. i. valde amplo: & capaci, ventos luctanteis. i. erumpere nitẽtes: & tempeſtates ſonoras. i. quę cum ſonitu emittunt: aut quę etiam illic ſonorę ſunt: Vnde dictum eſt in. iiij. Georg. Aquas eſſe ſub terris, lucosq́; ſonantes. Premit dico, iperio. i. maieſtate imperiali. (Creditur Æolus vẽtis imperare, q̃ quum ſyluam cędere, quę in promontorio erat, eos mari imiſiſſe viſus ſit, quos illinc renata ſylua rurſus excluſit, aut quia iſulas ventoſas, & vix aliud poſſideret, dictus eſt vẽtoꝝ rex in deriſionem, vnde Neptunus ſtatim dicet: Illa ſe iactet in aula Æolus, & clauſo ventorũ carcere regnet) & frenat vẽtos vinclis, & carcere: inde ergo fure re dicuntur vnde ſubdit: Illi. ſ. venti, indignantes. i. indigne ferẽtes. ſ. claudi: & vinciri fremũt circum clauſtra, cum magno murmure montis. i. quod naſcitur non à monte, ſed ex relatione, aut repercuſſione montis, aut à ventis in ipſo monte, ſub quo includuntur, Æolus. ſ. rex ſedet in celſa arce, tenens ſceptra. i. inſignia regalia & mollit. i. mitigat & mollificat animos. ſ. ventorũ, & tẽperat. i. moderatur iras) hoc ergo officium eſt boni regis duram gentem gubernantis) quippe. i. quia certe, ni. i. niſi ſup. Æolus faciat. ſ. quod dictum eſt. i. niſi tẽperet iras ventorum, ipſi rapidi, ferãt. i. propellant ſecum & verrant. i. trahãt per auras, maria, ac terras, & cœlum profundum. i. aerem, hoc eſt omnia elemẽta ad quæ peruenire poſſunt, nam ignem elementarem nõ attingunt. Sed pater omnipotẽs. i. Iupiter ſummus deus, qui ad cæteros dicit, Cœlicolę mea mẽbra dei, ipſe enim caput eſt, abdidit. i. occluſit. ſ. vẽtos, ſpeluncis atris. i. caliginoſis, metuens hoc. i. quod omnia ſecum traherent, ſi ad libitum emitterentur, & impoſuit inſuper molem, & altos montes. i. molem altorum mõtium. (Licet hoc poeticum ſit, certum eſt tamen patrem omnipotẽtem deũ ipſum verum, & maria, & ventos ſuis limitibus cõtinere: qui alter vniuerſam terram obruerent) & omnipotẽs pater Iupiter. ſ. dedit. ſ. ventis, regem, videlicet Aeolum qui ſciret. & i. ſimul premere. i. arctius cõſtringere ventos. ſ. fœdere. i. pacto certo, ideſt à deo conſtituto & ſciret dare iuſſus. i. quando à deo, aut Iunone hoc eſt à ſuperiore numine mãdatum haberet, habenas laxas. i. liberam eruptionẽ, metaphora ſumpta ab equis, quis laxis habenis excurrunt. Ad quẽ. ſ. regem, aut deum ventoꝝ. Iuno ſupplex i. ſupplici ſimilis, quũ nõ ipſam venire decebat, ſed quemuis ad Aeolũ mittere, aut fingens ſe ſupplicẽ, vt copioſius impetraret ſupplex, quã exegiſſet imperioſa, vſa eſt tum. ſ. vbi ad eum venerat, aut quum Aeolum in tali imperio videret. his vocibus, ideſt hac oratione ſequente.

☞ Æole (nãq; tibi diuũ pater, atq; hominũ rex IVNO
Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento.)
Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor,
Ilium in Italiam portans, victosq́; penates:
Incute vim ventis, ſubmerſasq́; obrue puppes,
Aut age diuerſas, & diſiice corpora ponto.
Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ,
Quarum, quæ forma pulcherrima, Deiopeiam
Connubio iungam ſtabili, propriamq́; dicabo.
Omneis vt tecum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.

SERVIVS.

℄ Aeole.) Rhetoricum eſt in omni petitione hoc obſeruare, vt poſſit præſtari quod petitur. i. vt ſit poſſibilitas, & ſit res iuſta quæ petitur: vt habeat modum petitio, vt ſequat remuneratio. Et ſciendum, ſecũdum hunc ordinem omnes petitiones formare Virgiliũ, vt in hoc loco poſſibilitas eſt, Et mulcere dedit fluctus, et tollere vento. Iuſta petitio eſt, Gẽs inimica mihi, Tyrrhenum nauigat æquor. Omne enim quod contra inimicos petimus, iuſtũ eſt. Modus eſt petitionis, Incute vim vẽtis, Et diſiice corpora ponto. Remuneratio, Sunt mihi bis ſeptẽ pſtanti. Aeole incute vim vẽtis. Ordo ipſe eſt, & eſt figura parẽtheſis. Inter parẽtheſim & eclypſim hoc intereſt, quod parẽtheſis eſt quoties remota de medio ſentẽtia itẽger pdurat ſermo. Plenum nanq; eſt, Aeole incute vim ventis. Item, Aeneas rapidum ad naues præmittit Achatem. Eclyſis autem eſt quotiens remotis iterpoſitis, deeſt aliqd. vt eſt, Quos ego. deeſt enim affligam. ☞ Diuum pater atq; hominum rex.) Periphraſis eſt, ideſt circumlocutio. ☞ Et mulcere dedit fluctus & tollere vento.) Aliud pendet ex alio: Nam qui poteſt mulcere, poteſt & tollere, ideſt erigere in tempeſtatem. ☞ Gens.) Sermo hic, & nationem ſignificat & familiam, ſed nunc ad vtrunq; poteſt referri, nam aut ad familiam Aeneæ, aut ad Troianam gentem

tem refertur. ¶ Tyrrhenum) Tyrrhenum mare dictum eſt, vel ꝙ Tuſciam alluit.i. Tyrrheniã: vel à Tyrrhenis nautis, qui ſe in hoc mare præcipitauerunt. Nanq; hoc habet fabula, Dormientem in litore Liberum patrem puerum nautas abſtuliſſe Tyrrhenos. qui quum eſſet experrectus in naui, quo duceretur interrogauit, reſponderunt illi, quo vellet. Liber ait, Ad Naxum inſulam ſibi ſacratam. Sed cum aliò vela deflecterent, iratum numen tigres ſibi ſacratas viſibus eorum obiecit, quo terrore ſe illi in fluctus dedere præcipites. ¶ Nauigat æquor.) Figura græca eſt. Nos enim dicimus, per æquor nauigat. Similiter etiam alio loco Terram, mare, ſydera iuro: cum latinitas exigat, vt addatur præpoſitio. Et nõ vacat, quod Tyrrhenum addidit, videtur enim dicere iam eis Italiam eſſe vicinam. ¶ Ilium in Italiam portans.) Ideſt res Ilienſes. Et inuidioſe dicit Ilium, quaſi ipſam cernat ciuitatem, quum Troianos aſpexerit. ¶ Victosq; penates.) Tacite occurrit queſtioni, Portat quidem & deos: ſed victos, & contemnendos. ¶ Incute vim ventis.) Duplex ſenſus eſt. Incute enim, inijce ſignificat. Ventis datiuus eſt caſus. Si autem Fac, ſeptimus caſus eſt: & erit ſenſus, fac vim Troianis per ventos. ¶ Submerſaſq; obrue puppes.) Ordo eſt in ſenſu confuſus: ante enim eſt vt obruantur fluctibus, & ſic ſubmergantur. Tota autem Iunonis petitio in ſequentibus explanatur. ¶ Corpora ponto.) Tam virorum quàm nauium: vt ipſe alio loco, quum de nauibus loqueretur, Et toto deſcendit corpore peſtis. Sciendum ſane eſt artem hanc eſſe petitionis, vt minora impetrare cupientes, maiora poſcamus: quod etiam nunc Iuno facit, ſcit nanque ſe fatis obſtare nõ poſſe, ſed hoc agit vt eos arceat ab Italia. ¶ Sunt mihi bis ſeptẽ.) Non ſine ratione Iuno nymphas dicitur ſua poteſtate retinere; ipſa eſt enim aer: de quo nubes creantur. vt eſt, Atque in nubem cogitur aer. Ex nubibus, aquæ: quas Nymphas eſſe dubium non eſt. Ideo autem Nympham Æolo pollicetur, quia ventorum rex eſt, qui aquæ motu creantur. Bene ergo ei iungitur origo vẽtorum. Sane notant Virgilium Critici qui merito promittit vxorem: quod excuſat regia licẽtia, vt Salluſtius, Denas alij, alij plures habent, ſed reges eo amplius. ¶ Preſtanti corpore nymphe.) Bene etiam iſtas laudat, vt maior ſit in Deiopeia pulchritudinis gloria. Laudabilius eſt enim ſuperare laudatos, vt ipſe ad maiorem Aenee gloriam laudat & Turnum. Harum autem quatuordecim nomina, vt quidam volunt, in Georgicis iuenimus. ¶ Cõnubio iungam.) Connubium eſt ius legitimi matrimonij. Et bene Connubio iungam, dicit, vt hanc ab alijs ſegregaret, que à regibus ſine lege habentur, ſolent enim reges inter plures vni præcipuum dare nomen vxoris. Et connubio, nu, breuem poſuit, quum naturaliter longa ſit. Nubo enim vnde habet originem, longa eſt. Sed eſt tropus Syſtole: qui fit quotienſcunq; lõga corripitur ſyllaba, propter metri neceſſitatem. Ipſe alio loco longã poſuit, vt eſt, Hectoris Andromache Pyrrhin connubia ſeruas? Item, Cuiq; loci leges dedimus, connubia noſtra Reppulit. Et, Per connubia noſtra. Et, Numadumq; petam connubia ſupplex. Sciendum tamen eſt quia plerunque in compoſitione vel deriuatione principalitatis natura corrumpitur. Connubio iungam ſtabili, propriamq; dicabo. Multa in vnum cõtulit verſum, quæ Iuno promittit. Dicendo enim Connubio, oſtendit legitimum. Dicendo. ¶ Stabili,) longam promittit concordiam, ideſt quæ diuortio careat. Dicendo. ¶ Propriam,) adulterij remouet ſuſpicionem. Quod autem adiecit. ¶ Dicabo,) obſequentem eam fore demonſtrat. In vſu enim eſt, vt dicamus ſacerdos dicatus eſt numini. hoc eſt ad obſequium datus eſt. ¶ Meritis.) Præſtitis. vt alibi, Nec te regina negabo Promeritã.i. ꝑſtitiſſe. Et alterũ pendet ex altero: meritũ enim nõ niſi ex preſtãtis deſcendit beneficio. ¶ Pulchra prole.) Notãda figura: frequenter enim hac vtitur, nã quod nos per genitiuum ſingularẽ dicimus, antiqui per ſeptimum dicebant, vt hoc loco, parentem pulchra prole.i. pulchre prolis. Et ſimpliciter intelligendum eſt: errant nanq; qui dicunt ideò pulchra dixiſſe, propter Canacem & Macareum in ſe iuicem turpiſſimos fratres, illi enim alterius Æoli filij fuerunt.

ASCENSIVS.

¶ Aeole (nãq; &c.) Plena artificij eſt hæc oratio: nihil.n. pretermittit Iuno, quod ad eam rem, quã exorare vult, facere poſſet. Quum enim poſſet imperare, rogat, & in beniuolentiæ ſignum proprio nomine compellat: nec ſe dominam Aeoli, ſed amicam gerit, captans per hoc beniuolentiam eius: quæ prima iis, qui aliquid impetrare volunt, captanda, cum opportunitate quam captaſſe innuitur in ſuperiori verſiculo, vbi dictum eſt, Ad quem tum Iuno, quaſi tunc quum optimum erat: deinde (vt Seruius docet) oſtẽdit quod petit, fieri poſſe, atq; in eius à quo petit, eſſe poteſtate, dicens. ¶ Tibi diuum pater, atq; hominum rex Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento.) Oſtendit iuſtum eſſe, quia contra gentem inimicam, contra quam iuſtam petat vltionem, oſtendit modum, quo fieri poſſet, dicens. ¶ Submerſaſq; obrue puppes &c.) Prætermittens quæ potiſſimum velit, & deſcendẽs ad ea, quæ prioribus negatis, velit: quaſi dicat, ſi ſubmergere nõ datur, ſaltem puppes age diuerſas, & diſiice corpora põto. Et poſtremo addit premium, ſeu remunerationem dicens. ¶ Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ. Quarum, que forma pulcherrima, Deiopeiam, &c.) Hæc autem in omnibus petitionibus, rite obſeruãda docet Seruius. Multa etiam arguta addit Donatus cuius verba ſunt: Aeole, omnia in hac oratione ſociata ſunt ſummo artificio. Incipit à nomine, quod nec Iunonem humilẽ facit & Aeolo gratum eſt. Oſtendit enim illi beniuolentiam, quũ norit nomen: & ipſe lætatur ſe potiori notum, perindeq; accæptum, atq; charum: ergo captat beniuolentiam Iuno, facit item attentum. Quum idem coniiciat Aeolus, officium Iunoni eſſe neceſſarium, quum ſubtiliter intellexiſſet, habere in ventos pleniſſimam poteſtatem. Diuum pater, ne arrogantem faceret Iunonem, ſi dixiſſet, maritus, & frater: vt ſupra: quum loquuta eſt ſecum: ergo hic ſatius fuit, id intelligi poſſe, q̃; dici: ne autem prolixior eſſet futura oratio, ipſa occulte ſibi proponit, quæ excuſationis cauſa potuiſſet Aeolus opponere, & illis reſpondet, ne vlterius accedi poſſit, & negaret Æolus, vẽtos eſſe in poteſtate ſua: preuenit oſtendens plenam illum à Ioue in eos habere poteſtatem. ¶ Gens.) Hic non nominauit Aeneam: ne reſponderet Aeolus, non audeo in nepotem Iouis à quo imperium ſumpſi. Speciale igitur ſubtraxit, generale poſuit. ¶ Inimica. (Non dicit ſe gẽti inimicam, ſed gentem ſibi, quaſi inferiores potiorem prouocent, que res ẽt Aeolo indignationem moueat, vt Iunoni auxiliaretur. ¶ Mihi.) Quaſi dicat, reginæ, & Iouis ſorori, & coniugi: quod, ne arrogans videretur, ſubtraxit. ¶ Tyrrhenum.) Quod & facilius cõcitatur, & Italie vicinius eſt. ¶ Ilium.) Quaſi dicat, omnes opes ſuas, ſi amiſiſſet, non eſſet facultas recuperandi. Ne autem excuſaret Aeolus, deorum cauſam addidit. ¶ Victoſq; penates.) Nam quamuis dij ſint, tamen quia victi, contẽnendi. ¶ Incute vim ventis.) Expreſſit pathos, propter quod non, explicat rem ordine. Dixit ergo, quæ cupiebat: ſed propter perturbationẽ ſine ordine, qui erat: Incute.u.u.ſub.q;.o.p. Et diſiice corpora ponto, quod neceſſe erat fieri, nauibus ſubmerſis. Deinde ponere aut age diuerſas, vt ſi nõ poſſet prouenire primum, proueniat ſecundum: qm̃ ſparſi nequicquam audere nec ad Italiam peruenire poterãt. ¶ Sunt mihi.) Addit munus, vt explicetur ardor cupiditatis eius. Et ex obliquo pulſat Veneris munus in Paridem que dedit mulierem, quæ non erat in poteſtate ſua: vnde contra Iuno hic dicit: Sunt mihi nec Helena eſſe ꝓpria vxor, nec inde creari legitima poteſt ſoboles, ergo acute dixit: Sunt mihi. Et connubio iungam ſta.pro.q;.d.O.ut.t.m.p.t.a.Ex.&.p.f.t.pro.p. Quarum rerum nulla fuit in Helena: nõ enim erat Veneris: ergo non potuit dare ſtabilem, nec legitime collocare. ¶ Faciat te ꝓle.p.) Nam ex legitimo: & ſtabili connubio hæc proles erat ſperanda. Extollit etiam munus primum à numero bis ſeptẽ, deinde à qualitate. ¶ Præſtanti corpore.) Omnes pulchræ ſunt: quod difficile eſt, ipſa autem oĩum pulcherrima: in Paride autem non erant talia, quia ex adulterio nõ poteſt dici pater, nec legitima eſt proles: ergo nõ pulchra. Nã pulchritudinem hanc nõ in corpore ponit, ſed in honeſtate nataliũ, ſic alibi: Naſcetur pulchra Troianus origine Cæſar. Oſtendit autem poeta, debere nos dare ea, quæ magna ſunt apud nos, vt voto potiamur. Hæc ille. ¶ Ordo eſt. Aeole, gens inimica mihi nauigat, æquor Tyrrhenum.i. mare ſupeꝝ. denominatũ à Tyrrheno Lydorum, qui in Etruriam venerũt, & illic ſedes poſuerunt, duce. portans Ilium.i. nouam Troiam, aut gentem ſuperbã, & luxurioſam, quales erãt Ilienſes: aut Ilium, q; pro.i. penates victos. Vnde Hector.ij. huius: Sacra, ſuoſq; tibi cõmendat Troia penates, Hos cape fatorum comites. Bene autẽ addit victos, ne durum videatur Aeolo contra penates deos tẽpeſtatem excitare. Incute igitur vẽtis.ſ. tuis, qui ſub imperio tuo ſunt: vim.i. imperium, aut vires, vt iis freti violentius exeant: nã vis ſubditorum fere in principe eſt, incute inquam, nãq; pater diuum.i. diuorum Iupiter: & rex.i. dominus, & rector hominum. (Apte Iouem deorum patrem, & hoĩum regem, dicit) dedit tibi i. fecit tibi poteſtatem, aut cõceſſit tibi: &.i. ſimul: mulcere.i. ſedare, fluctus.ſ. turbatos, & cõmotos, & tollere.i. excitare, & cõmouere prius tranqllos: vẽto.i. ĩpetu vẽtoꝝ: ergo incute nanq; potes, & iuſtum eſt, quia gens inimica, & obrue.i. obuolue aquis, & arenis, & ſepeli: puppes ſubmerſas.i. prius ĩmerſas aqs: aut (ſi id

non

non datur ꝓpter fata,quod tñ prudēter tacet:quia orator nō debet dicere ea,quę ſibi obeſſe poſſent.)age.i.ipelle puppes diuerſas.i.in diuerſas partes,ne videlicet collecta manu. Italiam inuadant:quia ſperauit Iuno ſi pauci Italiam inuaſiſſent, expulſum iri,& diſiice.i.in diuerſa iace:& impelle corpora.ſ.tam nauium, q̄ꝫ hominum(& ignominioſe corpora,quaſi mera corpora,quū in nauibus nihil,pręter ſimulachra,ſit diuinitatis,nec in hoībus boni animi.)ponto.i.per pontum,qui in tua ditione quodāmodo eſt.Et ſi hoc feceris,bis ſeptē.i.quatuordecim nymphæ( quas quidam ad finem quarti Georg.noīatas volunt.)pręſtāti corpore.i.habentes corpus præſtās:(hoc dicit,quia nouit iudiciū Paridis Veneri fauiſſe,ꝓpter præſtantiā puellæ à Venere promiſſę.) ſunt mihi.i.ego habeo eas,quarum vnam,ſup.ſ.Deiopeiam,quæ pulcherrima,ſupp.eſt forma.i.formoſitate,aut forma corporis. (Eſt autē pulcherrima,nominatiui caſus,& forma,ablatiui) iungam.i.coniungam tibi ſtabili.i.firmo,& indiſſolubili connubio, nō ad tēpus,quale fuit Paridis cum Helena:& dicabo.i.ſacrabo tibi propriam:quum Helena Menelai fuerit,& etiam Deiphobo Paridis,ſeu Alexandri fratri,nupſerit:vt ipſa exigat.i.extra agat, hoc eſt cōplete,& ad extremum vſqꝫ vitæ agat tecum, omnes annos.ſ.vitæ,pro talibus meritis,quæ.ſ.de me merueris:&,vt faciat te parētē pulchra prole,quod dulciſſimū eſt in matrimonio bonū. Sane:quia Iuno eſt aer in quo nubes generanť,& nymphę ſunt quaſi nymbi,aut nubes in flumina,ant maria reſolutę:ideo phyſice,Iuno,nympharum domina,fingitur.

PIERIVS.

Incute vim vētis,ſummerſasq́ꝫ ob.pup.) Sunt qui,ſubuerſas, legendum autument,nec ordo in ſenſu ſit confuſus, obrui enim prius accidit q̄ꝫ imergi.Mihi tñ diſplicere non pōt,quod in antiquis oībus exēplaribus quæ verſauimus,legitur,tum,ſummerſas,tū ſubmerſas,quod etiā ſi nō accipiamus pro ſubmergendas, vt grāmatici nōnulli interpretantur,certe poetarū mos eſt, hæc de induſtria ſæpe cōfundere. Aut age diuerſas,& diſiice corpora ponto.) In antiquis oībus exēplaribus de meliore nota,diuerſos,legitur,virili genere,vt de Troianis intelligatur. Quā lectionē aperte Donatus etiā agnoſcit,vbi ſup ordine hoc,plurima diſpūtat,quæ in vulgatis codicibus non habenť. Ideo Nero ait cupere Iunonē,Troianos diuerſos agi,quoniam ſparſi nihil audere poſterius poterūt,nec ad Italiam ꝑuenire,& inferius, Aut age diuerſos,impleri non poſſet niſi venti (vt ſupra dictum eſt.) ipugnātes ſeſe,diſcretos Troianos per diuerſa diſtraherent. Quaꝝ, quæ forma pulcherrima,Deiopeiā.) In Ro.codice,in Oblongo, in Mediceo,& aliquot aliis antiquis,Deiopeia, nominandi caſu ſcriptum eſt,pulcherrima eloquutionis figura. Nam alibi etiam Virgilius vtitur antiptoſi.

Æolus hęc contra.tuus o regina qd optes — POETA
Explorare labor,mihi iuſſa capeſſere fas eſt. — ÆOLVS
Tu mihi quodcunq;(hoc regni)tu ſceptra, Iouemq́;
Concilias,tu das epulis accumbere diuum,
Nymborumq́; facis,tempeſtatumq́; potentem.
Hæc vbi dicta,cauū cōuerſa cuſpide montē — POETA
Impulit in latus:ac venti velut agmine facto,
Qua data porta,ruunt,& terras turbine perflant.
Incubuere mari,totumq́; à ſedibus imis
Vnà Eurusq́;,Notusq́; ruunt,creberq́; procellis
Aphricus,& vaſtos voluunt ad littora fluctus,
Inſequitur clamorq́; virum,ſtridorq́; rudentum.
Eripiunt ſubito nubes,celumq́;,diemq́;
Teucrorum ex oculis:ponto nox incubat atra.
Intonuere poli,& crebris micat ignibus æther,
Præſentemq́; viris intentant omnia mortem.

SER VIVS.

Æolus hæc.) Subaudi dixit,quod ex poſterioribus intelligiť, vt ſupra notauimus. Regina.) Inferioris perſonæ reuerentia eſt,maiorem meritis appellare,non nomine. Cōtrà,maioris eſt minorem nomine tm̄ vocare.qui ordo non niſi per indignationē corrumpitur:vt in duodecimo, Sages in extremis rebus,Turnū,non regem vocat:vt, Ruitq́ꝫ implorans nomine Turnum.Et alibi de Ariſtęo,Et te crudelem nomine dicit. Explorare.) Deliberare.Superius nanqꝫ multa popoſcerat Iuno:hoc ergo dicit, Tuum eſt deliberare quid velis. Mihi iuſſa capeſſere fas eſt.)figura eſt liptotes, quæ fit quotienſcūqꝫ minus dicimus, & plus ſignificamus per cōtrariū intelligentes,vt hoc loco,nō ait,licet mihi implere quæ ꝑcipis:ſed,nefas eſt non iplere quæ iuſſeris. Item, Munera nec ſperno.i.libenter accipio. Tu mihi quodcūqꝫ hoc regni.) Rediit ad phyſicam rōnem,nā motus aeris.i.Iunonis.ventos creat, qbus Æolus pręeſt.Dicendo autem quodcunqꝫ,aut verecunde ait,ne videatur arrogans:aut latēter penè iocatur poeta,quis enim poteſt ventos.i.rem inanem tenere? Iouemq́ꝫ concilians.) Hyſteron proteron in ſenſu eſt.non enim Iupiter cōciliatur Æolo:ſed Æolus Ioui,quaſi ſuperiori conciliatur. Conciliantur autem noui,reconciliantur antiqui. Tu das epulis accumbere diuum.) Hoc eſt,tu me deum facis,duplici enim ratione diuinos honores meremur,dearum coniugio,& deorum cōuiuio,vnde & in Bucolicis legimus, Nec deus hunc menſa,dea nec dignata cubili eſt. Hæc vbi dicta.)Et à Iunone & ab Æolo. Cauum.) Ordo eſt,Conuerſa cuſpide cauum montem in latus impulit.Et alibi, Iu latus inq́ꝫ feri curuam cōpagibus aluum Contorſit, quaſi in rē q̄ facile cedit ictui. Agmine.) Vel ipetu,vel multitudine. Agmen enim ſermo polyſemus eſt,nā impetum ſignificat. vt, Illi agmine facto Laocoonta petunt. Multitudinē.vt, Vocat agmina ſæua ſoroꝝ.Etiam exercitum incedentē,agmen vocamus. Porta.)Omnis exitus porta dicitur,quaſi qua poteſt vel importari vel exportari aliquid. Turbine.) Vi ventorum.Et ſciendū eſt,ꝙ quando appellatiuum eſt,facit turbinis:ſed ſi ſit nomē ꝓprium, turbonis facit:vt Hora.Turbonis in armis. Eurusq́ꝫ notusq́ꝫ.) Cardinales quatuor venti ſunt,de quibus nunc tres ponit:paulo poſt vnum,quem omiſerat,reddidit, Stridens aquilone procella.) Procellis.) Procella eſt vis ventorum cum pluuia.dicta ꝓcella ab eo ꝙ omnia percellat. Inſeqtur clamorq́ꝫ virum.) Quia pręceſſerat ventorum ſonus,quem & ipſum clamorem poſſumus dicere. Stridorq́ꝫ rudentem.) Proprie, Nā in funibus ſtri dor

dor eſt. Teucrorum ex oculis.Nū q̄ꝫ enim totum cœlum nubibus tegitur, ſed illa pars contra quam flauerint venti. Quod autem dixit diem eripi, ad videntium oculos retulit, non ad naturam. Nox incubat.) Nox dicta quia oculis noceat. Incubat) autem ideo dixit ꝙ alienū tēpus iuaſit.Nam icubare proprie diciť per vim rem alienam tenere. Poli.) Axes,ideſt extremę partes cœli. Æther.) Ætherem hoc loco ꝓ aere poſuit, nubes enim vnde & fulmina,aeris ſunt,nō ætheris,& frequēter Virgilius duo iſta cōfundit. Intentāt.) Minātur. Omnia) autem ad ſuperiora retulit.

ASCENSIVS.

Æolus hæc contra.) Ponit reſponſionem Æoli,quā Donatus argutiſſime declarat:dicens:quomodo contra dicta Iunonis reſponderit:nam mutuis beneficiis certant:quum enim Iuno dixerit,Æolum tenere regnum vētorum,& accępiſſe ab Ioue,fatetur ſe id Æolus ab Iunone obtinuiſſe, & quum illa premium,pro meritis ꝓmitteret:hic ſe obnoxium fatetur, vt cui nihil premii debeatur,quum debitum,duntaxat perſoluat,habent autē ambo rationem loci,& temporis,nā quum modicum maris eſſet transfretandum,ne longa oratione opportunitatem nocendi perderet,breuiter propoſuit Iuno,ſed breuius reſpondet Aeolus.Sed hæc omnia à Donato cōpletius audies:cuius verba ſunt. Æolus hæc cōtra.) Non contra voluutatem Iunonis,ſed cōtra verba:nō enim ad premia reſpondet,ne videatur moueri libidine,vt Paris.Reddit beniuolam,quum dicit diſcernendo officia: Tuū eſt iùbere:meum complere iuſſa,fas eſt:licebit facere, etiam ſi illicita iuſſeris.Reſpondet contra,veluti ſi dicat:etiam ſi victi non ſint penates,licebit facere.Nam cum qui poteſtatem habet,iubet,illicita fiunt licita inferiori.Vel dixit contra:quia Iuno dixit,illum habere iperium à Ioue,hic reſpondet habere ab ipſa Iunone:& vt videatur memor beneficiorū addit. Tu ſcęptra, Iouemq́ꝫ. Tu mihi quodcunqꝫ.) Vult eſſe Iunonis:quæ Iuno illum à Ioue accępiſſe memorauit. Das epu.) Superius beneficium humanitatis accumulatur,ſi conuiuium cum potiore miſceatur.Tertio ſi cum potioribus plurimis:quarto ſi inferior perſona non ſedeat,vt fieri ſolet, ſed accumbat: poſuit in fine hoc, quod deis deſideratiſſimum eſt.Perſonarū igitur in vtraqꝫ oratione,rationem habuit,ſcilicet Iunonis,Aeoli,Troianorum, Penatium,victorum,Veneris,Helenæ,Paridis,& Deiopeię. Item loci,propter mobilitatem Tyrrheni maris,& proximitatem Italiæ.Item temporis,nam & Iuno breuiter orauit,& Aeolus breuius reſpondit,ne longitudine tempus nocendi ſubtraheretur:

hæc vbi, poſt vtriuſq; orationem, cœpit Aeolus iuſſa complere. Emiſit plurimos, ac contrarios ventos, vt confligentibus inter ſe fluctibus regendis nauibus conſilium non ſuppeteret: & deficiente induſtria, facilius mergerentur: & merſis nauibus, corpora diſſicerentur: & vt complerentur iuſſa Iunonis, acceſſit ad violentiam maris, aliorum quoq; elementorum perturbatio: nam nox eripuit cœlum, ac lucem: vt eſſet eadem facies maris, & terrę: ne contra mala conſilium ſuſcipi poſſet, néue ſcirent gubernatores, in quam partem mitterentur. Mittebantur tonitrua, & fulgura, vt multiplici metu Troiani deſperantes, nihil aliud q̄ mortem

Ordo. expectarent. ¶Ordo eſt. Aeolus, ſupple reſpondit, contra hęc, ſcilicet prius dicta à Iunone: aut Aeolus reſpondit hęc cōtra, ideſt econtrario, vel ex aduerſo: regina) bene ſecundum Seruium dicit: non o Iuno, ſed o regina: quia minores compellant maiores ſuos nomine dignitatis, & maiores inferiorem nomine proprio. Vnde prius Iuno, Aeole, nanq;, &c. Quando autem contra fit, indignationis ſignum eſt. vnde Ariſtæus in. iiij. Gorg. Cyrene mater, Cyrene: quia matri ſuccenſus proprium nomen expreſſe tulit & matris ſuppreſſit, quod patet, quia Arethuſa paulo poſt dicit ad eam: & te crudelē nomine dicit.) tuus labor, ideſt tuæ partes, tuum officium, ſup. eſt: explorare, ideſt indagare, & inquirere: quid optes, ideſt optare, & iubere debeas: & fas eſt mhi (ímo nefas eſt) nō capeſſere, ideſt ſuſcipere, & captum ire: iuſſa ſcilicet tua. Nam tu mihi, ſup. das, & confers, aut concilias hoc: quodcūque, ideſt quidquid: regni, ſupple eſt: tu, ſupple confers: ſceptra, ideſt inſignia regalia: q; pro &: tu concilias, ideſt confœderas mihi Iouem, pro eo quod eſt me Ioui: nam minores cōciliātur maioribus: tu das accumbere (quod plus eſt q̄ aſſidere, aut aſtare: nam accumbunt principes menſarum.) epulis diuum, ideſt diuorum: & facis me potentem, ideſt compotem: nymborum. i. nubium ventis immiſtarum, & tempeſtatum: quas. ſ. excitat, aut ſedat Aeolus, potens, hic in nomen migrat, & ita genitiuum regit. Vbi, ideſt vt primum hæc, ſcilicet pauca verba: dicta, ſupple fuerunt: ipſe Aeolus impulit in latus mōtem cauum. ſ. ab ore antri, & diſiecit

& diſiecit in latus alterum montem cauum: quia dictum eſt: Mòlemq; & montes inſuper altos Impoſuit, aut impulit. i. impellendo infregit latus, & aperuit montem cauum: in cuius. ſ. cauernis erant venti: ac venti ruunt. ideſt erumpunt, ſupple ea qua porta, ſupple eſt data, ideſt exitus eſt datus hoc eſt, quacunq; permittebantur exilire (qua eſt ablatiui caſus, poniturq; pro aduerbio per locum: data porta, nominatiui caſus: recti à verbo eſt ſubintellecto.) & perflant terras, turbine, ideſt gyro, ex diuerſis ventis orto, & omnia conturbante: incubuere mari, ſcilicet venti, ideſt alienum elementum occupauere. Vnde incubatores dicuntur Tyranni. & Eurus, & Notus, & Aphricus, ſcilicet ventus, creber procellis, ideſt crebras procellas excitare ſolitus, ruūt, ideſt euertunt: vnà, ideſt ſimul, & quaſi dicas, vna vice, aut vna manu, totum, ſcilicet mare, & voluunt ad littora fluctus: vaſtos, ideſt valde magnos. Et clamor virum, ideſt virorum: & ſtridor, ideſt ſtrepitus: aut fragor rudentum, ideſt chordarum, aut funium, quibus vela ad malos ligabantur: inſequitur, ſcilicet impetum ventorum: mire inſequitur dicit: nam nō præcedit ſtridor rudētum, nec multo poſt ſequitur, ſed quaſi in ipſo impetu ventorum. Nubes eripiunt ſubito ex oculis Teucrorum. i. Troianorum, à Teucro oriundorum, & cœlum, & diem, ideſt claritatem diurnam: nox atra, ideſt caligo, qualis noctu eſſe ſolet: incubat ponto, ideſt occupat mare: poli. i. cardines cœlorum: intonuere, ideſt multū tonuere: æther. i. aer ſuperior: micat, ideſt reſplendet, & coruſcat, aut nunc videtur, nunc abſconditur, ſicut digiti micantium: crebris ignibus. i. fulgoribus, & coruſcationibus: & omnia. ſ. elementa, ignis, aer, & aqua, quum terra deſit aut omnia quæ fiunt, intētant. i. minantur: aut pretendunt, viris. ſ. Troianis, mortem præſentem. i. inſtantem, & vrgentem.

PIERIVS.

¶Tuus o regina quid optes.) Et ſi placet quid, indefinitum. In pleriſq; tamē codicibus vetuſtis quod, habetur: Idq; alicubi per, t, finale, non vt numerum ſignificet, ſed quia t, & d, indifferēter poni tam in tabulis Æneis, q̄ in marmorum monumentis, apud veteres obſeruatum.

Extemplo Æneæ ſoluuntur frigore membra,
Ingemit, & duplices tendens ad ſydera palmas,
Talia voce refert. ¶o terq;, quaterq; beati, ÆNEAS
Queis ante ora patrum Troię ſub mœnibus altis
Contigit oppeterę, ò Danaum fortiſſime gentis
Tydide, me ne Iliacis occumbere campis:
Non potuiſſe? tuaq; animam hanc effundere dextra?
Sæuus vbi Æacidæ telo iacet Hector, vbi ingens
Sarpedon, vbi tot Simois correpta ſub vndis
Scuta virum, galeaſq;, & fortia corpora voluit.

SERVIVS.

¶Extemplo.) Ilico. Et eſt augurū ſermo. Templum enim dicit̃ locus manu deſignatus in aere, poſt quem factum ilico captant̃ auguria. ¶Æneæ.) Seruauit dignitatem τὸ πρέπον, vt Æneā vltimū territū dicat. ¶Frigore.) Timore. Et ē reciproca trāſlatio. Nam & timor ꝓ frigore, & frigus pro timore ponitur. vt in Terentio, Vxorē tuā prauitate aiunt non timere, ſed laborare frigorib⁹. vtrūq; enim in vnum exitum cadit, ſicut & de calore & frigore vrere dicimus, vt ē, Aut Boreę penetrabile frigus adurat. ¶Ingemit.) Non propter mortem, ſequitur enim, O terq; quaterq; beati, ſed propter mortis genus, graue eſt enim ſecundum Homerum, perire naufragio, quia anima ignea eſt: & extingui videtur in mari, ideſt elemento contrario, vt igneus eſt ollis vigor. ¶Duplices.) Duas, ſecundum morem antiquū, nam duplices duas dicebant, vt hoc loco. & binos, duos: & vtroſq; pro vtrunq;, vt Cicero, Binos habebā, iubeo ꝓmi vtroſq;. Item Salluſtius cū de duobus loqueretur, Hi vtriq; ad vrbē iperatores erant. ¶O terq; quaterq;.) i. ſæpius. Finitus numerus pro infinito. ¶Quis.) Quis & quibus vnū ſignificat: ſecundum artem enim dicimus. Ab eo enim quod eſt à qui: in bus mittit: ab eò quod eſt à quo, in is mittit, ſed à tertia declinatione in vſu ſunt datiuus & ablariuum pluralis: licet antiqui omnibus vſi ſunt caſibus. Deniq; Cato in originibus ait, Si ques ſunt populi. Et declinauit ques quium: ſicut puppes puppium. ¶Mœnibus altis.) Propter pergama, quæ altiſſima fuerūt: ex quibus omnia alta ædificia, pergama vocantur, ſicut Æſchylus dicit. ¶Oppetere.) Ore terrā petere, ideſt mori. Poſſumus autem ſic vti hoc ſermone, & vt per ſe plenus ſit, & recipiat adiectionem. Ergo dicimus & oppetit, & mortem oppetit: ſicut & expirat, & animam expirat. ¶Fortiſſime gentis.) Atqui in artibus legimus ſuperlatiuum gradum non niſi genitiuo plurali iungi. conſtat quidem: ſed gens nomen eſt enunciatione ſingulare, intellectu plurale. Bene ergo iunxit: in gēte enim plures ſunt, vt alibi, Ipſe ditiſſimus agri Phœnicum, non enim vnius eſt ager Phœnicum. Item Salluſtius,

luſtius, Romani generis diſertiſſimus. Sane quærit̃ cur Diomedem fortiſſimum dixerit, cum poſt Achillem & Aiacem ipſe ſit tertius, vnde etiam Salluſtius ait primum Græcorū. Achillem multi dicūt ideo fortiſſimum, quia iuxta Homerum & Venerem vulnerauit & Martem. Alii ad gentem referunt, quòd Achilles Theſſalus fuit, Aiax Græcus, Diomedes Danaus. Multi ad excuſationē Æneæ volūt fortiſſimū dictū: à quo eū cōſtat eſſe ꝑcuſſum. ¶Tydide.) Vocatiuus gręcus eſt, ſi. n. latine diceret, ò Tydida debuit ponere. Oīa. n. patronymica quę in des exeūt apud Latinos primę ſunt declinatiōis, vt Sęuus vbi Aeacide telo iacet Hector. ¶Animā hanc.) Quaſi cū dolore hanc aīam dixit, ac ſi diceret, q̄ ad laborē nata eſt. ¶Effundere.) Secundū eos qui dicūt ſanguinē eſſe animā, vt ipſe alibi, Purpurea vomit ille aīam. Nā alio loco alioꝝ opinionem ſeqtur, qui dicunt ſpūm eſſe animam. vnde eſt, Atque in ventos vita receſſit. ¶Sæuus.) Magnus, vt ſuperius dictū eſt. Et bene elegit cum quibus periiſſe debuerit. Ipſe enim & fortis eſt & numinū proles. Recte ergo his iungitur, in quibus talia fuerunt. ¶Sarpedon.) Et in vltima poſſumus accētum ponere, & in penultima, nam Homerus & Sarpedonis declinauit: & Sarpedontis, vnde & varius accentus eſt. Sarpedonis autem antepenultima habet accentū: Sarpedōntis penultima, ſed Sarpedontis vſurpauit, naturalis enim declinatio eſt Sarpedon Sarpedonis, vt Memnon Memnonis, Sinon Sinonis. Si autem genitiuum in dontis miſerit, à circunflexo venit: qui eſt in vltima ſyllaba nominatiui, vt Demophῶn Demophῶntis, Lycaῶn Licaῶntis: ſic ergo & Sarpedῶntis. Eſt aūt Sarpedon filius Iouis & Laodamiæ, occiſus à Patroclo. ¶Simóis.) Hoc nomen integrum ad nos tranſiit, vnde ſuo eſt accentu proferendū. Nam ſi eſſet latinum, antepenultima haberet accentū, quia ſecunda à fine breuis eſt. ¶Sub vndis.) Et ſub vndis legimus, & ſub vndas. Sed ſi ſub vndas. ¶Correpta) intellige: ſi ſub vndis. ¶Voluit.) Varia ergo diſtinctio eſt. ¶Fortia corpora.) Hoc eſt virorum fortium corpora, nulla enim eſt in mortuis fortitudo.

¶Extemplo

ASCENSIVS.

❡Extemplo Æneæ ſoluuntur frigore membra,&c.) Mirãdam
oſtendit vim tempeſtatis,quæ etiam Æneam mœtu cõcuſſit:ſed
ſm Ser.ſeruat τὸ πρέπον.i.ipſum decorum:nam eum vltimum
territum ponit:quia de cæteris dictum eſt: Inſequitur clamorq;
virum,&c.Verum Donatus interpretatur frigore,non timore,
ſed naturali frigore:verba eius ſunt.☞Extẽplo Æneæ.) Exprimit
quale & animi:& corporis ſentit pathos.☞Frigore.)non ꝓ timo
re poſuit:nam derogaretur eius virtuti:ergo frigus dixit proprie
quod oriebatur,nõ ex caſu euidẽtiſſimę mortis,ſed ex tot aduer
ſis,quæ corporis calorem extinxerunt,quia cruciabatur animus
Viri fortis,qui maluiſſet glorioſius in campo occũbere q̃ ignoꝛ
biliter in fluctibus interire.☞O terq;,quaterq;.)ideſt multifariã.
☞Queis ante ora.)De Polyte ex his,quæ in.ij.dicuntur,intelliꝛ
gemus:qui cæde Pyrrhi in conſpectu patris occubuit.☞Altis.)
Quaſi dicat integra adhuc ciuitate:ipſe enim Aeneas nõ Troiam
altam,ſed campos:vbi Troia fuit,reliquit,& in fluctibus pericli
taturus eſt.☞O Danaum,fortiſſime gentis.) Ex illo ad aliud raꝛ
ptus eſt,exiſtimans ſe infelicem,qui & hunc exitum vitæ ſortiaꝛ
tur,& ignobili morte periturus.☞Me ne Iliacis,ex his ſe infelicẽ
exiſtimans,qui hunc exitum vitæ non habuerit,ſed vir fortis in
pelago eſſet moriturus.Non potuit autem explere rationem,inꝛ
teruenienti fluctu.Eſſet autem vitium poetæ:ſi finitis querelis,
fluctus interueniſſet.Semper ergo imperfectas reliquit querelas:
vt:Hæc dum Dardanio Æneæ miranda videntur.Et alibi:Talia
fundebat lachrymans.Beroaldus autem dicit vtrunq;:nam Doꝛ
na.id etiam dicit ſic:Eruditis auribus non ſatisfacit Seruii interꝛ
pretatio,perinde ac vulgaris,& frigidiuſcula.Elegãtius,& erudi
tius Virgilianum carmen interpretatus eſt Macro.qui in primo
in ſomnium Scipionis,quũ ſeptenarium numerum eſſe perfectiſ
ſimum docuiſſet,deq; eius vi,ac poteſtate,multa diſſeruiſſet,ita
ſubiunxit:vnde Virg.nullius diſciplinæ expers,& per oĩa beatos
exprimere volens,ait:O terq;,quaterq; beati.Hactenus Macro.
cuius ſententiæ adſtipulatur Tibullus illo verſu:O mihi felicem,
terq;,quaterq; diem:qui quidem verſiculus,nõ ſecus à Tibullo
Terq; pronunciatus eſt:q̃ à Virg.ò terq;,quaterq; beati:quod æmulaꝛ
qterq; tus eſt(vt opinor) Silius ſic ſcribens:Felix ò terq;,quaterq; fraꝛ
ter.Non me prçterit Strab.enarrantem illud Home.quum terq;
die reuomit ſcribere,ꝙ talis ſuperlatio ab oĩbus vſurpatur:vnde
Home.ait:Ter beati Danai,ter exorabiles,& terq;,quaterq; bea
Ordo. ti.Hæc ille.❡Ordo eſt.Membra Æneæ,vt genitiui caſus,poteſt
tamen & datiui caſus eſſe,vt ſi dicatur:Membra ſoluunt̃ Æneę,
ſed ſm Donati mentem,melius dicetur genitiui caſus:vt non ab
Ænea,ne in Æneæ vituperiũ,ſed à natura ſolui intelligit̃:ſoluũꝛ
tur extemplo.i.illico,& ſubito propter periculũ:vt Ser. vult.Fri
gore.i.horrore ꝓpter metum:nam qa metu prçcordia laborãt,
eoq; totus ſanguis ſuccurrit:frigent naturaliter timentes,nec eſt
contra decorũ Aeneæ,ꝙ timẽs ĩducatur,quia etiã Iuno timuiſꝛ
ſe legitur,nec timuit Aeneas mortẽ,ſed genus mortis tam ignoꝛ
bile:nihil autem timere:nõ fortis,ſed temerarij eſſet:potuit ergo
timere Aeneas,qui etiam gubernandę nauis peritus ꝑicula intel
lexit:vnde ſibi mortem ignobilẽ inſtare veritus,beatos dicit,qui
glorioſe apud Troiã occiderint.Qui tamen cum Donato,frigus
Æneę fuiſſe dicet,quia in aquis verſanti,& inter nubes ac ĩbres
nihil à me quidem damnabit̃:quia tamen addidit extẽplo,quod
potius ad timorẽ,q̃ ad frigus naturale:pertinet: cõcederem Ser
uio,ſoluuntur ergo frigore.i.horrore,qui & à frigore,& à timoꝛ
re naſcitur.Ingemit.i.in animo gemit,non propter mortem,ſed
mortis genus,& tẽdẽs ad ſydera palmas dupliceis.i.cõplicatas,
& compreſſas:refert voce.i.eloqtur:(nam animo prius voluiſſe
ſignificat verbũ ĩgemit.)talia.ſ.qualia ſequunt̃.O terq;,quaterq;
i.perfecte,& cõſumate,quia perfectio ſeptenario numero ſignifi
catur beati queis.i.quibus:contigit.i.cum difficultate à diis conꝛ
ceſſum eſt(ſicut de Polyte in.ij.dicet̃,ſm Donatũ,qui mortuus
eſt ante ora parentum,ſed intra mœnia,nõ ſub mœnibus.)oppe
tere.ſ.terram mordicus:nam ne cadentes vocem viro indignam
emitterent,oppetierunt ore terram,eamq; momorderunt:vnde
eſt & humũ ſemel ore momordit,hoc eſt oppetendo terrã occiꝛ
dere,& necari ante ora parentum,quaſi dulce ſit filiis pro patria
& parentibus,ante eorum cõſpectum,mori.Vnde Hora.Dulce,
& decorum eſt,pro patria mori:idq; lacçnæ mulieres plurimæ
oſtenderunt:ſub mœnibus Troiæ:altis.i.adhuc ſtantibus,& ab
occidentibus defenſus.O Tydide,pro Tytide.i.o Diomedes,vel
Diomede:fortiſſime gentis,Danaum,pro Danaorum.i.græcoꝝ,
(habuerat.n.cũ Ænea congreſſum Diomedes.Vnde dicturus eſt
de Aenea.li.xj.Stetimus tela aſpera cõtra,Cõtulimusq; manus,
experto credite,quantus In clypeum aſſurgat,quo turbine torꝛ
queat haſtam.Si duo præterea tales Idęa tuliſſet Terra viros,vl
tro Inachias veniſſet ad vrbes Dardanus &c.Laudãt ergo ſe mu
tuo,vt vtriq; glorioſum ſit,neutrum ſuccubuiſſe)me ne.i.ita ne
diis,viſum eſt?aut ita ne decuit,me nõ potuiſſe occumbere.i.obi
re mortem?occumbendo,ſup.in cãpis Iliacis.i.Troianis,& me
nõ potuiſſe effundere tua.q.d.viri fortiſſimi dextra:hanc.i.meã
animam.i.ſanguinem meum:qui ſedes animę.i.vitę,eſt.)Glorio
ſum videtur à viro forti occidi.Vnde in.xj.quaſi inuideat tã igno
bili,tam nobilem mortem,dicit dea ad Aruntẽ:Tu ne etiam teꝛ
lis moriere Dianę?)campis dico Iliacis:vbi.i.in quibus,Hector
ſęuus.i.terribilis,aut magnanimus dũ viueret:niſi hyꝑbolicos
dixerit etiam mortuũ terribilem aſpectu fuiſſe:iacet.ſ.ꝓſtratus
telo.i.haſta,quia eminus adortus eſt eum:Æacide.i.Achillis,neꝛ
potis Aeaci:vbi.ſ.iacet:ingẽs.i.valde magnus:Sarpedon,vir ille
Troianus,cęſus à Patroclo ſocio Achillis:& vbi.i.ſub qbus mœꝛ
nibus:Symois fluuius ille Troianus:(declinatur autem huius Si
moentis,huic Simoenti:& hunc Simoenta)voluit ſub vndis tot
ſcuta virum,pro virorum.ſ.fortium:correpta.i.ſimul rapta cum
corporibus,quia non ꝓiecerunt ſcuta:vnde addit,& galeas.i.inꝛ
tegmenta capitum:caſſides.ſ.& fortia,corpora.i.fortium viroꝝ,
qui occiſi cum armis ab hoſtibus in Simoenta:vt à ſuis viderenꝛ
tur:proiecti erãt:& ita neq; arma neq; locũ deſeruerãt.ſed oppe
tierant pro patria:quoꝝ ſimilem ſe optat Aeneas,vir qdem(vt à
Virgilio vbiq; inducitur)plus q̃ heroica virtute,præditus.Qui
videtur voluiſſe plura dixiſſe:ſed fluctibus impeditus ſermonẽ
non abſoluit.Vnde ait poeta quę ſequuntur.

PIERIVS.

❡Queis ante ora patrum.Valerius Probus verſum hunc citans
queis,iambum eſſe dicit:paſſimq; datiuo,& ablatiuo caſu,ꝓ iãꝛ
bo accipi debere.Quare nõ alienus ſum ab eoꝝ opiniõe,q queis,
per ei,ſcribendum cẽſent,vt aliquot habent marmora ſed in hoc
loco cadit in vnam ſyllabã:κατὰ συνίζησιν.☞Sæuus vbi Aeaciꝛ
dæ telo iacet Hector,vbi ingens Sarpedon,vbi tot Simois corre
pta ſub vndis.)vt prçtereã ſæuos,per o,& correpta,prçpoſitioꝛ
ne ĩcolumi,veteribus in aliquot exemplaribus notata,quę Scau
rus ferre non poteſt.Id attingam,quod in antiquiori quodã coꝛ
dice legere eſt:Hector & ingens,pro vbi ingens.Nẽpe quod ſatis
illis viſum ſit repetere bis tm̃ aduerbium,vbi:ne,ſi ter prolatum
ſit oratio loco tã mœſto laſciuire videat̃.Mihi vero perplacet ea
triplicata repetitio,quippe quę maiorẽ quandã vim ad excitanꝛ
dum pathos habeat.Et bona antiquoꝝ codicum pars.Vbi,ter po
nit,& in antiquis Priſciani codicibus ita citatos verſus inueni,di
cente eo,Vbi,relatiuum grauari debere,vt hoc loco eſt.Vbi Aeaꝛ
cidę,vbi ingns,vbi tot Simois.

SERVIVS.

❡Talia iactanti.) Inaniter loꝛ
quenti:vt alibi,Atq; irrita iur
gia iactat.&,Voces dum iactat
inanes.☞Aquilone.)Ab Aquiꝛ
lone.☞Aduerſa.) Contraria,
quia ad Italiam nauigantibus
Aquilo contrarius eſt.☞Franꝛ
guntur remi.)Vel gubernacuꝛ
la:vel,quod melius eſt,re ve
ra remi.Antiqui enim velis re
miſq; nauigabant.vt,Valiꝛ
diſq; incumbere remis:Obliꝛ
quatq; ſinus in ventos.☞Auer
tit.)pro auertitur.Et eſt figura
creberrima,
creberrima,poteſt nanq; pro
actiui verbi ſignificatione paſꝛ
ſiuũ poni:vt eſt,Et pictis belꝛ
lantur Amazones armis,pro
bellant.Nec nos debet moueꝛ
re quòd bellor non facit,natu
ra enim hoc prohibuit.Nam
compone hoc verbum,& inꝛ
uenitur actiuum,facit enim de
bello.Et cõtrà pro paſſiui verꝛ
bi ſignificatione,actiuum poꝛ
nitur:vt eſt hoc loco auertit
pro auertitur.&,Inſinuat paꝛ
uor,pro inſinuatur.&,Nox hu
mida cœlo Præcipitat ꝓ præꝛ
cipitatur.

POETA

☞Talia iactanti,ſtridens aquilone procella,
Velum aduerſa ferit,fluctuſq; ad ſydera tollit.
Franguntur remi,tum prora auertit,& vndis
Dat latus:inſequitur cumulo præruptus aquæ mons.
Hi ſummo in fluctu pendẽt,his vnda dehiſcens
Terram inter fluctus aperit,furit æſtus arenis.
Treis notus abreptas in ſaxa latentia torquet,
(Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus aras,)
Dorſum immane mari ſummo.treis Eurus ab alto
In Breuia,& Syrteis vrget(miſerabile viſu)
Illiditq; vadis,atq; aggere cingit arenæ.

Vnam, quæ Lycios, fidumq́; vehebat Orontem,
Ipſius ante oculos ingens à vertice pontus
In puppim ferit. excutitur pronusq́; magiſter
Voluitur in caput. aſt illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circũ, & rapidus vorat æquore vortex.
Apparent rari nantes in gurgite vaſto,
Arma virum, tabulęq́; & troia gaza per vndas.
Iam validam Ilionei nauem, iam fortis Achatæ,
Et qua vectus Abas, & qua grandæuus Alethes
Vicit hyems. laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem, rimisq́; fatiſcunt.

cipitatur. Sed hæc verba tantummodo pro ſe inuicem ponuntur, quę & actiua eſſe poſſunt & paſſiua, vt eſt auerto & auertor, præcipito & præcipitor. Ergo nõ poſſumus dicere, quod quidam artigraphus, declinationes actiui verbi & paſſiui pro ſeinuicem poni. Nã & neutralis verbi declinatio actiua eſt, & cõmunis deponentis ve paſſiua: & aliud eſt eſſe actiuum verbum, & aliud habere actiui verbi declinationem. ¶ Dat latus.) Inclinatur. ¶ Cumulo.) Altitudine. ¶ Præruptus.) In altum leuatus. ¶ Dehiſcẽs.) Ideſt valde hiſcens. de, enim augentis eſt, vt in Terentio, Deamo te Syre. ¶ Aperit.) Oſtẽdit. Salluſtius, Caput aperire ſolitus, ideſt nudare, oſtendere. ¶ Arenis.) Et ab arenis, & cum arenis, ideſt vel ab imo mouebatur mare, vel cum ipſis arenis vt in tẽpeſtate ſolet. ¶ Tris.) Latinũ eſt, Genitiuus enim pluralis quotiens in ium, exit, accuſatiuũ pluralẽ in is mittit, vt puppium puppis. Quotiẽs in um exit, in es mittit, vt patrum patres. ¶ Saxa latentia.) Propter tempeſtatem, hęc autem ſaxa inter Africam & Sardiniam ſunt, quæ ſaxa ob hoc Itali aras vocãt, ꝙ ibi Afri, & Romani fœdus inierunt, & fines imperij ſui illic eſſe voluerunt. Vnde & Dido, Littora littoribus conrraria, fluctibus vndas Imprecor. Quę aræ à Siſenna propitiæ vocantur. ¶ Saxa, vocãt Itali mediis quæ in fluctibus aras.) Ordo eſt. Quę ſaxa latẽtia in medijs fluctibus, Itali aras vocant. ¶ Dorſum immane.) Eminens, altum, ſm̃ Homerum. ¶ Mari ſummo.) Vel in ſummo, vel in placido. ¶ In breuia & ſyrtes.) Ideſt in breuia Syrtium: quo modo Molemq́; & montes. ¶ Breuia) autem vadoſa dicit, per quæ poſſumus vadere. Et Syrtes ſyrtiũ ſinus duo ſunt pares natura, impares magnitudine, vt Salluſtius dicit. ¶ Lycios.) Hi Troiæ ad auxilium venerant, qui mortuo rege Pandaro Aeneam ſecuti ſunt, vnde & in ſecũdo ait, Comitum affluxiſſe nouoꝝ. ¶ Fidum) Fidelem: vtrũq; nomen idem ſignificat. ¶ Ipſius ante oculos.) Ad maiorem dolorem, vnde alibi, Quæq́; ipſe miſerrima vidi. Item, Qui nati corã me cernere lętũ feciſti. ¶ Ingens pontus.) Magna pars ponti. Et eſt tropus Synecdoche. ¶ A vertice.) Aut à puppi quę vertex nauis eſt: aut ab aquilone qui flat à mundi vertice, hoc eſt à ſeptentrione: vt ipſe alibi, Hic vertex nobis ſemper ſublimis. ¶ Magiſter.) Leucaſpis: vt in ſexto libro, Leucaſpin, & Lycię ductorem claſſis Orontem. ¶ Ter.) Sępius: finitus numerus pro infinito, crebros enim fluctus facit Aquilo, vt Salluſtius, Crebritate fluctuũ vt Aquilo ſolet. ¶ Ibidem.) Ibidem & vbinã multi dubitant vbi debeat eſſe accẽtus, quia vbi & ibi naturaliter breues ſunt: ſed ratione finalitatis plerunq; producuntur in verſu: neſcientes hanc eſſe rationem, quia pronunciationis cauſa contra vſum latinum ſyllabis vltimis, quibus particulæ adiunguntur, accentus tribuitur: vt muſaq́;, illẽne, huiuſce. ſic ergo & ibidem. ¶ Apparent.) Aliud eſt parere, & aliud apparere. Parere enĩ eſt obedire, vt Paret amor dictis. Apparere autem, videri: vt Apparet liquido ſublimis in aere Niſus. Et hæc obſeruatio diligenter cuſtodiri debet, licet eam authores metri cauſa, vel clauſulæ plerunq; corrumpant. ¶ Rari.) vel propter maris magnitudinẽ, vel quia vna perierat nauis. ¶ Nantes.) Prima verbi poſitio eſt, no nas nat. vnde eſt Nare per ęſtatẽ liquidam, & prima ſyllaba naturaliter longa eſt: licet Natare, Na breuis ſit in eadẽ ſignificatione. ¶ In gurgite vaſto.) Tapinoſis eſt, ideſt rei magnę humilis expoſitio, prudenter tamen Virgilius humilitatem ſermonis epitheto ſubleuat, vt hoc loco, Vaſto addidit. Item cum de equo loqueretur, ait Cauernas ingentis. ¶ Arma virum.) Bene addidit virum. Arma enim dicuntur cunctarum artium inſtrumenta: vt, Cerealiaq́; arma. Item, Colligere arma iubet. Item & alio loco dicẽdum. Et quæ ſint duris agreſtibus arma. ¶ Troia.) Differentia in hoc ſermone eſt, & in ſenſu, & in ſyllabis. Nam cum prouinciam dicimus, & principale eſt nomen, breuis eſt Tro. quando autem nõ eſt principale, & deriuatio eſt: longa eſt Tro. vt, Troius Æneas. ¶ Gaza.) Perſicus ſermo eſt, & ſignificat diuitias: eſt autem generis fœminini: vt, Gaza lętus agreſti, quo exemplo apparet quoq; ſupfluo quæri à multis quemadmodum potuerit aurum natare, neſciẽtibus gazas, ideſt opes, dici omne quod poſſidemus. ¶ Iam validam &c.) ¶ Vicit hyems.) zeugma eſt ab inferioribus, Quod fit & à ſuperioribus & à medio, plerunq; & ad vtrunq; reſpondet: vt,

Troiugena

Troiugena interpres diuum, qui numina Phœbi, Qui tripodas Clarii lauros, qui ſydera ſentis. Ecce hoc loco Sentis, & antedicta & ſequentia concludit. ¶ Ilionei.) Antiptoſis eſt, ꝓ genitiuo enim datiuum poſuit: nam conſtat huiuſcemodi gręca nomina datiuum ſingularem in ei diphthongum mittere, vt Orphei, nam illa ſolutio eſt, Quũ Orphei dicimus, nec modo Ilionei poſſumus dicere, aſtrictum eſſe genitiuũ, vt ipſe ſit qui & datiuus, quod & ſi forte contingat, non regula mutatur, ſed Antiptoſis fit, qua plerunq; vtuntur poetæ: vt, Vrbem quam ſtatuo veſtra eſt: pro vrbs, & Hæret pede pes: pro pedi. ¶ Vectus.) Qua vehebatur ſignificat. Et pro pręſenti participio quod non habemus, præteritum poſuit. In latino enim ſermone à paſſiuo verbo pręſens participium nõ eſt, neq; ab actiuo pręteritum, ſed quod vno ſermone explicare non poſſumus, aut circũlocutione oſtendimus: aut ſi hoc nolumus, participiũ pro participio ponimus, ſed vſurpatiue, vt hoc loco factum eſt. ¶ Vicit hyems.) Hyems duas res ſignificat: aut tempus aut vim venti, ergo pro loco intelligendum eſt. ¶ Imbrem.) Imber dicitur humor omnis: vt Lucretius, Ex igni, terra, atq; aĩa naſcuntur & imbri, ideſt humore fatiſcunt.) Abundanter aperiuntur. Fatim enim abundanter dicimus, vnde & affatim. Hiſcere autem aperire.

ACSENSIVS.

¶ Talia iactanti, &c.) Etiam hoc participium approbat Seruianam ſententiam, prius. ſ. timore frixiſſe Aeneam: nam ideo dicitur iactaſſe talia, hoc eſt, quaſi inutilia futiuiſſe, ꝙ timore captus eſſet, ſicut ſe amentia captum, propter amiſſam coniugem: atteſtatur in. ij. ſic: Quem non incuſaui amẽs hominũq́;, deorumq́;? ¶ Stridens Aquilone.) Hic quarti venti principalis fit mentio, nam ſupra aliorum trium meminit. ¶ Procella.) Procella autem dicitur vnda ventis immixta. à procellendo dicta. ¶ Tum prora auertit.) Alij legunt, proram: vt ſit, procella auertit proram nauis & dat latus: ꝙ ſi prora legendum eſt, erit prora auertit, pro auertitur, aut auertit, ſupple ſe. Sed diligenter Seruium, & Donatum perſpicientes vocabula, facile intelligẽt. Donati verba ſunt: Iactanti, adhuc loquenti interuenit vis fluctus. Nec permiſit explicare. Felices, qui in Troia perierunt. Se infelicem, qui in fluctibus ſit periturus. ¶ Hi ſummo in fluctu.) Fluctibus vario motu venientibus: aliæ erigebantur tumore fluctuum, aliæ deprimebantur. ¶ Ab alto.) Peritus locorum. Eurum dixit ducere in Syrtes ab alto, ideſt pelago. Aliter enim non poſſet, quum flatus habeat ab Orientis partibus, in quibus ſunt Syrtes eo nauigia cogere, vnde potuit reuocare. Sex igitur naues alienatę ſunt à cęteris, vna turbata premitur vbi erat Aeneas. Nunc caſus octauæ deſcribitur. ¶ Apparent. r. n.) Vt compleatur, id ſubmerſasq́; obrue. p. Perijt ergo Amycus, & fidus, & in eius conſpectu excuſatur Orõtes, qui non imprudentia: ſed vi tempeſtatis perierit. In puppim ferit, hos ſpecialiter, quum eorũ nominibus ponit, qui in iis potiores, nauigabant: & vno caſu ferebantur. Omnes accipiunt inimicum imbrem, ideſt vna omniũ cauſa, ac ſimilis fortuna fuit.

¶ Ordo autem eſt. Aeneas ſupple iactanti, ideſt dum Aeneas: iactaret. i. inaniter: ac nequicquam effutiret talia, qualia. ſ. præmiſſa ſunt, procella. i. vnda, & impetus aquarum: ſtridens Aquilone. i. vento illo ferit aduerſa, ideſt ex aduerſo, vt ſit nomen pro aduerbio: aut ferit exiſtens aduerſa, ideſt ex aduerſo, & oppoſito veniens, diſtinguenda autem ſunt epitheta, ita vt alterum ante verbum, & alterum poſtponatur, quia vitioſum eſſet duo epitheta ſine cõiunctione media vni ab vna parte adiici: & tollit. i. erigit, & ſubleuat fluctus ad ſydera: hyperbolicos. i. quàm altiſſime poteſt: remi quibus ſcilicet aduerſantibus ventis, ſtrictis velis incũbebant: franguntur. ſ. à ſcopulis: tum. i. deinde: prora, ideſt prior pars nauis, à proruendis aquis dicta: auertit, ſupple ſe: aut auertit, pro auertitur, & dat latus. ſ. nauis: vndis. ideſt in vndas: mons aquæ. i. globus aquarum: pręruptus. ſ. vi vẽtorum ab aliis aquis interciſus: inſequitur cumulo. i. impulſu magno: hi. i. aliqui eorũ: pendent, ideſt ſuſpenduntur: in ſummo fluctu, ideſt maxime exaltato: & vnda dehiſcens, ideſt magnum hiatum faciens his. i. alijs: aut aperit. i. aperire facit: his. i. aliis terram inter fluctus: æſtus. i. ebullitio, & feruor aquarum furit. i. cõcitatur in morem furẽris Ordo.

harenis

harenis.i.inter harenas: Notus.i.ventus ille: vrget.i.torquet,& impellit: tres: ſup.naues,abreptas.ſ.à ſe,aut abreptas ab aliis,in ſaxa latẽtia.i.occulta: quæ ſaxa,ſup.exiſtentia in mediis fluctibus: Itali vocant aras.ſ.propitias: appoſitorie imane,ideſt valde magnum,& terribile dorſum.i.eminentem ſcopulum,ſupp.in mari ſummo.Eurus.i.alius ventus,ab oriente flans: vrget.i.impellit, treis.ſ.alias naues,alto ſcilicet pelago,in Breuia,& Syrtes,ideſt in Breuia vada Syrtium,quę Breuia dicuntur,quia breui ſpacio, hic profunda,illic harenoſa,illic ſcopuloſa ſunt: miſerabile viſu i.quæ res eſt miſerabilis.i.miſeratione digna viſu.i.dum videtur. & Eurus illidit vadis.ſ.breuibus illis,atq; cingit aggere, harenæ concitæ.ſ.quia dictum eſt,furit æſtus harenis,vnam ſup.nauem, ſeptimam videlicet,quæ vehebat Lycios ſocios.ſ.Pãdari olim, & Orontem fidum.ſ.Æneæ,ante oculos ipſius.ſ.Æneæ, ingens põtus.i.valde magna pars ponti,& eſt totum pro parte,ferit.i.icutit: in puppim.i.poſteriorem partem nauis: à vertice.i.ab Aquilone,qui à vertice flat.Magiſter.i.director nauis.ſ. Leucaſpis,excutitur.ſ.è naui: & voluitur pronus.i.præceps in caput,aſt.i.ſed fluctus.i.impetus vndarum, torquet.i.impingit: illam.ſ.nauem Leucaſpis,ter.i.frequenter agens.i.impellens,& verſans circum i.per circuitum,& vortex.i.gyrus,vertigo,aut reuolutio aquarum: rapidus.i.omnia ſecum rapiens,& attrahens, vorat.i. ingurgitat illam.Nantes.i.natantes,in gurgite.i.impetu aquarum, vaſto.i. valde amplo,apparent.i.eminent,& vidẽtur rari,ideo rari, quia in vaſto gurgite,nam multum,& paucum: magnum, & paruũ, ſecundum philoſophum,per reſpectum ad aliquid dicuntur.Arma.i.inſtrumenta,virum,pro virorum,& tabulæ,ſuper quas ſedebant,aut quibus nauis cooperta fuerat: & gaza troia.i.troiana: hoc eſt opes,aut diuitiæ troianæ,& veſtes,& conſimilia.(Eſt autem triſſyllabum,& adiectiuum,Troius,Troia,Troium,quũ Troia ſubſtantiuum diſſyllabum ſit: eſtq; in ſubſtãtiuo i,duplex conſonum: in adiectiuo vocale,& tamẽ prima producitur, quia etiam Troes,primam producit.) ſupple apparent,aut aguntur p vndas: hyems.i.tempeſtas pluuioſa: vicit.i.ſuperauit, & à curſu ſuo eiecit,iam validam nauem Ilioni.pro Ilionei:) aut ſcribendum eſt Ilionei,vt ſit diphthongus Gręca) illius oratoris,qui ad finem primi orationem ad Didonem habebit,& vicit iam nauẽ Achatæ illius viri fortis,quod forte ad differentiam fidi dicitur: vt dicetur ibi: Defeſſi Æneadæ,&c.& ſupple, vicit eam nauem, qua Abas,vir ille Troianus (ſcribitur vno b,quia priorem corripit,& facit huius Abantis.) vectus,ſupple illucusq; fuerat, aut qua vectus,pro qua vehebatur,ſecundum Seruium, Ego tamen quoties ſalua ſententia,proprius poteſt haberi ſermo: nollem figuratum dici) & ſupple eam,qua Alethes,vir ille grandæuus.i. grandis æui,hoc eſt ſenex,ſupple vectus erat,pro vehebatur,aut illucusq; vectus erat) quum iam oppreſſa eos non amplius veheret,quod enim quieſcit,proprie non vehit,licet ſuſtineat: tunc autem illiſa ſcopulis ſiſti potuit: omnes.ſ.naues: accipiunt, ideſt admittunt ad ſe,& capiunt,imbrem inimicum.i.aquam marinã inſilientem: ideo autem dicit inimicum,quia non deſuper incũbentem,ſed à latere ad Oriẽtem,nam (vt Seruius per Lucretium probat) omnis humor imber dici poteſt: veruntamen eſt,cur in illo Lucretiano imber,ponatur ratio: vt attendenti faciliter apparere poteſt,ſicut & hic: Nam in morem imbris,quia aliquando à nautis,vt aquam dulcem habeãt: colligitur: aqua guttatim intrabat,& ita erat ſpecies imbris,ſed inimici,quia imber cœleſtis,qui ab eis colligitur amicus eſt,& commodus.) omnes ergo accipiunt imbrem inimicum.i.incommodum,& moleſtum, & hoc compagibus.i.iuncturis compactis: laterum,laxis.i.diſſolutis,ita vt per rimas aqua influeret: & fatiſcunt.i.affatim, hoc eſt abunde,hiſcunt.i.hiant,& aperiũtur: rimis.i.per rimas: & ita niſi paulo poſt ſedata fuiſſet tẽpeſtas,omnes ſubmerſę fuiſſent, quapropter ſequitur. Interea &c.

PIERIVS.

¶Tum prora auertit. In Roma.codi.proram, legitur,accuſatiuo caſu: cuius ſuppoſitum erit procella. Quanquam Seruius longa diſputatione,auertit,pro auertitur, legendum cenſet. Quare itidem prora,caſu recto ponendum: quæ quidem magis poetica eloquutio eſt. ⸢In Breuia & Syrtes vrget.) In antiquis pleriſque codici. vrguet: eſt u,poſt,g,addita,Attiano more. Et hoc loco Syrtes,in accuſatiuo plurali tantum fieri docet Priſcia. ſicut & alpes: propterea quod græce declinata, es diphthongum habeant: eius vero ſonum apud Latinos eſſe per i,lõgum. Eſt & Velii Longi ſententia,vt Syrtis,per i,ſcribatur citato verſu: Et vaſtas aperit Syrtis. Noſtra autem ætate,literati pene omnes,diphthõgum Græcam recępere, atq; ita dictionis huius caſum Syrtes, per es,vt pleraq; alia ſcriptitant,quod in codicibus antiquis inuẽtu rariſſimum,quodq; ſuperuacuum eſt,q.i.tam longæ,quàm breuis naturam habet, tum incommodum aliquando iudicat Quintilianus. Sed de hoc genere plura alibi recitantur. ⸢Vorat æquore vortex.) Mirum eſt quam ſæpe inuenias vortex,& vertex,indifferenter ſcribi in antiquis codicibus,quod idẽ eſſe vult Aruſianus Meſſus. Capro tamen nõ temere verticem,per o,vocalem quartam,in prima ſyllaba: à vertice,per e,vocalem ſecundam,diſtinguente. Prẹterea Soſ. Cariſius,vertex à vertendo,vortex à vorando dicta putat. Vult autem Pli. verticem, immanem vim impetus habere: vt, Ingens à vertice pontus. Vorticem vero circũactionẽ vndę eſſe: vt, Rapidus vorat æquore vortex.

Interea magno miſceri murmure pontum,
Emiſſamq; hyemem ſenſit Neptunus,& imis
Stagna refuſa vadis,grauiter commotus,& alto
Proſpiciens,ſumma placidum caput extulit vnda,
Diſiectam Æneæ toto videt æquore claſſem,
Fluctibus oppreſſos Troas,cœliq; ruina:
Nec latuere doli fratrem Iunonis,& iræ.
Eurum ad ſe,Zephyrumq; vocat,dehinc talia fatur.
⸢Tãta ne, vos generis tenuit fiducia veſtri? NEPTV.
Iam cœlum,terramq; meo ſine numine venti
Miſcere,& tantas audetis tollere moles?
Quos ego.ſed motos præſtat componere fluctus,
Poſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis.
Maturate fugam,regiq; hæc dicite veſtro.
Non illi imperium pelagi,ſæuumq; tridentem,
Sed mihi ſorte datum,tenet ille immania ſaxa,
Veſtras Eure domos,illa ſe iactet in aula
Æolus,& clauſo ventorum carcere,regnet.

SERVIVS.

¶Imis.) Bene in imo voluit eſſe Neptunum,vt iam factam cognoſceret tempeſtatem,non incipiẽtem vetaret. ⸢Stagna.) Stagnum dicitur aqua ſtans, ſed nũc profunda maris ſignificat, ab eo quòd non niſi nimia tempeſtate turbantur. Ergo Stagna & imis vadis refuſa, aliud pendet ex alio, quia immobilis aqua in imo maris tantummodo eſt. ⸢Et alto proſpiciens.) Aut è mari erigens caput, aut mari prouidens. ⸢Placidum caput.) Quærunt multi quemadmodum placidum, ſi grauiter commotus, quaſi non poſſit fieri vt iraſcatur ventis,propitius ſit Troianis. Vno autem epitheto more ſuo, habitum futuræ orationis oſtẽdit: vt alibi vno ſermone, Tunc quaſſans caput. ⸢Cœliq; ruina.) Ideſt tonitribus, quorum ſonus ſimilis eſt ruinis. ⸢Nec latuere doli fratrẽ Iunonis,& iræ.) Aut doli Iunonis: aut fratrẽ Iunonis, gemina ergo diſtinctio eſt. ⸢Eurum ad ſe, Zephyrumq; vocat.) Per hos,oẽs intellige: iſti enim ſunt cardinales. ⸢Generis fiducia veſtri?) Aſtreus enim vnus de Titanibus,qui contra deos arma ſumpſerunt,cum Aurora concubuit, vnde nati ſunt venti ſecũdum Heſiodum.

ſiodum. Et hoc loco fiduciam pro confidentia poſuit,quum fiducia in bonis ſit, confidentia in malis. ⸢Iam cœlum terrãq;.) Aut ordo eſt, Auſi eſtis ſine meo numine tantas moles tollere, & cœlum terrãq; turbare? aut certe illud eſt, q tria hæc numina, licet diuiſa imperia teneant, videntur tamen inuicem regni totius habere poteſtatẽ: ſicut & ipſa elementa quę retinẽt, phyſica inter ſe quadam ratione iunguntur: quod & ipſorum numinũ ſceptra ſignificant. Iuppiter enim trifido vtitur fulmine: Pluton, Cerbero, Neptunus, tridente. Multi.n. quęrunt cur modo Neptunus de alienis cõqueraẽ elemẽtis. ⸢Quos ego) Deficit hoc loco ſermo. Et congrue,quaſi irati & turbatę mẽtis. vt alibi, Me me adſum. Similiter, Incipit effari,mediaq; in voce reſiſtit. Terẽtius, Quem quidem ego ſi ſenſero. His enim affectibus tãtũ ſermonis defectio congruit. ⸢Sed motos præſtat componere fluctus.) Prudenter ait,plus eſt enim innocentibus ſuccurrere,q̃ nocentium delicta punire. ⸢Præſtat.) Melius eſt. vt, Præſtat Trinacrii metas luſtrare Pachynni. Et notandus ſermo: nam & per ſe plenus eſt,& tam accuſatiuo iungitur, q̃ ſeptimo.

ptimo. Dicimus enim & prȩſtat illum, & prȩſtat illo. ¶ Poſt mihi
non ſimili pœna cõmiſſa luetis.) Aut nõ ſimili pœna, ideſt non
ea, qua Troianos affeciſtis, aut certe. ¶ Mihi nõ ſimili, ) Ideſt ve
hementer irato. ¶ Luetis.) Perſoluetis. Et hic ſermo à pecunia de/
ſcẽdit, antiquorum enim omnes pœnȩ, pecuniariæ fuerũt. ¶ Ma
turate fugam.) Cum maturitate, ideſt cum tranquillitate diſce/
dite. Quo modo dicimus, Matura iracũdiam tuam, ideſt mitiga.
pernitioſum enim Troianis eſt ſi maturent fugam, hoc eſt ſi ac/
celerent. ¶ Sæuumq́ꝫ.) Vel magnum, vt ſuperius: vel vere ſȩuum
in ventos, quia minatur. ¶ Sorte.) Ac ſi diceret, potuiſſe ſe etiam
cœlum tenere: Æolum vero beneficio etiam carceris regna me/
ruiſſe. ¶ Immania.) Aſpera. Manum enim antiqui bonum dice/
bant: vnde & mane dicitur: qd enim melius? Et per Antiphraſim
manes inferi, quia non ſunt boni. ¶ Veſtras Eure domos.) Ira/
ſcentium eſt vti ꝓprio nomine, vt Terẽtius, Ego te in piſtrinum
Daue dedam. Aut quaſi contra principem tempeſtatis iraſcitur,
quem primum conſtat greſſum. Quod aũt dixit. ¶ Saxa ĩmania,
veſtras domos. de Pſeudulo Plauti tractum eſt, vbi ait, Niſi car
cerem aliquando effregeritis veſtram domum. ¶ Aula.) Irriſio
eſt: ſequitur enim Carcere, & nihil tam contrarium ſi ſimpli/
citer intelligimus. ¶ Clauſo.) Quia dimittere ventos non ipſius
eſt, ſed iubentis. ¶ Carcere regnet.) Licet carcer ſit, tamẽ regnum
eſt Æoli: hæc enim pro affectu poſſidentis intelligenda ſunt:
vt alibi quum de rure loqueretur, Poſt aliquot mea regna vi/
dens mirabor ariſtas.

ASCENSIVS.

¶ Interea mag. m. m. p. E. qꝫ. h. ſenſit Neptunus, &c.) In figmen
tis poeticis, quibus plurimum delectat Maro, & tantundem pro
deſt, (nam prudentis principis officium ad vnguem depingit.)
aut ad hiſtoriam alludit, aut ad rem phyſicã: hiſtoriam quidem
hic reſpicit, ꝙ Æneam in Italiã veniſſe dicit, nec ab ea horret, ꝙ
in Syrtes ĩcidiſſe dicit: verum phyſica ratio docet, quomodo Ne
ptunus ventos fugauerit: poſt pluuias enim ſedari ſolẽt, quo cir
ca vis aquarum, quæ per Neptunum intelligitur ventos ſedat, at
que ita Neptunus mare placatum reddidit: ſed quia, quæ ad ſen/
tentiam pertinent, Donatus erudite exequitur: quæ vero ad ſer/
monem, Seruius ſane quam diſerte. ſatis videor inſtituto meo fe
ciſſe, ſi poſt Donati verba, & Beroaldi in Ser. annotationum, ordi
nem cũ facili explanatione ſubiunxero. Donati itaqꝫ verba ſunt.
¶ Interea.) Neptuno datur occaſio, ne penitus Iunonis iuſſa im
plerentur. ¶ Nec latuere.) Fratrem ſororis ſtudia non latebãt. Er/
go vocatis ventis, orationem habuit patheticam: vtpote cõmo/
ti animi. Abſciſſam. i. nec continuam, nec compoſitam. Fuit bre/
uis: quia ſubuenientis in hoc caſu, non erat multa loqui. ¶ Tanta
ne.) Hoc genus inuectionis, nõ habet principium, & crimẽ exag
gerat, oſtendens illos non tantum ſuam, ſed hæreditariam ſecta/
ri temeritatem: quod vitium, quia naturale eſt, non poteſt emen
dari. Sunt enim venti, à gigantibus, qui bellum dijs inferre auſi
Venti. ſunt, ſed pœnas reddidere. Oſtendit igitur, eorum eſſe crimen, qđ
Vita pa/ amiſerant, etiam originale ſanguinis. ¶ Generis.) Non macu/
terna. lant filios paterna ſcelera: polluuntur tamẽ, ſi illa ſectantur. ¶ Iã
cœlũ.) Obſcura, breuisq́ꝫ oratio: & quia iratus erat, & ad ſuccur/
rendum properabat. Deniqꝫ tranſit ab aliorum elementorum in
iuria, à quibus erat alienum, & venit ad ꝓpriam. ¶ Meo.) Quaſi
dicat, me contempto. ¶ Venti.) Abiecte pronunciandum, vt cõui
tium ſit, non nomen. ¶ Tantas moles.) Mira probatio criminis,
vt non ſolum aſſerat verbis, ſed ipſis aſpectibus ſubdat. ¶ Quos
e.) Duo pronomina cum pondere maximo. ¶ Quos.) Scilicet ſce
leratos, & ex peſſimis ortos: & q ſimiles itelligi poſſunt. ¶ Ego.)
Scilicet imperator loci, & de potioribus diis. Non vlciſcitur, ſed
nõ dimittit eos ſine metu futuræ pœnȩ, ne ſe inualidum demon
ſtraret. ¶ Sed motos p.) Addit cãm dilatȩ pœnæ. ¶ Poſt mihi.) Si
quid deinceps auſi fueritis, re non verbis puniam. ¶ Maturate.)
Maturo Celerius remeate. ¶ Regi.) Iniicit & regi conuitia, deformans re
gni ipſius poteſtatem, & perſonam, aſſerens nõ habere regnum,
ſed ſaxa: non aulam, ſed eſſe cuſtodem carceris. Beroaldi annota
tio eſt. Inſulſa, medius fidius: hȩc eſt expoſitio tanq̃ maturitas ſi
gnificet tranquillitatẽ, & mature trãquillum facere: magis itaqꝫ
Macrobio credendum eſt: qui in ſexto Saturnalium illud Virgi/
lianum declarans, ſic ſcribit: Maturum eſt quod neqꝫ citius, neqꝫ
ſerius, ſed medium quiddam, & temperatum eſt: & paulo poſt,
ſic ergo & Virgilius ĩducit Neptunum diſceſſum vẽtis ĩperantẽ,
vt & tam cito diſcedant: & tamen flãdi mediocritatem in regreſ/
ſu teneant: tanquam mature. i. temperate abeuntes: apud Gelliũ
caput eſt, & elegantiſſimum, quo quid mature, & maturate ſigni
ficet, abunde mõſtratur. Cuius verba mutuatus eſt Macrobius.

¶ Ordo aũt eſt. Neptunus, deus maris: ſenſit. ideſt percȩpit: inte Ordo.
rea, ſcilicet dum venti ita ſæuiebant, & naues diſiiciebant pontũ
i. mare. (eſt autem Græcum vocabulum.) miſceri. i. turbari: & cõ
fundi, ſup. cũ magno murmure. i. ſonoritate: & ſenſit hyemem. i.
tempeſtatem nymboſam: emiſſam. ſ. ex antris, & cauernis terrȩ:
& ſenſit ſtagna. i. ſtãtes aquas, hoc eſt, q̃ prius ſteterãt. (nã in præ/
cipitis, & profundiſſimis antris maris aquæ intercluſæ, neque
fluunt, neqꝫ refluunt: quũ etiam in fluuijs minor fiat commotio
ad fundum: vbi glacies tempore hyberno congelari ſolet.) refu/
ſa. i. emiſſa: ſicut prius fuerant infuſa: vadis imis. i. prȩcipitiis bre
uium vadorum, quæ in illis locis ſunt: qui ſup. commotus graui
ter, aut multum, aut potius, vt virum grauem decet, qui ꝓmo/
uet dum bonis iniuriam inferri videt. Vnde dicetur: Tum ꝓpieta/
te grauẽ, ac meritis, &c. Et ꝓſpiciens. i. porro aſpiciens: alto. i. aut
ex alto mari: aut in altum, aut per altum mare: extulit caput ſuũ
placidum. (Quȩres, quomodo placidum, ſi grauiter commotus
erat. Sed (vt dixi) grauiter exponi poteſt, pro eo quod eſt cũ gra/
uitate decenti: aut commotus fuit in vẽtos, & placidus reſpectu
Ænee: aut potiſſimum placidus, quia dum cõmotus ventis ob/
ſtat eis, placidum redditur mare: vnde in Buc. Quum placidum
vẽtis ſtaret mare, placidum ergo, quia mare placaturum: quãuis
à placeo, nõ à placo deducatur.) extulit dico, ſumma vnda, & vi
det claſſem Ænee. (hoc dicitur ex perſona poetæ, qui nouit claſ/
ſem Æneæ fuiſſe: aut etiam, quia Neptuno notus erat Æneas,
qui è mari oriũdus erat: nam Venus è mari genita fingitur. Vnde
ipſe ad eam ad finem quinti: Fas omne eſt Cytherea meis te fide
re regnis, Vnde genus ducis. merui quoqꝫ: ſȩpe furores Cõpreſ/
ſi, & rabiẽ tantã, cœliq́ꝫ, mariſq́ꝫ, quod illic non diceret: hoc eſt;
quod illic non inducere tur dicere: niſi hic poeta vellet, eum noſ/
ſe claſſem eſſe Aenee.) diſiectam. i. diſperſam iactu procellarum:
toto æquore. i. per totum mare, quod poſt ſedationem vẽtorum
æquor fiebat: & videt troas oppreſſos fluctibus. ſ. marinis, & rui
na cœli. i. prȩcipitatione imbrium de cœlo. i. aere. Nec doli, & irȩ
Iunonis latuere. i. cȩlatȩ ſunt fratrem Iunonis, ſcilicet Neptunũ:
& ſupple ipſe cognoſcens dolos, & iras Iunonis, vocat ad ſe (qđ
ſignum principantis eſt) Eurum & Zephyrum: ventos, ſcilicet
inter ſe contrarios: & ita mare plurimum turbantes, & fatur de/
hinc ſcilicet poſtquam aderant: talia. ſ. verba, qualia ſequuntur
(dehinc hic monoſyllabum profertur. Et ſm mentem Donati,
quæ mihi placet: non conſtrueretur ſic vt venti ſit vocãdi caſus.
Ne pro an, o venti: ſed ſic) ne pro an fiducia veſtri generis. i. qui ſi
ditis in genus veſtrum pernitioſum: tenuit vos tanta. i. tam ma/
gna: vt ſcilicet hæc audeatis. Vnde ſubdit: Audetis, ſupple: ne vos
venti, ideſt qui nihil niſi venti eſtis, & humilibus natalibus orti,
audetis iam ſine meo numine, ideſt nutu. i. voluntate: aut mea
authoritate non annuente: miſcere, ideſt turbare iam cœlum, &
terram: & audetis tollere. i. excitare, & erigere tantas, ideſt tam
magnas moles. ſ. globos aquarum fluctuum: quia dictum eſt: In
gens à vertice põtus In puppim ferit. Vos dico venti, quos ego,
ſup. ſic puniã, vt exemplo omnibus ſitis: aut quid ſimile (quod
intelligendum reliquit per apoſiopiſin, ideſt reticentiam, ſm Ci/
ceronem: aut obticentiam, ſm Celſum: aut interruptionem, ſm
quoſdam: authore Quintiliano: quæ iratis conuenientiſſima eſt
(potiſſimum dum aut ſe reprimunt, ne quid indignum viro pro
bo imprecentur, aut tempus comminandi deeſſe videtur: vt hic:
nam ſequitur) ſed motos præſtat componere fluctus: quod ver/
bum Seruius docte interpretatur: ſed præſtat. i. melius eſt: com/
ponere. i. ꝙ componam: fluctus motos. i. excitatos, & diruptos:
vos autem luetis. i. purgabitis: pœna. i. pœnam dando, ſeu perſol
uendo: poſt. i. poſthac: aut poſtquam compoſuero fluctus: mihi
non ſimili. i. non ſicut nunc irato: ſed temperato animo: cõmiſſa
ſ. crimina, ſupple veſtra. In hoc autem verbo docet poeta: virũ
prudentem non ſtatim vlciſci, donec ad tranquillitatem redierit.
Vnde conſultum aiunt Auguſto, vt quoties ira percitus excande
ſceret, nihil aut dicat, aut faciat, priuſquam vigintiquatuor lite/
ras Græcas ex ordine pronunciauerit, & ita ſancta eſt ſententia,
& cæteris quadrãs: aut ſimili non erit datiui caſus, ſed ablatiui:
vt ſit: Luetis mihi nõ ſimili pœna quali nũc afficimini, quȩ vide/
licet in verbis minoſis conſiſtit: ſed acriore q̃ cũ effectu erit, quia
ſuppliciis affligemini. Maturate, ſcilicet nũc, ideſt facite cum ma/
turitate & temperamento, ita vt neque citius, neqꝫ ſerius, quàm
vtile diſperſis nauibus fiat fugam: & dicite hæc. ſ. quæ dicam ve
ſtro regi, quaſi dicat tantum abeſt, vt vos timeam, vt ne regem
quidem veſtrum verear: dicite ergo regi veſtro: imperium pela/
gi, & tridẽtem ſæuum. i. magnificum (habet. n. Neptunus pro ſce
ptro fuſcinã tridẽtẽ, qua ſignificatur triplex eius poteſtas.) Quia
vero

vero dens,& pes,maſculini ſunt gñis: etiam in eo ſubſtantiuantur:vt tripes, tridens,bidens: niſi intelligatur ouis:) eſſe datum mihi ſorte.i.per ſortem, qua Ioui cœlum, aut ignis, cum ſuperiore aere: Iunoni aer inferior. Neptuno mare & Plutoni inferna obuenerunt:ille, ſcilicet rex veſter:tenet ſaxa immania,id eſt vaſta, & valde ampla,nec cuiquam bonum afferentia,aut cedentia: ò Eure veſtras domos, hoc eſt tenet ſaxa, appoſitorie, veſtras domos. Æolus ergo rex veſter, iactet ſe in illa aula,id eſt regia,ſcilicet ſaxorum (& id ironicos) & regnet carcere ventorum clauſo.i.poſtquam occluſerit carcerẽ ventorum,quaſi dicat eum illic tyrannidẽ,potius quàm regnum habere.nec indignos, qui nobili rege ſubijciantur,ſed in ventos. Itaq; Neptunus ęgre ferens in ſuo regno quicquam præter authoritatẽ ſuam geſtum, contumelijs afficit ventos.

PIERIVS.

Fluctib.oppreſſos troas,cœliq; ruina.) In Ro.quidẽ codi.ruinam,legitur per m,finalẽ literã,vt ſit, Videt Neptunus, oppreſſos troas cœliq; ruinam. Ser.tñ ruina, Latino caſu vna cum fluctibus agnoſcit & ita veterum codicum bona pars legit. Nã & imbres,& tẽpeſtas ea,vento,tonitru,& crebris ignibus horrẽda cœlitus incubuerant.

Sic ait,& dicto citius tumida æquora placat, POE.
Collectasq; fugat nubes,ſolemq; reducit.
Cymothoe ſimul,& Triton adnixus acuto
Detrudunt naues ſcopulo,leuat ipſe tridenti,
Et vaſtas aperit Syrteis,& temperat æquor.
Atq; rotis ſummas leuibus perlabitur vndas.
Ac veluti magno in populo cum ſæpe coorta eſt
Seditio,ſæuitq; animis ignobile vulgus,
Iamq; faces & ſaxa volant,furor arma miniſtrat.
Tum pietate grauem,ac meritis,ſi forte virum quem
Conſpexere,ſilent,arrectisq; auribus aſtant.
Ille regit dictis animos,& pectora mulcet.
Sic cunctus pelagi cecidit fragor,æquora poſtquam
Proſpiciens genitor,cœloq; inuectus aperto
Flectit equos,curruq; volans dat lora ſecundo.

SERVIVS.

Dicto citius.) Non antequã diceret:dixit enim Sic ait. ſed citius quàm dici poteſt. Placat.) Sub poetica licentia phyſicam quoq; tangit ratione. Mare enim dicitur eſſe Neptunus:quem ſuperius dixit grauiter commotum, quia tẽpeſtas erat.nunc ait Placat, quia iam ſedari cœperant maria. Collectas.) Aut nunc collegit ac fugauit,aut ante à ventis collectas fugauit, ideſt reſoluit. Cymothoe.) Nomina deorum plerunq; de cauſis ſunt ficta ab elemẽtis,quæ numia dici voluere maiores, Vt, Cymothoe, ideſt curſus fluctuum, ἀπὸ τοῦ θέειν τὸ κῦμα. Triton.) Deus marinus, Neptuni & Salaciæ deæ marinæ filius,ab aqua ſalſa dictæ. Adnixus.) Antiquum eſt vt connixus, quibus hodie non vtimur. Dicimus enim adniſus & conniſus. ſed & multa alia vſus contra antiquitatẽ vindicauit: illi enim Parſi dicebant,nos dicimus Peperci. Item,nos dicimus Suſcepi,illi autem ſuccepi. Vt, Succepitq; ignem folijs. Leuat.) Leues ac nauigabiles facit:vt, Noſtrumq; leues quęcunq; laborem. Et ſcire debemus prudẽter poetam pro cauſis,vel tendere vel corripere orationem: vt hoc loco periclitantibus Troianis, tota celeritate dicit eſſe ſubuentum. Contra in quinto libro, vbi nullum periculum eſt, latius deſcribit placantem maria Neptunum. Item in ſecundo libro, quoniam imminet periculum,vno verſu ait, Quo res ſumma loco Panthu? quam prendimus arcem? Perlabitur vndas.) Figura eſt, Quod enim nos modo dicimus per præpoſitionem nomini copulatam ſequente verbo, antiqui verſo ordine præpoſitionem detractam nomini, iungebant verbo,ita tamen vt eſſet vna pars orationis,& faciebant honeſtam elocutionem.Nos dicimus Per vndas labitur: illi dicebant Perlabitur vndas. Item, per forum curro: & percurro forum. Notandum planè quod plerunq; ſuum regit caſum,plerunq; ad ablatiuum tranſit. Ac veluti magno in populo.) Virgilius tẽpeſtati,populi motum comparat. Tullius populo tempeſtatem,pro Milone, Equidem cæteras tempeſtates & procellas in illis duntaxat fluctibus concionum. Ideo autem Magno addidit, quia vbi frequens eſt populus, ibi & crebra ſeditio. Animis ignobile vulgus.) Ideſt ſtultum:vt contra nobilẽ animum prudẽtium dicimus. ideo etiam paulo poſt ait, Arrectis auribus. Sumpſit enim tranſlationẽ ab animalibus. Vulgus.) Et maſculini generis & neutri lectum eſt, generis neutri hoc loco: alibi maſculini.vt, In vulgum ambiguas. Et hoc eſt artis vt maſculino vtamur,quia omnia latina nomina in vs,exeuntia,ſi neutra fuerint,tertiæ ſunt declinationis, vt pecus pecoris:ſi aũt ſecundæ fuerint declinationis, maſculina ſunt:vulgi aũt facit,non vulgeris,vt docti, clari. Vſurpatum tamẽ eſt vt neutrum genus ſit propter vnum græcum nomẽ.i. pelagus. Cum enim pelagi faciat,neutri tamen eſt gñis. Furor arma miniſtrat.) Sic alibi, Rimanti telum ira facit. Graué.) Venerabilem: vnde & contemptibiles,leues dicimus.& bene ſeruat circa hunc rhetoricam diffinitionem,cui dat & iuſtitiam & peritiam dicendi: vt, Tum pietate grauem.& , Ille regit dictis animos. Orator enim ita diffinitur, Vir bonus,dicẽdi peritus. Genitor.) Venerabilis: vt, Tybri pater. Ergo hoc nomen & ad verum patrem pertinet,& ad honorẽ refertur. Cœloq; inuectus aperto.) Non per cœlum vectus,ſed cœlo iam ſereno, vectus per maria. Curru.) Non vt quidam putant, pro currui poſuit, nec eſt Apocope:

eſt Apocope: ſed rõ artis antiquæ, quia omnis nominatiuus pluralis regit genitiuũ ſingularem,& iſoſyllabus eſſe debet, vt hæ muſæ, huius muſæ hi docti, huius docti. Item à genitiuo ſingulari datiuus regitur ſingularis, vt iſoſyllabus ſit:vt huius docti, huic docto. Inde ergo eſt, Curruq; abſciſſa duorum Suſpendit capita. Et, Libra die.ne ſi diei feciſſet, maior eẽt nominatiuo plurali. Secundo) Troianis obſequẽti. Et tractus eſt ſermo à ſequẽtibus ſeruis.i. pediſſequis ſecundis. Vñ & ſecundam fortunam dicimus: ꝙ ſecũdũ nos eſt.i.prope nos.

ASCENSIVS.

Sic ait,&c.) Docet quãtum potuit Neptuni grauiter loquuti authoritas: docẽs id cęteros potẽtatus poſſe: dummodo decẽtẽ grauitatẽ teneant: ſed priuſq; ordinẽ ponã: prẽmittã Donati verba, quę hæc ſunt. Dicto citius.) Effectus ſtatim apparet obiurgationis: & dilatæ pœnæ, vt dicto citius placidum fiat mare, & omniũ elemẽtorum remouet iniuriã, ac veluti: hac cõparatiõe datur occaſio, vt oſtẽdat cuius meriti, & grauitatis, debet eſſe, qui in ciuitate ſua princeps eſt. Nã quũ ventũ eſt ad furorẽ, ſi virum præſtantẽ meritis audiunt, eius dictis requieſcunt. Seditio.) Vt populus furẽs, motus grauitate viri, quieſcit: ſic mare, authoritate rectoris, quieuit. Cœlo apto.) Quia dixerat, eripiunt ſubito cœlum. Liberauit igitur à tẽpeſtate Troianos, Neptunus: ſed euẽtus aliud attulit. Nam illos in Libyẽ terrã inimicæ Iunonis detulit. Ergo in caſum deteriorẽ deuecti ſunt. Hęc ille. Ordo eſt Neptunus, ſupp. ait ſic, vt pmiſſum eſt: Ordo. & placat.i.ſedat, ęquora tumida.i.inflata, & procelloſa: citius dicto.i.q̃ dici poſſet: & fugat nubes collectas.ſ.à vẽtis, vt tẽpeſtatẽ citẽt: & inducit ſolẽ.i.ſolis aſpectũ: amotis.ſ.nubib. Cymothoe.i. nympha, ſignificãs fluxum currẽtẽ: & Triton deus ille marinus, annixus.i. annitẽs ſimul detrudũt ſcopulo, ſup quẽ.ſ.ſedebãt: naues.ſ.troianorũ: ipſe ꝑ emphaſin.q.d.& deus, & rex leuat.i.erigit ſ.naues, tridẽti.i.tridente ſceptro, & aperit Syrtes vaſtas.i.capaces, & valde amplas: & tẽperat.i.tẽperatũ: & tranquillum reddit æquor: atq; perlabitur.i.molliter ꝑcurrit, ſummas vndas.i.ſummitatẽ vndarũ, rotis leuib.i.more rerũ leuiũ celeriter motis. Ac pro &: veluti.i.quẽadmodum: quũ.i.qñ ſeditio eſt coorta: ſępe.i. quod ſępe fieri ſolet: in magno populo. Et vulgus ignobile, quaſi ſine nomine, & incognitũ: ſęuit.i.ſęuitiã, & ferocitatẽ ſuam oſtẽdit: animis.i. volũtatib. aut aĩoſitatib. & faces volãt iã: & ſaxa volant iam.i.prẽcipitãter iaciunt: furor.i.vehemẽs animorum motus: miniſtrat arma.i.id ſibi quiſq; aſſumebat. quod furor accipe ſuadebat, & ita ꝑ furorẽ oĩa arma propria viſa ſunt: tum.i.tunc ſi ſ.populi cõſpexere forte: quẽ.i.aliquẽ, aut quẽ vis virum grauẽ: pietate.i.religiõe, & obſeruãtia in deũ, ac meritis: ſi dico cõſpexere talẽ virũ, ipſi ſilent, & aſtant aurib. arrectis.ſ.ad audiẽdũ. Ille.ſ. vir grauis. regit dictis.i.ordinatione aĩos.ſ.vulgi, & mulcet pectora ſic.i.eodẽ modo: cunctus fragor.i.vehemẽs crepitus, gñatus ex fractione vndarũ pelagi.i.maris: cecidit.i.ſedatus eſt: & reſedit poſtq; genitor.ſ.Neptunus. (quẽ patrem vocat, aut venerationis cauſa, aut quia omniũ pater à phyſicis dicitur: ſicut in Georg.iiij. dixit: Oceanumq; patrẽ rerum: & præcipue in mari pr̃ vocatur) proſpiciẽs.i.procul inſpiciens: æquora.i.maria: & inuectus.i.qui inuehebatur, cœlo aperto: amotis.ſ.nubibus: flectit equos.ſ.marinos: & volans.i.celerrime ꝑcurrens: curru ſecundo.i.ſecũdo flumine: & proſpere: & cõmode currẽte, dat.ſ.equis, lora.i.habenas ex corio

ex corio ſecundum Seruium qui vult curru eſſe datiui caſus, ordo eſſet: & volans dat lora ſecundo curru.i.ſm eum troianis obſequenti: vt ſit metaphora à pediſſequis: aut (vt dixi) cõmodo, quia ſecundum fluctus currenti.

PIERIVS.

¶ Perlabitur vndas.) Non temere pellabitur, in cod. aliquot antiquis legitur: ſiquidem ex Velij Longi ſententia per, præpoſitio omnibus integra præponitur, niſi quum incidit in l, literam. Malle enim elegantioris ſermonis viros in præpoſitione per, geminare l, literam (ait ille) quam r, exprimere: vt quum pellabor, malunt dicere, quam perlabor, ita enim in emendatis eius authoris codi. habetur. ¶ Curruq́; volans.) In Ro. co. & aliquot alijs, legere eſt, fluctuq́; volans, vt ſit fluctu ſecũdo ſed curru, magis placet eruditorum aurib. vt figuratum magis.




SERVIVS.

¶ Defeſſi Æneadæ.) Nũc Troiani. aliquando Romani: vt, Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant. ¶ Curſu.) Aut ſecundum quod ſuperius diximus, Proxima curſu.i.curſui. Aut contendunt curſu petere. Et eſt ſeptimus caſus. ¶ Vertuntur.) A propoſito itinere: hoc eſt ab Italia. ¶ Et in receſſu longo.) Eſt Topotheſia .i. fictus ſecundũ

Defeſſi Æneadæ quæ proxima littora, curſu
Contendunt petere, & Libyæ vertuntur ad oras.
Eſt in ſeceſſu longo locus, inſula portum
Efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur, inq́; ſinus ſcindit ſeſe vnda reductos.
Hinc atq; hinc vaſtæ rupes, geminiq́; minantur
In cœlum ſcopuli, quorum ſub vertice late
Æquora tuta ſilent, tum ſyluis ſcena coruſcis
Deſuper, horrentiq́; atrum nemus imminet vmbra,

ſecundũ poeticam licentiam locus. Ne aũt videretur penitus à veritate diſcedere, Hiſpanienſis Carthaginis portum deſcripſit. Cæterũ hũc locum in Africa nuſquam eſſe conſtat: nec incongrue ꝑpter nominis ſimilitudinem poſuit. Nã Topographia eſt rei veræ deſcriptio. ¶ Seceſſu.) Sinu ſecreto. ¶ Locus.) Subaudis qué vt ſupius, Vrbs antiqua fuit.

Et

Fronte ſub aduerſa ſcopulis pendentibus, antrum,
Intus aquæ dulces, viuoq́; ſedilia ſaxo,
Nympharum domus, hic feſſas non vincula naueis
Vlla tenent, vnco non alligat anchora morſu.
Huc ſeptem Æneas collectis nauibus omni
Ex numero ſubit, ac magno Telluris amore
Egreſſi optata potiuntur Troes harena,
Et ſale tabenteis artus in littore ponunt.
Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates,
Succępitq́; ignem folijs, atq; arida circum
Nutrimenta dedit, rapuitq́; in fomite flammam.
Tunc Cererem corruptam vndis, Cerealiaq́; arma
Expediunt feſſi rerum, frugesq́; recæptas
Et torrere parant flammis, & frangere ſaxo.

Et ſciendum eſt, quoties præmittimus nomē cuiuſlibet generis, & interpoſito pronomine ſequitur nomen alterius generis: medium illud pronomen, proprij nominis genus ſequitur, vt Salluſtius, Eſt in carcere locus, quod Tullianum appellatur. Ecce proprio iunxit, non appellatiuo. Tullianum enim proprium nomen eſt: carcer, appellatiuum. Si autem vtraq; nomina appellatiua fuerint licenter cui volumus reſpōdemus. ¶ Inq; ſinus ſcindit ſeſe vnda reductos.) Diuidit ſe vnda in ſinus reductos. i. replicabiles. ¶ Gemini.) Pares, ſimiles. interdū & duos ſignificat. ¶ Minantur.) Eminent: vt, Minasq́; murorum ingentes. Item, Illa vſq; minatur. ¶ Sub vertice.) Hoc eſt circa radices montis, quæ ad rectam lineam ſuſcipiunt cacumen, ideſt verticem. ¶ Tum ſyluis ſcena coruſcis.) Syluis coruſcis: hoc eſt ſyluarum coruſcarum, ideſt criſpantium. vt, Iuuenalis, Longa coruſcat Sarraco veniente abies. Et poſuit ſeptimum pro genitiuo, vt ſuperius: Pulchra prole. ¶ Scena.) Inumbratio. Et dicta ſcena ἀπὸ τῆσ σκιᾶσ. Apud antiquos enim theatralis ſcena parietem non habuit: ſed de frondibus vmbracula quærebant: poſtea tabulata componere cœperunt in modum parietis. ¶ Horrenti.) Horror plerunq; ad odium pertinet: plerunq; ad venerationem, vt hoc loco. ſic Lucanus, Arboribus ſuus horror ineſt. ¶ Atrum nemus.) Tropus eſt: per atrum, nigrum oſtendit: per nigrum, vmbroſum: per vmbroſum, denſum, ideſt frondibus plenum. ¶ Viuo.) Naturali: vt, Viuo præteruehor hoſtia ſaxo. ¶ Nympharum domus.) Aut verum dicit, & eſt hiſtoria: aut ad laudem pertinet loci. Talis inquit locus eſt, vt domus credatur eſſe Nympharum. Hic pro illic more ſuo. ¶ Anchora morſu.) Hoc nomen cum in græco, vnde originem ducit, aſpirationem non habeat, in latino aſpiratur: quod eſt contrarium. nam magis Græcorum eſt aſpiratio. Sed hoc in paucis nominibus inuenitur. Morſu autem de anchoris bene dixit: cum alio loco inueniamus, Tum dente tenaci Anchora fundabat naues. ¶ Telluris amore.) Cuiuſcunq; poſt pericula. vnde & ſuperius dixit. Quæ proxima littora curſu. Contendunt. Et paulo poſt infert, Optata potiuntur Troes arena. Tellurem autem pro terra poſuit, quum Tellurem deam dicamus: terram elementum, vt plerunq; Vulcanum ponimus pro igni, Cererem pro frumento, Liberum pro vino. ¶ Arma.) Quæritur, habeat nècne nomen hoc aſpirationem. & Varro ſic diffinit, Si ab ariditate dicitur, non habet: ſi ab hærendo, vt in fabricis videmus, habet: melior tamē eſt ſuperior etymologia. ¶ Sale tabenteis.) Madefactos aſpergine. ¶ Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates.) Bñ adiecit ſpēm, quia in certis lapidibus inuenitur ignis. Excudit autem eſt feriendo eiecit: quia cudere eſt ferire. vnde & incus dicitur: quòd illic aliquid cudamus, ideſt feriamus. ¶ Achates.) Alluſit ad nomen. Nam Achates lapidis ſpecies eſt. Bene ergo ipſum dicit ignem excudiſſe, vnde & Achatem ei comitem dixit. Lectum eſt enim in naturali hiſtoria Plinij, quòd ſi quis hunc lapidem in anulo habuerit, gratioſior eſſe videatur. ¶ Succepit.) Pro ſuſcepit: vt diximus ſupra. ¶ Rapuitq́; in fomite flammam. Penè ſolœcophanes eſt. nam cum mutationē verbum ſignificet, ablatiuo vſus eſt: ſed hoc ſoluit, aut antiqua circa communes præpoſitiones licētia, vt eſt, Conditus in vrbem. contra, Et nota conduntur in aluo. Item, Sæua ſedens ſuper arma. Et, Gemina ſuper arbore ſidunt. Cicero, Quod ille in capite ab hoſtium duce accæperat. Itē, Et ſi fortes fueritis in eo, quē nemo ſit auſus defendere. Aut Rapuit, raptim fecit flammam in fomite. i. celeriter. ¶ Corruptam vndis.) Aqua emolitam. ¶ Cerealiaq́; arma.) Fugiēs vilia, ad generalitatē tranſit, propter carminis dignitatē: & rem vilem auxit honeſtate ſermonis: vt alibi, ne lucernam diceret, ait, Teſta cum ardēte videret Scintillare oleum. Et ſciēdum eſt iudice Euphonia dici Cerealia, vel Cerialia: Typhoea, vel Thyphoia. Cæſareanus vel Cæſarianus. In his ergo licentia deriuationis eſt. ¶ Feſſi rerum.) Hoc eſt penuria fatigati. Et feſſus generale eſt: dicimus enim feſſus animo: vt, Ter feſſus valle reſedit. & feſſus corpore, quod magis eſt proprium. Et feſſus rerum à fortuna venientium, vt hoc loco. Epitheta enim nunquam vacant: ſed aut ad augmentum, aut ad diminutionem, aut ad diſcretionē poni ſolēt. ¶ Fruges.) Generaliter fruges oēs dicuntur: & errant qui diſcernunt frumēta à frugibus. Nā Cicero ait, Olei, & frugum minutarum: quum de leguminibus diceret, vt oſtēderet etiam frumēta fruges vocari. Frugum autem nomē tractum eſt à frumine, ideſt ab eminente ſub mēto gutturis parte. ¶ Recæptas.) Liberatas. vt, Medioq́; ex hoſte recæpit, ideſt liberauit. ¶ Et torrere parant flammis, & frangere ſaxo. Multi Hyſteron proteron putant, non reſpicientes ſuperiora: quia dixit vndis Cererem eſſe corruptam, quam neceſſe fuerat ante ſiccari. Qui etiam tamē contra hoc illo ſe tuentur exemplo, Nunc torrete igni fruges: nunc frangite ſaxo. Et voluit etiam hic Hyſteron proteron eſſe, quod falſum eſt. Nam & hodie ſiccari ante fruges, & ſic frāgi videmus. Et quia apud maiores noſtros molarum vſus non erat, frumēta torrebant, & ea in pilas miſſa pinſebant: & hoc erat genus molēdi. vñ & pinſores dicti ſunt, qui nunc piſtores vocantur. Pinſere aūt dici Perſius probat, vt, A tergo quē nulla ciconia pinſit.

ASCENSIVS.

¶ Defeſ.) Deſcribit portum in quē ſeſe recœperunt Troiani, potiſſimum, qui Æneæ tunc coniuncti erant. Nam cæteri, ita diſperſi erant, vt neſciret Æneas viuerēt necne: ſicut & illi de ipſo dubitabant. Fecit aūt aptam digreſſionē in deſcriptione portus, ſeu ſtationis, vt vero ſimile ſit naues Æneæ potuiſſe illic abſcōdi: dum naues Ilionei, ac ſociorum, à Tyrijs igne peterētur. Sane accuratius annotandum eſt, quæ naues cum Ænea recęptę fuerant. Dona. dicit ſeptē, quas Virg. recęptas dicit fuiſſe vnam, in qua ipſe Æneas erat: & tres de ſaxis, & tres de Syrtib. ereptas: de quib. videlicet dictum eſt: Treis notus arreptas in ſaxa latētia torquet. Treis Eurus ab alto In Breuia & Syrteis vrget. Sed incidit quæſtio de Achate, qui hic Æneæ comes datur: & tñ non erat in illis nauib. nā dictū eſt: Iam validā Ilionei nauē, iam fortis Achatæ, Vicit hyems, &c. vñ aut dicendum eſt, non eas ſeptē fuiſſe, quas Dona. cōmemorat: aut duos eſſe Achatas: alterum quē forte appellat: alterum quē fidū vt ſint epitheta diſcretiua: nam videtur ille fortis Achates fuiſſe in comitatu Ilionei Gyę, Cloanthi, Cayci, & Orontis. Sed audiamus Dona. cuius verba ſunt. ¶ Defeſſi.) Licet feſſi nitebantur proximam terram attingere, ne interea aliquis caſus emergeret. ¶ Contēdunt.) Oſtēdit curſus difficultatē, quē feſſi complere nitebantur, maxime, quia in aqua difficilior greſſus eſt properantibus curſum. ¶ Eſt in ſeceſſu.) Loci hæc deſcriptio negocio, neceſſaria eſt. Placiditas. n. fuerat pelagi procuranda propter corruptas naueis. Hanc præbebat obiectus laterū. Secretum vero proficiebat, quia cauendum erat propter regiones incognitas. Hoc dabat longitudo receſſus Nympharum domus, aquarum copiam præſtat. Sunt & defenſacula aduerſus ſolē, antrum, & nemus. Tantaq́; erat opportunitas loci, vt naues, anchoris non eſſent retinēdæ. ¶ Ab alto.) Amari. mira igitur breuitas quæ contineat omnia neceſſaria. Quum aūt locus contineatur quatuor partibus, ponit duo latera, & ingreſſum, quartā deinde partē poſuit, Fronte ſub aduerſa. Semp aūt loca ſic poeta deſcribit, vt ingrediēs: ſic facit Sallu. Quæ omnia mutabuntur, ſi vt recedēs ſcribat. Addit autē deſcriptioni, duos altos ſcopulos: vt ſit. Vñ latus proſpectus in pelagus appareat, ad inquirēdas naueis ab Ænea ſeparatas. Opacitas aūt, vt minus ab externis conſpiciat̃, facit. ¶ Septē.) Vna, in qua ipſe erat: treis de ſaxis: treis de Syrtibus, ereptæ. ¶ Optata.) Quia contrariā in pturbatione pelagi viderant, quū nauigia ad imum vſq; deprimerētur. ¶ Tabēteis ſale.) A contrario. Sal. n. conſeruat. Sed inuētus eſt caſus, vt tabeſcat ſale, quod ſeruari conuenit. Aqua. n. maris, quāuis ſalſa, admittit corruptionē. ¶ Achates.) Achates ignē fieri curabat, vt madidas fruges torreret, vt ſic ſiccatæ frāgi poſſent. Non ergo eſt ꝓpoſtera ordinatio. Neq; dixit, coquere, ſed torrere. Nam meminerat dixiſſe: Oēs accipiūt inimicū ibrē. ¶ Ordo eſt. Æneadę. i. Troiani, ſub Ænea ꝓncipe Italiā petētes, & ab eo denominati: defeſſi. i. Ordo.

ſ.i.multum feſſi:& defatigati ex longa contra ventos & procellas reluctatione:contẽdunt petere curſu.i.per curſum,(quo verbo oſtẽditur quam ſperata ſit terra nautis deprehẽſis : vt etiam defeſſi,currere faciant naues. Sane mallẽ,curſu ablatiui,quàm datiui caſus cẽſere:atq; ita non dicam,quæ proxima curſu.)ea,ſup. littora,quæ,ſupp.erant proxima.i.viciniſſima:quia nullo diſcrimine habito,quæ prima occurrerent,conſtituerant petere:& vertunt ad oras.i.extremas regiones Libyæ.ſ.ad eam partẽ vbi Carthago. Locus eſt in longo ſeceſſu.i.tractu ad quẽ licet ſecedere.i. ſeorſum ab alijs incedere : ſupp.quẽ,aut de quo,inſula:quæ illic interſita iacet:efficit portũ.i.ſpẽm portus:obiectu.i.ex obiectione, ſeu oppoſitione laterum.i.quia duo latera habet opportune oppoſita:quibus.ſ.lateribus:omnis vnda.i.impetus aquarũ,frangitur.i.ſeparatur:ab alto.i.profundo,ſeu medio maris (illic enim profundum eſt.)& ſcindit.i.diuidit ſe,in ſinus.i.angulos littorũ: reductos.i.replicabileis : quia non progrediuntur aquæ propter latera:& quia vaſtæ.i.valde amplæ rupes:q; pro.i.ſcopuli gemini.i.duo ſaxa æqualiter eminẽtia in aquis:minantur.i.minas,hoc eſt eminẽtias ſuas,extẽdunt in cœlum.i.cœlum verſus:aut,ſi hyperbole eſt,in cœlum vſq; hinc:& hinc.i.ab vtraq; parte:aut gemini ſcopuli minantur in cœlum.i.quia tam alte protenduntur, videntur minari ſe caſuros in ſuſpicientes:nam his qui altiſſimos ſcopulos ſuſpiciunt : videntur ſummitates eorum nutare , & caſum minari,ſub quorum.ſ.ſcopulorum vertice.i.ſummitate reflexa,& prominẽte:hoc eſt in radice,& pede ſcopulorum:vbi ab impetu aquarum partim exhauſtæ ſunt,quòd vertex ſuperincũbere videatur , his qui ad radicẽ ſunt : ſub vertice ergo ſcopulorum:ſilent æquora tuta.ſ.ab incurſu ventorum,& procellarum: quia vẽti accedere nequeant:& omnis aquarum impetus priuſq; eo perueniant frangitur:tum.i.inſuper,aut præterea,ſcena.i.vmbraculum , aut inumbratio coruſcis ſyluis.i.habẽs ſyluas coruſcas.i.criſpanteis:imminet.i.incumbit deſuper : & nemus atrum vmbra horrẽti.i.contremẽti,leni agitatione ventorum:aut horrẽti.i.placida,vt ſentit Seruius,appoſitorie atrum.i.quod atrum nemus eſt : & quaſi antrum imminet ſub fronte aduerſa.i.oppoſita : & hoc ſcopulis pẽdentibus.ſ.in morẽ antri . Intus.i.in medio ſcopulorum : ſunt,ſupp.aquæ dulces : & ſedilia ſaxo viuo.i. naturali:appoſitorie domus nympharum.i.quam nymphæ habitant:aut tam amœna,vt digna ſit à nymphis habitari. Vlla vincula , non tenẽt hic.i.hoc loco,naueis feſſas : quia ſponte tenentur,& vlla anchora.i.inſtrumentum vncis dentibus , quo in terra,non ſaxoſa naueis feſſas , aut fluctu agitatas , nautæ alligant: non alligat,ſup.eas morſu vnco.i.dẽte incuruo:qui terram dum extrahit,erodit,& quodammodo mordet. Æneas ſubit huc.i.ad hunc locum,aut portum:ſeptem nauibus collectis,ex omni numero : & Troes egreſſi magno amore telluris.i.terræ potiuntur harena optata.i.quam in periculo tanto optauerant:& ponunt.i. reponunt in littore artus.ſ.ſuos:tabenteis ſale.i.aſpergine aquæ ſalſæ : ac Achates vir ille fidus (alludit tamen ad lapidẽ)excudit primum.i.vbi primum in terram deſcenderat ſcintillam ſilicis.i. particulam ignis,quæ erat in ſilice,aut in venis ſilicis : & ſuſcæpit.i.lente cæpit , aut ſurſum cæpit (vis enim ignis ſemper aſcẽdit)ignẽ folijs.ſ.deſiccatis : atq; dedit circum arida nutrimẽta.i. combuſtibilia,ſicca:& rapuit flammam.i.rapidam fecit flammã: in fomite.i.quæ (vt dicitur) radicaliter,& originaliter erat in fomite:aut rapuit in fomite:hoc eſt,in illo quo ignis fouebatur flãmam ad ſe (& neutro modo eſt ſolecophanes : nam non rapuit in fomitẽ:ſed eam quę erat in fomite rapuit ad ſe)tum.i.deinde, Æneadæ.ſ. (non Æneas) quia vile eſt miniſterium (feſſi rerum.ſ. multitudine,aut aduerſitate,aut rerum pro rebus,ſicut felix animi.)expediunt.i.expedite efferunt: Cererẽ.i.frumentum:aut panem:corruptam vndis:& arma.i. inſtrumenta : Cerealia.i.quibus Ceres.i.frumentum tractatur,aut quibus Ceres.i.panis fit: & parant torrere.i.deſiccare flãmis.ſ.ab Achate excæptis:& frangere ſaxo.i.pinſere , aut molere quodammodo,non tñ proprie, quia molæ vſum non habebant.

PIERIVS.

¶ Geminiq; minantur.) Seruius exponit,gemini pares. Sed cur non duo? quũ pſertim in hac deſcriptione Virgilius Homerũ ſequatur apud quẽ legere eſt, δύο δὲ προβλῆτες ἐν αὐτῷ αὐτοῦ. ¶ Ac primum ſcilicis ſcintillam excudit Achates.) Aruſianus Meſſus in Virgilianarum eloquutionum exẽplis, Excudit, huic datiuo caſu eleganter dici,carmine hoc ex Virgilio citato , contendit approbare:& ſilici à poeta ſcriptum agnoſcit:& ita habetur in eo codice,vbi integra Ti. Donati cõmẽtaria leguntur. Sed & excuſſit,præterito tpe poſitum eſt,vt cum altero ſuſcæpit,quadret in ſynchroniã. Ea vero dictio,ſuſcępit,in veteribus aliquot codicibus ſuccępit,geminato cc,ſcripta eſt: vt ſuccũbo,ſuccedo : ſed.n. omnino ex,ſub,& capio,ſuccipio prius fuit:inde alterum c,in s, abijt,conſuetudine pronunciationem huiuſmodi magis approbante.

Æneas ſcopulum interea conſcendit,& omnem
Proſpectum late pelago petit, Antea,ſi qua
Iactatum vento videat, Phrygiaſq; biremes,
Aut Capyn,aut celſis in puppibus arma Caici.
Nauim in conſpectu nullam,treis littore ceruos
Proſpicit erranteis,hos tota armenta ſequuntur
A tergo,& longum per valleis paſcitur agmen.
Conſtitit hic,arcumq; manu,celereiſq; ſagittas
Corripuit,fidus quæ tela gerebat Achates.
Ductoreſq; ipſos primum capita alta ferenteis
Cornibus arboreis ſternit.tum vulgus,& omnem
Miſcet agens telis nemora inter frondea turbam.
Nec prius abſiſtit q̃ ſeptem ingentia victor
Corpora fundat humi,& numerũ cũ nauibus ęquet.
Hinc portum petit,& ſocios partitur in omneis,
Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Aceſtes
Littore Trinacrio,dederatq; abeuntibus heros,
Diuidit,& dictis mœrentia pectora mulcet.

SERVIVS.

¶ Æneas.) Merita perſonarum Vilibus officijs intereſſe non debent : quod bene obſeruat vbiq; Virgilius , vt in hoc loco. Item in ſexto cum diuerſis officijs Troianos diceret occupatos : ait, At pius Æneas arces quibus altus Apollo Præſidet. Niſi cum cauſa pietatis interuenit,vt ad ſepeliendum ſocios miſcendo ſe operi hortatur. Necnon Æneas opera inter talia primus Hortaẽ ſocios,paribuſq; accingitur armis. ¶ Scopulũ.) i.ſpeculam. Et quando ſpeculationẽ ſignificamus gñis eſt fœminini : vt, Specula Miſenus ab alta. Speculum autẽ in quo nos tuemur,gñis eſt neutri,vt Iuuenalis,Speculum ciuilis ſarcina belli. ¶ Late petit.) Inquantum põt. ¶ Pelago.)in pelagus:vt, Inferretq; deos Latio. ¶ Antea,ſi quem.) Aut ordo eſt , Aſcendit ſcopulum requiſiturus Antea, Capyn, Caicum:ſi quẽ videat. Et vſus eſt hoc gñe elocutionis,quo & Terẽtius qui dixit, Quod pleriq; omnes faciunt adoleſcentuli, vt animum ad aliquod ſtudium adiungãt, pleriq; equos alere , pleriq; canes. Aut certe quẽ vacat , vt ſuperius diximus,iſtas frequẽter vacare particulas. vt ipſe Virgilius, Rhebe diu res ſiqua diu mortalibus vlla eſt. nemo dicit ſi qua vlla,ſed,ſi vlla. Vacat ergo Qua. Item in Lucilio , Ecquem Pamphilum quæris: Quẽ vacat. nam de vno loquebatur. ¶ Biremes.) Naues habẽtes remorum ordinẽ geminum:vt alibi, Triplici pubes quam Dardana verſu Impellunt. ¶ In puppibus arma Caici.) Quia nauigantium militum eſt mos puppibus arma religare: vt alibi , Pacem orare manu,præfigere puppibus arma. ¶ Erranteis.) Paſcentes: vt alibi, Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ. Re vera.n. dum paſcuntur , vagantur. Et in ſeptimo de ceruo, Errabat ſyluis. ¶ Ceruos.) Cerui dicti ſunt ἀπὸ τῶν κεράτων, ideſt à cornibus. Sciendum ẽt latina nomina , græcam plerũq; etymologiam recipe,ſed cerui nõ ſunt in ꝓuincia procõſulari,ad quã venit Æneas. Aut ergo fictum eſt ſm poeticum morẽ : aut ob hoc dictũ, qa heroicis tpibus vbiq; omnia naſcebãtur: vt ipſe, Omnis feret oĩa tellus. ¶ Tota.) Inter totum & omne hoc intereſt, ꝙ totũ dicimus vnius corporis plenitudinẽ:omne de vniuerſis dicimus, vtputa Totum auditorium habet ſcholaſticos:hoc eſt,plenum eſt auditoriũ ſcholaſticis. oẽ auditoriũ habet ſcholaſticos.i.omnia auditoria. Vſurpant tñ poetæ & iſta confundunt , vt hoc loco tota pro omnibus poſuit:& contra pro toto,oẽm poſuit: vt eſt, Oẽmq; reuerti ꝑ Troiam. Statius , Et totos in pœnam ordine nepotes.i.oẽs. Pleriq; deriuationẽ dicunt ab eo quod eſt tot totus, vt ab eo ꝙ eſt quot, quotus. Sed illud notandũ ꝙ in deriuatione mutat plerũq; naturam:nam cũ tot naturaliter breuis ſit,totus producitur:quotus vero ſecundum originẽ ſuam breuis remanet. ¶ Agmẽ.) agmen proprie

proprie dicitur ordinata multitudo, vt eſt ambulantis exercitus. neq;.n.in vno loco ſtans, agmẽ vocatur: aut ſi inuentum fuerit, vſurpatum eſt: vñ bñ adiecit Longum, vt incedentium oſtẽderet ſignificationẽ. ¶ Conſtitit.) Con ſecundum naturã breuis eſt ſemper, excepto quũ ſ, litera, vel ſ, ſequitur. tunc.n. tantũ producitur: ſicut in ſyllaba inſula, infula. ¶ Corripuit.) Aut de pharetra Corripuit: vt eſt, Corripit hic ſubita trepidus formidine ferrum. Aut ab Achate, vt eum ſecutum eſſe per ſilentium intelligamus: vt illo loco. Ni iam pręmiſſus Achates Afforet. Itẽ, Nunc repeto Anchiſes fatorum arcana reliquit. ¶ Gerebat.) Aut tunc: aut quæ gerere cõſueuerat. ¶ Cornibus arboreis.) Aut ſubaudi cũ, vt illo loco, Atq; Ixionij vento rota conſiſtit orbis.i.cum vẽto. Aut certe ſecundum ſupra dictam figurã Cornibus arboreis, pro Cornuũ arboreorum. Melius tñ eſt, vt cum ſubaudias. ¶ Tum vulgus.) Bñ vulgus, ductoribus interẽptis. ¶ Miſcet.) Perturbat, circumagit, inſequitur. ¶ Frondea.) Pro frondoſa poſuit. plerũq;.n. dum varietati declinationis ſtudẽt poetæ, mutant proprietatẽ: nam frondeum eſt totum de frondibus, vt torus. Frondoſus vero eſt lucus: licet.n. abundet frondibus, non tamẽ eſt de frondibus totus, vt ſaxeus & ſaxoſus. ¶ Quam ſeptẽ.) Bñ definiuit numerum: neceſſitatis.n. eſt hæc venatio, non voluptatis, in qua plura requiruntur. ¶ Victor.) Hoc loco, propoſiti effector: vt eſt, Atq; rotis inſiſtere victor. ¶ Fundat humi.) Per humum. Et eſt aduerbialiter poſitum: vt, Humi nitẽs.i. per humum. ¶ Cum nauibus.) Cacephaton in ſermone: quod fit ſi cum particulam N litera ſequatur. ¶ Hinc.) Pro inde. Abutitur enim aduerbio, more ſuo. ¶ Partitur.) Salluſtius ait, Prouincias inter ſe partiuerant. Nam & partio, & partior dicimus. Et eſt verbum de his, quæ cum vtrãq; recipiant declinationẽ, pro noſtra voluntate, actiuæ tamen ſunt ſignificationis, vt punio punior, fabrico fabricor, lauo lauor: quã quã tentauerit Probus facere differentiam inter actiuam paſſiuamq; ſignificationem: vt dicamus, tondeo alterum: tondeor ab altero: ſed hoc in alijs verbis dicere non poſſumus, vt fabrico fabricor, paſco paſcor. nam legimus, Florem depaſta ſalicti: &, Paſcuntur vero dumos. Sunt aũt alia verba quæ actiuæ declinationis ſignificationiſq; ſunt: vt cædo. Sunt quæ paſſiuæ, vt cædor. Inuenimus tamẽ actiuam declinationem, habere paſſiuam ſignificationẽ, vt vapulo: & contra declinationem paſſiuam, actiuam habere ſignificationem, vt loquor. Hæc ergo ab illis caute ſegreganda ſunt verbis. ¶ Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Aceſtes.) Ordo eſt, Deinde vina partitur, quæ Aceſtes dederat. Trinacrio. Græcum eſt propter tria ἄκρα, ideſt promontoria: Lilybeum, Pachynnum, Pelorum. Latine aũt triquetra dicitur. ¶ Heros.) Vir fortis, ſemideus, plus ab homine habẽs, vt ait Heſiod. Ζεὺς κρονίδης ποίησε δικαιότερον ἄρειον Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἱ καλέονται ἡμίθεοι.

## ASCENSIVS.

¶ Æneas.) Poſtq; cæterorum miniſteria deſcripſit, tractat officium ducis.ſ. Æneæ, qui de ſalute ſociorum quos in ſummo piculo dereliq̃rat, ſollicitus, veritusq;, ne aut ſubmerſi ſint aut in manus hoſtium inciderint: ſcopulum conſcendit: vnde cum naues proſpicere non poſſet, videret tamen ceruos, conuertit ſe ad eos capiendos, vt ſocijs recæptis, epulum daret, eorumq; & animos & corpora reficeret. De qua re audiamus Donatum: cuius verba ſunt: Reliqui igitur ſeipſos curabant. Æneas aũt anxius de ſalute ſociorum, labori non pepercit, ſed altitudinem ſcopuli, aſcendit: non ergo tantum ad proſpectum deſcripta altitudo ſcopuli, quantum ad laudem Æneæ. Qui aut non proſpexit vim pelagi, aut de refectione corporis non curauit: & vt ſalutem ſociorum procuraret, nullo victus labore, tantam altitudinem aſcendit. ¶ Proſpicit.) Bis accipe: vt nauem nullam proſpicit, ſed tamen proſpicit ceruos. ¶ Gerebat.) Vel tunc præſens, vel portabat Æneas tela, quæ Achates intẽtus igni, excitando reliquerat. Non vidit naues, ſed euentus oſtendit ceruos, quæ res non ad venandi voluptatẽ, ſed ad victus neceſſitatẽ, recæpta eſt. Septem ergo maiores ſtrauit, in quib. alimoniæ maior eſſet copia. Multos deinde paruulos interemit. Reprehendunt aũt temerarij quòd poeta dixit: A tergo ſequuntur. Error eſt interpretantium. Nam treis ceruos erranteis in littore ſequebantur armẽta: alij per valleis à tergo paſcebantur. Ita ergo legitur: Proſpicit treis ceruos & hos ſequuntur tota armẽta. A tergò vero totum agmen paſcitur. Ergo illi errabant, hi paſcebantur. Neq;.n. omnes errabant, aut oẽs paſcebantur. Sed alij erant, ſubiecti oculis eius: alij fuerant poſt ipſum. Similis aũt verſus eſt: Theſtilis, & rapido feſſis meſſoribus, & hoc eſt & Theſtylis. Item: Puppibus, & læti nauim.c. id eſt puppibus. Ipſi quoq; numeri gregum, diuerſitatẽ ſignificant.

De

De errantibus.n. pluraliter dixit: de paſcẽtibus vero ait, à tergo, & longum per valleis paſcitur agmẽ. Ergo in littore poſitos pluraliter dixit. In vallibus vero, paſcitur agmen. Huc accedit, quòd qui paſcitur, non errat: & qui errat, non paſcitur. ¶ Hinc portum petit.) Peracta ceruorum ſtrage, quę Troianis ſatis ſit, remeat ad naueis. ¶ Bonus.) Bonus ciuis, & bonus largitor. ¶ Cadis.) Prætermiſſo cadorum numero oſtenditur, vini copia. ¶ Onerarat.) Oſtẽditur non quantum voluerit largitor datũ, ſed quantũ Troiani ferre potuerunt. ¶ Abeuntibus.) Q.d. præter id quod manẽtib. dederat. Dictis non poterant in maximo mœrore cibum capere. Ergo adhibenda conſolatio erat. Verũ à pſona aliena, à mœrore: ſed hęc in ſolitudine nõ repiebat. Hanc igitur ſubdit Æneas, qui animi pręſtantia, mœrorẽ vincere poterat. Hic ita ſe gerit, vt neq; ſe ſatis triſtẽ oſtẽderet, ne à cõſolatione illos dejiceret, neq; omnino doloribus immunẽ. Ne in ſua cauſa omnino alienus videretur. ¶ Mulcet.) Nam grauiſſime inflictus, mœror penitus remouere nõ poterat. Sumpto aũt cibo, & vino, more humani ingenij, ſperatur animorum vẽtura relaxatio. Si aũt hæc cõſolatio ab alieno ſit, poſſet rñderi Terẽtianũ illud: Tu ſi hic ſis aliter ſentias. Quũ aũt à ſocio malorum põt attente audiri. Hæc ille. Quibus addamus quæ in Seruij de Pleriq;, & Heroæ interpretationẽ annotauit Beroal. dicẽs, Iſthæc moroſa nimis Seruij diſtinctio, Terẽtij verba obſcurat, & ex aptis facit nõ apta: ex nitidis ſordida: ex manifeſtis, ambigua: nam modus loquẽdi eſt apud eruditos, vt ita dicant, pleriq; omnes, pro vna parte oratiõis: quod diligẽter animaduertit Donatus apud Terẽtium: & curioſis auribus demonſtrauit, ſcribens, ꝙ pleriq; omnes, pro vna parte orationis dixerunt veteres, vt plus ſatis: allegatq; illud Neuianum: Pleriq; omnes ſubigunt ſub ſuum iudicium, hoc loquutionis genus vſurpant locupletiſſimi ſcriptores: inter quos haud dubie numeratur Gellius, qui ita ſcriptũ reliquit in.j. Verſus iſtos ex Georgicis pleriq; oẽs ſic legunt, & alibi. Pleraq; omnia veterum literarum quæſita, & Macrobius. Vultisne diem ſequentem: quem pleriq; omnes Abaco, & latrunculis conterunt. Itẽ, nimis conciſus eſt Seruius in explanatione Heroum: nec abſolutam expreſſit rem in non parua ſignificatione: audiatur itaq; copioſiſſime docens qui ſint heroes Auguſtinus lib.x. de ciuitate dei, his verbis: Nomen Heroum à Iunone dicitur tractum, quòd græce Iuno, Hera appellatur: & ideo, neſcio quis filius eius, ſm Græcorum fabulas, Heros fuit nuncupatus: hoc videlicet myſticum ſignificante fabula: quòd aer Iunoni deputetur: vbi volunt cum dęmonibus Heroas habitare: quo nomine appellant alicuius meriti animas defunctorum. Idẽ in.vij. Inter lunę gyrum, & nymborũ, ac ventorum cacumina, aerias eſſe animas, ſed ea animo, non oculis videri, & vocari Heroas, & Lares, & Genios: ex his liquido patet qui ſint Heroes: & vñ nomen ſortiantur. Trimegiſtus quoq; author eſt, Heroas habitare inter aeris puriſſimam partem ſupra nos, & terram, vbi nullus eſt nebulis locus. Minime prætereundũ eſt id quod Martianus Capella tradit in nuptijs Philologiæ: Heroas, videlicet ab hera: quæ terra dicitur eẽ nuncupatos: iſta, curioſo interpreti, fuerant veſtigãda, & enarranda: niſi forte Seruius exiſtimauit ſatis, ſuperq; eſſe id quod tractabat mutilatum tradere atq; conciſum: quũ boni tñ grãmatici officium ſit etymologias verborũ, ſignificataq; vbertim explicare. Hęc ille. ¶ Ordo aũt eſt, Æneas cõſcendit interea.ſ. dum Æneadę fruges parabant & cerealibus rebus intẽdebant: & petit.i. dirigit late.i. in latũ, aut per latum, oẽm proſpectum.i. totam virtutem proſpiciendi: pelago.i. in pelagus. (vt ſit datiuus ad locum: vt etiam Seruius ſentit: qui Antea vult eſſe accuſatiui caſus à nominatiuo Anteus. Erat.n. Anteus ẽt vnus ex Troianis: ſunt tñ qui velint eſſe aduerbium, ſicut poſtea, quæ quia compoſita ſunt, ex pronominibus retinẽt quantitatẽ, hoc eſt vltimã corripiunt, nã nomina dum aduerbia fiunt, quantitatẽ ſeruant: vt, antea hodie trãſuerſa crebra, &c. Vel ſic petit oẽm proſpectum, ſi videat quem iactarũ antea pelago.i. per pelagus: vento.i. à vento: ſed prior conſtructio mihi conformior videtur, ſicut & ſequentium hæc.) ideo petit ſi videat.i. vt forte videat: aut. vt experiatur ſi videat, quẽ.i. aliquem iactatum antea.i. paulo ante vento.i. à vento: & ſi videat biremes, ſupp. naues, quæ duorum remigũ ordine impelluntur: Phrygias.i. Troianas, aut Troianorũ, aut Capyn, aut arma.ſ. inſignia Cayci illius Troiani: in celſis.i. ſublimibus: puppibus.i. poſterioribus partibus nauiũ, in quibus directores, quos patronos nunc vocãt, conſidunt: ſuntq; altiores cæteris: vt in.iij. dicitur, Stans celſa in puppi. (Seruius aũt cenſet particulam, quem vacare: & Antea nomen eẽ ſic: Si videat Antea iactatũ pelago: & biremeis Phrygias iactatas pelago. Aut Capyn, aut arma Cayci in celſis puppibus.ſ. fixa.)

Pleriſq; omnes.

Heros.

Ordo.

xa.) Nullam.i.non vllam, Æneas,ſup.non proſpicit vllam naué in conſpectu:ſed,ſupp.proſpicit treis ceruos erráteis.i.libere paſcéteis,errantiū more nunc procedédo,nunc retrocedédo, nunc in tranſuerſum diuertédo in litore.(Eleganter omiſit particulá, ſed:nam non dices: Nullam naué proſpicit,ſed treis ceruos proſpicit:verum ſic: Nullam naué proſpicit,ſed treis ceruos. Aut ſic, naué non proſpicit,treis ceruos proſpicit.) tota arméta.ſ.ceruorū reliquorum.(quia gaudét gregatim paſci,& errare vſq; adeo (vt authore diuo Auguſtino) dum flumina tranſeūt, onera cornuum ſequétiū præcedétes,viciſſim ſupportét.) ſequuntur ergo à tergo.i.directo tramite:ita vt non à latere,nam ſequi non poſſent, licet non pcíſe à tergo:vidimus tñ Donatum aliter ſentire, qui nō vult à tergo dicantur ſequi,ſed agmé paſci à tergo p valles.(Quæres aūt,quomodo illic ceruos,dicat poeta, quum ſm Herodotum,ceruis & apris omnis Libya careat,cum tñ habeat leones,elephantes,vrſos,ſerpentes,& aſinos cornua habétes. Ad hoc aūt reſponde (vt Seruius) aut in ſuperiori Libya ceruos non eſſe:in citeriore vero, in qua Carthago eſt,non deeſſe.) & longú agmé.ſ.ceruorū,paſcitur per valles à tergo.ſ.trium ductoꝝ, nam ductor,& agmé,correlatiua ſunt,nam agmé ab agendo dicitur: agitur.n.ſed à duce:hoc eſt ab eo,cui ducendi animus eſſe debet, licet agat:duces quoq; puij fere ſunt:actores aūt ſequétes. Quæri poſſet,quomodo dicatur ſequi,& paſci:ſed notum eſt,quia paſcétes incedunt,vnde & paſci,& inſequi,ijdé poſſent dici: Æneas conſtitit.i.firmauit & repreſſit inceſſum:hic.i.vbi vidit ceruos:& corripuit manu arcum, & ſagittas celeres.i.quas celeriter emittere peritus erat,& Achates ſolebat:quæ tela.i.quas ſagittas (Eleganter enim ſequéti non præcedenti conſormatur relatiuum.) Achates fidus.ſ.comes:qui nuſq; Æneam dereliquit (vnde intelligendum eſt,ꝙ poſtq; igné excuderat, relictis alijs ad humiliora miniſteria deputatis, Æneam ſequutus ſit:ad quod innuendum additum eſt primum,vt.ſ.in primo ingreſſu,excuderit ignem,& poſtea Æneá ſequutus ſit:ſicut ét poſt refectioné corporis Æneę comes ibit in diſquirendis locis:quia vero dicit eū celeres ſagittas geſtare ſolitum, poſſet idé intelligi hic fidus,qui ſupra fortis dictus eſt,vt eius nauis prius diſperſa,ſed poſtea collecta,intelligatur,inter eas,de quibus dictum eſt. Huc ſepté Æneas collectis nauibus, omni Ex numero ſubit) & ſternit.i.proſternit:primum ipſos ductores,ferentes capita alta,cornibus arboreis.i.ramoſis: tum.i.deinde:miſcet.i.mixtim perſequitur,aut reuera miſcet: vt ad acies alludat quæ cæſo ductore miſceri,& confundi ſolét,nec in ſuo ordine perſiſtere:miſcet ergo.i.confundit vulgus.ſ.ceruorum,& oém turbam.i.turbatam multitudiné: agés.i.perſequés ſ.eam telis.i.ſagittis:inter nemora frondea,pro eo quod eſt frondoſa.i.inter ſyluas,aut arboreta:nec abſiſtit.ſ.à perſequutióe,pus q; ipſe victor.i.voti compos:fundat,pro fuderit:humi.i.per humum,ſepté ingétia.i.valde magna:corpora.ſ.ceruoꝝ,& æquet.i. æquauerit:aut ęquáret.i.ęqualé fecerit,numerum.ſ.ceruoꝝ proſtratorū:cum nauibus:quas ſepté collectas,ſupra meminit poeta. Hinc.i.ab hoc loco,aut facto:ipſe Æneas.ſ.petit portū:vbi videlicet ſocij erát,& partitur.ſ.ceruos in omneis ſocios:& diuidit deinde vina q Aceſtes.i.Sicilię rex:bonus.i.bñficus:onerarat cadis.i.per cados:hoc eſt vaſa vinaria,quibus onerauit naues:quia quantum oneris poterant portare,tantum vini dederat,& quæ ipſe heros.i.princeps magnificus,& heroica virtute prȩditus:dederat.i.donauerat: abeuntibus.i.diſcedétibus litore Trinacrio.i. Siciliéſi:& hoc modo littore Trinacrio,regitur à dictione abeuntibus virtute prępoſitionis:aut ſi ordo eſt, dederat litore Trinacrio more poetico,ſubtraxit appellatiuo præpoſitioné. Sicut ibi littore ahena locant alij:& ipſe mulcet.i.mitigat:& ſolatur pectora.ſ.ſociorum:mœrétia.i.mœſta:ob caſum coſociorum: dictis.i. ſermone ſequenti:de qua re,ſicut de alijs multis,ſubtiliſſime loquutus eſt Donatus, vt iam vidimus.

PIERIVS.

Antea,ſi qua.) In Lōgo.in Med.& aliquot alijs antiqs exép.ſi qué,legimus. Quód eloquutiōis genus,aliorum ét poetarum teſtimonio, Seruius agnoſcit: ſed & ſi qua:in veteribus codicibus aliquot ſcriptū,animaduerti eamq; lectioné à veteribus grámaticis defendi. Aitq; Soſipater quoſdá ita legere, Antea,ſi qua iactatum vento videat: quéadmodū legitur: Si qua fata ſinant:pro ſi quo,aliquo mō. Aliud aūt eſſe in illo: Si q fata,aſpera rūpas, Tu Marcellus eris:quáq; & ibi,ſi quo modo,ſit audiédū. Hos tota arméta ſequuntur.) Vetera aliquot exépla.quos tota,legūt,à nemine tñ,quod ſciá,adhuc recæpta lectio:perinde ac illud ét quod antiqui codices nōnulli,tot arméta,ſcriptum habét:ſiue ea olim fuerit apoſtrophe,qua Latinos ét aliquando vſos, monumenta plurima declarant:ſiue tot,numerale nomé,ratione cōis loci pducatur: ſed tota,paſſim agnoſcitur à Grámaticis. A tergo, & longum per valleis paſcitur agmen.) Errare eos Ti. Donatus ait, qui comá ſtatuunt. Sequūtur à tergo,quum abſq; vllo interiecto puncto,legendum ſit,vno eodéq; mébro: A tergo,& totum per valleis paſcitur agmen,vt ſit, Longum agmen à tergo paſcitur p valleis:cuius eloquutionis exépla ponit: Teſtilis,& rapido feſſis meſſoribus æſtu. Ité: Puppibus,& læti nautæ impoſuere coronas. Ité: Subito cum tabida mébris: hoc eſt,cum ſubito. Corpora fundat humi.) In Romano codi.in Oblongo.& aliquot alijs minime malis,humo,legitur,dandi caſu:ſed humi,aduerbialiter poſitum:magis placet noſtri téporis eruditis viris: veluti ét in.v. Fuſus humi. Quáq; & ibi quoq;,variá eſſe lectioné apud veteres oſtendimus. Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Aceſtes Litore Trinacrio,dederatq; abeuntibus heros, Diuidit.) Sunt q magis approbét lectionem illam, Deinde bonus quæ vina cadis onerarat,cuius quidé appoſiti verbum eſt,diuidit,non,partitur, vt Seruius putat. Sed.n.illam aduerbij tráſpoſitioné in primum locum nuſq; in codicibus antiquis obſeruaui. Agnitam vero Donato lectionem eam,quæ vulgo habetur,inde patet,quod in ordinando ſenſu ita ſcribit. Deinde diuidit vina,q bonus Aceſtes onerauerat cadis litore Trinacrio,atq; abeuntibus dederat. Eſt præterea in codice Mediceo pro heros, poſitum hoſpes. Dederatq; abeuntibus hoſpes,vt muneri conditio accreſcat, quòd hoſpitale fuerit.

O ſocij (neq; enim ignari ſumus ante malorū) ÆNE.
O paſſi grauiora,dabit deus his quoq; finem.
Vos & ſcyllæam rabiem,penituſq; ſonanteis
Acceſtis ſcopulos,vos & Cyclopea ſaxa
Experti.reuocate animos,mœſtumq; timorem
Mittite,forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.
Per varios caſus,per tot diſcrimina rerum
Tendimus in Latium,ſedes vbi fata quietas
Oſtendunt,illic fas regna reſurgere Troiæ.
Durate,& voſmet rebus ſeruate ſecundis.

SERVIVS.

O ſocij.) Ordo eſt, O ſocij, reuocate animos. Bñ auté Socios dixit,vt ſe eis exæquaret. Ignari.) Immemores. Et eſt Acyrologia. Ignarus.n.eſt qui ignorat: immemor qui oblitus eſt. Antemalorū.) ὑφὲν eſt.vt alibi, Cœli ſubter labentia ſigna. O paſſi grauiora.) Arte magna vtitur,vult.n.eos meminiſſe grauiſſimorum,vt præſentia facilius tollerét. Et bñ grauiora dicit eſſe tráſacta, vt futura oſtédat eſſe leuiora. His quoq;.) Scilicet ſicut & grauioribus. Scyllęam rabiem.) Exempla pro negociorum qualitate ſumere debemus: vt hoc loco,in marinis piculis ponit peractæ tempeſtatis exépla. Penituſq; ſonantis acceſtis ſcopulos.) Ideſt valde.& aut valde ſonantes,aut valde acceſſiſtis,ideſt iuxta. Et bñ ait acceſſiſtis,non.n.paſſi ſunt hæc pericula,ſed his fuere vicini. Cyclopea ſaxa.) Aut q Cyclops in Vlyſſem iecit:aut certe Siciliam dicit,in qua Cyclopes habitauerunt.vt ipſe. Centum alij curua hæc habitant ad litora vulgo. Poſſumus tamen Ætnam accipere: nam & ipſe in tertio ait, Nocte illa tecti ſyluis immania monſtra Perferimus. Mœſtumq; timoré.) Quòd mœſtos & ſolicitos faciat: vt mors pallida, & triſtis ſenectus. Mittite.) Omittite. Et eſt tropus Aphæreſis,quomodo temnere pro contemnere. Forſan.) Fortaſſe,fortaſſis,forſitan,forte,& fors vnū ſignificant: ſed varie pro metri ratiōe ponuntur. Olim.) Modo temporis futuri eſt. Meminiſſe.) Memini,& genitiuum regit & accuſatiuum. Dicimus enim & memini malorum,& memini mala,& iuxta ratione:nam memoriæ obliuio contraria eſt. Et obliuiſcor ſimiliter & genitiuum regit & accuſatiuum.vt, Obliuiſcere cędis: atq; incédiorum,& obliuiſcor iniurias tuas ò Clodi. Sic Tullius Cicero. Iuuabit.) Futuri temporis eſt. Huius autem verbi præteritum perfectum anomalum eſt.nam cum primæ coniugationis verba in tempore perfecto,aut in Aui exeant,vt amaui.aut in vi ſolutam,vt tonui: hoc verbum neq; in aui facit, neque in vi, ſed vui,vt iuui.vt Lucanus, Iuuit ſumpta ducem, iuuit dimiſſa poteſtas. Per varios caſus.) Argumentum à compenſatione. Sedes quietas.) Non vacat quod adiecit quietas. habuit enim ſedes &

ſedes & in Thracia & in Creta,ſed non quietas. ſ Illic fas regna
reſurgere Troiæ. ) Figura eſt etiam ante dicta , qua per contra-
rium aliquid intelligimus Dicendo enim illic fas , oſtendit alibi
nefas,vt occurreret cogitationi ſociorum , ne fatigati tot malis
quaſcũq; requirerent ſedes , quod etiam in quinto factũ eſt, na-
uibus incenſis. ſ Durate.) Duri eſtote ad ſuſtinendos labores.ſic
Horat. Vix durare poſſunt imperioſius æquor. ſ Voſmet.) Met
πάρελκον eſt. Sciendum autem eſt has particulas met, piam,te,
vt egomet,quiſpiam,tute,& ſimilia, ornatus cauſa poni. Sũt.n.
aduerbia.quicquid enim ab illis ſeptem receſſerit partibus , ad-
uerbium ſit neceſſe eſt. Item quemadmodum probamus aduer
bia eſſe,quia dicimus docte facio,docte feci,docte feciſti,& mu
tato verbo remanet aduerbium : ergo ſi ſic & in iſtis particulis
inuenimus,vt egomet,noſmet,vt mutatis caſibus,vel perſonis
eadẽ permaneant,aduerbia ſine dubio ſunt,nulla enim hoc alia
pars orationis admittit. Notãdum ſane ꝙ hæ particulæ plerũq;
naturam ſuam habent non ſyllabarum. Nã cum Te & Met lon-
gæ ſint, tu te met dactylus inuenitur.nec poſſumus harum par-
tium naturam diſcutere,quia ſub regulis non ſunt.

## ASCENSIVS.

❡ O ſocij (neq;.) Oratio hæc cõſolatoria,in genere deliberatiuo
cõſtituta,grauitatis,& prudẽtiæ, virum talẽ,qualis Æneas eſt,
decentis plena eſt. Nihil enim prętermittitur,ꝙ à prudẽti,& elo
quenti viro dici debeat : vt ex Donato diſcere poſſumus : cuius
verba ſunt. ſ O ſocij ).ſ.laborũ. Mira arte loquitur. Norat enim
odioſum illud eſſe laborãtibus, vtpote cuius cauſa vniuerſi tra-
hebantur,per tot,& tam diuturnas calamitates. Ponit ergo pre
mium.ò ſocij laborũ.q.d.qui nil ſine me paſſi eſtis: ergo debetis
audire quæ dicã. ſ Ignari.) Mira conſolatio:nam quũ odioſa ſit
infortuniorum dura cõmemoratio, exulcerans eorum corda q
paſſi ſunt,adiungit poeta cõmemorationi cõparationẽ: vt dicta
ipſa potius medicinæ ſint, q̃; exulcerationi. Nã enumeratio prę-
teritorum malorum,ac grauiorũ , oſtendit ferenda eſſe p̃ſentia.
Addit,& ſuſtinẽdi conſuetudinẽ, nutriſſe patientiam. ſ Grauio-
ra.) Vt incõmodorũ nouitas grauius peruertit: ſic ferẽdi conſue
tudo quidquid acciderit facilius tolerat. ſ Dabit deus.) vltro re-
ſpondit, ſi quęrerẽt,quando hæc mala inueniẽt finẽ, & poſt cõ-
parationẽ grauat præterita,& leuat p̃ſentia, & à generali ad ſpe
cialem rationẽ venit. ſ Scyllęam.) In mari Siculo eſt,locus hor
rendis ſaxis obſeſſus. Non autẽ mulier vſq; ad pubem humani
corporis: inferius vero canibus armata. ſ Acceſtis.) Oſtendit for
tunæ ſuffragio ex intima ſaxoꝝ ꝑte liberatos. ſ Forſan & hæc.)
Delectabit nos,quũ ad proſpera venerimus,etiã hæc inter mala
enumerare. ſ Olim.) Tria tẽpora ſignificat,prętheritũ,pręſens,&
futurũ. ſ Durate.) Quãdo per mala, ad bona tranſeundũ eſt:ſpe
bonorũ toleranda ſunt aduerſa , p̃ſertim vbi ſpondetur per bre-
uiſſimũ tempus otium ſempiternũ. ſ Fata.) Ergo parẽdũ eſt:nã
illis obſiſti non poteſt. ſ Illic fas.) Et euadẽdi,& ꝑueniẽdi,ſpem
Ordo. pollicetur: & aſſerit Italiam ſolã eſſe quæ digna ſit, in qua Tro-
iæ imperiũ reſurgat. Hęc illę. ❡ Ordo eſt. O ſocij.ſ.errorũ, & la-
borum: per quã appellationẽ ſibi illos conciliat, vt qui ſe illis pa
rem exiſtimet: ordo aũt ſic conferendus eſt: ò ſocij reuocate ani
mos,&c.nã cætera per parẽtheſim inſerta ſunt. q.d. vt ſocij eſtis
in auderſitate, volo ſocij ſitis in magnanimitate, tolerãdo aduer
ſa: neq; enim ſumus.i.nam certe nos nõ ſumus ignari.i.imemo
res,ſm Seruium, vt ſit acyrologia.i.improprietas ſermonis:ſed
meo iudicio: ſic dicit, vt Dido dicet: Nõ ignara mali, miſeris ſuc-
currere diſco. Ignarus enim eſt malorũ,qui nunq̃; ea paſſus eſt.
non ſumus ergo ignari.i.neſcij: antemalorũ: vna eſt particula.i.
malorum pręteritorũ,& q̃ ante hac paſſi ſumus. O paſſi grauio-
ra.ſ.mala: quoꝝ deus finẽ dedit: quia aliter non dicerentur paſſi,
ſed adhuc pati: vnde ſubinfert, deus dabit quoq;.i.etiã: his.ſ.ma
lis minus grauibus: finẽ.i.exitum,& terminũ,ac deſitionem : ꝙ
autẽ grauiora paſſi ſint,probat: dicens: vos, &.i.ſimul acceſtis:
pro acceſſiſtis: rabiem Scyllæam.i.quæ inter Scyllam , & Cha-
rybdim eſt, in mari Siculo, cuius dextrũ Scylla latus leuum im-
placata, Charydis Obſidet: & ſcopulos ſonanteis penitus.i.val-
de,& quaſi pene intus: & hoc eſt, cur Scyllæã rabiem dixit, quia
ſonitu aquarũ imitantur ſcopuli latratum canũ rabioſorũ : vos
&.i.ſimul experti eſtis: ſaxa Cyclopeia.i.à Cyclopibus in Sicilia
obſeſſa. O ſocij igitur, quia non ignari antemalorum, & grauio-
ra paſſi. (Eſt autẽ oratio intricata, quaſi à turbato animo prola-
ta: qualis erit in.ij.huius, vbi ſocios ad arma cohortabitur : atq;
ſummũ artificiũ eſt, vbi ab imperitis minus artis cenſetur.) reuo
cate animos, quibus.ſ.grauiora tuliſtis, vt & hæc feratis: & mit-
tite.i.deponite: & reijcite, ac omittite: timorem mœſtũ, qui vos
mœſtos facit: aut mœſtum.i.deteſtabilem: quũ ſit timor appro-
bandus, qualis erat dum in periculo fuerant : vnde dictum eſt :
Ex tẽplo Æneæ ſoluuntur frigore membra. iuuabit.ſ.animos.i.
delectabit , & iucundũ erit forſan. olim.i.tẽpore futuro, vbi oĩ-
bus periculis defuncti erimus: meminiſſe.i.aut memorare.i.re-
citare, aut recordari: &.i.ẽt hęc.ſ.p̃ſentia mala : qa iuuat euaſiſſe
mala, plus q̃; non incidiſſe: vnde in.iij. Iuuat euaſiſſe tot vrbes,
Argolicas, medioſq; viã tenuiſſe ꝑ hoſteis. Nos tendimus in La
tiũ.i.in patriã nobis fatalẽ, vnde originẽ traximus, & vbi Satur
nus latuiſſe perhibet: per varios caſus, & tot diſcrimina.i.ꝑicula
rerũ: fas eſt.i.à fatis ꝑmiſſum: regna Troiæ reſurgere.i.reparari
& renaſci illic.ſ.in Latio: nõ in Creta, nõ in Delo, non in Sicilia,
vbi fata.i.deoꝝ ꝓordinationes, & voluntates nobis p̃fata.i.vati-
cinio ſignificata: oſtendit.i.indicant vaticinio multorũ: vt in.iij.
dicetur. ſedes quietas.i.imutãdas : quales nõ erant in Creta: de
quibus in.iij. Mutãdę ſedes, nõ hęc tibi littora ſuaſit Delius, &c.
Durate.i.ꝑdurate: aut durate animos veſtros cõtra mala: (& ſi-
tis duri ad tolerandos labores donec obtinueritis: ſedes quietas
iuxta oracula penatũ, qui vobis dixerũt: vt recitabitur in.iij.hu-
ius: Dardanidæ duri, quę vos à ſtirpe parẽtum Prima tulit Tel-
lus, eadẽ vos vbere læto Accipiet reduces, antiquã exquirite ma
trem.) & ſeruate voſmet.i.voſipſos: rebus ſecundis.i.proſperis:
poſt aduerſas, quæ nunc vos premunt: & eſt ſentẽtia ſane mora
lis: & cuius facile eſſet ad allegoriam transferre: vt per Latiũ, pa
triam cœleſtem intelligat, ad quã per caſus varios, per tot diſcri
mina rerum, tendimus: & ſedes vbi fata, quietas oſtendunt.

## PIERIVS.

❡ Neq; enim ignari ſumus antemalorum.) In veteribus oĩbus
exẽplaribus, diſtinctas inueni dictiones: in nõnullis puncto etiã
interiecto, ante, malorũ, quæ quidẽ Græca eſt figura, τῶν πρὶν
κακῶν. vt illud τῶν νῦν ἀνθρώπων, ſubintelligitur quidẽ in hoc
q̃ paſſi ſumus ante in illo ὄντων qui nũc ſunt: cuiuſmodi ſexcẽ-
ta in ſingulis Græcoꝝ libris inuenias. Qđ ſi qs ſubunionẽ magis
adamet, vt apud Catullũ: poſt‿phaſellus, & ĩ Pãdectis: poſt‿
domus, non laboro. Nõ.n. inſtitutũ eſt, noſtrum aliorũ impro-
bare ſententias, niſi error manifeſtus occurrat: ſed varias codicũ
veterum lectiones recitare: cuiuſmodi ea etiam eſt , quæ , Neq;
enim immemores ſumus: ſcriptum oſtẽdit in codice Mediceo,
nimirum ex paraphraſi ſeruiana deſumpta, ac aliena etiã manu
inculcata lectio. ſ Vos & Cyclopea ſaxa.) Antiqui pleriq; codi-
ces, Cyclopeia pentaſyllabum legunt: ſed repugnante ſyllaba, q̃
non tantum ω μεγα eſt, ſed etiam ex altera vocali coalita in cra
ſin, quæ non niſi in longam fieri poteſt. Quod ſi quis etiam ſyn-
copen malit, κυκλωόπιος, κυκλώπιος o itidem paruum , vtpo-
te minus validũ, elidetur, ὢψ vero ὠπὸς grãmatici notant, per
ω μεγα, pro facie, & oculo: ὄπος vero per ο paruũ, ſi vocẽ ſigni
ficet. Sunt tamen qui nomẽ originationi reddi poſſe putent. ὢψ
enim παρὰ τὸ ὄπτω. cuius futurum ὄψω , vnde ὄψ ἀποβολῇ
τοῦ ω. alterũ vero illud ὢψ, κατ' αὔξησιν factũ, vel ω μέγα. In
ο μικρὸν, ſm Dores, quos Latini bona ſermonis ꝑte ſunt imitati
mutari poſſe dicant: eademq; proportione , qua pene vltimã in
αἰθίοπα, & αἰθοπαδινον, corripimus, ex eodẽ fonte hauſtis, ita
licere ẽt in Cyclopeia fieri, dictione maxime , in denominatiuũ
excreſcente. In hoc aũt, ad exẽpla confugiendũ duxerim: quorũ
nullũ hactenus, ex antiquis authoribꝰ repperi , q Cyclopa pene
vltima longa non poneret. Quidã tñ ex recẽtioribus magni oĩ-
no viri, quoꝝ authoritas pro rõne ſufficiat, indifferentẽ protule
re: rõnes nimirum, quas ſupra memorauimus, ſequuti. ſ Sedes
vbi fata quietas Oſtẽdũt.) In ꝑuerteri codice legere eſt, quietis,
quippe nobis. Nã, ſedes, ꝑ ſe plenũ eſt ad otiũ indicandũ , ẽt ſine
alio epitheto. Sed enim grãmatici plurimũ codicũ veterũ cõſen-
ſu, Sedes quietas agnoſcũt: & poetarũ eſt: ita res epithetis exor-
nare. Sunt ẽt codices, qui legãt: Sedes ibi fata qetas Oſtẽdunt. ve
luti etiã ſequitur, Illic, indicatiue. Sed enim magis recęptum ab
omnibus eſt, vt relatiue poſitum ſit, vbi.

## SERVIVS.

❡ Voce refert.) Pleonaſmon eſt. qui fit quotiens adduntur ſuperflua. vt alibi, Vocẽq; his auribus hauſi. Terentius , His oculis egomet vidi. ſ Curis.) Cura dicta eo ꝙ cor vrat. deniq; paulo poſt ait, Premit altum corde dolorẽ. ſ Æger.) Aeger eſt & triſtis , & male valens.

ſ Talia voce refert, curiſq; ingentibus æger POETA
Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem.
Illi ſe prædæ accingunt, dapibuſq; futuris,

Tergora diripiunt coſtis,& viſcera nudant.
Pars in fruſta ſecant,veribusq́; trementia figunt,
Littore ahena locant alii,flammasq́; miniſtrant.
Tum victu reuocant vires,fuſiq́; per herbam
Implentur veteris Bacchi,pinguisq́; ferinæ.
Poſtq̃ exempta fames epulis,menſæq́; remotæ,
Amiſſos longo ſocios ſermone requirunt,
Spemq́;,metumq́; inter dubii,ſeu viuere credant
Siue extrema pati,nec iam exaudire vocatos.
Præcipue pius Æneas,nunc acris Oronti,
Nunc Amyci caſum gemit,& crudelia ſecum
Fata Lyci,fortemq́; Gyan,fortemq́; Cloanthum.

valens. Ægrotus autem ſiue ægrotans, tantummodo male valens. ¶Spem.) Lætitiam. Et eſt crebra apud Virgilium figura:quę fit quotiens ſignificatur ab eo ꝙ ꝓcedit,id quod ſequitur. Nam ſpem,lętitia ſequitur:ſpes vero in vultu non videtur, ſed lætitia. Hæc autē figura & verſa vice fit: vt intelligamus ab eo ꝙ ſequitur, id quod præcedit. vt, Meritæq́; expectent præmia palmę. Palmam pro virtute poſuit, quæ primum meretur, & palmam pòſt accipit. ¶Prędę.) Ad prędam. vt. Inferretq́; deos Latio. ¶Accingunt.) Studioſe parant. vt alibi, Accingunt operi. Accinctos enim induſtrios dicimus. vt Horatius, Altius ac nos pręcincti ſumus. Sicut contra negligentes diſcinctos vocamus. vt, Diſcinctos Mulciber Afros. ¶Dapibusq́; futuris.) Ambitioſe dixit quòd ſint cerui dapes futuræ. ¶Tergora.) Tergus tergoris, vnde tergora corium ſignificat. tergum vero tergi, vt templum templi, dorſum ſignificat. vt Salluſtius, Scilicet quia tergis abſtinetur. ¶Viſcera nudant.) Viſcera non tantum inteſtina dicimus, ſed quicquid ſub corio eſt. vt, In Albano Latinis viſceratio dabatur, ideſt caro. Eſt autem nominatiuus ſingularis hoc viſcus huius viſceris: vt Lucretius, Viſcus gigni ſanguenq́; creari. Sanguen autem ideo dixit, quia ſanguinis facit, vt carmen carminis. Si enim ſanguis diceret, par eſſet nominatiuus genitiuo, vt anguis, pinguis. ¶Veribus.) Ecce nomen de his quæ in numero ſingulari indeclinabilia ſunt, vt veru, cornu, genu. ¶Trementia.) Palpitātia adhuc. ¶Ænea locāt.) Quibus vtebantur non ad elixandas carnes, ſed ad ſe lauandos. Heroicis enim temporibus carne non veſcebantur elixa. Huic autem nomini maiores aſpirationem dabant, nam ahena dicebant. ¶Tunc.) Id eſt poſtquā ſe lauerunt. ¶Victu.) Cibo. vnde & conuictores dicimus. vt Horatius, Non quia ſum tibi Mecœnas conuictor. Nam conuiuæ à conuiuio dicuntur. ¶Fuſi.) Polyſemus ſermo eſt. ſignificat enim & diſcumbentes, vt hoc loco: & fugatos, & occiſos. ¶Implentur. Impleor duos caſus regit. dicimus enim & impleor illius rei, vt Cicero, Squaloris plenus ac pulueris. Et Terentius, Plenus rimarum ſum. Et impleor illa re, vt hoc loco. & alibi, Plenaq́; ſagittis Threicis. Et Iuuenalis, Lectica Mathonis Plena ipſo. ¶Ferinę.) Feras dicimus, aut ꝙ omni corpore feruntur, aut ꝙ naturali vtuntur libertate, & pro deſiderio ſuo feruntur. ¶Poſtq̃ exempta fames.) Caute in mœſtitia cibis famem exemptam dicit, ideſt fugatam, non ad affluentiam quæſitam. ¶Menſæq́; remotæ.) Quia apud maiores ipſas menſas apponebant pro diſcis. vnde eſt, Et menſæ grata ſecūdæ. Duas enim habebant menſas: vnam carnis, alteram pomorum. ¶Amiſſos.) Non re vera, ſed vt illo tempore putabant. ¶Exaudire vocatos.) Aut ſubaudimus deos, & quaſi conqueſtio eſt, ꝙ non flectantur precibus. Aut certe hoc dicit, Non ſolum periſſe eos, ſed nec ſepulturam habere ad quam vocentur. Nouimus enim ꝙ mortuorum vmbræ ad ſepulchra vocabantur, vt eſt, Maneſq́; vocabat Hectoreum ad tumulum, Et eſt figura, ab eo quod præcedit, id quod ſequitur: quia poſt facta ſepulchra manes vocantur. ¶Pręcipue.) Inter omnes, quaſi aliis magis plus. ¶Oronti.) Pro Orontis. vt, Immitis Achilli. ¶Secum.) Propter ſocios. vt ſupra, Spem vultu ſimulat.

ASCENSIVS.

¶Talia voce refert.) Poſt conſolationem verbalem, additur ſolatium epularū, & vini, quo & animus, & corpus refici ſolet. Serui. cenſet pleonaſmon eſſe. i. ſuperfluitatē illius particulæ, voce: ſat. n. fuerat dixiſſe, Talia refert. Verūtamen mihi nequaq̃ ſuperfluū videtur: ſed diſcretiuū: vt ſit, Refert quidem voce: ſed longe aliter referebat: & reuoluebat, caſus ſuorū aīo: vt ex ordine patebit, quē priuſq̃ poſuero Donati verba, ſubiiciam: q̃ ſunt. ¶Curiſq́; ingētibus æger.) Perſuaſoris erat: vt metum diſſimularet, quū ſpem perſuadere tentaret, & regis erat afferre conſolationē vtrunq́ ergo ꝑſtitit, neq́ oportebat illum in ſua cauſa ſine cura eſſe. ¶Illi.) Oſtenditur, quid potuerit conſolatio. Nā niſi mœror ſublatus fuiſſet, refectionē aliquam non quæſiſſet. ¶Tergora diripiunt.) Diuiditur per officia procuratio epularū: neq́ delitioſæ dapes, aut irritamēta gulæ erant his paranda, qui naufragio: & inedia laborauerant. Tergora: eodē tēpore alii detrahebāt coria. Alii, anteq̃ tota corpora appareret, reſecabant parteis: & vt plenā properationē oſtēdat: addit. ¶Verubusq́ tremētia fi.) Hoc eſt, qbus adhuc aliquid ſpiritus teneretur. ¶Ahena.) Aquā imponebāt igni, vt elixā facerent carnē. Hæc coquēdis viſceribus celeritatem ꝑſtant. Deniq́ epulis paratis, vireis, labore & fame ꝑditas, reuocāt. ¶Fuſiq́ p.) Adeo aduerſariorū obliti erant, vt fuſi per herbā plus cibi ingererēt, q̃ refectio poſtulabat. Hoc autem ꝑſtitit ꝑſuaſio cōſulti regis. ¶Ferina.) Per ſe ſuauis caro eſt hæc, ſed additur pinguedo, vt ſuauior animos appetētiū irritet. Vino autē acceſſerat gràtia, à tēpore, qualitate, & quātitate. Nā & vetus, & optimū, & abundans fuerat. Hinc dixit: Implētur veteris Bacchi. ¶Poſtq̃ exempta.) Fame & laſſitudine oppreſſos, nullius cura tangebat. Refectis vero, venit in mentē recordatio ſociorum, quorū quum de morte incerti eſſent, erant inter ſpē vitæ, & metū mortis. Æneę aūt maior ponitur virtus, qui nec cibū ſumpſit, nec diſſimulare à perditis potuit, nec eorū curam poſuit, qui nec ſupereſſe poterant. ¶Secum.) Nā apud alios, ſpem vultu ſimulat. ¶Ordo eſt.
Ordo
Æneas, ſup. refert. i. recitat: & exprimit talia, voce. i. ſermone vocali: quū alia longe referret ſermone mentali, & ipſe æger. i. ſaucius, & dolore affectus, ingētibus. i. valde magnis: curis. i. ſolicitudinibus, cor eius vrētibus: ſimulat. i. fingit (nō enim oīs ſimulatio vitioſa eſt: vnde & ſaluator finxit ſe lōgius ire.) & per ſimilitudinē indicat, & præ ſe fert vultu. i. diſpoſitione faciei: qua voluntas prodi ſolet: ſpem. ſ. melioris euentus, aut rerū recuperandarum, & ꝑmit, corde. i. in pectore: altum. i. profundū dolorē. Illi. ſ. ſocii eius ſic conſolati: accingunt. i. apparant ſe præde. i. ad prædam parandam: & diripiunt. i. raptim diſtrahunt: coſtis, ſcilicet ceruorum, ab Ænea occiſorū: futuris dapibus, ideſt ad futuras dapeis, aut appoſitorie quæ erāt futuræ dapes: tergora. i. pelles, aut cutes tergorum: & pro. i. nudāt viſcera, ideſt carnes interiores: videtur tamē leniorum partes expreſſiſſe poeta, nam tergora. i. quibus terga teguntur, diripiunt. i. vno tractu abſtrahūt: ſed pelles quibus viſcera. i. inteſtina obteguntur: non tam faciliter abſtrahunt: vnde nudant, dixit: Pars. ſ. ſociorum. i. partim ſocii: ſecānt. i. incidunt carneis; in fruſta. i. particulas: & figūt verubus (alii veribus legunt, ſed plures verubus.) fruſta, ſup. trementia. i. adhuc pālpitātia, & ſpiritu vitali mota. Alii locāt, ſcilicet ad lauādas carnes: ahena ſup. vaſa, ideſt lebetes, aut cacabos ex ære factos: litore, pro in littore: & miniſtrant. i. ſubiiciunt: flāmas, quas. ſ. ex combuſtibilibus excitant: tum. i. deinde. peracto. ſ. officio coquendi. ipſi reuocant. i. reparāt, & in loca priſtina alliciūt: vireis. ſ. ſuas: victu. i. cibo: & fuſi. i. proſtrati per herbam: quia ſedilia nō habebant, nec toros extructos. implētur Bacchi. i. vini: veteris quod præſtantius ab omnibus cēſeri ſolet: & ferinę. ſ. carnis: hoc eſt carnis ceruinæ: pinguis. ſ. quia ſeptem ingētia corpora fuderat humi. (Sicut plenus genitiuo & ablatiuo iūgiť, ita & verba à pleo compoſita, vt hic implētur veteris Bacchi.) Poſtq̃ fames eſt exēpta. i. fugata & perempta, epulis. i. epulādo: & mēſæ. i. ferculorum, aut obſoniorū, duo genera quæ menſis. i. cum mēſuris apponebantur: aut in quadris, aut in lancibus (vnde de quadris dicetur in. iii. Ambeſas ſubigat malis abſumere menſas. Et in. vii. En etiam menſas conſumpſimus, inquit Iulus. Nā quadram, ex cruſto panis facere ſolebant. Non ergo loquitur in iis locis, de tabulis ſuper quas cœnatur.) & poſtquā igitur menſę. i. quadræ: aut lances cibis onuſtæ: remotæ, ſupp. erant ipſi: requirunt longo ſermone ſocios amiſſos: exiſtētes dubii inter ſpem, & metū ſeu credant viuere, quod ſcilicet ſperabant: ſiue pati extrema, ſupp. fata. i. mortem: quod metuebant: nec, ideſt & nō: & credant eos vocatos, ſcilicet à ſociis ad tumulos: nō exaudire. i. reſpondere: vt ſcirent defunctos eſſe: aut ſic: nec exaudire. i. non exaudiebant iam vocatos ad tumulum. ſ. vt ſit infinitiuus modus pro indicatiuo: vel potius ſic: ſiue credāt eos extrema pati: nec vocatos, ideſt licet vocenť exaudire: iam, ideſt amplius: aut deinceps quum mortui ſint. Præcipue, ideſt præter cæteros, & plus q̃ cæteri: Æneas pius, aut Æneas ꝑcipue pius: ſed melius, Æneas, quia pius gemit præcipue: nunc caſum Orōti, pro Orontis: acris, ideſt ſtrenui, qui cū Leucaſpe ſubmerſus erat; & Amyci, ideſt

ci, ideſt illius Troiani, etiam acris: & nunc gemit ſecū, ideſt animo ſuo: quia ſpem vultu ſimulat: crudelia.i.immitia: & ſęua fata.i.mortem Lyci, ideſt aut illius viri: aut populi Lycij: quia dixit ſupra: ſubmerſam eſſe vnā, quę Lycios, fidūq; vehebat Orontem: & gemit Gyam, virum illum fortem: & Cloanthum fortem, ideſt caſus eorum, qui tamen non erāt ſubmerſi: vt patebit in quinto, vbi nauium directores erunt.

### PIERIVS.

¶ Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem &c.) In Oblōgo codice perueteri, & aliquot alijs manu ſcriptis. Premit alto corde, legitur: quæ quidem lectio, nō admodum aliena eſt ab Donatiana paraphraſi. Nam angebatur (inquit) dolore q̄ maximo, & hūc altis ſenſibus retinebat abſtruſum. ¶ Veribusq; trementia figunt.) Eſt vbi, verubus, neq; vno quidem codice, per u, in pene vltima legatur, neq; deſunt literati, qui lectionē eiuſmodi probent. Quam tamen per i, vocalem tertiā, ſcribi debere tam vetuſtiorum grāmaticorum authoritas, q̄ inſcriptio quędā in termino areæ illius, quam Domitianus, poſt Neronianū incēdium, dedicauit, in diui Petri baſilica, paucis ante annis, oculis noſtris inſpeximus, ita enim incipit.

HÆC AREA INTRA HANC DEFINITIONEM CIPPORVM CLAVSA VERIBVS.

Et quæ ſequuntur. Grammatici ſane de huius nominis pene vltima ſolliciti fuere, quum nollent, verubus, ex quorūdam abuſu per u, admittere. Nā quum veteres omnino, veru, oſſu, & genu, dicerent, in numero multitudinis, verua, & oſſua proferebant, vt genua. Neq; deſunt veterum monumenta, in quibus adhuc, oſſua, ſcriptum legatur, quod ab oſſu agnoſcit Aſper. inde, verubus, genubus, faciebant: ſed enim FL. Soſipater, vera, dicendū: non, verua, & verum, & veribus, contendit, citata etiam Plinij ſententia, ex dubij ſermonis lib. vj. dicentis, manifeſtum eſſe, veribus, genibus, oſſibus, dici per i, in pene vltima. ¶ Nunc acris Oronti.) Seruius pro Orontis poſitum ait, nempe ad cacophoniam declinandam, Orontis: tamen habetur in antiquis aliquot exēplaribus. Sed oīno ſuauior eſt lectio Seruiana. Soſipater Cariſius declinat, Orōtes orōte, vt Achates achate: apud Gręcos.n. ὀρόντου, vt ἀχάτου, cuius nōis incuſatiuū ait in am, deſinere: ſi rectus Orōta Latine reformetͬ: niſi vero reformetͬ, Orōtē poſſe nos dicē: vt Vir. Fidūq; vehebat Orōtē. vt ēt, Pręmittit Achatē.




### SERVIVS.

¶ Finis.) Vel fabularum, vel diei. ſequitur nāq; paulopoſt, Æneas per noctem plurima voluens. Et ſciendum eſt Virgilium non ſemper dicere ortum vel occaſum diei, ſed aut intellectui relinquere, vt hoc loco: aut negotijs tempora ſignificare. eſt aūt poetica καλλωπισμός, non omnia exprimere. vnde ait Horatius in arte poetica, Nec verbum verbo curabis reddere fidus Interpres. q̄uis pleriq; de tranſlatione græcitatis hoc aſſerāt dictū. Homerus ſane iſta contemnens tēpora vniuerſa deſcribit.

Et iam finis erat, quum Iuppiter æthere ſummo
Deſpiciens mare veliuolum, terraſq; iacentes,
Littoraq;, & latos populos, ſic vertice cœli
Conſtitit, & Libyæ defixit lumina regnis.
Atq; illum tales iactantem pectore curas
Triſtior, & lachrymis oculos ſuffuſa nitentes
Alloquitur Venus. O, qui res hoīumq;, deumq; VE.
Æternis regis imperiis, & fulmine terres,
Quid meus Æneas in te committere tantum,
Quid Troes potuere? quibus tot funera paſſis,
Cunctus ob Italiam, terrarum clauditur orbis.
Certe hinc Romanos olim voluentibus annis
Hinc fore ductores, reuocato à ſanguine Teucri,
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent,

ſcribit. ¶ Cum Iuppiter æthere ſummo Deſpiciens.) OEconomiam iſtam ſm̄ Matheſim videtur ordinaſſe Virgilius. Nā Ioue in altitudine ſua poſito cū Venere, ſignificatur q̄ per mulierē aliquā fœlicitas poſſit euenire. Ergo quoniam Æneas in partē regni admittetur à Didone per occaſionem coniugij, idcirco hæc poeta p̄miſit. Sane & illud animaduertendū, quod peritiſſime dixit triſtiorem Venerem fuiſſe cum Ioue, ex quo ſignificat exitum vxoris infœlicem futurum: nam ſe vtiq; Dido interemit. Quòd autem Mer

Pollicitus, quæ te genitor ſententia vertit?
Hoc equidem occaſum Troiæ, triſteſq; ruinas
Solabar, fatis contraria fata rependens.
Nunc eadem fortuna viros tot caſibus actos
Inſequitur. quem das finem rex magne laborum?

curium facit à Ioue deſluentem ad occaſum deſcendere, ideſt ad ima terrarum: oſtendit amicitias quidem fore, ſed minime diuturno tẽpore permanere. Illud etiam mathematici dicunt, Venere in Virgine poſita miſericordem fœminam naſci, atq; ideo Virgilius fingit in habitu virginis venatricis, Venerem occurriſſe filio: quod & miſericordem poſtea reginam probauit Æneas, & in venatione cum ea permiſtus eſt. ¶Æthere ſummo.) Qui ſummus. Et proprium ætheri epitheton dedit: quia omnibus ſuperior eſt. ¶Deſpiciens.) Deorſum aſpiciens, ſicut ſuſpiciens, ſurſum aſpiciens. Notandum ſane quia ſi diſpiciens dixerimus, diligenter inquirens ſignificamus, ſicut deduco & diduco. Nam deduco eſt proſequor: diduco vero, diuido. ¶Veliuolum.) Duas res ſignificat, & quod velis volatur, vt hoc loco: & quod velis volat. vt Ennius, Naues veliuolas, q & proprie dixit. Et eſt iſta reciproca trãſlatio nauium & auium. Legimus enim Et velorum pandimus alas: & contra de apibus, Nare per æſtatem liquidam: quum natatus nauium ſit, alæ vero auium. Et ſciendum eſt eſſe reciprocas tranſlationes & partis vnius. ¶Iacenteis.) Aut in longum expoſitas: aut proprium epitheton eſt terrarum. nam cum cætera elementa mobilia ſunt, ſola terra ſtabilis eſt. vnde & bruta dicuntur. ¶Latos populos.) Quum populos numero plurali dicimus, vrbes ſignificamus: quum vero populum, vnius multitudinem ciuitatis intelligimus. ¶Sic.) Quid eſt ſic? ideſt vt iſta conſpiceret. ¶Et libyæ defixit lumina regnis.) Pulchra procœconomia, ideſt diſpoſitio carminis. Vituperabile enim fuerat ſi ex abrupto tranſitum faceret, quod in nono fecit, Atq; ea diuerſa penitus dum parte gerũtur. quæ res tamen excuſatur vno ſermone, Atq; ea, ideſt eodẽ tempore. quod ſolum eſt interpoſitum. Nũc vero bene tranſijt, quia inducit Iouem & de rebus humanis cogitantem, & Africam reſpicientem, ad quam venere Troiani. Vnde honeſtus color eſt, vt Venus adeat Iouem, timens ne Romana fata Carthagini concedant: fœlix enim euentus ſequitur loca quæ reſpexerit Iuppiter: vnde in ſecundo ait, Aſpice nos: hoc tantum. Et alibi, Atque oculos Rutulorum reijcit aruis. vbi erat futura victoria. ¶Taleis.) De rebus humanis. ¶Iactantem pectore curas.) Nunc ſecundum Stoicos loquitur, qui deos dicunt humana curare. interdum ſecundũ Epicureos, poetica vtens licentia. ¶Triſtior.) Comparatiuum poſuit pro poſitiuo. quando enim triſtis eſt Venus, vt nunc triſtior diceretur? ¶Oculos ſuffuſa nitentes.) Nitidos oculos lachrymis perfuſos habens. Et eſt figura quæ fit quotiens participio præteriti temporis à paſſiuo, iungimus caſum accuſatiuum, vt, Deiectus animum, mœſta vultum. Dicendo autem Nitenteis expreſſit etiam nimiam in lachrymis pulchritudinem: ſicut de Euryalo, Lachrymæq; decoræ. ¶Æternis regis imperijs, & fulmine terres. Volunt quidam ſuperfluo Regis ad deos referri, Terres ad homines neſcientes maioris eſſe poteſtatis, idem poſſe circa deos quod circa homines. ¶Et fulmine terres.) Nõ ſine cauſſa adiecit Terres.) Eſt enim fulmẽ quod terret, eſt quod afflet: vt, Fulminis afflauit ventis. eſt quod puniat, vt, Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras. Peremptorij autẽ fulminis late patet ſignificatio. eſt quod præſagit. ¶Meus.) Subaudi, filius, vt, Aiacis Oilei, vt ante diximus. ¶In te.) Modo contra te. alibi Pro ſignificat: vt, Benignum accipit in Teucros animum, mentẽq; benignam, ideſt pro Teucris. ¶Quid troes potuere?) Argumentum ab impoſſibili. vt alibi, Non ea vis animo. & eſt validius quàm à voluntate. plus enim eſt non poſſe quàm nolle. ¶Troes.) Erit nominatiuus Tros. Et hæc breuiter ſcienda regula eſt, quia omnia nomina monoſyllaba græca, quæ in latinum ſermonem tranſeunt, tertiæ ſunt tantum declinationis, & tam latine quàm grece declinari poſſunt. vt Tros Trois & Troos, Pan Panis & Panos. vt, Arcadici dictum Panos de more Licæi. ¶Ob Italiam.) Ne ad Italiam perueniant, toto orbe pelluntur. Atqui in Africa ſunt. ſed ſi diligenter requiras, etiam inde pelluntur: ait nanque, Hoſpitio prohibemur arenæ. ¶Certe hinc romanos.) Atqui nuſquam hoc legimus, ſed per ſilentium intelligimus, vt ſuperius de Iunone audierat. ¶Voluẽtibus.) Volubilibus. Et eſt participium pro nomine. Voluens enim eſt qui voluit: Volubilis autem qui voluitur. Anni autem voluuntur, non voluunt, vt eſt, Atque in ſe ſua per veſtigia voluitur annus. ¶Fore.) Futuros eſſe. Et eſt de verbis defectiuis. ¶Reuocato.) Dicendo Reuocato, oſtendit Italiã, vnde

de Dardanus fuerat. ¶A ſanguine Teucri.) Teucrum pro Dardano poſuit. Dardanus. n. de Italia profectus eſt, Teucer de Creta: quia ſolent poetæ nomina de prouincijs vicinis, vel perſonis vſurpare. vt, Domitus Pollucis habenis Cyllarus, quum Caſtor equorum domitor fuerit. Item, Et manibus Progne pectus ſignata cruentum. pro Philomela. Itẽ Didonem dicit Sidoniam, quum ſit Tyria, à loci vicinitate. Item, Quid loquar aut Scylam Niſi? quum Phorci fuerit. Et ſciendum inter fabulam & argumentum hoc eſt hiſtoriam, hoc intereſſe: quod fabula eſt dicta res contra naturam, ſiue facta, ſiue non facta, vt de Paſiphe. Hiſtoria, eſt quicquid ſecundum naturam dicitur, ſiue factum, ſiue non factũ, vt de Phedra. ¶Omni ditione.) Melius omni q̃ omnis: vt ſignificet omni poteſtate, ideſt pace, legibus, bello. ¶Pollicitus.) Pollicemur ſponte, rogati promittimus. ¶Quæ te genitor ſententia vertit?) Verecunde agit Venus. nec enim conueniebat, vt aperte contra vxorẽ ageret apud maritum. vñ & ſimiliter reſpondet Iuppiter, Neq; me ſentẽtia vertit. ¶Hoc.) Hac re. ¶Rependens.) Compenſans. Et eſt tranſlatio à pecunia. ¶Eadẽ.) Similis, qualis ab initio fuit: vt oſtendat nec longitudinem temporis prodeſſe Troianis. ¶Finem.) Ac ſi diceret, non regnum requirimus, ſed finem laborum. Ordo.

ASCENSIUS.

¶Et iam finis erat.) Poſtq̃ mortales, quod poterãt, effecerant: nec erat reuocandorum ſociorum, vlla ſpes reliqua: apte inducitur diuinum auxilium, quod ſuos in neceſſitatibus non deſtitit: verũ Seruius argute docet rẽ phyſicã eſſe: & ex viſceribus aſtrologiæ, fictionem hanc exceptam: nam dum Iupiter Venerẽ beniuole aſpicit, ſignificat ei, qui eos in Horoſcopo habet bonũ ꝑ mulierem euenturũ. Donati autem verba ſunt. ¶Finis.) Epularũ, vel fabularum, vel lucis. ¶Deſpiciens.) Iupiter ex alto actus hominum conſiderabat. Venus aũt, arrepta occaſione, eum alloquitur. ¶Triſtior, & lachrymis oculos ſuffuſa nitentes Allo. Ve.) q̃ antea lachrymis: ille eſt maximus dolor, qui ante vocis exortũ lachrymis ꝓcedẽtibus nunciatur. ¶Tales.) Res plena ſubtili arte vbi perſonarũ non ſolũ, ſed & rerũ habetur ratio. Loquitur Venus ad Iouẽ ſi priuata filia ad patrẽ: ſi publica iferior dea apud ſummum deorũ. Vicit autẽ, quod publicum fuit. Concitat ſubtilem inuidiã, q̄ Iupiter, cuius ſit iuſte curare, quid dij, quid homines agant, omiſerit, verũ in Æneã iudiciũ, & innoxiũ, tot tormentis diſſimulans, vexari ſinat: præponitur ergo publica perſona, & ſubnectitur priuata: apud enim patrem non potuit conqueri de dijs, ſed apud deorum regẽ. Dijs autẽ applicauit Æternis regis imperijs, & hominibus fulmine terres. ¶Æternis.) Ergo non ſunt contemnẽda, veluti ea, quæ ad tẽpus ſunt. q. d. non veniunt dij contra fata. ¶Quid.) Freta innocẽtia Troianorum, quærit nomen delicti, quo non inuento, conſtet eos immeritos pati. ¶Æneas.) Speciale ponit nomẽ, atq; inde trãſit ad genus. ¶In te regẽ d. & h.) Qui omnia habes in poteſtate Auum ſuũ, promiſſorem noui imperij, quẽ omnes dij ſuſpiciunt, & homines fulmine territi venerantur. ¶Meus.) Scilicet filius tuus nepos. ¶Tantum.) Bis repete, quid Æneas, & quid tantum Troes. Tantum: tam immane. ¶Cunctus.) Ad id redigitur, vt nec alibi ſtare, nec in Italiã venire poſſit. Ergo reſtat, vt in fluctibus, ſemper exagitetur. ¶Pollicitus.) Conuenit ex veteris promiſſi, imo pollicitationis fide. Turpe enim eſt, decedere de fide: turpiſſimũ: cuiuis mutare ſentẽtiam. Quid ergo tanto deo, preſertim vbi filiæ, nepotiſq; vertatur incõmodum. ¶Genitor.) Ponit poſt publicam perſonam, patrẽ, vt appareat neutram illarum ducere, ꝑfidia traduci. ¶Vertit.) Quum vas vertitur, omne quod habet effunditur. Ergo oſtendit, q̄ Iupiter, inimica perſuaſione, ita ſit verſus, vt nihil pietatis ſit in eo relictum. Quam integram filiæ præſtare debuit. ¶Genitor.) Multũ valet hæc perſona in ꝓmiſſis: quæ, nõ liberis ſolum verũ, & poſteris ſint profutura. ¶Quę ſentẽtia.) Quaſi dicat, qs te potior eſt, q te poſſit vertere. ¶Hoc equidẽ.) Diſſimulandũ eſt damnũ, ſi quod amiſſum eſt alterius, cõmodi ratione penſatur: vnde compenſatio dicitur, veluti ſi in altera lance damno poſito, in altera cõmodũ par, vel maius ponatur. ¶Occaſum Troiæ. Oſtẽdit rem maximam perijſſe. Caſus enim paruę rei eſt, vel perſonę inferioris. Occaſus, diuinę rei vel perſonæ ſuperioris. Nam ſolem, lunãq; occidere, & viros pręclaros occidiſſe dicimus. ¶Rependens.) Cõparans, & exęquans mala fata bonis. ¶Nunc eadem.) Non ſolum nõ veniunt bona, Cõpenſatio. Caſus. Occaſus.

ſed manent mala. Quem das finem.) Quia Iuppiter pot poſſu lata complere:& potuit efficere, ne aliquando acciderent, pot & ſic intelligi, Quem das finem.i.quando Troiani venient in Italiam, aut quando carebunt his malis. Ordo aut eſt. Et iam erat finis.ſ.ſermonis longi, quo ſocios amiſſos requiſiuerant, ac diei, quia non eſt veriſimile, vna luce potuiſſe eos iam tempeſtatem paſſos in terram deſcendiſſe:ignem excudiſſe:frugem deſiccaſſe: Æneam tot ceruos fudiſſe, ſocios conſolatum eſſe, vina dediſſe, eſculeta à ſocijs parata eſſe:cœnatum & conqueſtu eſſe: Æneam loca exploraſſe:ad Didonē aduenisſe, quæ tūc datura ius ad forū conſcēderat, quod mane fieri ſolet. Vnde Perſius: His mane edictum poſt prandia Calliroen do. Et, vt Martialis dicit: Hora tertia diei, Nam exercet raucos tertia cauſidicos. Ipſo ergo die, quo appulſi erant in ea, nympharum domo.i.amœniſſimo loco, quē prius deſcripſit poeta, manſerant vbi nunc cœnati erant, cum finis eſſet ſermonis,& diei:poſtridie aūt Æneas loca diſquirebat, vnde dicetur, Vt primum lux alma, data eſt exire, locosq; explorare nouos. Non eſt ergo dubium, diē fuiſſe exactum, cū veſperi cœnare ſoleant:& cū manifeſte dicatur Æneam, exorta luce, exploraſſe nouos locos, finis igitur erat tam longi ſermonis, q; diei cum.i.quand . . Iuppiter, deſpiciens.i.deorſum inſpiciens, de æthere ſummo:mare veliuolum.i.in quo vela volant, aut quod velis peruoluatur, aut voluitur,& terras iacenteis.i.humileis, & proſtratas:& litora, & populos latos.i.late habitanteis: conſtitit ſic i.in tali affectione, quę dicetur, ſup. in vertice cœli,& defixit lumina.i.oculos, deorſum iniecit regnis.i.ad regna Libyæ, illius, ſcilicet partis, in qua Æneas tunc erat. Atq;, pro &, Venus (ſcilicet illi occurrens, inuenta opportunitate.) triſtior.ſ.q; decuit: aut valde triſtis (quod & Valla ſentit: Nam, vt cum Ladino, ſm Priſcianum, ſubtriſtem & parum triſtē, dicas, non placet: non enim parum triſtis cenſeri poteſt, lachrymis oculos ſuffuſſa nitenteis:)& ſuffuſa oculos nitenteis.i.Habens oculos nitenteis:ſuffuſos.i.parum ſuperfuſſos lachrymis. alloquitur illum.ſ. Iouē, iactantē pectore.i.verſantem, taleis.i.humanarum rerum curas. Alloquitur autem ſic: O ſcilicet Iuppiter, hoc eſt, iuuās pater,& rex magne: qui regis ęternis imperijs, cū mortalia facta pereant: vñ in Geor. Peritura q; regna res hominum,& deum q;, pro deorum, alij legunt, deorū, vt ſit hypermeter verſus, qui hic vitioſus non eſſet, quia ſyllaba abundans, abſumi pōt per vocalē ſequentem,& qui terres res hoīum, & deorum:fulmine.ſ.tuo triſulco, quod ēt Iuppiter timent, vñ Venus ad Cupidinē, in hoc primo: Solus nate patris ſummi, qui tela Typhoea tēnis:quid Æneas meus.ſ.filius, & tuus nepos:potuit, ſup. cōmittere.i.cōmereri:& peccare tm.i. tam magnum ſcelus:in te.i.contra te?& quid Troes potuere cōmittere in te?q.d.nihil. Plus aūt eſt, non potuiſſe cōmittere, q; cōmiſiſſe: Troes dico, quibus paſſis tot funera.i.mortes ſuorum, nā veroſimile eſt neminē ſuperſtitem eſſe, qui neminem ſuorum in bello Troiano amiſerit, cunctus orbis terrarum: quia nuſq; conſiſtere à Iunone permittūtur: id ergo inuidioſe in Iunonē dicit, ſed tacite dictura expreſſe, ſi coniux non eſſet: clauditur.ſ.ab introitu:ob Italiam.i.vt arceantur ab Italia. Certe tu pollicitus, ſupp. es:cum Troiam perire pmiſimus. Romanos fore.i.futuros eſſe, hinc:hinc dico, ideſt ex hoc Ænea, aut ex his Troianis:annis voluetibus.ſ.vices rerum, aut voluentibus.ſ.ſe. aut volubilibus: olim.i.aliquando, ſed tempore futuro, à ſanguine Teucri reuocato:cuius verbi duplex eſt expoſitio, nam Seruius, qui vult Teucrum pro Dardano poni, ita exponit à ſanguine Teucri, pro Dardani reuocato.i.iterum in Italiam vocato: nam Dardanus ex Italia oriundus erat, non Teucer: vnde dictum eſt: Dardanidæ duri, antiquam exquirere matrē. Ego vero, qui quod proprie dictum tueri poſſum, nihil per acyrologiam accipiam, dixero à ſanguine Teucri, reuocato.i.reiecto.i.poſtq; ſanguinē Teucri reuocauerat, & reiecerat: Dardani autē ſublimauerat,& ad imperiū orbis prędeſtinauerat: nam Troiani partim à Teucro Cretenſi, partim à Dardano Italo, originē traxerunt:& viſus eſt Iuppiter aliquando Teucros, in imperiū vocaſſe, nūc vero aſſumptis Dardanidis, reuocare.i.reijcere, ſicut reuocamus,& recātamus, quod perperā, aut vocauimus, aut cantauimus (tu lector delige, vtrā voles ſniam. Nam ſunt qui non legant, reuocato à ſanguine, ſed reuocato ſanguine Teucri.) q.ſ. Romani, aut doctores ex Troianis oriundi, tenerēt.i.poſſiderent mare:& qui tenerent.i.poſſiderēt terras omni ditione.i.poteſtate: vt pace, bello,& legibus:ò genitor quę ſnia vertit.i.à propoſito vi abduxit te:id in Iunonē latēter dicit: ſed vide q; ſubtiliter ingrediatur Venus. Prius enim, vt oſtendat eum quæ promiſerit, aut pollicitus ſit, poſſe exequi, dixit: ò qui res hoīum q;, deorum q;,&c. nunc vero vt oſtēdat eum debere id velle pro ſuis, preſertim inquit, quæ te genitor ſnia vertit? vt turpe ſit regē, hominum,& deorum à propoſito, ac promiſſo verti, & impium patrē à filia,& auum à nepote abduci. Equidē.i.ego quidē, quæ de te opinione bonā habebam: ſolabar.i.pro ſolatio tolerabā:occaſum.i.excidiū Troię:hoc.i.ex hac re.i.hac pollicitatione: quia pollicitus eras ex occaſu Troiæ Romā oriri.q.d.ſiqs mihi obijciebat, q permiſerā Troiam meam occidere, q̄ res mihi triſtitię eē debebat, ego ſolabar hoc.i.hac re: q ſciui te pollicitum eſſe Troianos aliqñ in Italia rerum potituros, repēdēs.i.recompēſans, fata contraria fatis.i.modeſte tolerans fata, quæ erant de excidio Troiæ:ob fata de inſtitutione Romę. Nunc.q.d.multum abeſt, vt pro aduerſis lęta obtineant Troiani, quia eadē fortuna ſ.perſecutrix,& inimica, inſequitur nunc.i.hactenus, viros actos, tot caſibus.i.ruinis, erūnis,& aduerſitatibus, ò rex magne qui, & potes, & velle debes, quem finē laborum das.q.d. vt regna promiſſa omittam (quod alibi dictura eſt) quem finē laborum das q.d.nullum, quum indies magis laborent.

PIERIVS.

Reuocato à ſanguine Teucri.) In Mediceo cod.& aliquot alijs antiquis abſq; pręppoſitiua particula legitur: Reuocato ſanguine.

> Antenor potuit medijs elapſus Achiuis
> Illyricos penetrare ſinus, atq; intima tutus
> Regna Liburnorum,& fontem ſuperare Timaui.
> Vnde per ora nouem vaſto cum murmure montis
> It mare præruptum,& pelagō premit arua ſonanti.
> Hic tamen ille vrbem Patauī, ſedesq; locauit
> Teucrorum,& genti nomen dedit, armaq; fixit
> Troia, nunc placida compoſtus pace quieſcit.
> Nos tua progenies, cœli quibus annuis arcem,
> Nauibus (infandum) amiſſis, vnius ob iram
> Prodimur, atq; Italis longè diſiungimur oris.
> Hic pietatis honos? ſic nos in ſceptra repoſiſ?

SERVIVS.

Antenor potuit.) Non ſine cauſa Antenoris poſuit exemplum, cū multi euaſerint Troianorum periculū: vt Capys qui Campaniam tenuit, Helenus qui Macedoniam, vt alij qui Sardiniam ſecūdum Salluſtium. ſed propter hoc ne forte illud occurreret, iure hoc vexat, tanq; proditorem patriæ. Elegit ergo ſimilem perſonā: hi enim duo Troiam prodidiſſe dicūtur ſecundum Liuium: quod & Virgilius per tranſitum tangit, vt, Se quoq; principibus permixtum agnouit Achiuis. Et excuſat Horatius dicens. Ardentē ſine fraude Troiam. hoc eſt ſine proditione, quæ quidē excuſatio non vacat. nemo enim excuſat niſi rem plenam ſuſpitionis. Siſenna tamen dicit ſolum Antenorem prodidiſſe: quem ſi velimus ſequi, augemus exemplum: Si regnat proditor, cur pius vagatur? Ob hoc autem creditur Græcis Antenor patriam prodidiſſe, quia & legatos qui propter Helenam venerant, ſuſcepit hoſpitio: & Vlyſſem in mendici habitu cognitum non prodidit. Illyricos penetrare ſinus.) Antenor non Illyricum, non Liburniam, ſed Venetiam tenuit. Ideo aūte Virgilius dicit Illyricos ſinus, quòd inde venit quidam Henetus rex qui Venetiam tenuit, à cuius nomine Henetiam dictam, poſteri Venetiam nominauerūt. Tutus.) Ideo tutus, qa Rhetij Vindelici ipſi ſunt Liburni, ſæuiſſimi admodum populi, cōtra quos miſſus eſt Druſus. Hi aūt ab Amazonibus originē ducunt, vt etiam Horatius dicit: Quibus mos vñ ductus, per omne tempus Amazonia ſecuri dextras obarmet quærere diſtuli. hoc ergo nunc ad augmētum pertinet, quod tutus eſt, ēt inter ſęuos populos. Fontē Timaui.) Amant poetæ rem vnius ſermonis, circumlocutionibus dicere. vt pro Troia, dicūt vrbē Troianam, pro Buthrotio, arcē Buthrotī. ſic & modo pro Timauo ait fontem Timaui. Et paulo poſt, vrbem Patauī, ideſt Patauium. Vnde per ora nouem.) Multi ſeptem eſſe dicūt. q ſi incerta fides eſt, finitus eſt numerus pro infinito. Vaſto cum murmure montis. Tanta vi exit in mare, vt ēt reſonet vicinus mons. Et ſic dictum eſt, ſicut ſuperius, Illi indignantes magno cum murmure montis Circum clauſtra fremunt. Mare.) Amat poeta rem hiſtoriæ carmini ſuo coniungere. Varro.n.dicit hunc

hunc fluuium ab incolis mare nominari.¶ Proruptum.) Ideſt ef fuſum,fluens.Et melius eſt proruptum q̃ præruptum legere.Bñ aũt diffiniuit quid eſt largus fons,ſolutũ mare.¶ Pelago.) Aqua/ rum abundantia.¶ Premit.) Populatur,vaſtat.¶ Hic tñ.) Hoc eſt etiam in hoc loco difficili.¶ Vrbem Patauí.) Hoc eſt Patauium. Patauium aũt dictum, vel à Padi vicinitate, quaſi padauium: vel ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι,quod captato augurio dicitur conditũ: vel q̃ auem telo petiſſe dicitur,& eo loco condidiſſe ciuitatem. ¶ Sedeſq; locauit.) Ex votis ſuis facit inuidiam,dicens id conceſ/ ſum Antenori, quod ipſa deſyderat. ¶ Et genti nomen dedit.) Hoc eſt,quod ne victori quidem concederetur Æneæ:quod ſci/ mus à Iunone eſſe perfectum. contra quam oblique loquitur, propter conſiderationem mariti. Hi aũt primis temporibus ab Antenore dicti ſunt Antenoridæ.¶ Armaq; fixit Troia.) Hoc eſt, ſecurus eſt:quia ſolent amiſſi à militia,ſiue gladiatura, quibuſli/ bet templis arma ſuſpẽdere.vt Horatius,Vranius armis Hercu/ lis ad poſtem fixis.¶ Compoſtus.) Syncope eſt.detraxit enim de medio ſyllabam,vt,Et pocula porgite dextris.¶ Nos tua proge/ nies.) Sic loquitur quaſi vna ſit de Troianis.nam aliter ſenſus nõ procedit. Quod autem dixit. ¶ Tua progenies.) Epexegeſis eſt. vt,Aſt ego quæ diuum incedo regina.¶ Annuis.) Quia nutu ſem per promittit aliquid Iuppiter. ¶ Infandum.) Pro infande.vt in vi. Miſerum ſeptena quotannis.Item, Toruumq; repente cla/ mat.pro torue.Et eſt figura,quæ fit quoties nomen pro aduerbio ponitur.magis autem poetica eſt: in proſa aut rara,aut nunquã, tamen hoc loco Infandum poteſt eſſe etiam interiectio dolen/ tis. ¶ Vnius.) Produxit hic penultimam. ¶ Prodimur.) Multa quidem hic ſermo ſignificat,ſed modo porro damur: ſcilicet ab Italia.Et ſciendum eſt,omnium authorum eſſe conſuetudinem, res dubie poſitas,in ſequentibus explanare, & plenius dicere.vt hoc loco: nam quid eſt prodimur, oſtendit dicens, Atq; Italis longe disiungimur oris. ¶ Hic.) Ideſt talis.vt, Hunc ego te Eu/ ryale aſpicio.i.talem.¶ Honos.) Cum ſecundum artem dicamus honor,lepor:plerunq; poetæ r, in s, mutant cauſa metri.os.n. longa eſt,or breuis.hoc quidẽ habet ratio:ſed in hoc loco etiam ſine metri neceſſitate honos dixit.Item Salluſtius pene vbiq; la bos poſuit,quem nulla neceſſitas coegit.Melius tamen eſt ſerui/ re regulę.¶ Sic nos in ſceptra reponis?) In ſceptra,aut ad imperia reſeruas ſic, hoc eſt per naufragia. Aut certe antiqua eſt licentia communium præpoſitionum.

ASCENSIVS.

¶ Antenor potuit,&c.) Quia Antenori,conceſſit Iuppiter,vt in Italiam,lætus perueniret,ſedeſq; locaret, videtur id,& Æneæ, debere cõcedere.Non aũt placet mihi,quod Seruius dicit,vtrũq; proditorem fuiſſe,idq; authoritate Liuiana, nam Liuius id non aſſerit,cuius verba,in principio operis ſunt: Iam primum om/ nium, fatis conſtat Troia capta in cæteros, ſæuitum eſſe Troia/ nos, duobus, Ænea, Antenoreq;,& vetuſti iurę hoſpitij: & quia pacis,reddendæq; Helenæ,ſemper authores fuerunt, omne ius belli Achiuos abſtinuiſſe.Caſibus deinde varijs,Antenore cum multitudine Henetum,q ſeditione è Paphlagonia pulſi,& ſedes, & ducem,rege Philemene,ad Troiam amiſſo,quęrebant, veniſſe in intimum maris Adriatici ſinum.Euganeiſq;, qui inter mare, Alpeiſq; incolebant,pulſis,Henetos Troianoſq; eas tenuiſſe: & in quẽ primum egreſſi ſunt locum, Troia vocatur: Pago q; inde Troiano,nomen eſt,gens vniuerſa,Veneti appellati,Æneam ab ſimili clade,domo profugum,ſed ad maiora rerum initia ducẽ/ tibus fatis,primum in Macedoniam veniſſe:inde in Siciliam q/ rentem ſedes delatum.A Sicilia claſſe, Laurentem agrum tenuiſ/ ſe.¶ Troia.)Et huic loco nomen eſt.Hæc ille,qui nullam prodi/ tionẽ in Ænea, aut Antenore aſſerit: vnde, licet ſuccinctius:ca/ ſtius tñ rem tractat Donatus,cuius verba ſunt. ¶ Antenor.) Pro comparatione à minore ad maius,exaggerat mœrorẽ. Antenor ergo,alienus à neceſſitudine tua,homo & humilis,& depreſſus, manus hoſtiũ potuit effugere.¶ Illyricos penetrare.) Voluit de/ monſtrare difficultatẽ perueniendi,& ad hoſtiles parteis penetrãdi, q̃ oia facit, dictis poſterius annexis. ¶ Penetrare.) Penetrare.n. eſt penitus intrare,& ſinus,ſunt receſſus terrarũ:penitus remota rum,quibus clauſis,non potuiſſet euadere ſi pericula extitiſſent,& miro verbo vſa eſt,tranſire,quod eſt ſine moleſtia,vel impedimẽ/ to quo vis peruenire.Et quia fontẽ ſuperare,difficultatẽ non de/ monſtrat,addit.¶ Vñ p ora nouẽ &c.) Et cõmemorat tantę illum fontẽ virtutis eſſe,vt p nouẽ illius ora,tutus tranſiret.¶ Vaſto cũ m.m.It m.pr.) Vt fons,ſolo vocabulo,reuera ſui abundantia,in terris pelagi faciẽ oſtenderet. Repete:ergo potuit hoſtes euade/ re:potuit penetrare: ſi ille potuit ſuperare.ſ.t. ¶ Hic.) Scilicet in

Penetrare.

regionibus,& per omneis difficultates.Ergo,vnũ aduerbium & pronomen,graue pondus doloris adiecit:ille,minoris dignitatis, cur tñ felicitatis adeptus eſt,vt tutus trãſierit,tutus peruenerit,tu tus vrbẽ ſuis condiderit, tutus noĩe Troiano vocitari indigenas fecerit,tutus arma Troiana.i.victa in eorũ partibus fixerit:quos non cõſtat victores fuiſſe.¶ Nos.) Tranſit ad cõparationẽ.¶ Tua progenies.) interpretatio eſt. Tua.qui deos & homines in pote/ ſtate habes. Apud quẽ priuilegium, primi gradus habere debe/ mus.Dum ſpe promiſſorum ducimur,naues amiſimus: & pro/ miſſam Italiã,tenere non poſſumus.¶ Vnius ob irã.) Id optime ad finẽ orationis reſeruauit:ne ſi inter initia dixiſſet offenſus, Iup piter ſororis,& coniugis,iniuria alienaretur,nec ẽt nomen Iuno nis poſuit,vt ſine offenſa,ad iniuriarum numerũ perueniret. Hæc ille.Beroaldus vero in Seruiũ dicit ſic:Admiror Seruium in tam manifeſtarium errorẽ incidiſſe:idq; ſcripſiſſe,q̃ à nullo hiſtorico rum traditum ſit,quũ omnes idonei ſcriptores,conſono ore con ſcribant,in Paphlagonia, regione Aſiatica fuiſſe populos Hene/ tos nominatos:à quibus in Italia oriundi,ſint cognomines eop Veneti.hoc Liuius in.j. Plin.in.vj. Cornelius Nepos,& Qu. Cur tius,memoriæ prodiderunt.Strabo vero opinatur Venetos Ita/ licos,à Venetis Gallię populis,Coloniã fuiſſe deductos:iſtorum omniũ(vt arbitror)merito Seruij,eſt exploſa ſñia. ¶ Ordo aũt eſt.Antenor,vir ille Troianus,elapſus.i.ſubtiliter liberatus,& ere ptus,medijs Achiuis.i.Græcis:hoc eſt è medio inimicorum:po/ tuit penetrare.i.penitus itrare: ſinus Illyricos.i.Illyricę orę an/ guſtias:atq; potuit tutus.ſ.ab inſidijs hoſtium,& odijs Iunonis, penetrare intima regna Liburnorũ.i.illorum populorũ,ad mare Ionicum.Sinus aũt Ionicus,Adriatici maris pars eſt,cuius à de/ xtera pars Illyriã facit,cui Liburnia vicina eſt:& potuit ſuperare fontẽ Tymaui.i.Tymauũ,fluuium Venetię:aut fontem.i.impe/ tum aquarũ,quæ effunduntur,vñ mare præruptum,aut proru/ ptũ.it.i.profluit:per nouẽ ora.i.magna oſtia:cũ magno murmu/ re montis.ſ.vicini.& pmit.i.cõcutit:arua.ſ.vicina:pelago.i.abun dantia aquarũ,quaſi pelagus.i.mare cõſtituentiũ:ſonante.i.cum murmure,& ſonitu erumpenti:tñ.i.tametſi tantus ſit impetus a/ quarum:ille.ſ.Antenor,reſpectu Æneæ humilis,& abiectus:loca uit hic.i.hoc loco,quẽ dico(inquit Venus)tam difficili:vrbẽ Pa/ taui.i.Patauiũ,q̃ nunc à Pado, Padua vulgo dicitur,& ſedes Teu crorum.i.Troianorũ,à Teucro oriundoꝝ:& dedit genti nomẽ.ſ. ſuũ, quia Antenoridas primũ vocauit.Sicut Æneas inquit in.iij. Æneadaſq; meo,nomẽ de nomine fingo:& fixit arma Troia q̃s victricia:in ſignũ pacificę poſſeſſiõis:nos,progenies tua, quibus annuis.i.nutu concedis:arcẽ.i.ſublimitatẽ cœli:prodimur.i.por ro damur:aut in manus hoſtiũ,veluti Carthagineñ.tradimur: ob irã,non ob culpam: vnius,non dicit cuius:intelligit tñ Iuno/ nẽ:& hoc nauibus amiſſis infandũ.i.quæ res infanda,& deteſtan da,ac indigna(vt dicatur)eſt:non erat tñ,niſi vna amiſſa:vt Ser. recte exponit:atq; disiungimur longe (quod.n.noſtris fit liberis, id nobis fieri cẽſemus,)oſtẽdit quod voluit ſignificare, cũ dixit, prodimur,atq; igitur,pro.i.nõ disiungimur longe, oris.i.regio/ nibus extremis: Italis,pro Italicis:aut Italiæ.Eſt,ſup.hic,hmõi honos pietati.i.quæ debetur pietati.i.pio cultui deorum:in quo Æneæ præcipue laus eſt:reponis.i.reſtituis,ne ſic.i.per exilium, & prohibitionem:nos in ſceptra.i.regna amiſſa, vt in noua reci/ piamur.q.d.non æque id fieri:& hoc dicto,quaſi dolore,& impa tientia victa,obticuit Venus. Vnde ſequitur.

PIERIVS.

¶ Hic tñ ille vrbẽ Patauí.) Variæ quidẽ fuere olim Grãmaticorũ ſñiæ,ſuper eius genitiui ſcriptione,qui declinationis ſecundæ,ra/ tione in ij,geminatũ,enunciari debet. Neq; ipſos tñ grammati/ cos,diuerſa in hoc ſentire,ſed alias,atq; alias ætates,modo ſim/ plici,mõ geminato ſcriptitaſſe comperio. Sane Priſcianus ait,Ve teres in huiuſmodi genitiuis geminantibus ij,frequenter ſolitos, alterum ex ijs ſubtrahere,Virgiliano hinc exẽplo citato.Hic tñ il/ le,vrbẽ Patauí:perinde,ac illa etiã,nec cura peculi,neq; non pau peris,& Tuguri.citat idẽ alibi per ſynæreſin:fata Lyci,pro Lycij & vrbẽ Patauí,pro Patauij.Sed.n.quod Priſcianus,poetarũ tan/ tum innititur exẽplis,multa veterum inſcriptionum exẽpla,cõ/ memorare poſſem, quibus appareat oratores,etiam eandẽ ſcri/ ptionis ratiõe,ſequutos eſſe.Scriptores vero indifferẽter,nunc vnum,nũc geminatũ, in ijſdẽ nominibus poſuiſſe:vt illud apud Lucretium:Nec ratio remedi cõis certa dabatur.Apud Ouidium ad Cottam,antiquo codice,qui apud me eſt: Sacrifici genus eſt, ſic inſtituere priores,idq; ea cauſa factum,q̃ quum tres ſint figu/ ræ,quæ ſyllabam,ex duabus, vnam conficiunt,craſis,ſynæreſis, atq; ſynizeſis.Deq; his duæ craſis,& ſynæreſis, vnam ſcribant, vel

Heneti.

Ordo.

vel vocalē, vel diphthongum,ſyllabamq́ vnam enuncient. Synizeſis vero,duas quidem vocaleis,ipſasq́ diſtinctas ſcribat ,ſed vnam tantum dimenſioni pedum imputet:cuiuſmodi exempla, apud Lucretium,& Virgilium,ſexcēta inueniuntur,quorum bona pars locis ſuis indicabitur,alij ſynizeſin,vt recta declinationis forma appareret , adamarunt,alij craſin,aut ſynæreſin , vt,quæ minus offenſionis , in verſuum enunciatione,præ ſe ferrent,ſequi maluerunt. Inde factum,vt in veterum monumentis,vnico i,pleraq́ ſcripta inueniantur,cuiuſmodi vnum hic tantū appoſuiſſe ſufficiat. Quā quidē inſcriptionem proximis hiſce diebus, vir optimus atq́ literatiſſimus, Iacobus Sadoletus Carpēt.epiſcopus,in hortis ſuis , quos habet in Quirinali,effodit.

INTER DVOS
PARIETES.
AMBITVS PRIVAT.
FLAVI SABINI.

Templo etiam gentis Flauiæ adinuēto, & ſigno Palladis,quem Domitianus dedicauerat, omnia hæc in alta ſemita. Fuit vero hic ille Flauius,Sabinus , Veſpaſiani frater maior,facundia nobilis : qui præfecturam vrbis annos.xij.obtinuit,penes quē ante Veſpaſiani principatum,decus Flauiæ gentis erat. Sed vt inſcriptionibus,quæ innumeræ ſunt in hunc modum præteritis,ad Virgilij locum reuertamur. Cariſius qui genitiuum numero ſyllabarum,minorem eſſe nominatiuo non poſſe,contendit,magis eos denotatos,ait,qui maluerunt per vnum i,imperi,ingeni dicere,q́ ſecundum regulam,imperij,ingenij,geminata i,litera. Neq́ tamen inficiatur placuiſſe Virgilio,per vnū i,ſcribere: Ille vrbem Pataui. Quare ita demum inferius ait. Plus in hac ratione geminandi in maſculinis animaduertimus : vt , hic Æmilius , huius Æmilij . Atq́,vt eorum interim opiniones diſſimulemus,qui non genitiuos tantum , verum etiam vocatiuos,ò Antonij,ò Iulij,geminato ii,enunciari debere,ſcriptis ꝓdidere. Quæq́ de præterito perij,aut peri,& plura id genus , in Tityro recitauimus: Nos,vrbem Pataui. Ex recæpta iam conſuetudine , & plurimis veterum inſcriptionum exemplis , vnico i, ſcribamus.

POETA

¶Olli ſubridens hominum ſator,atq́ deorū,
Vultu,quo cœlum,tempeſtateſq́; ſerenat,
Oſcula libauit natæ,dehinc talia fatur.

IVP.

¶Parce metu Cytherea,manēt immota tuorum
Fata tibi,cernes vrbem,& promiſſa Lauini
Mœnia,ſublimemq́; feres ad ſydera cœli
Magnanimum Æneam,neq́ me ſententia vertit.
Hic (tibi fabor enim:quando hæc te cura remordet,
Longius,& voluens fatorum arcana mouebo)
Bellum ingens geret Italia,populoſq́; feroces
Contundet,moreſq́; viris,& mœnia ponet:
Tertia dum Latio regnantem viderit æſtas,
Ternaq́; tranſierint Rutulis hyberna ſubactis.

SERVIVS.

¶Olli.) Modo tunc, propter ſequētia . pronomē enim non debet poni cum nomine , ſed pro ipſo nomine. nullus enim dicit. illi natæ. Aliàs tamē Olli illi ſignificat . vt , Olli dura quies oculos:& ferreus vrget Somnus . ¶Subridens.) Lætum oſtēdit Iouem . & talem qualis eſſe ſolet quum facit ſerenum . Poetarum enim eſt, elementorum habitum dare numinibus,vt ſupra de Neptuno dictum eſt. ¶Serenat.) Hoc verbum de his eſt , quæ carēt prima poſitione : quod ſit in his quæ in noſtra non ſunt poteſtate,vt tono,fulmio,pluo. hæc enim non poſſumus dicere,niſi forte perſona induatur eius qui poteſt,vt tale aliquid Iuppiter dicat. ¶Oſcula libauit natæ.) Leuiter tetigit. Et ſciendum oſculum , religionis eſſe ſuauium voluptatis. ¶Parce metu.) Quoties in cauſis arguimur,an nos purgare debemus,& ſic ad actionem deſcendere , quod & hoc loco Iuppiter facit: ante enim obiecta purgat , & ſic venit ad promiſſionē. Et eſt parce metu eloquutio vſualis,ideſt dimitte metum. quomodo dicimus parce verbis,parce iniurijs. ¶Cytherea.) Omnia quæ apud Græcos ει diphthongon habent,apud Latinos in E productum conuertuntur. Κυθέρεια,Cytherea : Μήδεια , Medēa. Omnia autem quæ dicit Iuppiter , ad ſolutionem pertinent antedictorum, Ideo autem nunc dicit, Parce metu: quia ſuperius dixerat Triſtior. ¶Manent immota.) Quia dixerat, Quæ te genitor ſententia vertit? Et ſimul per tranſitum dogma Stoicorum oſtēdit,nulla ratione poſſe fata mutari . ¶Tuorum.) Vel Troianorum, vel Romanorum. ¶Fata tibi.) Non propter te. Fati enim immobilis ratio eſt. ſed aut vacat tibi , vt, Qui mihi accubantes in conuiuijs . Aut certe tuta ſunt tibi fata,non tamen propter te. ¶Cernes vrbem.) Aut Romam ſignificat: quia quum proprietatem detrahimus,quod magnum eſt,ſignificamus. vt ſi dicas,legi oratorem: nec addas quem : intelligo Ciceronem . Et ne longa ſit expectatio,adiecit . ¶Et promiſſa Lauini mœnia.) Aut certe detrahe ET , ſicut multi,& epexegeſim facis. ¶Cernes vrbē.) Ideſt promiſſa Lauini mœnia. ¶Sublimemq́ feres ad ſydera cœli.) Propter illud, Cœli quibus annuis arcē. Æneas enim ſecundum quoſdam,in Numicum cecidit fluuium : ſecundum Ouidiū in cœlum raptus eſt,appellatuſq́ eſt Iuppiter indiges. ¶Magnanimum.) Magnus & paruus: quoniam mēſuræ ſunt , ad animū, non niſi καταχρηστικῶς adhibentur. ¶Hic.) Ideſt Æneas . Et eſt ordo, Hic bellum ingens geret Italia. ¶Tibi fabor enim.) Hoc loco excuſat quæſtionem futuram , quaſi Veneri dolenti quæ vera ſunt dicat , ſed aliter loquetur cunctis præſentibus dijs : dicet.n. in decimo, Abnueram bello Italiam cōcurrere Teucris. ¶Quando.) Siquidem. ¶Remordet.) Sollicitat. Terentius, Par pari referto , quod eam remordeat. ¶Arcana.) Secreta. Vnde & arca & arx dicta . quaſi res ſecretæ . ¶Italia.) In Italia & detraxit præpoſitionem more ſuo . ſic & illo loco, Non Libyæ , non ante Tyro deſpectus Hiarbas . Ideſt in Tyro , nam ſi aduerbialiter vellet, Tyri diceret. ¶Populoſq́ Feroces Contūdet.) Incongruū fuerat in cōſolatione bella ꝓdicere : ob hoc ergo etiam victoriam pollicetur. ¶Moreſq́ viris & mœnia ponet.) Hyſteron proteron in ſenſu . ante.n. ciuitas , poſt iura conduntur. Leges autē etiam mores dici non dubium eſt. ¶Tertia dum Latio regnantē viderit æſtas.) Rhetorice,ne breue eēt,ſi triennium diceret , tempora diuiſit in ſpeciem. Ordo aūt eſt longiſſimus: nam aliter non procedit, Sublimemq́ feres ad ſydera cœli Magnanimū Æneā, Tertia dum Latio regnantem viderit æſtas.

ASCENSIVS.

¶Olli ſubridēs hominum ſator,atq́ deorum.) Ponit reſponſionē Iouis,oſtendens ex circunſtantia , vultus eius , qualis futura ſit: quia vultu ſereno,& hilari, beniuola ſolet reddi reſponſio: de qua re, vt de cęteris, argute diſſerit Donatus: dicens: Olli ſubri. vt Venus lacbrymis antequā loqueretur , ſignificauit dolorē internum : & quid dictura eſſet. Sic Iuppiter ſtatim debuit hilaritate vultus,& oſculo,& prima parte orationis demere angorem filiæ: nec oportuit eam circuitione deferri. ¶Subriſit.) Riſu vtitur, vt eam exhilararet : ſed ſubriſit, vt maieſtatē ſeruaret ex modeſtia . Nam ſatori hominum , & deorum turbis erat plenus riſus. ¶Subriſit.) Vt partē daret Troianorum caſibus , partē referuaret illis quæ erat promiſſurus . ¶Vultu quo cœlum.) Tali qualem habet quum elemēta tranquillat . ¶Oſcula.) Signum optimum, quum beniuolētiā ſuam oſculo publicat. ¶Dehinc.) Oſtēdit ſigna iſta non fruſtra fuiſſe præmiſſa : quæ Veneris metus leuarēt. ¶Parce.) Si ſolum hoc dixiſſet, abūde ſuffecerat ad demulcendum animum: Reddit.n. ſecuram,& ſe nihil immutatum eſſe demonſtrat. Dat autem huic poeta,perſonam regis , non patris. De futuris enim, non niſi deus loquitur. Ergo Cytherea dixit,& non filia,& tuorum,& non noſtrorum . ¶Manēt tibi fata.) Hoc ſat erat , ſed vt ſatiaret quod aſſerebat, addidit immota . Deinde enumerat ſpecialiter, quod generaliter clauſerat. Reſpondet etiā querimonijs Veneris. Nam quum illa dixiſſet: Cūctus ob Italiā terrarum clauditur orbis, hic cernes vrbē. Et ad id cœli.q.a.a.poniſ: Magnanimum Æneam ſublimē feres ad ſydera cœli. Vt aūt apertiorē faceret generalitatem : addit fatorum diſpoſitionem. Tangit autem geſta ab Ænea ad Cęſarē,& tēpora Cæſaris. Quę ſcribenda quū propoſuiſſet, morte præuentus , non impleuit: breui igiť oratione ſecuram facit Venerem: longo deinde ordine futura explicat. Non enim otioſe audiſſet Venus, quæ pertinerent ad gaudium: niſi prius amotus eſſet metus. Sic Teren. Vbi inueniam Pamphilum, vt metum, in quo nunc eſt, adimam, atq́ expleam animum gaudio? ¶Fabor.) Arcana fatorum, quę nulli fas eſt noſſe , commendat ſenſibus filiæ, & ſe illicite facere demonſtrat, vt cognoſcat illa beniuolum ſtudium patris . ¶Tibi.) Quia filia es: quia ſolicita: quia nolo te vexari angoribus: tu docta tuorum fata, lætaberis . ¶Bellum.) Proponit curam belli , ſed bona

ventura promittit. Morte aũt Æneæ, quod erat triſte, ſubticet. Hæc ille. ¶ Ordo aũt eſt. Sator .i. productor, & genitor hominũ, atq; deorum. ſ. Iuppiter, qui ſolus & deos, & hoĩes progenuiſſe dicitur: quũ cęteri aut deos tm̃, aut homines tm̃ progenuiſſe finguntur, libauit .i. modice tangẽdo prębuit natæ .i. filiæ, videlicet Veneri: oſcula ſubridẽs .i. modice: ſed blãde arridẽs, olli .i. illi, aut, ſm̃ Seruium, ordo eſt. ſator hominum, atq; deorum, ſubridẽs olli .i. illi, tunc & illo tp̃e libauit natæ oſcula, nam certe, olli natæ, vtrũq; exprimẽdo, non dicemus, & fatur dehinc .i. poſtq̃; oſcula libauerat: talia, qualia ſequũtur, ꝙ aũt dictum eſt dediſſe oſcula, non Veneri, ſed natæ, pendet à perſona poetæ, nam Iuppiter: (vt argutiſſime docuit Donatus) hic, perſonã regis fatorum non patris gerit, vñ fatur talia. O Cytherea .i. ò Venus: ſic à Cytheris dicta: parce .i. abſtine: & ſuperſede metu .i. à timore. Sunt tñ qui putẽt, metu, pro metui eſſe: ſed ſi noui ingeniũ poetæ nõ diceret parce metui, et ſi verſus pateretur, fata tuorũ. ſ. Troianorũ, vt Ænee filij tui, & Aſcanij, cęterorumq; tibi charorũ, manẽt tibi .i. ad tuũ cõmodũ aut placitũ immota .i. immutata, ſicut prius erant cõſtituta. Tu cernes vrbẽ. ſ. promiſſam à fatis: hoc eſt Romam, & mœnia Lauini, pro Lauinij: quæ priora condẽtur, ſed poſteriora intẽduntur, quę aũt prima ſunt in intentiõe ꝓponi ſolent, vt diximus ibi, Arma, virũq; cano: quãuis vltima ſint in exequutiõe: & tu feres magnanimum Æneã, filiũ tuum, ſublimẽ .i. excelſum, & glorioſum: ad ſydera cœli, qa fiet deus indiges neq; ſnĩa vertit me: quod tñ pręſupponit Venus, q̃rẽs, quæ te genitor ſnĩa vertit. Hic ſ. de quo loquor, Æneas (fabor .n. tibi, hoc eſt, qa volo tibi ſecreta pandere, & te nihil celare, quando .i. quandoquidem, hæc cura. ſ. de Ænea, & eius futuro regno, remordet .i. ſolicitat te, & ego voluẽs .i. reuoluẽs, & repetens longius .i. per longũ rerum gerendarum tractũ, mouebo .i. excitabo, aut monebo arcana .i. abſcondita, & ſecreta fatorum: hoc eſt, dicã tibi quid fata de ipſo Ænea conſtituerunt.) hic inquã geret Italia .i. in Italia: bellum ingẽs .i. valde magnum, & quaſi extra genus bellorũ ſolitorũ & contundet, q̃ſi malleo cõteret: & peſſundabit populos feroces .i. acreis, ne parum gloriæ ſit imbelles viciſſe, & immites, ne impiũ ſit humanos ſuppeditaſſe: & ponet viris .i. ijs quibus ob virtutẽ parcet: mores .i. leges, & inſtituta: & mœnia .i. vrbes nouas: vnde Horatius in arte: Fuit hæc ſapientia quondam oppida moliri: Leges incidere ligno. Ponet, dico mœnia: aut potius, tu feres eum in cœlum: dum tertia æſtas viderit ipſum regnantẽ Latio .i. in Latio, hoc eſt in Italia, aut dominantem Latio .i. Italiæ: & dum terna .i. tria hyberna. ſ. tẽpora tranſierint, Rutulis ſubactis .i. poſtq̃; rutulos ſubegerit: hoc eſt, poſt triennium transferetur in cœlum: ſed maluit, vt argute Seruius docet, in duas parteis diſtinguere annum, q̃; triennium ſolum dicere. Fides quoq; hiſtorica (vt idem recitat) longe alia eſt. Nec dicit eum tunc moriturum, ſed Aſcanium illi ſucceſſurum, quod tamen, ſine eius deceſſu, fieri nõ poſſet. Vnde addit: At puer Aſcanius, &c. vt in ſequentibus declarabimus.

SERVIVS.

At puer Aſcanius (cui nunc cognomen Iulo
Additur, Ilus erat, dum res ſtetit Ilia regno)
Triginta magnos voluendis menſibus orbes
Imperio explebit, regnumq; à ſede Lauini
Transferet, & longam multa vi muniet Albam.
Hic iam tercentum totos regnabitur annos,
Gente ſub Hectorea, donec regina ſacerdos
Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.
Inde lupæ fuluo nutricis tegmine lætus
Romulus excipiet gentem, & Mauortia condet
Mœnia, Romanosq; ſuo de nomine dicet.
His ego nec metas rerum, nec tempora pono,
Imperium ſine fine dedi: quin aſpera Iuno,
Quæ mare nunc, terrasq; metu, cœlumq; fatigat,
Conſilia in melius referet, mecumq; fouebit
Romanos rerum dominos, gentemq; togatam,
Sic placitum, veniet luſtris labentibus ętas,
Quum domus Aſſaraci Phthiam, clarasq; Mycenas
Seruitio premet, ac victis dominabitur Argis,

¶ At puer Aſcanius.) Prudenter exitum Æneæ & oſtendit, & tacuit tacendo filium poſtea regnaturum. ¶ Cui nunc cognomen Iulo Additur.) Secundum Catonẽ hiſtoriæ hoc habet fides, Æneam cum patre ad Italiam veniſſe, & propter inuaſos agros contra Latinum Turnumq; pugnaſſe, in quo prælio perijt Latinus. Turnum poſtea ad Mezentiũ confugiſſe, eiusq; fretum auxilio bella renouaſſe, quibus Æneas Turnusq; pariter rapti ſunt. Migraſſe poſtea in Aſcanium & Mezentium bella, ſed eos ſingulari certamine dimicaſſe. Et occiſo Mezentio Aſcanium Iulum cœptũ vocari à prima barbæ lanugine, quæ ei tempore victorię naſcebatur. Sciendum eſt autem hũc primo Aſcanium dictum à Phrygiæ flumine Aſcanio. vt, Transq; ſonantẽ Aſcanium. Deinde Ilum dictum à rege Ilo: vnde & Ilium. Poſtea Iulum occiſo Mezentio. de quibus nominibus hoc loco dicit. ¶ At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo.) Additur. ¶ Ilus erat.) Ab hac autem hiſtoria ita diſcedit Virgilius, vt aliquibus locis oſtẽdat non ſe per ignorantiam, ſed per artem poeticam hoc feciſſe. vt illo loco, Quo magis Italia mecum lætere reperta. Ecce ἀμφιβολικῶς dixit: oſtendit tamẽ Anchiſem ad Italiam perueniſſe. Sic autem omnia contra hanc hiſtoriam ficta ſunt, vt illud vbi dicitur Æneam vidiſſe Carthaginem, cum conſtet eam .lxx. annos ante vrbem Romam conditam. Inter excidium vero Troiæ & ortum vrbis Romæ, anni inueniuntur .cccxl. ¶ Cognomen Iulo.) Si proprie loqueretur, agnomen diceret, non cognomen. ſed magis ad familiam reſpexit: quia omnis gens Iulia inde originem ducit. Dicimus autem & nomen mihi eſt Cicero. vt, Hecyra eſt huic nomen fabulæ. &, Ciceronis. vt Salluſt. Cui nomen obliuionis condiderant. & Ciceroni: vt Cui Romulo cognomen erat. & Ciceronem: vt, Æneadasq; meo nomen de nomine fingo. Melius tamen eſt datiuo vti. ¶ Magnos orbes.) Tria ſunt genera annorum: aut enim lunaris annus eſt .xxx. dierum, aut ſolſtitialis .xij. menſium: aut ſecundum Tullium magnus. qui tenet .xij. millia quingentos .liiij. annos, vt in Hortenſio, Et horum annorum, quos in Faſtis habemus, magnus .xij. millia quingentos .liiij. amplectitur. Hoc ergo loco magnum dicit comparatione lunaris. Et alibi, Interea magnum ſol circumuoluitur annum. Annus autem dictus quaſi anus, ideſt anulus, quòd in ſe redeat. vt eſt, Atq; in ſe ſua per veſtigia voluitur annus. Vel ἀπὸ ἀνανεοῦσθαι, ideſt ab innouatione. ¶ Voluẽdis.) Volubilibus. vt ſupra. ¶ Ab ſede Lauini transferet.) Verum eſt: vitans enim nouercalem inuidiam, deſeruit Lauinium, & Albam longã condidit: dictam ab omine albæ porcæ repertæ, vel ſitu ciuitatis, ui. Modo virtute. nam multa ſignificat. ¶ Hic iam.) Præterea. ¶ Tercẽtum.) Quomodo tercentum annos dicit cum eam quadringẽtis regnaſſe conſtet ſub albanis regibus? Sed cum præſcriptione ait tercentum, ſcilicet vſque ad ortum vrbis Romæ. ait nanq;, Donec regina ſacerdos Marte grauis. Et conſtat in regno Romuli & Numæ, & Tulli Oſtilij, qui euertit Albam, centum annos quibus pariter Roma & Alba regnauerunt, eſſe conſumptos. ¶ Totos.) Ideſt ſine intermiſſione. ¶ Gente ſub Hectorea.) Ideſt troiana. ſed debuit dicere Æneia. Diximus ſuperius poetas nomina ex vicino vſurpare. ¶ Donec regina ſacerdos.) Hiſtoria hoc habet. Amulius & Numitor fratres fuerunt. Amulius fratrem imperio pepulit, & filium eius necauit: filiam vero eius Iliam Veſtæ ſacerdotem fecit, vt ſpem ſobolis auferret, à qua ſe puniri poſſe cognouerat. Hanc, vt multi dicunt, Mars compreſſit, vnde ſunt nati Remus & Romus: quos cum matre Amulius præcipitari iuſſit in Tyberim. tum, vt quidam dicunt, Iliam ſibi Anien fecit vxorem: vt alij, inter quos Horatius, Tyberis. vnde ait, Vxorius amnis. Pueri vero expoſiti ad vicinam ripam ſunt. hos Fauſtulus reperit paſtor, cuius vxor erat nuper meretrix, Acca Laurentia, quæ ſuſceptos aluit pueros. Hi poſtea auum ſuum Numitorẽ occiſo Amulio in regna reuocarunt: quibus dum cum eo anguſtum Albæ videretur imperium, receſſerunt, & captatis augurijs vrbem condiderunt. Sed Remus prior ſex vultures vidit, Romus poſtea duodecim, quæ res bellum creauit, in quo extinctus eſt Remus: & à Romi nomine Romani appellati. Vt autẽ pro Romo, Romulus diceretur, blandimenti gratia factum eſt, quod gaudet diminutione. Quòd autem à lupa dicuntur aliti, fabuloſum figmentum eſt, ad cœlandam authorum Romani generis turpitudinem. nec incongrue fictum eſt: nam & meretrices lupas vocamus: vnde & lupanaria. Et conſtat hoc animal in tutela eſſe Martis. ¶ Regina.) Regis filia. abuſiue ait more poetico. vt alibi, Magnum

bi, Magnum reginæ ſed enim miſeratus amorem, ideſt regis filiæ Paſiphaes. ⸿ Marte grauis.) Grauida. vt, Non inſueta grauis tentabunt pabula fœtas. ⸿ Inde.) Deinde. ⸿ Fuluo tegmine.) Id eſt pelle lupæ, qua vtebatur more paſtorum. ſed hoc multi reprehendunt cur nutricis tegmine vſus ſit. qui gemina ratione refutantur: vel falſitate fabulæ, vel exemplo Iouis, qui capræ nutricis vtitur pelle. ⸿ Excipiet gentem.) Remo ſcilicet interépto. poſt cuius mortem natam conſtat peſtilentiam: vnde conſulta oracula dixerunt, placandos eſſe manes fratris extincti: ob quam rem ſella curulis cum ſceptro & corona, & cæteris regni inſignibus ſemper iuxta ſancientem aliquid Romulum ponebatur, vt pariter imperare videretur. vnde eſt, Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt. ⸿ Romanosq́; ſuo de nomine.) Perite: non ait Romá, ſed Romanos. Vrbis. n. illius verum nomen, nemo vel in ſacris enunciat. Deniq; tribunus plebis quidam, vt ait Varro, hoc nomé auſus enunciare, in crucem leuatus eſt: quod ne Iginius quidem quum de ſitu vrbis loqueretur, expreſſit. ⸿ Nec metas rerũ, nec tempora pono.) Metas, ad terras retulit: Tempora, ad annos. Lauinio enim & Albæ finem ſtatuit, Romanis æternitatem. ⸿ Quin.) Quinetiam. Minus. n. eſt etiam, nam plenum eſt quinetiam. vt, Quinetiam hiberno moliris ſydere claſſem. ⸿ Aſpera Iuno.) Tollerabilius hoc Iuppiter dicit. ⸿ Metu.) vt ſupra, Ideſt metuens. ⸿ Terras cœlumq́; fatigat.) Alibi, Abſumptæ in Teucros vires cœliq́; marisq́. ⸿ Conſilia in melius referet.) Quia bello Punico ſecundo, Iuno placata, vt ait Ennius, cœpit fauere Romanis. ⸿ Gentemq́; togatam.) Bñ gentem, quia & ſexus omnis & conditio toga vtebatur: ſed ſerui nec colobia nec calceos habebant. Togas aũt etiam fœminas habuiſſe, cycladum & recini vſus oſtendit. Recinus aũt dicitur ab eo quod poſt tergum reijcitur, quod vulgo Mauorte dicunt. ⸿ Sic placitum.) Vel fatis, vel mihi. nam imperſonale eſt. ⸿ Luſtris.) Quinquénijs Et bñ Olympiadibus computat tempora, quia nondum erant vel Roma vel conſules. Luſtrum aũt dictum, quòd poſt quinquennium vnaquæq; ciuitas luſtrabatur. ⸿ Domus Aſſaraci.) i. familia Troiana. Nam Aſſaracus Capyn genuit, Capys Anchiſem: vñ Æneas author Romani generis: ex quibus Mummius qui Achaiam vicit. ⸿ Phthiam.) Achillis patriam. ⸿ Mycenas.) Agamemnonis patriá vt Agamemnoniasq́; Mycenas.

ASCENSIVS.

⸿ At puer Aſcanius, &c.) Proſequitur quod incœperat Iuppiter, hiſtoriam tangens vſq; ad Auguſti tempora. Vñ dixerat: altius, & volués fatorum arcana &c. Quod quia facit, non videtur mihi inſtituiſſe res Auguſti pſequi: licet Donatus id velit: cuius verba ſunt: At puer, oſtendit quod optabile eſt Æneæ, non externum, ſed filium ſucceſſurum, eo feliciore, vt non triénio, vt ipſe, ſed triginta annos ſit regnaturus. Hic iam tercentum poſt trieniũ Ænee. xxx. Aſcanio, &. ccc. Hectoreę géti datur. Regina quę quáuis geminos pariat: ad vnum Romulum imperium peruenturũ oſtẽdit, & paricidium occultat, & Romanos à Romo appellatum iri: qui tanta ſint felicitate regnaturi, vt nulli alternorum regum temporum terminis, claudantur. ⸿ Aſpera Iu.) Aperte ponit, quod Venus vnius ob iram dixit, ergo tantam felicitaté pollicetur, vt acerrima inimica, poſito odio, amica futura ſit. ⸿ Quũ domus Aſſa.) Extremus cumulus lætitiæ: vt qui ad tempus victores erant, ijs quos vicerant ſeruituri eſſent, quod eſt plus q̃ Antenorem inter victores populos conſediſſe: & per medios Achiuos prolapſum eſſe. Verum hæc quia in honorem Cæſaris ſcribebat, aperuit quòd in poſterioribus fuiſſet ſcripturus: niſi mors præueniſſet. Nam poſt mortem Turni ſequebantur. xxx. ac ccc. annorum geſta: ac deinceps vſq; ad Cæſaris tempora facta. Et Cęſaré ita amplificaturum Romanum imperium, vt nihil re-

Ordo. linqueret quod non à ſe ſubactum fatetur. Hæc ille. ⸿ Ordo eſt. At. i. ſed Aſcanius puer. i. adhuc impubis: cui Iulo additur nunc cognomen. i. ꝙ tranſijt in cognomen. i. cognationis nomé, nam domus Iulia, inde dicta eſt. Sane norit lector in externis nominibus, i in principio dictionis cum vocali ſequenti, diuiſas facere ſyllabas, vt Iulus triſyllabum, Iaſon, Ioſephus, Iaſius, Ieſus, (Iambus quoq;, ſed eius eſt alia ratio.) Iacobus, Iacynthus, Iolas, Io. &c. In Latinis ſolere coniungi, vt Ianus, Iulius, Iuſtinus, Iuturna, Iouinianus. Notum etiam eſt & pueris, Latine dici, cui nunc cognomen, Iulo, & Iulus, & Iuli. ſed ad ordiné redeo. Puer ergo Aſcanius, à fluuio ſic denominatus, cui Iulo additur cognomen nunc, quia erat Ilus dum res Ilia. i. Ilienſis, hoc eſt Troiana ſtetit regno. i. in dignitate, & maieſtate regali. Sunt qui putent ordiné eſſe: At puer Aſcanius, cui cognomen, ſupp. eſt Iulo nunc: nam ſupp. Ilus erat, dum res Ilia ſtetit regno, additur. ſ.

tur. ſ. patri per ſucceſſioné, ſed tunc verbo explebit, deerit ſuppo-
ſitum, melior eſt ergo conſtructio ſic: puer Aſcanius explebit ita: Aſcaniꝰ.
vt cætera quaſi p parentheſim dicta habeantur. (Puer igitur Aſcanius, qui & Ilus, & Iulus, agnominatus eſt explebit imperio. i. regnando. xxx. magnos orbes. ſ. ſolares: hoc eſt. xxx. annos menſibus voluendis. i. volubilibus, aut qui voluentur: & transferet regna à ſede Lauini pro Lauinij) de qua re ſic habet Liuius in. j. Ambigam hiccihe (. ſ. Lauiniæ filius) fuerit. Aſcanius (. ſ. qui poſt morté Æneæ rerum potitus eſt.) an maior, q̃ hic Creuſa matre Ilio incolumi natus: comesq́; inde paternæ fugæ, quem Iulum eundem, Iulia gens, authorem nominis ſui nuncupat. Is Aſcanius vbicunq;, & quacunq; matre genitus (certe natum Ænea conſtat.) abundante Lauinij multitudine, florentem iam (vt tum res erant.) atq; opulentam vrbé matri, ſeu nouercæ reliquit: nouam ipſe aliam ſub Albano monte condidit, quę ab ſitu porrectę in dorſo vrbis, longa Alba appellata, inter Lauinium, & Albam longam, Coloniam deductam. xxx. fere interfuere anni: tantum tñ opes creuerant, maxime fuſis Ethruſcis, vt ne morte quidem Æneæ, nec deinde inter muliebré tutelam, rudimentumq́; primum, puerilis regni mouere arma: aut Mezentius Ethruſciq́;:
aut vlli alij accolæ, auſi ſint. Pax ita conuenerat vt Ethruſcis, La- Albula.
tinisq́;, fluuius Albula, quem nunc Tyberim vocant, finis eſſet. Hæc Liuius, qui dubitabat vter Aſcanius, an Creuſę, An Lauinię filius regnauerit: cuius dubij rõ ſi non alia hæc vna potuit fuiſſe: quia ſi Lauinię filium regnare affirmaret, iam inaniter gloriaret domus Iulia, ab Iulo hęreditario iure in regnum ſucceſſiſſe, ſi in Creuſæ, incubatoré illum, atq; iniquum fuiſſe. Verum, poeta noſter, qui in laudé Iulię domus hanc operam aſſumpſit, incunctáter Creuſæ filium aſſerit, Lauinij quaſi moderatoré fuiſſe. quod quia iuſte obtinere non poſſet, dereliquit, Albáq́; condidit: eoq́; quũ prętaret virtute, imperiũ tranſtulit, verũtñ ſucceſſio regum Albanorũ, videtur ab Aſcanio Lauiniæ deducta: náis Syluius dictus eſt, eo ꝙ poſt morté patris mr̃ de eo grauida in ſyluas Aſcanium Creuſæ enixa fugiſſet. Vñ. vj. huius: Syluius Albanum nomen, tua poſthuma proles. Huic quoq; Aſcanio, natus eſt filius Syluius, à quo cæteri reges Albani, Syluij ſunt dicti. Quocirca ſi concedendum eſt (quod hic dicitur) Aſcanium Creuſæ Albá condidiſſe, illicq́; regnaſſe, dicendum etiá erit poſt morté illius, Aſcanium minoré, Lauiniæ videlicet filium cum tota prole, vſq; ad Romulũ vrbis conditoré regnaſſe. Sed opiniones varias recitat Landinus, cuius verba ſunt. Refert Liuius Albá longá nomé ſumpſiſſe ab alba porca, cuius omine condita eſt, & à ſitu vrbis, qm̃ in montis iugo, in longitudiné porrecta ſit: & conditam eſſe ab Aſcanio Æneæ filio. Sed vtrũ ab eo qué ex Creuſa in Phrygia, an
ab alio qué ex Lauinia in Italia genuerat, ambigit. Tum ita proſe- Stéma.
quitur. Is Aſcanius, quacũq; ſit matre natus, abundante Lauinij Syluioꝝ
multitudine, Albá cõdidit: atq; inter Lauiniũ & Albam, triginta interfuere anni. Syluius deinde regnat Aſcanij filius caſu quodá in ſyluis natus. Is Æneá Syluiũ creat: inde Latinũ Syluiũ, à quo aliquot Coloniæ deductæ, priſci latini ſunt appellati. Mãſit deinceps Syluius omnibus cognomé. Alba ex Latino ortus, & ex Alba, Atys: ex Aty, Capys: ex Capy, Capetus: ex Capeto, Tyberinus: qui in traiectu Albulæ ſubmerſus, nomé ſuũ flumini reliqt. Ex Tyberino, orit Agrippa: & ex Agrippa, Romulus: q fulmine ictus, perijt: ex quo eſt Auẽtinus, à quo mons Auentinus (qa in illo ſepultus eſt) nomen ſumpſit. Auentini filius Procas eſt, qui Numitoré creat & Amuliũ, Amulius, Numitorem (cui regnũ legatum erat.) qm̃ grandior eſſet natu, pellit: filiumq́; interimit: & filiá veſtalem virginem facit: quę grauida facta, Martem (ſiue ꝙ ita crederet: ſiue vt quia deus author culpę honeſtior eſſet) pr̃em nuncupat. Eius partu, natus eſt Romulus & Remus. Hæc Liui. Dion. aũt Halycarnaſſeus, refert Aſcaniũ Creuſæ filiũ, qui antea Euryleon vocabatur, Albam cõdidiſſe. Erat Æneæ & alter filius: ſed ex Lauinia. Hic, Syluius vocabat, qm̃ mater Ilia, metués priuignũ illum, clanculũ in ſyluis alendũ curauerat: tradés illũ Tyrrheno paſtori, qué Latino ſciebat fuiſſe accęptũ. Mortuo aũt Aſcanio, certabãt de regno hic Syluius, & Iulus Aſcanij filius: ſed populus litem diremit, Syluiũq́; regnare iuſſit: Iulo aũt, regni loco, ſacrá quandá ptátem attribuit: honorem periculis imperij vacantem. Quem idé Diony. ſcribit, in domo Iuliorũ ad ſuam vſq; ętatem duraſſe: in qua Cæſar mirifice floruit. Regnauit aũt Syluius vnde triginta annis. Æneas Syluius. xxxj. Latinus. lj. Albæ. xl. Capys. xxviij. Poſt hũc ponit Dionyſius, regnaſſe Capetũ an-
nos. xiij. Tyberinũ. viij. Agrippá. xxxiij. Poſt hunc, loco Romuli, Tp̄s Al-
ponit Alladiũ, tyrãnica violẽtia virũ, qui deos cõtemnens, fulmi- bę & re-
nũ & tonitruũ imitatiõibus, ſe deũ credi cupiebat: verum imbri- gum.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

bus & fulminibus in eius domum cadẽtibus,& lacu iuxta quem
habitabat in eius domũ exũdante,cum tota domo abſorptus eſt.
Auentinus regnauit annos.xxxvij.Procas.xxiij.Amulius,qui fra
tri regnum eripuit.xlij.regnauit annos.Euſebius ait,Aſcaniũ Al/
bam cõdidiſſe,anno mũdi.xxvij.ſupra.iiij.millia:& regnaſſe an/
nos.xxxviij.Deinde Syluium Poſthumum.xxix.Æneam Syluiũ
xxxj.Latinum.l.Albam.xxxix.Atym ſiue Ægyptum.xxiiij.Ca/
pym.xxxviij. Capetum.xiij. Tyberinum.viij.Agrippam.xl.Are/
mulum,quẽ alibi Remulum vel Romulum.xxxix.Auentinum
xxxvij.Procam.xxiij.Amulium.xliiij. Hæc ille.Nos ad ordinem
redimus,qui talis eſt.Transferet ergo Aſcanius, Iulus:regnum à
ſede Lauini(quãuis Dionyſius dicat,non regnum,ſed ſacrã ptãtẽ
filium obtinuiſſe)& muniet multa vi.i.poteſtate aut munimine:
Albam longam:quæ Alba,à porca alba dicta eſt,& longa à ſitu,
vt vidimus in Liuio.Regnabitur)imperſonaliter loquitur prudẽ
ter:ne Iulo aut regnum mẽdaciter addicat,aut turpiter auferat:
regnabitur ergo,ſiue à Creuſæ,ſiue à Lauiniæ ſtirpe)hic.i.Albæ
Rhea. ccc.annos totos.i.integros ſub gente Hectorea.i.Troiana:& ani/
Ilia. moſa,atq; bellicoſa,vti erat Hector:donec ſacerdos.ſ.Ilia,Rhea,
virgo Veſtalis:regina quia regis.ſ.Numitoris filia vnica,interfe/
cto videlicet fratre Lauſo:grauis.i.prægnans, & grauida effecta
Marte:De qua re Liuius ſic.Procas,Numitorẽ atq; Amuliũ pro/
creat:Numitori,qui ſtirpis maximus erat,regnum vetuſtum Syl
uiæ gentis legat.plus tñ vis potuit, q̃; voluntas patris aut vere/
cundia ætatis.Pulſo fratre Amulius regnat: addit ſceleri ſcelus:
ſtirpem fratris virilẽ interimit:fratris filiæ Rheæ Syluiæ p ſpẽm
honoris,quum Veſtalẽ eam legiſſet,perpetua virginitate ſpẽ par
tus adimit. Sed debebatur(vt opinor)fatis tantæ origo vrbis:
maximiq; ſm deorum opes imperii principium:vt cõpreſſa Ve/
ſtalis,quũ geminum partum edidiſſet,ſeu ita rata, ſeu quia deus
author culpæ honeſtior erat,Martẽ,incertæ ſtirpis patrẽ nuncu/
pat.Sed nec dij,nec homines,aut ipſam,aut ſtirpem à crudelitate
regia vindicant.Sacerdos vincta in cuſtodiã datur: pueros in p/
fluẽtẽ aquam mitti iubet:Hæc ille,qui perſequitur,quomodo ge
melli in littore dimiſſi:à lupa nutriti: donec à Fauſtulo reperti,
& Laurẽtiæ educandi traditi ſint, vbi addit:Sunt qui Laurentiã
vulgato corpore lupam vocatam inter paſtores putent: ita locũ
fabulæ atq; miraculo datũ &c.Sane priuſq̃; ad ordinẽ redeam,
prænotabo trienniũ imperij Æneæ,diligenter excogitatũ à poe/
ta.Nã ternarius numerus,q primus impar,& ex primo pari,atq;
vnitate conſtat,perfectiſſimus habet:denarius aũt cõſummatiſſi
mus:vt ſupra quẽ non ſit,niſi priores repetantur: Itaq; ternariũ
Æneæ,denarijs binis multiplicat,quorũ priorẽ,dat Lauinio,po
ſteriorẽ Albæ:vt tertiũ per quẽ infinitum imperiũ innuit,Romę
recipiat.Treis igitur annos regnare promittit Æneam:decies ter
Aſcaniũ:quia triginta annos,& decies triginta,hoc eſt tercentum
annos Albanũ duraturũ regnũ:& ſi cõſimili proportiõe proceda
tur,decies,tercẽtũ.i.tria millia annorũ,quibus infinitũ ſignifica/
tur imperiũ,Romanos regnaturos,qui numerus nondũ comple
tus eſt quũ iam imperiũ in Germanos tranſlatũ videamus. Verũ
certiora de pręteritis q̃; de futuris,inducunt poetę vaticinia. Nã
mẽtitus eſt Iuppiter,dicens, Imperium ſine fine dedi. De qua re
diuus Auguſtinus,de verbis dñi,ſer.xxix.ita loqtur.Habẽt muta
Regna p eunt. tiones regna.Veniet ille de quo dictũ eſt,Et regni eius non erit fi/
nis.Qui hoc regnis terrenis pmiſerũt:nõ veritate ducti:ſed adu
latione mentiti ſunt.Poeta illorũ quidem,induxit Iouẽ,& ait de
Romanis.His ego nec metas rerũ nec tpa pono.Imperiũ ſine fi/
ne dedi.Nõ plane ita rñdet veritas.Regnũ hoc quod ſine fine de/
diſti,in terra eſt,an in cœlo?Vtiq; in terra.Et ſi eſſet in cœlo,cœlũ
& terra tranſiẽt.Tranſiẽt quę fecit ipſe deus,quanto citius quod
cõdidit Romulus?Forte ſi velimus hinc exagitare Virgiliũ,& in/
ſultare,quare hoc dixerit?in parte tolleret nos, & diceret nobis.
Et ego ſcio.Sed quid facerẽ qui Romanis verba vendebã:niſi hac
adulatiõe aliquid promitterẽ,quod falſum erat?Et tñ in hoc cau
tus fui qñ dixi, Imperium ſine fine: Iouẽ ipſorũ induxi: qui hoc
diceret:nõ ex perſona mea,dixerim falſa:ſed Ioui:impoſui falſi/
tatis perſonã.Sicut deus falſus erat,ita vates mẽdax erat.Nã vul
tis noſſe, quia iſta nouerã:alio loco,qñ non Iouem, lapidẽ in/
duxi loquentẽ:ſed ex perſona mea loquutus ſum,dixi: Non res
Romanę:perituraq; regna videte,quia dixi peritura regna.Dixit
peritura regna:nõ tacuit peritura,veritatẽ non tacuit:ſemp man
ſura adulatiõe promiſit.Nõ ergo deficiamus fratres,finis erit ter
renis omnibus regnis.Nũc ſi finis eſt:deus videt &c.Hęc ille.Nos
ad ordinẽ reuertimur,qui talis eſt.Regnabitur hic.i.in Alba lon/
Veſtales ga:ſub gẽte Hectorea.i.Troiana:tercentum.i.tercẽtos annos:to
tos.i.cõtinuos,& ſine interruptione:nã Romę fuerũt ſępe inter/
regna,

regna,regnabitur dico tantiſper donec ſacerdos,regina.i.regis fi/
lia:videlicet Ilia Numitoris filia,& virgo Veſtalis,quã monialẽ
noſtri vocant(eæ aũt Veſtę,quę dea ignis purioris,hoc eſt flãmæ
eſt dicatę:perpetuã virginitatem conſeruabant:aut pollutę defo
diebantur viuę)grauis.i.grauida effecta: Marti.i.deo bellorũ:qa
bellicoſam genuit prolẽ:aut forte:quia à viro belligero compreſ
ſa,dabit partu.ſ.vno:prolẽ geminam.ſ.Romum,& Remum fres
gemellos(Tã Donatus q̃; Seruius pronũciant Romũ,à quo Ro/
ma deducitur:blandimenti aũt cauſa.Romulũ vocatum vult Ser
uius:verumtñ,blandimenta ſolent eſſe temporanea,& loco con
gruẽtia,nõ perpetua)inde.i.poſt partũ Iliæ:Romulus:alter ẽ ge
mellis:lętus:qa Martius iam tum animus in eo erat, vt ſe facile
Martis filiũ probaret:tegmine fuluo.i.rutilo quaſi leonino:lupę
nutricis.ſ.ſuę:à qua primũ nutritus erat(ſed argutiſſime rẽ ape/
rit poeta:nã quota quęq; lupa fulua eſt.At meretrices,vt author
eſt in Terẽ.Donatus,fuluo inducuntur amictu, auaritia notatæ,
propter fuluũ auri colorẽ)excipiet.i.extra alios capiet, vt extra
ſortẽ fraternã:aut extra pericula,& latronũ inſultus:quũ & eorũ
plurimi latrones fuerint,& condet mœnia Mauortia.ſ.Romana
quę ſe Martẽ iactent habere authorẽ,vt Liuius in pręfatione atte
ſtatur:& dicet.i.nuncupabit:Romanos,de ſuo nomine:quod in
conſolationẽ Ænęę dicitur,cui id negatũ erat:quũ tñ dictum ſit,
q Antenor,gẽti nomẽ dedit.Ego,inquit Iuppiter:habet aũt em/
phaſin pronomen.q.d.fatorum cõditor, & qui res hominum &
deorum,ęternis imperijs rego,nec pono.i.conſtituo:his,Roma/
nis:metas.i.terminos rerũ,quia erit aliqñ Iulius, Imperiũ Ocea
no famã qui terminet aſtris:Et ſi dicas Oceanũ ſaltem eſſe termi/
num imperij:dicemus Romanos ẽt mari dominatos.Sed ſi tunc
extremum Oceanũ,terminum voces,dicã illum à natura,non à
fatis,poſitũ.Quod ſi maior eſſet mundus:maius fuiſſet ſm Io/
uis promiſſionem Romanorũ imperium.Nec dicit ſe nõ ponere
metas imperij,ſed metas rerũ,quia ſemper res plures acquirere
poterãt Romani,quũ quotidie nouę producantur:& ſi nõ aliud,
ſaltem gloriã augere poterant.Ego igitur,nec pono his metas re/
rum,nec tpa,quibus eas poſſideãt,ſicut Albanis iam terminum
ſtatui:ſed dedi.ſ.dum fata conderẽ: imperiũ ſine fine(ita.n.tunc
erat in ſpe,ſicq; viſum poetę:q ſi aliter ſenſiſſet,non id ẽt ex per/
ſona Iouis dixiſſet)nã poeta nõ minus Iouẽ q̃; ſe falſidicum ne/
gaſſet(vidimus tñ quid Auguſtinus ſentiat)quin.i.quinetiã: Iu/
no aſpera.i.inacceſſibilis Troianis,& ita implacabilis(tractum à
ſpinis,& rupibus aſperis,quæ inacceſſibiles ſunt:q vero aditum
negant placari nolunt.Incuſat ergo Iunonem,vt Venus dictura
in.v.Quã nec longa dies,pietas nec mitigat vlla)quę fatigat ma
re metu,quaſi dicat,inani,quũ fata mouere nequeat:mare & ter/
ras.i.regiones oẽs hominibus conceſſas:& cœlũ.i.aerem:aut re/
uera cœlum,quia etiã ſuperos ſolicitat:aut cœlũ, propter Æolũ
dixit,nam venti in aere dominantur:Referet.i.reducet:conſilia.ſ.
ſua:in melius.i.in meliorem ſñiam,quia tandem placabitur, &
fouebit mecum:Romanos dominos rerum.ſ.omnium: & gen/
tem togatam.i.Latinam potiſſimum Romanam, quæ in togis
tempore pacis verſari ſolet.Sic placitum.Confirmat Iuppiter fa
ta Veneri promiſſa,dicens ea deorũ placito ſtabilita:Addit Tro/
ianos non ſolum in Latio regnaturos,ſed etiam Græcis domi/
naturos:quod reſpicit ad illud,Hoc equidem occaſum Troiæ,tri
ſteiſq; ruinas Solabar,fatis contraria fata rependẽs.Nã vbi Venus
dixerat ſe ſolatã de occaſu regni Troiani,p hoc quod nouerat Ro
manum oriturum:& ita rependẽs fata contraria fatis:non quod
inter fata ſit repugnantia:ſed quia reſpectu diuerſo℞,promittunt
contraria.Nã vinci,& vincere:regnare,& ſeruitio premi,quodã/
modo contraria ſunt.In fatis aũt erat, Troianos in Troia vinci:
ſed rurſus in Italia regnare.Quũ ergo contẽta fuerit videre Ro/
manum imperium,addit Iuppiter,etiam in Græcos vltionẽ: vt
par pari referre videantur Troiani:quo nihil dulcius Veneri con
tingere poſſet.Dicit ergo:ſic placitum ſupp.eſt deorum concilio:
ætas.i.æuum quoddam:veniet luſtris labentibus.i.lapſu & ſuc/
ceſſu temporum:quæ luſtris.i.quinquennarijs,computabuntur:
quum.i.quando,aut qua ætate,ſeu quo æuo: domus Aſſaraci.i.
Æneia,ab Aſſaraco deducta.pmet,ſeruitio.ſ.ſubiugabit:Phthiã,
ideſt patriam Achillis euerſoris Troię,& Mycænas,patriam Aga
memnonis:claras.ſ.tãta prole,& dominabitur Argis victis.i.do
minium exercebit in Argos.i.Argiuos ſeu Græcos victos,& ſub/
actos qui nunc victores ſunt.Vnde in ſecũdo huius;Ferus omnia
Iuppiter Argos Tranſtulit.

PIERIVS.

(Triginta magnos voluẽdis mẽſibus orbes.) In codice Lõgo/
bardico,nõ,orbes,ſed annos,ſcriptũ inueni,quã puto fuiſſe para
phraſim,

phraſim, niſi quis magnũ annum ſolarẽ velit appellare. Lunaris anni rõne habita, eaq́ꝫ de cã interiectũ eſſe voluendis menſibus, vt diſtinctio appareret. Orbes tñ ducti oẽs, vt caſtiorem lectionẽ admittunt. ¶ Regnũq́ꝫ à ſede Lauini trãsferet.) Leue hoc, ſed eruditis auribus nõ ingratum, in Ro. codi. ſcriptũ eſſe, ab ſede. Eiuſdẽ iudicij eſt, quod ſtatim ſubſequitur. ¶ Et longam, multa vi muniet Albã. Variat numerus in his codicibus antiquis, quatuor vltimis pedibus ſolutis in hunc modum: Et longã vi multa muniet Albam. Sed enim tetrametri ratione, venuſtior. ¶ Quæ eſt mare nũc, terrasq́ꝫ metu.) Vetera quędam exemplaria legũt, Quæ mare, quæ terrasq́ꝫ metu, multi vulgatam lectionem magis approbant. ¶ Sic placitum, veniet.) Vetuſtiſſimi quidam cod. Placitum eſt, habẽt, quæ pars mihi videtur à paraphraſte adiecta: Nã abſq́ꝫ ſubſtãtiuo verbo, hic oratio omnino grauior, & auguſtior, quodammodo videtur. ¶ Ac victis dominabitur Argis.) In antiquis aliquot exemplaribus, Cunctis, pro victis eſt, quod mihi ridiculum videtur.

SERVIVS.

Naſcetur pulchra Troianus origine Cæſar,
Imperium Oceano, famam qui terminet aſtris,
Iulius, à magno demiſſum nomen Iulo.
Hunc tu olim cœlo ſpoliis Orientis honuſtum
Accipies ſecura, vocabitur hic quoq́ꝫ votis.
Aſpera tum poſitis miteſcent ſæcula bellis,
Cana fides, & Veſta, Remo cum fratre Quirinus
Iura dabunt, diræ ferro, & compagibus arctis
Claudentur belli portæ, furor impius intus
Sæua ſedens ſuper arma, & centum vinctus ahenis
Poſt tergum nodis, fremet horridus ore cruento.

¶ Naſcetur.) Ad illud reſpondet, Certe hinc Romanos. Et omnis poetæ intentio, vt in qualitate carminis diximus, ad laudem tendit Auguſti: ſicut & in Sexti catalogo, & in clypei deſcriptione. Hæc autem Iouis allocutio, partim obiecta purgat, partim aliqua pollicetur. ¶ Pulchra.) Alluſit propter Venerem. ¶ Troianus.) Ac ſi diceret, etiam Cæſar Troianus eſt. ¶ Cæſar.) Hic eſt qui dictus eſt Caius Iulius Cæſar. Caius pronomen eſt: Iulius ab Iulo: Cæſar vel quòd cęſo matris ventre natus eſt, vel quòd auus eius in Africa manu propria occidit elephantem, qui Cæſar dicitur Pœnorum lingua. ¶ Imperium oceano, famam qui terminet aſtris.) Aut ad laudem dictum eſt, aut certe eſt ſecundum hiſtoriam. Re vera enim & Britannos qui in Oceano ſunt, vicit: & poſt mortem eius cum ludi funebres ab Auguſto eius adoptiuo filio darentur, ſtella medio die viſa eſt. Vnde eſt, Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum. ¶ A magno.) Sicut Alexander, ſicut Pompeius. ¶ Olim.) Modo futuri eſt. ¶ Cœlo.) In cœlum. ¶ Spolijs orientis.) Victo Pharnace Mithridatis filio, qui re vera fuit in oriente. Cæterum Ægyptus in qua Ptolemęum vicit, in auſtrali eſt plaga. ¶ Honuſtum.) Inter honuſtum & oneratum hoc intereſt, quòd Oneratus eſt qualicunque preſſus pondere: Honuſtus vero cui onus ipſum honori eſt, vt ſiquis hoſtium ſpolia ferat. Sed oneratus aſpirationem non habet, quia ab onere venit: honuſtus vero quia etiam ab honore deſcendit, retinet aſpirationem. ¶ Accipies ſecura.) Quia poſt mortem Cęſar meruit aram, faſtigium, Flaminem, vt Cicero in Philippicis. ¶ Hic quoque.) Poteſt intelligi ſicut Romulus: ſed melius ſicut Aeneas de quo ſuperius ait, Sublimemq́ꝫ feres ad ſydera cœli Magnanimum Æneam. Quoq́ꝫ autem ſemper ad ſimilitdinem ponitur: vt, Tu quoque littoribus noſtris. ¶ Votis.). Vel ad vota, vel votis vocabitur. ¶ Aſpera tunc.) Ideſt Cæſare conſecrato, quum Auguſtus regnare cœperit, clauſo iam templo, pax erit per orbem. Conſtat autem templum hoc ter eſſe clauſum. Primum regnante Numa: item poſt bellum Punicum ſecundum: tertio poſt bella Actiaca quæ confecit Auguſtus, quo tempore pax quidem fuit, quantum ad exteras pertinet gentes: ſed bella flagrauere ciuilia, quod & ipſe per tranſitum tangit, dicens. ¶ Furor impius intus.) Huius autem aperiendi vel claudendi templi ratio varia eſt, alii dicunt Romulo contra Sabinos pugnante, quum in eo eſſet vt vinceretur, calidam aquam ex eodem loco erupiſſe, quæ fugauit exercitum Sabinorum. Hinc ergo tractum morem, vt pugnaturi aperirent templum, quod in eo loco fuerat conſtitutum, quaſi ad ſpem priſtini auxilii. Alij dicunt Tatium & Romulum facto fœdere, hoc templum ædificaſſe. vnde & Ianus ipſe duas facies habet, quaſi vt oſtendat duorum regum coitionem: vel quòd ad bellum ituri debent de pace cogitare. Eſt alia melior ratio, quòd ad prælium ituri optent reuerſionem. ¶ Cana fides, & veſtra.) Subaudis erit. Canam autem fidem dixit, vel quòd in in canis hominibus iuenitur: vel quòd ei albo panno inuoluta manu ſacrificatur, per quod oſtenditur fidem debere eſſe ſecretam. vnde & Horatius, Et albo rara fides colitur velataq́ꝫ panno. Veſtam vero Religionem: quia nullum ſacrificium ſine igne eſt, vnde & ipſa & Ianus in omnibus ſacrificijs inuocantur. ¶ Veſta.) autem dicta vel ἀπὸ τῆς ἑςίας: vt digammos ſit adiecta. ſicut er, ver: enetus, Venetus. vel quòd varijs veſtita ſit rebus. Ipſa enim eſſe dicitur terra quam ignem habere non dubium eſt, vt ex Ætna, Vulcanoq́ꝫ datur intelligi. ¶ Remo cum fratre Qurinus iura dabunt.) Multi ſic intelligere volunt, vt ſuprà diximus: quia poſt peſtilentiam ad placandos fratris

fratris manes geminis omnibus vſus eſt Romulus. vnde eſt, Vidén' vt geminæ ſtent vertice criſtæ? Sed hoc eſſe nõ poteſt, quia iteratio eſt antedictorum, aut ordo præpoſterus, ſi poſt dictum Cęſarem, Romulum repetit. Conſtat prçterea Iani templum patuiſſe ſub Romulo. Alij volunt per hos, Romanos intelligi. Vera tamen hoc habet ratio: Quirinum Auguſtum eſſe, Remum vero ꝑ Agrippa poſitum, qui ſororem Auguſti duxit vxorem: & cum eo pariter bella tractauit. vnde eſt, Parte alia dijs & ventis Agrippa ſecundis. Nam adulãs populus Romanus Octauiano, tria ei obtulit nomina: vtrum vellet Quirinus, an Cæſar, an Auguſtus vocari. Ille ne vnum eligendo partem læderet quæ aliud offerre cupiebat, diuerſo tempore omnibus vſus eſt. Et primo Quirinus dictus eſt, ide Cęſar, poſtea qđ & obtinuit Auguſtus, ſicut Suetonius probat, & in Georgicis oſtendit Virgilius. Nam cum de Gangaridum victoria diceret, qui iuxta Gangem ſunt, quiq́ꝫ ab Auguſto victi ſunt: ait, Victoriſq́ꝫ arma Quirini. Vt autem pro Agrippa Remum poneret, poetico vſus eſt more, nam nomen ex vicino ſumpſit. Hoc ergo dicit, Cum cœperit Iulius Cæſar cœlum tenere patratis omnibus bellis, iura dabunt Auguſtus & Agrippa. Romulus autem ideo Quirinus dictus eſt, vel quòd haſta vtebatur, quæ Sabinorum lingua curis dicitur. Haſta enim ideſt curis, telum longum eſt: vnde & ſecuris quaſi ſemicuris, vel quòd gręce κοίρανος rex dicitur. Conſtat autem Græcos fuiſſe Romanos, vel propter generis nobilitatem. Mars enim cum ſæuit, Gradiuus dicitur, cum tranquillus, Quirinus. Denique in vrbe duo eius templa ſunt: vnum Quirini intra vrbem, quaſi cuſtodis & tranquilli, aliud in Appia via extra vrbem prope portam, quaſi bellatoris vel Gradiui. ¶ Diræ.) Cum apertæ ſunt. ¶ Compagibus.) Ambages & cõpages antiqui tantum dicebant: poſteritas admiſit vt etiam compago dicatur: ſed non quia varius eſſe poteſt nominatiuus, debet etiam declinatio mutari, quemadmodũ nec in illis nominibus, arbor, arbos, vomer vomis: nam & arboris, & vomeris tantum facit. Ergo compages compagis, quoniam compago vſurpatum eſt: compaginis enim nemo penitus dicit. ¶ Furor impius ĩtus.) Vt ſuperius diximus, propter bella ciuilia, quę geſta ſunt contra Brutum & Caſſium ab Auguſto in Philippis: contra Sextũ Pompeium ab Auguſto in Sicilia. ¶ Sæua ſedens ſuper arma.) Secundum antiq[uam] licentiam. Sciendum tamen hodie in, & ſub, tantum communes eſſe præpoſitiones, cæterum ſuper, & ſubter, iã accuſatiuæ ſunt, ſicut clam, & poſt, quæ antea communes fuerunt: nunc in his mutata natura eſt. ¶ Ahenis nodis.) Non cẽtum nodis, ſed cathenis, quas circũlocutione ſignificauit, quia ſunt cathenæ nodi plures.

ASCENSIVS.

¶ Naſcet̃ pulchra Troianus origine Cæſar.) Pergit Iuppiter, perueniẽs ad id, quod maxime dictũ voluit poeta: non enim (vt ſępe iam diximus) cõſtituerat aliud dici q̃ꝫ dixerit: ſed ſuis locis Iulii, & Auguſti laudes, inſerit: vt hic in vaticinio Iouis. in. vj. in prophetia Anchiſæ. & in. viij. in clypeo Vulcani, itaq́ꝫ non recipitur à meliorib. ſententia Donati, ſentientis conſtituiſſe res Albanas, & Romanas, vſq́ꝫ ad Auguſtum, perſcribere. Donati autẽ verba hæc ſunt. ¶ Pulchra.) Optima & honeſta: vt non corporis ſit, ſed originis. ¶ Iulius.) Cæſar trahens nomen demiſſum, in tãtum aũt domiturũ omnes gentes, vt exiſtentibus triumphis eius pax dehinc, & fides perpetua, permaneret. ¶ Iura dabunt.) i. leges Romuli perdurabunt. Et deniq́ꝫ ceſſura, oĩa mala, felicitate Cæſaris, dixit furorem. ſ. & bellandi neceſſitatem. Hæc ille Beroal. aũtẽ in Ser. dicit ſic: Celeberrimi ſcriptores, & potiſſimum Tranquillus,

Trãquillus,ac Plutarchus,ſcribunt Cęſarẽ matri Aureliæ olim
dixiſſe:mater aut põtificẽ,aut exulẽ filiũ,hodie videbis:eadẽ lau
daẽ,ꝙ nurum ſemper obſeruauerit,& ſingulari pudicitia fuerit
Cæſar. ꝑdita,atq; vixerit,floruerit'q; viuente,atq; florente filio Cęſare:
ꝑterea nõ ipſe Iulius Cęſar dictator apud Romanos,ꝑmus hoc
noie,decoratus eſt:ſed Scipio Aphricanus:vt author eſt Plin.cu/
ius verba hæc ſunt ex li.vij.Auſpicatius enecta parẽte gignuntur,
ſicut Scipio Aphricanus,prior natus:primus'q; Cęſar,à cęſo ma
tris vtero dictus.Solinus idẽ ſcribens , Plinii verba corroborat.
Hoc in loco,memorandũ eſt id,quod à Spartiano,de Cæſarũm
noie,referẽ:q in Elio Vero imperatore tradidit eũ q primus Cæ
ſar appellatus ſit:hoc nomẽ eſſe ſortitum ab elephãto:qui lingua
Mauroꝝ Cæſar dicit:in prælio cæſo:vel qa mortua matre,cæſo
Compago. vẽtre,ſit natus:vel cũ magnis crinibus,ſit vtero parẽtis effuſus,
vel,ꝙ oculos cęſios habuerit,&c.Quę vero in eũdẽ,de declina/
tione huius nois cõpago,& de noibus Auguſto oblatis,annota/
uit:hęc ſunt.Sniam Seruij rębellit Manilius in primo aſtronomi
con,ſcribẽs: Interdũ ęquali laterũ cõpagine ductus.Itẽ in eodẽ:
Aeriã in nebulã clara cõpagine verſus.Et Oui.in.j.meta. Atq; ita
diſparibus calamis cõpagine cerę,& Seneca in.xiiij.epiſtolaꝝ ad
Luciliũ:cuius hęc verba ſunt:Siue flãmarũ violẽtia cõpaginẽ ſo/
li rupit,ſiue vetuſtas.Inde cõpaginatio,& cõpaginatus deriuan
tur,qua dictione vtiẽ ſępius Hieronymus,Auguſtinus , & Ioſe/
phi ĩterpres Ruffinus.Itẽ quũ talia in cõmẽtarijs Seruij , lego in
Auguſti noia. eã ſniam,pedibus vado:vt exiſtimẽ eos fuiſſe adulteratos : & in
plurimis locis corruptos,mutilatos,ĩuerſos:etenim Suetonius
nuſquã hoc refert.Cęterũ ſic ſcribit in Auguſto ĩfanti,cognomẽ
Thurinus. Thurino,inditũ fuiſſe,poſtea Caij Cæſaris:deĩde Auguſti cogno
mẽ,aſſumpſiſſe,alterũ teſtõ maioris auunculi:alterum Numatij
Plãci ſnia,cum qbuſdã cẽſentibus, Romulũ appellari oportere:
quaſi & ipſum cõditorẽ vrbis ꝑualuiſſe,vt Auguſtus,potius vo/
careẽ.Thurinus aũt vocatus fuerat.à Pago Thurino,nulla men/
tio,nullũ verbum à Suetonio fit:ꝙ Quirinus fuerit noiatus,niſi
fortaſſis credere velimus in alijs à Tranqllo , ſcriptis opuſculis,
huiuſcę rei habitã eſſe mentionẽ,quod exiſtimare ridiculum eſt:
nãq; in cõmẽtariis Seruij:ẽt Plinius ſępiſſime allegaẽ:ſed perpe
rã:de his rebus quarũ nullã penitus,apud Pliniũ fit mentio, quẽ
admodũ de Lyciſca ſcribẽs Seruius ait: Lyciſcæ ſunt (vt ẽt Plini/
us dicit) canes nati,ex lupis,& canibus,hoc nuſq; apud Plinium
Lyciſca reperiẽ,nuſq; in Plinio lectũ eſt,qui quidẽ refert canes in Gallia
è lupis concipi:ſicut apud Indos è tigribus,ſed appellari Lyci/
ſcas,minime tradit.Idẽ Crocutas nũcupat ex cane,lupo'q; cõcę
ptos.qnetiã dicit Seruius à Plinio,in na.mẽtionem fieri de lauã
dis cadaueribus,& cõclamãdis:quum apud Pliniũ , nullũ ſuper
hoc verbũ ſit ſcribentẽ de his qui dicti ſunt reuixiſſe . Libuit hæc
duo exẽpli cã ponere:quũ ſępiſſime (vt diximus) Pliniũ falſo ci/
tet Seruius,q Ouidij quoq; allegat Metamor.referens fabulam
Phyllidis,cuius rei,nulla penitus mẽtio,in eo opère facta repe/
riẽ,ex his itaq; ego cõiecto,aut mutilatos fuiſſe Seruij cõmẽta/
rios:aut nõ fideliter exſcriptos:nõ.n.auſim firmare tm̃ alioquin
virũ tam pueriliter deliraſſe:niſi fortaſſis idẽ Seruio crimini da/
mus quod Senecæ dat Quintilianus:videlicet ꝙ his qbus inqrẽ
da q̃dã mãdabat:decęptus fuerit:nos ad ꝓpoſitum inſtitutũ re/
deamus.Hęc ille.Cæterũ,vt ꝑpetuo tenore ordinẽ ponã,adda/
mus & Lãdini verba,de portis belli clauſis,q̃ hęc ſunt.Scribit Pi
ſo in annalibus ędificatũ templũ à Numa Põpilio iter Romanũ,
boariũ'q; forum,Iano gemino fuiſſe.& ab eo inſtitutum:vt eius
Ianus. porta clauſa,pacẽ:aperta bellũ ſignificaret.Clauſa eſt ter. Primo
ſuo tpe.Secundo in.j.bello Punico à Luctatio finito : Tertio ſub
Iunonius. Auguſto finitis bellis ciuilibus.Ianus (vt referẽ Macrobius.) ſi/
ue ſol,ſiue mundus puteẽ,ab eundo dicitur,quia mundus ſemp
Cõſinius. eſt in motu.Appellatur'q; Ianus.Itẽ,pater geminus.Itẽ,Iuoni/
Quirinus. us:qa kalẽdaꝝ eſt princeps q̃ Iunoni dicatæ ſunt:Vnde illi (vt ait
Patulcius. Var.) duodecim aræ,ꝓ duodecim mẽſibus dicatæ erãt.Diciẽ Cõ
Clauſius. ſinius à cõſerendo.ſ.ꝓpaginẽ generis humani.Itẽ Quirinus : qa
belli ſit portus,diciẽ Patulcius,& Clauſius,qa bello valuæ eius
pateãt,& pace claudanẽ.Volebãt Romani in bello Sabino quod
raptis virginib.geſtũ eſt portã,q̃ erat in radicib.collis viminalis,
deinde ab euentu ianualẽ vocatã claudere.Sed quum ter clauſiſ/
ſẽt,& toties ſua ſpõte pateret,armati igreſſum cuſtodiebãt,mox
cũ audirẽt ab alia parte ſuos,à Tatio fugatos fuga arrepta cuſto/
Ianus clauſus ter ab auguſto diã deſeruerunt.Erãt irrupturi Sabini:cũ extẽplo per hãc portã,
magna vis torrentiũ,ſcatẽtibus vndis erupit,& multas cateruas
hoſtiũ,aut feruẽtibus vſtas,aut vaſta voragine deuoratas ferũt.
Hic mos mãſit Iani,ianuã in bello ad auxilium patere.Hæc ille.
Cæterum Suet.de Iano ab Auguſto clauſo,dicit ſic:Ianũ Quiri
num,ſemel,atq; iterum à cõdita Vrbe,ante memoriã ſuã , clau/
ſum in multo breuiore tẽporis ſpato terra,mari'q; pace parta ter
clauſit.Hæc ille.Vbi Beroal.Numa ſecundus Romanoꝝ rex Iani
templum,ad infimum Argiletũ extruxit,q index pacis foret &
belli,Vt aptus in armis:clauſus in pace:ciuitatẽ eſſe ſignificaret.
Semel ab ipſo Numa clauſus fuit,iterũ poſt primũ Punicum ꝑfe
ctum bellũ:tertio poſt bellũ Actiacũ ab ĩperatore Cæſare Augu/
ſto,pace,mari,terra'q; parta:quod noſtræ inqt Liuius' ætati,dii
dederunt,vt videremus ad quod alluſit Virg.in illo verſu:Clau/
denẽ belli portæ.Sed diligẽter aiaduerte Trãquillũ ſcripſiſſe Ia/
num,ter clauſum fuiſſe ab Auguſto ꝓpter hiſtoriã quã viri alio/
quin eruditi parum diligenter obſeruauerunt.Scito igitur Augu
ſtum Cæſarẽ ab Oriente poſt Antoniũ Cleopatrã'q; deuictos:Cũ
Victoria redeuntẽ tum primũ clauſiſſe Iani portas,quo die pri/
mũ Auguſtus cõſalutatus eſt.Mox ꝓfecturus in Hiſpanias cum
exercitu aduerſus Cãtabros,aperuit belli portas:quas iterũ clau
ſtro cohibuit in honorem Cãtabricæ victoriæ.Deinde quum ab
Oriẽte in occidẽtem:à Septẽtrione in Meridiẽ,ac ꝑ totum Ocea
ni circulum,cunctæ gẽtes vna pace cõpoſitæ forent,Iani portas
tertio Auguſtus clauſit:& ita clauſus eſt Ianus qnquies.Semel à
Numa Põpilio:iterũ Tito Mãlio cõſule,& ter ꝑ Auguſtũ Cæſa/ Quinques clauſus Ianus.
rẽ multo breuiore tꝑe:quã bis clauſum fuiſſet à ſuperioribus.hi/
ſtoria tradiẽ explicate ab Horoſio lib.vj.hiſtoriarũ:cuius autho/
ritate ſubnixi cẽſemus legendum eſſe,ter clauſit, ſicut emendati
codices habent:& quadrat hiſtoriæ cuius incurioſi legunt,tertio
clauſit:exiſtimantes nihil aliud eſſe ſubintelligendũ q̃; quod ter/
tio loco Auguſto clauſerit,Ianũ in ſacris veteres Romani inuoca
bãt Ianũ Quirinum,Ianum Patulciũ & Clauſium,Quirinũ au/
tẽ cognominabãt,quaſi belloꝝ potentẽ:ab haſta quã Sabini,cu/
rim vocant:Patulciũ,& Clauſiũ,qa bello portæ eius patẽt,pace
cladunẽ.Hęc ille.Cur autẽ bello aperianẽ aperuit Lãdinus: quia
videlicet ab eo auxilium ſperabãt.Hic autẽ cõſimili ratione,di/
ctus eſt Romulus,qua & Ianus,Quirinus ſed ſi ſingula ꝑſequar
lõge ꝓlixior,q̃; cõſtitueram fiam.¶ Ordo igiẽ eſt. Cæſar.ſ. Troia/ Ordo
nus pulchra origine.i.per pulchrã originẽ,aut qa à pulchra Vene
re,ſm Ser.deducta,aut honeſtã,qa legitimã,vt ſentit Dona.ſicut
ibi & pulchra faciat te ꝓle parentẽ,naſceẽ.ſ. luſtris labẽtibus,&
tꝑis ſucceſſu,q.i.tanq̃; is qui,aut.i.vt is ſit qui terminet.i.claudat.
imperiũ.ſ.Romanũ,Oceano.i.orbe terraꝝ quẽ mare Oceanũ am
bit:& qui terminet,famã aſtris.Vnde in Buc.Daphnis ego in ſyl/
uis,hinc vſq; ad ſydera notus.quinetiã inter ſydera,vnde dictum
eſt:Ecce Dionei ꝓceſſit Cæſaris aſtrũ.Cæſar dico Iulius appoſi/
torie nomen,aut quod nomẽ demiſſum ſup.eſt.i.deductũ ab Iu
lo.ſ.Aſcanio magno ſ.ſine pari,ſicut & Alexander,& Pompeius,
magni dicti ſunt:vt Cæſari ẽt ab origine oſtendaẽ deberi : quod
Põpeio cõceſſum eſt:vt ſecura.i.ſine cura,aut ſeorſũ à cura (nã
dictum eſt quãdo hęc te cura remordet ) accipies.ſ.in cœtũ deoꝝ
olim.i.tꝑe futuro,cœlo.i.in cœlum & in numerũ cœleſtiũ,hunc.
ſ.Iulium Cæſarẽ,honeſtum.i.honeſte oneratum ſpoliis Oriẽtis
i.quę ex Oriẽte victo Pharnace Mithridatis filio retulit,& hic.ſ.
Iulius Cęſar:vocabiẽ.i.inuocabiẽ,quoq;.i.ẽt nedum Æneas vo
tis.i.ad vota ſuſcipienda,vel in votis faciẽdis.Sęcula aſpera.i.du
ra & triſtia ꝓpter bella,tum ciuilia,tum externa,miteſcent.i.fiẽt
mitia,tum.i.deĩde regnãte.ſ.iam Auguſto,& hoc bellis.ſ.oib.de
qbus iam per Beroal.mentio facta eſt,poſitis.i.depoſitis, aut ſe/
datis,& pacatis:fides cana.i.antiqua & cãdida.i. ſimplex, & ſine
fuco,ac liuore,& Veſta.i.caſta religio,& Quirinus.i.virtus belli
ca per Quirinum ſignificata,aut Romulus ipſe primus rex,& ſe
natus legũ'q; creator,cum Remo fratre.i.cum authoritate frater
na:licet interẽptus erat,ſicut Seruius recitat.(Aut allegoricos ĩ/
telligimus,vt ſicut per inteſtinam emulationẽ,& fraternũ odiũ,
Romulus fratrẽ occidens,ſemina belli vſq; ad ea tꝑa dedit,ita re
cõciliatis iam eoꝝ manibus gẽtes cũctę in gratiã pacis coeãt,vn/
de ſequiẽ) dabunt iura.i.leges & inſtituta dirę portę belli.i.tẽpli
Iani,q̃ apertæ bellum ſignificabãt:claudenẽ ferro.i.ferreis repa/
gulis,& cõpagibus arctis.i.arcte cõpingentibus ( vbi dicit diræ
portæ claudenẽ ferro,ꝓpter repetitionẽ literę,quã caninã & ir/
ritatiuã vocant:etiã in vocabulis ipſis eſt quidã terror,ac diritas
depicta:ſicut in illis Ennianis:Poſtquã diſcordia tetra Belli ferra
tos poſtes,portas'q; refregit,in qbus (vt inqt Flaccus) iuenies ẽt
diſiecti membra poetæ) furor.ſ.bellicus impius,quia inteſtinus,
aut impietatem ꝓcreãs:vt temploꝝ ꝓphanationem, deuirgina/
tiones,ſtupra,homicidia,rapinas,& id genus alia,ſedens ĩtus.i.
in ipſo templo Iani cõcluſus:ſuper arma ſęua.i.bellica,quę cum
eo cõcludẽtur:& ipſe vinctus poſt tergum.i.habens manus poſt
tergum,vinctas,centum ſupple cathenis,nodis ahenis.i.æreis.

hoc eſt duris: qa ęs nõ tam facile frãgit̃, aut rubigine abſumitur vt ferrũ, licet ferrũ durius ſit: fremet cruento ore, horridus .i. exiſtens horridus, & cruentus, atq; ęgre ferens tãdiu includi. Nã, vt recitauit Beroal. ter clauſit Auguſtus templũ Iani, & reuera tertio, longa pace orbẽ moderatus, ſub cuius imperio venit author pacis in mundum, quia tunc exiit edictum à Cæſare Auguſto vt deſcriberetur

deſcriberetur vniuerſus orbis: vt Lucas nos docet.

PIERIVS.

¶ Cõpagibus arctis.) In veteribus pene oĩbus codici. nõ Virgilianis tñ, ſed alioꝝ ẽt authoꝝ plerũq; ĩuenias, artis adiectiuũ nomẽ, abſq; c, ſcribi. Sane vero Valerius Probus, artus, ꝑ anguſto, & artus pro membris, ſola internoſcit declinatione. Iuniores tñ in altero c, additũ voluere, vt appareret originatio ab arcẽdo.




POETA

⁋ Hæc ait, & Maiæ genitũ demittit ab alto,
Vt terræ, vtq; nouæ pateant Carthaginis arces
Hoſpitio Teucris, ne fati neſcia Dido
Finibus arceret, volat ille per aera magnum
Remigio alarum, ac Libyæ citus aſtitit oris
Et iam iuſſa facit, ponuntq; ferocia Pœni
Corda, volente deo, in primis regina, quietum
Accipit in Teucros animum, mentemq; benignam.

SERVIVS.

¶ Et Maia genitum.) Mercuriũ. Et eſt Periphraſis. Cicero i libro de deorũ natura, plures eſſe dicit Mercurios: ſed i deorum ratione, fabulæ ſequẽdæ ſunt, nã veritas ignoratur. Simul alluſit poeta, qa per caduceatores, ideſt internuntios, pax ſolet fieri. ⁋ Vt terræ.) Propter illud quod ſeqtur, Hoſpitio prohibemur arenæ. ⁋ Pateant.) Propter illud, Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis. ⁋ Hoſpitio.) Ad hoſpitium.

⁋ Ne

⁋ Ne fati neſcia Dido.) Non ſui. Nam ſi ſciret exitũ ſuum, multo magis vetaret, ſed Fati dixit, voluntatis Iouis. ſicut, Fatis Iunonis iniquæ. Aut certe fati Troianorum, qui non ſponte, ſed neceſſitate ad Africam venerant: quod vtique ignorabat Dido. Illo enim tempore inuadendarum terrarum cauſa fuerat nauigatio, vt Salluſtius meminit: facili tum mutatione ſedium: quod etiam excuſant Troiani, Non nos aut ferro Libycos populare

penates

penates Venimus. Ergo hoc agitur vt diſcat Dido eos ad Italiam tendere. Quomodo ergo ſe iungit Aeneæ? Sed furoris illud eſt, non conſilij. Nam nec ſacerdotibus credidit. Vnde eſt, Quid vota furentem, Quid delubra iuuant? ¶ Remigio alarum.) Tranſlatio reciproca, vt ſuprà diximus. ¶ Citus.) Cum enim alia ſigna tarde ad ortus ſuos recurrant, Mercurius decimooctauo die in ortu ſuo inuenitur. ¶ Pœni.) ἀντίστοιχον eſt quaſi phœni. ¶ Volente deo.) Mercurio vel Ioue. ¶ In primis.) Præcipue. ¶ In teucros.) Pro teucris: vt ſuprà diximus.

ASCENSIVS.

¶ Hæc ait.) Poſt conſolationem Veneris miſit Iuppiter Mercurium deorum nuncium ad conciliandos animos mortalium, & præcipue Didonis, cũ Troianis: de quo ſic ait Donatus. ¶ Hæc ait, & Maiæ.) Expoſita futuroꝝ promiſſione prouideri ſecuritas defuit, ne naufragi in terris alienis, & in q̃bus inimica regnabat Iuno, aliquã violentiã paterentur. Procuratur aũt Troianis ſecuritas per duos, quoꝝ alter auus, alter affinis eſt. Nã Maiá, Mercurii mater, Troianoꝝ generi, nectebatur. Debuit ergo ad effectus implẽdos talis mitti ꝑſona, q̃ p̃cęptoꝝ authoritate, duplici ratione deducta, celerius maturaret alaꝝ iuuãte ſubſidio. ¶ Nouæ.) Quia nouitas regni cũcta habet ſuſpecta, vt ipſa: Res dura & regni nouitas. m. t. c. m. Vel lege: vt, Terræ Carthaginis, & nouitas ædificioꝝ pateat Teucris: ſolus aũt Iuppiter, miniſtro Mercurio, potuit præſtare, vt inimicos ſuos Carthago ſuſciperet: ſed oĩa cum celeritate erant agenda: quam breui ſermone eſt amplexus. Terras autem dixit: ne in regionibus Carthaginis, aut in littoribus à gentib. vexarentur. ¶ Nouæ ar.) Etiam ſic accipimus: ne Carthaginem incogniti, venientes aduerſa paterentur. ¶ Remigio alarum.) Aliter enim volare non potuiſſet. ¶ Et iam iuſſa.) Fructum executionis implere poſuit. ¶ Ponunt ferocia corda.) Natura ferox in lenitatem mutatur. ¶ Volẽte deo.) Nam niſi dei. i. Iouis, vel Mercurii iuſſus, interceſſiſſet, natura ferox immutari nõ potuit, & quia reginæ partes in ſecundo loco poſuit, correxit, dicendo, in primis. Nam ipſa fuit lenienda, quæ vel incitare illos poſſet, vel violentiam comprimere. Et quoniam fieri non poterat, vt eodem temporis puncto, ferocitatem ponerent, & amarẽt, librauit verba: & nõ dixit amãt, ſed ponunt corda ferocia. ¶ Ordo eſt. Iuppiter, ſup. ait. Hęc q. ſ. dicta ſunt & demittit. i. deorſum mittit: ab alto. ſ. cœlo: genitũ Maię, aut maia. i. Mercurium, filiũ Maię, vt terræ Carthaginis, & vt nouæ arces Carthaginis, pateat Teucris hoſpitio. i. in hoſpitiũ, quum tamen nouæ arces ſoleant paucis patere, quum multis inuiſæ ſint: vnde Dido poſtea reddens ratione, quare iuſſerit claſſem Troianam, exurere dicet. Res dura, & regni nouitas me talia cogunt Moliri: & late fines cuſtode tueri: ne Dido neſcia fati. i. quæ neſciuit: quod fato in Italiam profugere conſtituerit, & verita ſe ab eis expelli: aut neſcia fatale eſſe Aeneã regna Troiana reparaturum aliquando arceret. i. ꝓhiberet: Troianos: finib. i. limitib. regni ſui. Ille. ſ. Mercurius, Maię filius, volat per aera, magnum. ſ. reſpectu terræ: centuplo enim maior eſt: remigio, ideſt fretus auxilio, vt naues ferũtur in aquis remigio alarum, ac ipſe citus. i. feſtinus: aſtitit oris. i. regionib. extremis: Libyæ: in ea. ſ. parte, in q̃ Carthago erat. Et facit iã iuſſa i. mandata Iouis: hoc eſt cõciliat Teucris, animos Pœnorum, & Pœni. i. populi Punici, hoc eſt Carthagineſes: ponunt. i. deponũt, deo. ſ. Ioue, aut mercurio: volente. i. inſpirante, & perſuadente corda ferocia. i. alioquin ferocia, vnde ferus Annibal dictus eſt, & reuera natio illa ferox eſt: & regina in primis. i. inter primos, aut præcipue: accipit. ſ. ab inſpiratione Mercurii: animum quietum, ideſt pacatum, in. i. erga Teucros, & mentem. i. affectionem benignam. i. clementem.

PIERIVS.

¶ Et Maia genitum demittit ab alto.) In Romano codice, Maiæ legitur: quare nõnulli, gnatum, non, genitũ, legere volebant, eam ego lectionem nuſquã in antiquis cod. obſeruaui. Dimittit, vero per, di, fere paſſim, quod verbum eſt nuncios delegãtium, vt ibi, equidem per littora certos dimittam. In quo forte diligẽtiam interpretum deſyderes, qui di, vacare dicũt. ¶ Vt terrę, vtq; nouę pateant.) In antiquiorib. aliquot exemplaribus legere eſt, atq; nouæ. Sed longe venuſtius eſt, vtq;. ¶ Volat ille per aera, magnum.) In codice Mediceo per æthera, legitur, ſed aera, magis receptum.

At pius Æneas per noctem plurima voluens,
Vt primum lux alma data eſt, exire locosq;
Explorare nouos, quas vento acceſſerit oras,
Qui teneant (nam inculta videt) hoĩesne, feræne,
Quærere conſtituit, ſociisq; exacta referre.
Claſſem in conuexo nemorum ſub rupe cauata
Arboribus clauſam circum, atq; horrentibus vmbris
Occulit, ipſe vno graditur comitatus Achate,
Bina manu lato criſpans haſtilia ferro:
Cui mater media ſeſe tulit obuia ſylua,
Virginis os, habitumq; gerens, & virginis arma
Spartanæ, vel qualis equos Threiſſa fatigat
Harpalice, volucremq; fuga præuertitur Hebrum.
Nanq; humeris de more habilem ſuſpenderat arcum
Venatrix, dederatq; comas diffundere ventis,
Nuda genu, nodoq; ſinus collecta fluenteis.
Ac prior. ¶ Heus (inq̃t) iuuenes, mõſtrate mearũ VE.
Vidiſtis ſi quam hic errantem forte ſororum,
Succinctam pharetra, & maculoſæ tegmine lyncis,
Aut ſpumantis apri curſum clamore prementem?

SERVIVS.

¶ Per noctem.) Decet enim pro cunctis regem eſſe ſollicitum. ¶ Alma.) Alma lux dicta quòd alat vniuerſa, vnde & alma Ceres, quòd nos alat. Nã phyſici dicunt omnia per diẽ creſcere, quomodo igitur Virgilius ait, Exigua tantum gelidus ros nocte reponit? ſed hoc pro miraculo poſitum eſt: & amplius ſentit. ¶ Locos.) Et locos & loca dicimus, cum in numero ſingulari locus tantum dicamus. Simile eſt, & iocus, nam & ioca facit & iocos: vt ioca atque ſeria cum humillimis exercere. Et, Quàm multa ioca ſolẽt eſſe in epiſtolis. Et, Tum iuuenes agitare iocos. ¶ Quas vento acceſſerit oras.) Diximus ſuperius figuram fieri cum præpoſitio detracta nomini, verbo copulatur: & plerunque eam ſuam retinere naturam, plerunque conuertere. Hoc igitur ſciendum eſt, quòd cum caſum ſuum retinet, Hyſterologia eſt, vt hoc loco quum autem mutat, figura eſt. vt, Cumarum adlabitur oris. Oris enim pro oras poſuit. Plerunque etiam ſuperfluas ponunt prępoſitiones. ¶ Qui teneant.) Iure dubitat, cum omnia cernat inculta. Eſt autem ordo, Qui teneant, hominéſne feræ ne. Media per parentheſim dicta ſunt. ¶ Exacta.) Exquiſita. ¶ In conuexo nemorum.) Prooeconomia eſt ad cauſam pertinens. Nõ. n. tenebitur ab Afris, vt Ilionei. ¶ Conuexo) autem, curuo: vnde etiam conuexum dicimus cœlum. Sane ſubaudimus. ¶ Loco, vt alibi, Caſtrorum & campi medio, ideſt ſpatio. ¶ Sub rupe cauata.) Periphraſis eſt ſpeluncæ. ¶ Arboribus, atque horrentibus vmbris.) Vmbris arboribus, quo modo Molemq; & montes, aut certe arboribus & vmbris ſpeluncæ. ¶ Comitatus Achate.) Diximus quæri cur Achates Aeneæ ſit comes, varia quidem dicuntur, melius tamen hoc fingitur, vt tractum nomen ſit à Græca etymologia. ἄχος enim dicitur ſolicitudo, quæ regum ſemper eſt comes. ¶ Bina.) Si ad vtrunque referas, bene dixit bina: ſi ad Aeneam tantum, antiquus mos eſt, vt ſuprà diximus, bina pro duobus poni: ſicut & duplices. ¶ Lato ferro.) Ideſt lati ferri: vt Pulchra prole. ¶ Media ſeſe tulit obuia ſylua.) Quam Græci ὕλην vocant, poetæ nominant ſyluam, ideſt elementorum congeriem, vnde cuncta procreantur. Et multi volunt Aeneam in horoſcopo Virginem habuiſſe, bene ergo in media ſylua virginis habitu ei Venerem poeta facit occurrere: quia vt ſuprà diximus, Venere in Virgine conſtituta, & miſericordes procreantur fœminæ, & viri per mulieres felices ſunt futuri, vt probamus in Aenea. ¶ Virginis os, habitumq; gerens.) Vultum & amictum. ¶ Spartanæ.) Lacænæ. Sparta enim ciuitas eſt Laconiæ, vbi ſunt puellæ venatrices. Redditur autem cauſa cur virgo ſit in ſyluis, ſcilicet propter venatum. ¶ Threiſſa.) Thracia, & eſt ſolutio, nam Threiſſa facit, ſicut Creſſa genus pholoe. Veniunt autem ab eo quod eſt Cres, Thres. Vt autem Creiſſa non faciat, illud eſt, quia Chreſſa per η ſcribitur, nec poteſt recipere ſolutionem. Threiſſa vero per ει diphthongon, vnde & reſoluitur. ¶ Fatigat.) Suo ſcilicet curſu. ¶ Harpalice.) Hęc eſt quę patrem ſuum captum à Getis, multitudine collecta liberauit celerius, quàm de fœmina poteſt credi.

Vnde

Vnde & flumina dicitur celeritate trãſire, multum autem epitheton fluminis eius addidit laudi. ¶ Præuertitur.) i. trãſit, dicimus autem & præuertit & præuertitur, noua ratione. Nã paſſiua declinatione vtimur in actiua ſignificatione, vt hoc loco: cũ autem actiua declinatio eſt, paſſiuam habet ſignificationem, vt, ille me prȩuertit. ¶ Nanq; humeris de more.) Vt oſtendat̃ eſſe Venatrix. ¶ Habilẽ.) Aptum ſexui. Vnuſquiſq; enim arcũ habet pro viribus ſuis. ¶ Comam diffundere.) Vt diffunderet. Græca autem figura eſt. ſic alibi, Argenti magnum dat ferre talentum, vnde da bibere vſus obtinuit: quod facere nõ debemus, ne duo verba iungant̃, niſi in poemate. ¶ Nuda genu.) Nudum genu habens, vt ſi dicas, bonus animum, & eſt græca figura: ſed nõ ea, quam diximus fieri per participium prȩteriti temporis, & caſum accuſatiuum. hȩc enim per nomen fit, quamuis ad vnã ſignificationem recurrant. ¶ Sinus collecta.) Vt, Oculos ſuffuſa nitentes. ¶ Ac prior.) Paulo poſt ſequitur. ¶ Heus inquit.) Heus aduerbium vocantis, aliàs interiectio eſt dolentis, vt, Heus etiam menſas conſumimus inquit Iulus. ¶ Errantem.) Inueſtigantem. ¶ Succinctam.) Inſtructam, vel, vt alij dicunt, in cingulo habentem pharetram & pellem. ¶ Maculoſæ lyncis.) Lyncus rex Scythiæ fuit, qui miſſum à Cerere Triptolemum, vt hominibus frumenta monſtraret, ſuſceptum hoſpitio, vt in ſe gloria tãta migraret, iterimere cogitauit, ob quã rẽ irata Ceres, eũ cõuertit in lyncẽ feram varij coloris, vt ipſe variæ mẽtis extiterat. Et erit nominatiuus hæc lynx: vt Pan, Tros, quȩ in genitiuo vna ſyllaba creſcũt. ¶ Curſum clamore prementem.) Plerũq; duo diuerſa in vnum exitum cadunt, licet cõtraria ſignificent, vt hoc loco. Vidiſtis enim, etiam ad vocem pertinet, quod etiam ex Æneæ reſpõſione colligitur.

ASCENSIVS.

¶ At pius Æneas: &c.) Vt poeta inquit: Turpe duci totam ſomno perducere noctem, licet ergo dea mater, deusq; auus, ꝓ filio & nepote ſoliciti eſſent: nõ tamen ſibi prouidus heros defuit: quippe qui nouit, ꝙ dormitantibus dij auxiliatores non ſinit, ipſe nocte præuidit quid poſtridie faciendum eſſet: atq; ita prima luce egreditur exploraturus regionem, illucq; matrem obuiam habuit in media ſylua: quæ fictio aſtrologica, ratione non vacat: nã innuit Venerem fuiſſe Æneæ in medio Horoſcopi, & dominam cœli in natiuitate eius. Vnde Veneris filius, exiſtimatus eſt. Ad qđ accedit, quod dicitur obueniſſe in media ſylua: nam ſyluã ab hyle, quæ eſt rerum omnium cõgeries, & prima materia deductã, plurimi atteſtantur. Per ſyluam igitur, ſignificatur nobis diuerſitas influentiarũ, in qua difficile eſt illum aureum ramũ, de quo in. vj. mentio fiet, inuenire. Quæ ergo à poetis finguntur, altioris ſapientiȩ medullas cõtinent. Sed quæres ſi ideo Veneris filius ſit Æneas, ꝙ eã in Horoſcopo dominã habuerit: non ſine matre fuerat Æneas, quæ enim alia ſit nõ proditur, ibi dicã ſic Aeneã eſſe Veneris filium vt Romulũ Martis: qa enim nõ cõſtabat de patre eius, & præ ſe ferret virtutem Martiam, materq; aſſereret ſe à viro bellicoſo. i. Martio oppreſſam: creditus eſt Martis filius: ſic qa Anchiſes Aeneã ex ignota, aut illegitima matre genuit: idq; Veneris incitatione, isq; genitus per Venerẽ gratiam in oculis multorum habuerit, dictus eſt filius Veneris, vt fortunæ filium dicunt, cui fortuna fauet. Sed ne in imẽſum creſcat opus, audiamus Dona. ſic differentem. ¶ At pius Aene.) Interpoſita narrationi, fuerant verba Veneris & Iouis in luctu Troianorum: nunc ad narrationem redit eo vnde digreſſus fuerat. ſ. Et iam finis erat Exacta, propoſuerat plura, in maſcu. & fœmi. Hæc autẽ vt cõplecteretur: poſuit neutrum. ¶ Claſ. in cõue.) Exiturus cum ſolo Achate, nec oĩno inermis fuit vt temerarius: nec oĩno armatus vt timidus: quũ ſolis igitur, inquit haſtilib. & vno ſocio, in ſolitudinẽ enim iturus debebat eſſe expeditus ꝓpter requiſitionem celerẽ & maturum reditũ. Ad omnia circunſpectus ſocios omni cautela occultat. Cui rei inſeruit deſcriptio portus. Claſſem in conuexo nemoꝝ. Quanta ergo diligentia fuit qui non antea ꝓfectus q̃ ſocioꝝ ſaluti cõſuluiſſet. Et quũ vno ad incertum pergit. Additur ad laudẽ à loco, tempore & ꝑſona. Nã quum ſeſe fœmina ad fallendũ cõpoſita ſola in ſylua obtuliſſet motus libidine nõ eſt, quãuis virginitas pulchritudo & veſtitus accẽderet. Accedebat ad caſtitatem cõgeries calamitatũ quæ etiam libidinoſos coercet, vnde Teren. Nulla adeo ex re iſtud fit niſi ex nimio ocio. Debuit Venus offerre loquẽdi fiduciã ne improbum videret̃: ꝙ cum virgine quũ ſola tunc eſſe putaret̃, miſceret colloquium, ſed ad fallendũ quoq; ꝑtinebat, vt nõ ſolum ſpecie: ſed ẽt ſermone imprudẽtes traduceret, vt ad interrogandi neceſſitatem venire potuiſſet. ¶ Mõſtra.) Interrogatio eſt breuiſſima, quæ tamen neceſſaria ad fallẽdum continet. Dixit & ſigna veſtitus & habitũ expreſſit. Breuius aũt reſpondet Aeneas: nec tamen à ꝓpoſitis oberrat. ¶ Ordo eſt. At. i. ſed Aeneas pius voluens. i. agitãs, & reputans ſecum: plurima. i. plurimas res: per noctẽ conſtituit quȩrere. i. indagare, explorare, aut inquirere: vt primum. i. vbi primum, aut cum primum lux alma. i. quæ cunctos per laborẽ alit: data. i. à diis cõceſſa eſt tẽpore. ſ. matutino: exire. i. ad exeundum, & explorare. i. ad explorandum locos nouos. i. quos recenter acceſſerint (hinc patere põt, locos terræ etiã diti: licet prius dixerit: loca fœta furentib. auſtris) cõſtituit dico quȩrere quas oras. i. regiões acceſſerit) nõ ſpõte, quia ſtultum fuiſſet petere locos ignotos) ſed vento. i. vi ventorum ĩpellentiũ: & qui teneant. i. poſſideant ſup. eas oras: ne pro an hoĩes: ne ꝓ an feræ. i. beluæ ſylueſtres, quod ideo quærere cõſtituit, nã videt inculta. i. locos incultos: nõ. n. ita dudum Dido in eam regionem venerat, & ita cõſtituit referre. i. recitare, & vt dicunt reportare: ſociis. ſ. ſuis exacta. i. exquiſita, aut reperta: & occulit. i. occultat. (ſcius fraudis humanæ) claſſem ſup. ſuã: in cõuexo nemoꝝ ſub rupe cauata clauſam circũ. i. per circuitum: hoc eſt occluſam aut ſeptã arborib. atq; vmbris horrentib. aut vt prius dixit, placidis, aut horrorẽ ꝓpter ſolitudinẽ ĩducẽtib. ipſe: comitatus vno. i. Achate: viro illo fido: ſed ad lapillũ, vt prius dictũ eſt, reſpicit, gradit̃. i. ingredit̃: criſpãs. i. vibrans (diſtinctim autẽ cõſtruetur epitheta alterũ ante verbũ, & alterum poſt ipſum: ne ab vna parte duo ſint ſine cõiunctione media.) manu ſup. ſua, videlicet altera bina haſtilia. i. iacula: lato ferro. i. habentia latum ferrũ vt habent venabula. i. cuſpides venatoriæ, cui. ſ. Aeneȩ mater. ſ. Venus obuia. i. obuiã veniens tulit ſe. i. ingreſſa eſt media ſylua. i. per mediã ſyluã: gerens. i. præ ſe ferens: os. i. aſpectum & pudorẽ, aut habitũ virginis: & arma. i. inſtrumenta venatoria: virginis Spartanȩ. i. Laconicæ. Nã ex inſtituto & pcȩpto Licurgi mulieres Spartanæ cogebantur virilib. officiis exerceri, vnde & Parthenos mons in Laconia dictus eſt quod in eo virgines venari ſoleant. παρθένοσ enim virgo eſt, vnde Prop. Multa tuæ Spartæ miramur iura Paleſtræ. Sed mage virginei: tot bona gymnaſii: de hoc monte latius in Geor. ibi Parthenios canib. circũdare ſaltus. παρθενὼν aũt locus eſt vbi habitant virgines. Virginis ergo Sparthanæ. i. Lacȩnæ venatricis, vel ſup. exiſtens talis qualis Harpalice: filia vt quidã volũt Boreæ: certe regis Thraciæ: vnde ſubdit: Threiſſa. i. Threſſa, hoc eſt ex thracia: fatigata equos: dũ. ſ. patrem à Getis liberatura eos inſequebatur, & præuertit̃. i. antecedit: fuga. i. curſu: aut prȩuertitur hebrum. i. fluuium illum Thraciæ rapidiſſimum vnde addit volucrem fuga. i. quaſi volantem præcipiti curſu, defluit enim ex mõtibus, niuibusq; auctus celerrime fertur. Ideo aũt erat ſimilis Harpalicȩ, aut Spartanæ virgini, nãq; pro quia, ſuſpenderat humeris arcum habilem. i. aptum virgini: vnde addit de more. i. vt illis moris erat: exiſtens venatrix: & dederat ventis diffundere. i. diſpergere comã, aut dederat comam diffundere. i. vt coma diffunderetur: ventis. i. ꝑ ventos, hoc eſt, expoſuit comã vẽtis diffundendẽdã, exiſtẽs nuda genu. i. habens genu nudum & collecta ſinus fluentes. i. habẽs ſinus fluẽtes collectos: nodo. i. in nodũ, at ipſa prior inquit heus (quod reuocãdi eſt aduerbiũ) iuuenes quod beniuole viro à muliere dicitur, quum iam Aeneas prouectior eſſet, monſtrate. i. indicate ſi vidiſtis forte, quam. i. aliquam, mearum ſororum. i. ſimili ſtudio intentarum, aut reuera ſororum (id autem perconctatur Venus vt nõ agnoſceretur: nam voluit effingere morem virginũ, ac cæterorũ meticuloſorũ, qui dum in nemore deprehẽduntur, etiam ſi nullam habeant ſocietatem, aut comitiuam percõctant̃: an ne viderint comites, vt minor ſit inuadendi audacia) vidiſtis ne ergo aliquam mearũ ſororum, quaſi illic multas habeat: errantem hic. i. in hoc nemore diſcurrentem poſt feras, & ſuccinctam pharetra, & tegmine. i. pelle, Lyncis. i. illius feræ maculoſæ. i. variis maculis inſperſæ: quã ferebãt q eam detraxerant: aut prementẽ. i. retinentem, & ĩmorantẽ clamore. ſ. valido: curſum apri. i. porci ſylueſtris: ſpumãtis. i. ſpumam emittentis exagitatione & ira percitiq. d. ſe tales habere in vicino ſorores, quæ & Lyncem, & aprum inuadere audeant.

PIERIVS.

¶ Sociisq; exacta referre. Non placet, quod in Longobardico, & aliquot aliis legitur, Sociis exacta, abſq; copulatiua particula, quæ neceſſario hic expetitur. Mẽbra enim hæc ita colligata ſunt, vt particula copulatiua ſit pro redditione cauſȩ. Ideo enim exit, vt exploret, ideo quærit quas vento acceſſerit oras, & qui teneãt vt ſociis exacta referat. ¶ Dederatq; comas diffun. ventis.) In veteribus omnibus exẽplaribus quotquot habere potui, comam, vnitatis numero ſcriptum animaduerti. In pleriſq; etiam defundere. Sed id vitio temporum. Porro ſuſpẽdere arcum & comam

ventis

ventis dare virginũ eſſe ſpeciem.Dona.ait,ſi quis,quod ſit virginis os,qui habitus,quęſierit.Succ.pharetra &c.) Inueniebam quidem co.aliquot antiquos,in quibus pharetram,loco hoc,accuſandi caſu ſcriptum eſſet.Sed vulgatorum pene omniũ turba oppreſſus vt me temporib.accommodarem,ne verbũ quidẽ vlterius facturus erã.Sed quũ Priſ.grammatici multorum opinione non indiligẽtis,neq; imperiti ſentẽtia memorię ſuccurriſſet, ne cuipiã eũ authorẽ neglexiſſe viderer,q̃d ille ſuper hoc ſenſiſſet adnotare viſum eſt:vbi.n.copulatiuarũ eſſe ait,caſus eoſdẽ sociare,q̃dam tamen apud authores his conſtructionib.contraria,tradit inueniri:cuius exempli Virgilianum hinc citat carmẽ: Succinctã pharetrã,& maculoſę tegmine Lyncis. Neq; tamen inficiat, melius in q̃buſdã cod.abſq; m,pharetra ablatiuo caſu iueniri.Alibi enim ab eodẽ Virg.dictum Palla ſuccincta cruenta. Quo vero accuſatiuũ alii tueantur exemplũ eſſe, Magicas inuitã accingier artis.eã vero eſſe varietatis cõſtructionis cauſam ait,quod ſuccingor hanc rem,& hac re ſuccingor dicimus:Sæpeq; hoc de induſtria fieri ab authorib.vbi anceps ſit conſtructio dictionum. Addit etiam quoſdam Lyncis curſum à cõmuni accipere,vt ſit præmentem Lyncis curſum,aut ſpumantis apri.Sed hæc nos indicare nunc inſtituimus,non iudicare.

Sic Venus.at Veneris cõtra ſic filius orſus. POETA
Nulla tuarũ audita mihi,neq; viſa ſororũ. ÆNEAS
O quàm te memorem virgo?namq; haud tibi vultus
Mortalis,nec vox hominem ſonat,ò dea certe.
An Phœbi ſoror,an nympharum ſanguinis vna?
Sis felix,noſtrumq; leues quæcunq; laborem,
Et quo ſub cœlo tandem,& quibus orbis in oris
Iactemur,doceas.ignari hominumq; locorumq;
Erramus,vento huc,vaſtis & fluctibus acti.
Multa tibi ante aras noſtra cadet hoſtia dextra.

SERVIVS.

Orſus.) Nunc cœpit, aliàs finiit.vt,Sic Iuppiter orſus.Sed illic propriè poſuit,hic vſurpatum eſt.Præteritum enim participiũ eſt.Audita neq; viſa.) Hinc probatur, quia ſuperius hoc interrogauerat Venus.O quam te.) Quæ dea ſit, dubitat,nam deã eſſe cõfidit. Nec Vox hominem ſonat.) Græca figura eſt.)O dea certe.) Concluſio eſt ſyllogiſmi,qui cõſtat ex propoſitione,aſſumptione, & concluſione,nam ſi nec vox nec vultus mortalis eſt,reſtat vt dea ſit.An Phœbi ſorór.) Diana:nam venatrix eſt,bene autem ſuſpicatur pro loco & qualitate habitus perſonęq;.An nympharũ ſanguinis.) i.Generis. Sis felix.) Propitia.Felix enim dicitur & qui habet felicitatem, & q facit eſſe felicem,vt in Bucolicis:Sis bonus o felixq; tuis. Vnde & contrà Iuno in.vij.dicit,Quæ potui infelix.i.aduerſa Troianis.Leues.) Leuem facias.vt,Leuat ipſe tridenti.Quęcunq;.) Seu Diana,ſeu nympha.Quo ſub cœlo.) Aut ſub qua parte cœli,aut ſecundum Epicureos dixit,qui plures eſſe volunt cœlos, vt Cicero in Hortenſio. Tandem.) Hoc loco vacat. Tandem. Sciendum ſane multas particulas ad ornatum pertinere tantummodo,vtputa enim,dum,gentium,locorum, terrarum. Hominumq; locorumq;.)Hypermetrus verſus: vnam enim plus habet ſyllabam,qui quotiens ſit,debet ſequens verſus à vocali incipere. vt hoc loco.item,Omnia Mercurio ſimilis vocemq; coloremq;,Et crines flauos.Niſi forte ſynęreſis fiat in fine,ideſt vocalium colliſio.vt eſt,Nec cura peculi.Hic enim non eſt neceſſe, vt ſequens verſus à vocali incipiat.Hoſtia dextra.) Hoſtiæ dicuntur ſacrificia,quæ ab his fiunt,qui in hoſtem pergunt. Victimæ vero,ſacrificia quę poſt victoriam fiunt.Sed hæc licenter cõfundit authoritas.

ACSENSIVS.

Sic Venus.)Oſtendit quam ęſtimationẽ de Venere non agnita habuerit Æneas,quidq; ille reſpõderit,vt Don.explanat his verbis.O quã te memo.) Cõpleto reſpõſo explicat ſeriẽ ęſtimationis,quã de ea habuit.O d.) Quũ hoc p̃nunciatum ſit, ſequatur certe an Phœbi ſoror.Quæcunq;.) Siue Diana, ſiue nympha. Hic autem Æneæ datur ſcientia religionum,nõ enim poſſet aliquid diuinum intelligere in hominis forma, niſi quia pollebat omni ſcientia ſacrorum.Hæc ille.

Ordo. Ordo eſt.Venus,ſup.loquuta eſt ſic:& filius Veneris,ſcilicet Æneas orſus eſt, ideſt incœpit loqui contra,ideſt viciſſim,aut reſpondendo.Nulla tuarum ſororum,ſupple eſt audita aut viſa mihi,ideſt à me:debebat dicere reuerentiæ cauſa aut dea,aut virgo,aut domina, nam ineptum eſt nulla dignitatis compellatione quemuis dignitate præditum compellare: ſed excuſat ignorantiam ſuam, quia videlicet neſcit qualem compellet, dicens: O quaſi addere vellet dea,aut virgo,ſed dubitãs ait: quam,ideſt qualem ſm nõnullos memorem, ideſt compellem te:alii dicunt quam, ideſt quãtum ego memorem, ideſt tui memoriam celebrem, ſed inuertunt filum & cõtextum verborum:dicamus ergo ſimpliciter:o virgo quam memorem.i. compellem te: hoc eſt an deam an mortalem? quaſi dicat videris quidem virgo vt de illo non dubitem:ſed neſcio an mortalem,an ĩmortalem cenſeam,namq; vultus eſt,ſupp.tibi: haud.i.non mortalis,ideſt qualis mortali competat:nec vox ſonat,ideſt reprę ſentat hominem,ideſt humanum ſermonem(quo cognito, licet more venatricis inceſſerit: concludit deam eſſe, dicens)o certe dea,ſed licet neſciam an ſoror Phœbi.i.Diana.quę venatrix eſt,an vna ſanguinis,ideſt de ſanguine nympharum:tamẽ ſis felix,ideſt auxiliatrix:aut reuera felix,ideſt beata(vt duo optet,& illi bene eſſe & ſibi)ſis ergo felix,& leues noſtrum laborem,ſcilicet indagandæ regionis huius quæcũq; ſup.es,ſeu Phœbi ſoror,ſeu alia dea,leues dicit noſtrum laborem, & pro, ideſt doceas ſub quo cœlo,ideſt in quo climate:& in quib.oris.i regionib.orbis,q̃a nõ de parte ſed de vniuerſo vt maior ſit cõmiſeratio dubitare ſe ſignificat:& ſi reuera dubitat excuſat̃,quia cęca caligine illuc appulſus,quũ tñ ſyderũ peritus eſſet,nos iactemur tãdem.i.poſt tot naufragia,& errores noſtros:nos.n.erramus ignari hoĩum & locoꝝ.Hypmeter eſt verſus in quo ſyllaba abundans ſequẽti vocali abſumit̃)acti.i.ĩpulſi huc vento & vaſtis fluctibus.i.p̃cellis:multa hoſtia.i.plurimum ſacrificij cadet tibi.i.in honorem tuum ante aras:noſtra dextra.i.quum à nobis mactabitur & aris tibi extructis imponetur:& ita nihil dubitat Aeneas eam eſſe deam,quam peritiam habere potuit,ait Dona.vt vidimus eos q̃ heros dea matre genitus.

PIERIVS.

Sic Ve.at Ve.cõtra ſic fil.) Antiq ſane oẽs cod.quos ĩſpeximus & Veneris,nõ,at,habent.An Phœbi ſoror,an nympharum ſanguinis vna.Vetera quędã exẽplaria legunt,aut Phœbi ſoror,aut nympharũ:ſed an interpretes agnoſcũt.Inſup Donat.ait:O dea, clauſulã eſſe ſupioris mẽbri.Nã quũ pronũciatum fuerit,O dea, ſic debet dici vt ille tradit.Certe an Phœbi ſoror, an nympharũ ſanguinis vna,ſis felix.Erramus vento huc vaſtis & fluct.acti.) Hic quoq; numerus in Ro.cod.atq; ẽt in aliquot aliis antiquis trimetro claudit̃.Erramus vento huc & altero inde trimetro ſoluto,vaſtis fluctib.acti.Quod maiorẽ prę ſe fert cũtationẽ in rei magnę relatione p̃cõmodã,dum ſingulis dictionibus, quæ vna pedẽ claudant,ea interiicitur mora.

Tũ Venus.haud eq̃dẽ tali me dignor honore. POE.
Virginibus Tyriis mos eſt geſtare pharetram, VE.
Purpureoq; alte ſuras vincire cothurno.
Punica regna vides,Tyrios,& Agenoris vrbem,
Sed fines Libyci,genus intractabile bello.
Imperium Dido Tyria regit vrbe profecta,
Germanum fugiens,longa eſt iniuria,longæ
Ambages,ſed ſumma ſequar faſtigia rerum.
Huic coniux Sichæus erat ditiſſimus agri.
Phœnicum,& magno miſeræ dilectus amore,

SERVIVS.

Tali me dignor honore.) Ideſt ſacrificio. Et aut vult ſe probare non numen,ſed virginem Tyriam:aut certe quia Paphiæ Veneri quæ Cypri colitur, ture tantum ſacrificatur & floribus. Dignor.) Dignã me iudico.vt, Coniugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo i.digne habite. Purpureo.) Aut pulchro, aut roſei coloris.Suras vincere cothurno.) Cothurni ſunt calceamẽta venatoria,crura quoque vincientia: quorum quiuis vtrique aptus eſt pedi.Ideo & numero vſus eſt ſingulari. Punica regna vides.)Hic attentum facit Aeneam.Tyrios.) Nã intereſt vtrum Tyrios an Sidonios dicat,nomina enim vt diximus de vicino mutuãtur. Et Agenoris vrbem.) Quam fecerunt Agenoridę.Agenor autẽ rex Phœnicis fuit. Et ſic dictũ eſt vt,Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris,ideſt ad Cumas

Cui pater intactam dederat, primiſq; iugarat
Ominibus, ſed regna Tyri germanus habebat
Pygmalion, ſcelere ante alios immanior omneis:
Quos inter medius venit furor, ille Sichæum
Impius ante aras, atq; auri cæcus amore
Clam ferro incautum ſuperat, ſecurus amorum
Germanæ, factumq; diu cælauit, & ægram
Multa malus ſimulans, vana ſpe luſit amantem.
Ipſa ſed in ſomnis inhumati venit imago
Coniugis, ora modis attollens pallida miris,
Crudeleis aras, traiectaq; pectora ferro
Nudauit, cæcumq; domus ſcelus omne retexit.
Tum celerare fugam, patriaq; excedere ſuadet,
Auxiliumq; viæ, veteres tellure recludit
Theſauros, ignotum argenti pondus, & auri.

Cumas quas fecerūt hi qui de Chalcide venerant ciuitate Euboeæ. ¶ Sed fines libyci.) Ante dicta dubia eſſe potuerūt: nūc aperte regionem oſtendit, dicendo Libycos fines. Tyrij enī alibi eſſe potuerunt. ¶ Intractabile.) Inſuperabile, aſperū, ſæuum. ¶ Germanum fugiēs.) Hoc loco quaſi ſtupuit Æneas, vnde auditoris auiditati pſcribit Venus, dicens longam eſſe iniuriam, ideſt cauſam: ab eo quod ſequitur, id quod præcedit, vt ſupra, Spem vultu ſimulat. ¶ Longæ ambages.) Id eſt circuitus. ¶ Faſtigia.) Primordia. Quia ſcit longā eſſe hiſtoriā Carthaginis, vt Saluſtius, Sed de Carthagine ſilere melius puto, quàm parum dicere. ¶ Huic coniux Sichæus erat.) Quotiens poeta aſpera inuenit nomina, vel in metro non ſtātia, aut mutat ea, aut de his aliquid mutilat. Nam Sichæus Sicharbas dictus eſt. Belus Didonis pater Methres. Carthago à cartha vt lectum eſt & in hiſtoria Pœnorum, & in Liuio. Sane Sichęus, Si, breuis eſt per naturā: ſed hoc in loco Ectaſim fecit, ea licentia quæ eſt in proprijs nominibus, licet enim in quauis proprij nōis parte ſyllabæ mutare naturam: quod & in appellatiuis euenit, ſi tamen de proprijs originem ducant, vt Sicanio prętenta ſinu: qa venit à Sicano rege Siciliæ. ¶ Miſeræ.) Datiuus eſt, non aduerbium. ¶ Omnibus.) Augurijs. Et ſm̄ Romanos locutus eſt, qui nil niſi captatis faciebāt augurijs, & præcipue nuptias. Lucanus, Cōtētiq; auſpice bruto. Iuuenalis, Veniet cum ſignatoribus auſpex. ¶ Tyri.) Aduerbium eſt. ¶ Scelere ante alios immanior omneis, Quos inter medius venit furor.) Iunge totum: nam aliter nō ꝓcedit, ſi ſegreges. Quos inter medius venit furor: cum ipſe dicat, Licet ſimulatas, fuiſſe tamen amicitias: ſimul nanq; ſacrificabāt, ac ſi diceret, Sceleratior Atreo & Thyeſte, vel Eteocle, & Polynice. ¶ Ille Sichæum.) Si, hoc loco ſecūdum naturam poſuit. ¶ Impius ante aras. Probauit impium, quia ante aras. ¶ Securus amorum germanæ.) Aut contemnens amorem ſororis. vt, Securi pelagi atq; mei, ideſt contemptores. Aut certe ſecurus erat de amore germanæ circa maritum nimio, ob quem ſe poſt mortem Sichæi interimere poſſe credebatur, nec enim ſequitur, vt occiſo Sichæo ipſe ſtatim potiretur auri, niſi etiam Dido periret. ¶ Amores autem plurali numero ad voluptatem pertinent. vt, Securus amorum, Qui iuuenum ſibi ſemper erant. Singulari etiam ad religionem. ¶ Aegram.) Mœſtam, anxiam. ¶ Multa malus ſimulans, vana ſpe luſit amantem.) Atqui legimus, Quis fallere poſſit amantem? Sed hic nīmia Pygmalionis oſtenditur malitia, quę ēt amantem fefellit. ¶ Vana ſpe.) Quia dicebat, eum reuerti. ¶ Luſit.) Decepit. ¶ In ſomnis.) Si ab eo quod eſt ſonium, Synæreſis eſt: vt peculi pro peculii. Si autem à ſomno venit, in ſomnis, ideſt dum ſomnos caperet. ¶ Crudelis aras.) Epitheton hoc de cauſa eſt, nam aræ piæ ſunt. ¶ Nudauit.) Indicauit, vnde contra in ſexto habemus, Et vulnera dira tegentem, hoc eſt celātem. Quid enim tegeret vndique truncatus? ¶ Retexit.) Ecce hic planius quid ſit. ¶ Nudauit.) Oſtendit. ¶ Tum celerare fugam.) Celeriter abire, vt dicimus curſum celero. ¶ Suadet.) Secundum naturam duæ ſunt ſyllabæ, ſed multi triſyllabum putant: quod enim ſi inueniatur, ſolutio dicenda eſt: quo modo dicimus æna & ahena. Hoc autem ſolum huiuſcemodi verbum in Latino inuenitur. ¶ Theſauros.) Hoc nomen, n, non habet, ſicut Atlas, Troas, Abas, Pallas: licet in obliquis caſibus inueniatur, ſicut nec formoſus, quia deriuatiuum eſt à forma: vt à ſpecie ſpecioſus, ab odio odioſus, velut à genere generoſus, vt à ſcelere ſceleroſus. ¶ Ignotum argenti pondus & auri.) Aut quod ignorabat Dido, aut ccerte ad magnitudinem pertinet, ideſt tantum quantum nullus vnquam nouit.

ASCENSIVS.

¶ Tum Ve.) Vt quæ vellet conuenientius indicaret filio, noluit ſe deam fateri: itaq; illi primum occurrit, vt argute docet Donatus his verbis. ¶ Haud equidem.) Cogebat, non ad interrogata reſpondere, quia & ipſa ignorantes cupiebat inſtruere: ſed primo non primis, ſed nouiſſimis occurrit. Nam ſi in oblationem ſacrificii in extremo poſitam tacendo accæptaſſet, cōfirmaſſet ſe deā, quod

quod confutare feſtinat. ¶ Tali.) Nam ſi honorificentiā mœreor talis erit, quæ homini pręſtanda non deo exhibenda ſit. ¶ Virg. Ty.) Quia Venus ſuſpicari poterat qb. ſignis illi deā ſe putabant. Idcirco illa conat̄ auertere, Habitus enī quo me deam ſuſpicamini, non meus eſt inqt, ſed oīum Tyriarū virginū, q̄ in his regionib. ſunt. Ergo patrius mos pharetrā & cothurnos pbet. Hoc āt facile poterat illa pſuadere, qa Aeneas ſe regiões ac hoīes ignorare dixerat. ¶ Puni. reg. vi.) Breuis & cōcinna narratio. Nō. n. debuit Aeneas ſub incerto diutius teneri, & ipſa idem volebat. Reſpondet autem eo ordine quo interrogatur. Ille enim quo ſub cœlo, &. q. o. in. o. hæc: Punica regna vides, & deſignato loco dicit perſonas Tyrios inquit, & addit ſuperioris conditoris nomen. ¶ Fines Ly.) Illic enim occurrente pelago Aphricæ termini claudunt. ¶ Intracta.) Meminerat enim ex perſona ſua dixiſſe. ¶ Studijsq; aſperrima belli.) Nec eſt hic repetitio eiuſdē rei, q̄m & dici neceſſe fuit, & ex alterius pſona dictum eſt. ¶ Imperium Dido.) Mira breuitas, ſed quæ multa complectatur. Præteritum enim & pręſens ponit, & quę vocaretur, & qd ageret quæ illic imperabat. Compendij vero cauſa fuit, ne interrogādo, reſpondēdoq; longum fieret quod mature debuit fieri. ¶ Germa. fu.) Potuit. n. quæri qua cauſa impulſa fuerit, vt relicta patria mulier: quod difficile eſt, longinqua ſectaretur. ¶ Longa eſt.) In hoc addit, quia incredibile fuerat tantam interueniſſe cauſam quæ cogeret germanam dura ſectari, relinquētem eum quem amare debebat. ¶ Sed ſum. ſe.) Artificioſa narratio. Nā multa prætermiſſuram ſe ſimulat, vt ſpe breuitatis attentius audiretur. ¶ Huic cō.) Amoris inter coniuges honeſtas inſerit cauſas. Amabat (īquit) hominē ſequuta iudicium patris, & diuitē, & probum, intactā: multum. n. differt inter affectum virginis, & eius quæ ſecundo nupſit primis, nullis aliis ſed ſolis. ¶ Sed re. Ty.) Ex quo intelligitur habuiſſe ſpem faciendi, & factum defendendi, quia rex īmanior ſcelere: non. n. eſt intelligēdum quod furor medius inter Sichæum & Pygmalionē venit. Nam ſic defendi poſſet Pygmalionis factum, ſi nō volūtate, ſed furore peccauit, & furēs fuiſſet Sichæus: ergo pares, quapropter ita ꝓnunciandū: vt, Sichæus fuerit īnoxius, Pygmalion vero omnib. alijs ſceleratior, quos in facinus impulit furor. Ergo alij, ſi in crimina inciderunt, furor cauſa fuit, aut inſania, aut animi dolor, & poſſunt habere veniam facti. Pygmalion vero aliorꝰ comparatione ſceleratior oſtēditur, quia volūtate nō caſu, aut neceſſitate ſcelus admiſit. ¶ Cæ. amo.) Vnam cauſam ponit à vitio naturæ profectā. Sed cui alia crimina adnectuntur. Nam Sal. ait: Auaritia, fidē ꝓbitatē, cæteraſq; bonas artes ſubuertit. Pro iis ſuperbiam, crudelitatē, deos negligere, & oīa venalia habere edocuit. Auaritiæ ergo crudelitas, comes, perfidiaq; cōiuncta. Non enim pōt voto potiri, niſi ad id per ſcelus venerit, habemus exēpla apud poetā hic Pygmalionis. In. iij. Polymneſtoris. In. vj. qui auro patriam prodiderat. Nihil aūt in prima narrationis parte fruſtra poſitum eſt. ¶ Ditiſ. a.) Imitat̄ peſſima natura opulentiā. ¶ Et magno mi. di. a.) Hic grauatur factum vt chariſſimum ſorori virum necarit. ¶ Cui pater.) Vt cōtra iudiciū patris fecerit. ¶ Clam.) Grauat factum. Nullus. n. clam facit, niſi illicitum eſſe ſciat, vel clam: ne ſi palam īnocens defendi poſſet. Ergo clā, vt lateret author, quis. n. crederet ſororis virū īnoxium amabilē, nullis interuenietib. inimicitiis ab eo cęſum? Ante aras, occidit ꝓpter ſolam auaritiam, quum rex nulla inopia vrgeret̄, occidit īnoxiū: incautum ſororis virū. Ergo virtute oratoria vnū admiſſum quātis criminū generib. aggrauat poeta, & partes cōis loci īgreſſus, quā late diſcuſſit, nō omiſſa breuitate quę Aeneę neceſſaria erat ꝓpter tot calamitates feſtinanti. Ille de quo nihil tale ſperabatur. Ille quem nulla vrgebat inopia, qui germanā viro priuare nō debebat, qui affinē ſeruare debuit. Qui cōtra naturæ religionē faceret. Contra iudiciū patris rupto humanitatis & affinitatis vinculo. ¶ Ante ar.) Vt ſceleri ſacrilegiū adderet, ante aras. i. diis ſpectātib. quos humana cæde funeſtare non debuit. ¶ Au. c.) A cupiditate enim impeditus non conſyderauit, vbi, quid, cur, & in quē faceret. ¶ Fa. ce.

Duplici)

Pygmalion.

Duplici de cauſa. Prima ne manifeſta cæde ad authorem aliqua via iretur. Secunda ne re patefacta potiendi auri occaſione priuaretur. ¶ Ipſa ſed.) Quoniam neq; ſuſpitio in Pygmalionem duci ꝓpter affinitatẽ poterat, nec teſtis extabat poſita eſt imago. ¶ Inhu.) Vnde augetᷣ crudelitas ꝙ cæſum ſepultura priuauerit. ¶ Pallẽ.) Vt iam illum cæſum ĩtelligat, additur. ¶ Cru.a.) Hoc per verba. ¶ Traie.) Hoc per viſum nudatur. ¶ Cæc.d.) Strictim ponit q̃ ſupra diffuſius dicta fuerant. ¶ Suad.) Suadet aũt fugam quoniã neq; vlciſci valet, neq; apud ſceleratũ tuta eſſe poteſt. ¶ Auxi.u.) propoſita fuga addit facilitatẽ in tanta theſaurorum copia. Hæc ille. ¶ Si qua nos adiecta volemus in ordine ponentur, qui talis eſt. Venus ſup. inquit, aut reſpondit: tum.i. tunc quum talia audi-

**Ordo.** ret: equidem.i. ego quidẽ: haud.i. non dignor.i. dignam cẽſeo, aut facio (nõ negat tamẽ ſe dignam eſſe, ſed dicit ſe nõ dignam reputare pro tunc præcipue, cui à filio ſacrificetur, itaq; obſcuris vera inuoluit: nõ.n. mentitur, nec falſum dicit) me tali honore.i. ſacrificio diis & deab. debito: nõ tamen vt dixi ſe deam negat, ſed an putetur dea (noluit.n. agnoſci ne filius agnita matre diutius ĩmoretur: nec ſocijs, vt Ilioneo, & cæteris corã Didone agentib. ſubueniat) docet ideo nõ debere deã cenſeri. ꝙ in venatricis habitu cõſpicitur dicẽs: Mos eſt virginib. tyrijs.i. à Tyro ꝓfectis: aut reuera Tyriis: geſtare pharetram.i. thecam ſagittarum & vincire alte ſuras.i. poſteriora tibiaꝝ ſub poplitib. hoc eſt accipiẽdo à parte totum crura genuum tenus: cothurno.i. altiſſimo calceamẽto vtriq; pedi apto, quali contra: vepres venatores, ac venatrices vtuntur: purpureo.i. purpurei coloris qui ad ornatum adhibetᷣ q.d. nõ ideo me deã putes ꝙ hoc habitu incedo: nam mos virginũ in hac patria eſt, ſed vt ad interrogata tua reſpondeã. tu vides regna Punica.i. Pœnorum quę ſunt in Aphrica: erãt enim nõ procul à Carthagine: & tu vides Tyrios.i. populos à Tyro ꝓfectos: quia dictum eſt: Vrbs antiqua fuit (Tyri tenuere Coloni) Carthago & vrbem Agenoris.i. quam fecerunt Agenoridę.i. ab Agenore rege Phœnicum deducti populi. Cuius genus ſic deducit Landinus: Ex Ioue (inquit) natus eſt Epaphus: ex Epapho Belus priſcus: ex Belo Agenor: ex Agenore Phœnix: ex Phœnice Belus. ij. qui & Methres appellatur, ex quo Pygmalion & Dido, ſeu Elyſſa & Anna. Dido aũt eam vrbem condidit, ſm poetam, quam nunc videre poterat. Ad claritatem ergo vrbis vocat eam Agenoris vrbem, non ꝙ Agenor eã condiderit, aut in eis locis regnauerit, ſed quia Dido quę ab eo deſcendit cũ ijs populis quorum maiores aliquãdo ſub Agenore fuerãt eam condidit. Eiuſdem (inquit idẽ Lãdinus) Phœnicis filius fuit Philiſtenes ex quo natus Sicarbas (quem poeta Sichęum vocat) qui patri in ſacerdotio ſucceſſit & Elyſſam quę Dido à Maro. appellatur, vxorẽ accæpit. eſt ab eodẽ Belo priſco & alia ſucceſſio: fuerunt.n. ei filij Danaus & Ægyptus. Ægyptus Lynceũ genuit q pulſo, ſiue cæſo patruo ſuo Danao Argis regnauit, reliquitq; Abantem filium (quãuis ſint q hũc à Priſco Belo genitum ſcribant, Abas genuit Iaſiũ, & Iaſius Amphionẽ, q Orcomeni & Pili regnauit: itẽ Thalaonem ex quo natus eſt Adraſtus. Ex eodẽ Belo Agenor eſt, huius filius fuit Cylix, ex Cylice Pygmalion oritur: qui Cylicum manu Cyprum occupauit, & Paphũ genuit, qui oppidũ de ſuo noĩe nuncupatum, & in eo Veneris templũ condidit: Cynarãq; filiũ, reliquit q ex Myrrha filia, ab ea tamen decęptus Adonẽ genuit.) Sed fines.i. extremitates huius regionis, ſupp. ſunt: Libyci. ideſt à libycis populis habitatę: appoſitorie, genus ſup. populi ĩtractabile.i. durum, & aſpeꝝ quod à nullo tractari debeat (quod addit Venus ne mẽtẽ inducat Æneas ꝓgrediendi: & vt potius apud Didonẽ maneat, donec abeũdi facultas eſſet: nã idcirco, vt in hoc.j. videbimus diuinũ afflauit honorẽ) bello.i. ꝑ bellũ. Dido profecta.i. q̃ deſcendit & migrauit vrbe Tyria.i. à Tyro tenuit imperium.i. regnum huius regionis: ꝓfecta aũt fugiens.i. qa fugit germanum.i. fratrẽ ſ. Pygmalionẽ: iniuria.ſ. quę ei illata eſt: eſt lõga.i. lõgo ſermone recitanda (Opus aũt erat aliqd dicere, qa ſtatim occurrebat quæſtio cur ſoror germanũ fugerat: nam id nõ faceret niſi aut impia aut impiꝰ, nec tñ expediuit ꝓ tẽpore multa dicere, vnde addit) ambages.i. inuolucra rerum & verboꝝ q̃ apiri deberent ijs q velint rem à primordio intelligere: ſunt longæ: ſed ego ſequar.i. tenebo, ſumma faſtigia.i. capita reꝝ.ſ. geſtarum, cur & qũo fugerat. Cõiux erat huic.ſ. Didoni Sichęus noĩe (vocabatᷣ tamen Sicarabas. Ser. aũt dicit, mutatũ eſſe vocabulũ ꝓpter aſperitatẽ, ſed difficile eſt videre qd aſperitatis ſit in eo qd reiecit plus quã quod aſſumpſit. Quocirca iubet mihi aliã rõnem cõminiſci. Nã ſi Sicarbã dixiſſet: plene cõuinci potuiſſet de ignoratiõe tẽporis: nã Elyſſam Sicarbę cõiugẽ lõge poſt ea tpa natã conſtat, qd ſi qs poetæ obijceret: dicere poſſet & aliã fuiſſe quę prima Carthaginis fundamẽta iecerat, & Sichęo nupſerat. Niſi potius dixerimus ẽt poetã in tota hiſtoria de Didone dormitaſſe excuſatũ: tñ qa opus caſtigare morte ꝑuẽtus, nõ potuit) Sichęus inquã ditiſſimus Phœnicũ.i. ĩter Phœnices agri.i. agroꝝ poſſeſſione. (Si grãmatici petãt duos genitiuos à ſuplatiuo, alterũ virtute ꝓpria, hoc eſt virtute gradus: alterũ virtute vocabuli, rectos poſſint hi dari: nam Phœnicum regitᷣ virtute gradus Agri virtute vocabuli: dicimus enim diuitẽ agri nõ Phœnicũ in hoc quidem ſenſu) erat, vt dixi: coniux huic, & dilectus miſerę.ſ. amanti, quia amans ſemper miſere cruciatᷣ, & põt eſſe nomẽ & aduerbium: ſed potius cenſuero cum Ser. nomen: vt miſerã dicat, qa dilecto cõiuge viduatã indigne, dilectus ergo miſerę Didoni: hoc eſt miſeratione dignę, & ẽ datiuus reſolubilis in ablatiuum.i. à miſera Didone magno amore: qa primo) primus aũt quiſq; amor maximus eſſe ſolet, vnde ipſa in. iiii. Ille meos primus q me ſibi iũxit amores. Abſtulit: ille habeat ſecũ ſeruetq; ſepulchro) Cui.ſ. Sichęo: pater.ſ. Methres, aut Belus. ij. dederat ſup. eã nuptui: intactã.i. virginẽ inuiolatam & iugarat.i. cõiugauerat: primis ominibus.i. auſpicij: vel auguriis. Sed Pygmalion germanus eius immanior.i. ſęuior & inhumanior: ſcelere.i. ꝓpter ſcelus cõmiſſum ante oẽs alios.ſ. fratres inter quos venit furor medius.i. qui ꝑ furorẽ mediantẽ inter ſe ſe fuerũt ſęui: cuiuſmodi fuerũt Atreus & Thyeſtes: Eteocles & Polinices quoꝝ poſterioꝝ ſęuitiã Statius deſcribit, ſed Pygmaliõ nõ furore percitus, ſed auri cæcus amore rem patrauit: hic ergo Pygmalion: habebat dũ Dido ſic coniugẽ ſuum Sichęũ amabatᷣ, aut dũ ei à patre cõiungeretur: regna Tyri: quia maſculus & maximus natu ille.ſ. Pygmalion exiſtens impius: quia violator tẽpli & affinitatis deoꝝ authoritate cõtractę: & cęcus amore auri: ſuperat.i. adoritᷣ & vincit ferro.i. ſica aut mucrone: clam.i. ex inſidiis & incautũ ante aras.ſ. deorum oĩbus modis purgat Sichęũ ab ignauia & ĩbecillitate: ne forte Æneæ viro forti diſpliceat Dido, ſi prius imbelli nupta fuiſſet. Si enim Æneas dixerit quomodo ſuꝑauit vir virum tam faciliter: reſpondet: quia clam & ferro q.d. ſi prouiſus fuiſſet, aut armatum inuaſiſſet, vbi inermẽ adortus eſt, nõ ita ſuꝑaſſet eũ. At ſi nunc dixerit, nõ prouidi eſſe viri, ſolũ.i. ſine cuſtode, & inermẽ incedere (purgat hoc, qa ante aras, rebus enim diuinis intẽtũ nõ decuit armari: vnde in. ij. huius. Tu genitor cape ſacra manu, patriosq; penates Me bello ex tanto digreſſum, & cęde recẽdi Attrectare nephas, donec me flumine viuo Abluero.) ſuperat ĩquam ſecurus amorum.i. nihil curans de amorib. germanæ, hoc eſt nulla pietate motus in germanã licet ſciret eam miſere cõiugẽ deperire: aut ſecurus.i. certus amorum germanę.i. ſororis ſuę: & ita ſperãs eam per impatientiã amoris etiã obiturã, qd ſperabat vt ſolus rerũ potiretur: qd tñ non obtinuit, vnde dicetᷣ, Portantᷣ auari Pygmalionis opes pelago: non q̃ eius erant. ſed quas ſuas eſſe ſperabat, ac iã tum ducebat: & ipſe germanus.ſ. Pxgmaliõ celauit.i. occultum, & ignotum tenuit factũ.i. parricidiũ (nã fratricidium nõ dicimus) & ipſe malus.i. iniquus: ſimulans.i. fingens, multa.i. multas cauſas de abſentia Sichęi: luſit.i. illuſit: amantem.ſ. Didonem ęgrã.ſ. animo.i. miſere pereuntẽ vana ſpe, quia dicebat eum ꝓpediem affore quærens occaſionẽ obtinẽdi theſauri: quẽ vi auferre non audebat, aut nolebat, ſperãs ſe id ꝓpediẽ ſine tumultu inuenta opportunitate facturum. Sed ipſa imago cõiugis.ſ. Sichęi occiſi: inhumati, aut nõ humati, quia honore ſepulturę, & exequijs funebribus nondum affecti, aut multum humati.i. humo tecti: ne cadauer eius inueniretur, ſed cum Dona. dixerim nondum humati ſaltem rite: venit ĩſomnis.i. apparuit per inſomnia, aut dum ſomno tenebatur: attollens, vt.ſ. videantᷣ: ora Pallida.ſ. Pallore mortis: miris modis i. mirabiliter: & nudauit.i. aperuit, & ſignis indicauit: aras crudeles.i. ante quas crudeliter occiſus eſt: vel quarũ dii id crudeliter ꝑmiſerãt, aut iam non vlciſcebantur: & pectora.ſ. ſua: traiecta ferro: & retexit.i. reuelauit & aperuit ſeu oſtẽdit ſcelus cęcũ.i. occultũ: domus.ſ. eius hoc eſt quod domi eius patratũ erat: omne.i. totum, hoc eſt ſignis qbuſdã ſignificauit Didoni qũo à fratre eius Pygmalione ante aras occiſus erat, & vbi ſepultus, & ſuadet tũ i. deinde: celerare.i. celeriter facere fugam & excedere patria.i. licet patria quæ chara omnib. eſt. Nam nõ quęuis regio, ſed eã dũtaxat in qua natus eſt: ſua cuiq; patria eſt: & recludit.i. apit, & recludere docet: Tellure.i. ẽ terra auxiliũ vię.i. viaticum.ſ. veteres theſauros: appoſitorie põdus auri & argenti ignotũ.i. aut quod Dido ignorauerat, illic eſſe, aut ipſum dũ viueret poſſediſſe: aut tam magnum vt nullus vnquam tantum nouerit, ſicut rem ſine pati inauditam dicimus.

PIERIVS.

¶ Genus intra. bel.) In co. aliquot antiquis. Inſuperabile legitᷣ

Id apud.

Id apud Ser. paraphraſis eſt, apud Dona. cõtextus. Sed quia ſubiungit, meminerat enim Virgi. ſe ex perſona ſua dixiſſe: Studiisq; aſperrima belli. Hic autem non eſt repetitio eiuſdem rei, quoniã & dici neceſſe fuit, & ex alterius perſona nũc dictum eſt. Quod ſi Dona. eandem rem vtroq; loco agnoſcit, nempe aſperrimum & intractabile magis erunt ſimilia, quàm inſuperabile. ¶ Et ægram Mul. ma. ſi. ua. ſpe. lu. amã. In antiquiſſimo quodam exemplari, vna ſpe luſit, ſcriptum eſt, quæ lectio forſan acutiorib. ingeniis non diſpliceat, vbi conſyderatum fuerit Pygmalionem quum tam diu factum occultaſſet, multaq; ſimulaſſet, amantem ſola tantum ſpe deludere potuiſſe. Nam, quæ cupimus, facile credimus. Poterat vero Dido fratris ingenium & perfidiam à teneris vnguiculis exploraſſe, ac perinde figmentis, quæ multa ille comminiſcebatur, dum ea de coniuge, vbinam eſſet, p̄contaretur, nullam adhibuiſſe fidem, dum vero Pygmalion eũ, & viuere, & vẽturum breui polliceretur, idq; vnũ p̄cipue Dido cõcupiſceret, hac vna ſpe decępta eſt. Si vero, vana, cuipiam magis placeat, integrũ vnicuiq; ſit, quam malit lectionem ſequi. ¶ Ipſa, ſed in ſom.) Friuola pleriq; dicunt, quæ de geminandis aut ſimpliciter ſcribendis literis diſputentur: veteres tamen grãmatici non incurioſam in huiuſmodi vel leuib. obſeruationib. operã inſumpſere, quodq; ad hunc locum attinet: Soſipater Cari. armaria armariis duplici ii: ſcribendum obſeruat. Quæri vero ait de inſomniis, quoniam apud Vir. non geminatur, Inſomnis, vt ex hoc neſcio quid, quod Ser. etiam ambigit videris. ¶ Patria. exce. ſua.) In antiquiſſimis aliquot exemp. patriam, ĩcuſandi caſu legere eſt, verba enim motum ſignificantia, vbi prępoſitionem de loco ſibi vendicauerint: ſui quaſi cuiuſdam iuris facta, ſolent ſibi adiungere accuſatiuum, vt cum dicimus ex domo eo, mox exeo domum, quanquam & domo. Ita illud comicum: Caue ex iſthoc exceſſis loco, non ineleganter dixeris: caue hunc excedas locum. Sic apud Virg. eſt exire tela. ¶ Auxi. viæ.) In Medi. cod. auxilio, legitur, acquiſitiuo caſu, vt ſit ſententia. Recludit theſauros, q futuri eſſent auxilio viæ. ¶ Vet. tel. reclu. the. Plerique non Virgi. tantum codi. antiqui, verum etiam Teren. thenſauros, per n, ſcriptum oſtendunt, fuitq; Ser. ſuper ea ſcriptione ſollicitus, & ex veterib. quidam alii. Quo enim modo hic, thenſauros, legitur, ita & in antiquo Terentii codi. vaticanæ bibliothecæ ſcriptum eſt, atq; in thenſauro ſcripſit cauſam dicere, vnde eſſet thenſaurus ſibi clamat Ser. nomen hoc n literam non habere, ſicut nec Atlas, Gigas, Abas, Pallas licet in obliquis caſib. inueniatur: Atlantis, Gigantis, Abantis, Pallantis, Sicut nec formoſus, quia deriuatiuum eſt à forma, vt à ſpecie, ſpecioſus. Sed quæ plurima de huiuſmodi ſcriptionis ratione dicere hic inſtitueramus, explicata ſunt in Alexi, verſu primo. Hic id tamen monere voluimus, ſi thenſauros, per n, ſcriptum inuenias, id olim eruditis etiam viris negotium faceſſere ſolitum.

His commota fugam Dido, ſociosq; parabat.
Conueniunt, quibus aut odium crudele tyranni,
Aut metus acer erat, naueis quæ forte paratæ
Corripiunt, onerantq; auro, portantur auari
Pygmalionis opes pelago: dux fœmina facti.
Deuenere locos, vbi nunc ingentia cernes
Mœnia, ſurgentemq; nouæ Carthaginis arcem,
Mercatiq; ſolum, facti de nomine Byrſam,
Taurino quantum poſſent circundare tergo.
Sed vos qui tandem? quibus aut veniſtis ab oris?
Quoue tenetis iter? ¶ Quærenti talibus, ille POETA
Suſpirans, imoq; trahens à pectore vocem.

SERVIVS.

¶ His commota.) Supradictis omnibus. ¶ Conueniunt, quibus aut odium crudele tyranni, Aut metus acer erat.) Oderant lęſi, Metuebant lædẽdi, hoc eſt, qui timebant ne læderentur. vnde eſt illud in. iiii. Quos Sidonia vix vrbe reuelli, quia non voluntate, ſed aut odio, aut timore cõuenerant. Odium crudele tyranni. Ideſt crudelis tyranni, Et figura eſt Hypallage: nam in tyrannum, iuſtum odium eſt. ¶ Portantur auari Pygmalionis opes pelago.) Quas Pygmalion iam ſuas putabat, vnde eſt in quarto, Vlta virum. Quæ enim auaro maior pœna, quam pecuniam, propter quam dereliquerat, perdere? Remoue hoc, & falſum eſt Vlta virum. Sciendum autem quòd clàm tangit hiſtoriam. Moris enim erat, vt de pecunia publica Phœnices miſſo à rege auro de peregrinis frumenta coemerent. Dido autem à Pygmalione ad hunc vſum paratas naues abſtulerat, quam cum fugientem à fratre miſſi ſequerentur, aurum illa præcipitauit in mare, qua re viſa, ſequẽtes reuerſi ſunt. ¶ Deuenere locos.) Ad minus eſt. ¶ Surgentem.) Erigentem ſe. vt, Surgentem in cornua ceruum. ¶ Nouæ Carthaginis.) Carthago enim eſt lingua Pœnorum noua ciuitas, vt Liuius docet. ¶ Mercatiq; ſolum, facti de nomine Byrſam.) Appulſa ad Libyam Dido, cum ab Hiarba pelleretur, petiit callidè vt emeret tantum terræ, quãtum poſſet corium bouis tenere, quod cum ille permiſiſſet, corium in tenuiſſimas corigias ſectum tetendit, occupauitq; ſtadia. xxii. quam rem leuiter tangit Virgilius, dicendo facti de nomine, & non tegere, ſed circũdare. ¶ Facti de nomine.) De cauſę qualitate. ¶ Tergo.) Pro tergore. ¶ Sed vos qui tandem?) Vacat hoc loco tandem. Et eſt naturalis interrogatio, qui eſtis? vnde? vel quo itur? Sicut ipſe in. viii. licet mutato ordine. Quò tenditis inquit? Qui genus? vnde domo? ¶ Imoq; trahens à pectore vocem.) Deeſt dixit. Et quotiens longe reſpondet, Parentheſis eſt, quotiens nuſquam, Eclipſis dicitur, vt hoc loco.

ASCENSIVS.

¶ His cõmo. &c.) Pergit Venus docens paucis quomodo Dido in eam regionem venerat, ciuitatisq; fundamẽta illic iecerat, vt graphice declarat Dona. his verbis. ¶ Odium) Eorum qui nonnullis virib. potuiſſent reſiſtere. ¶ Metus.) Eorum qui aliquid crudelitatis expectarent. Ergo alii fauebant Didoni ne ille occupato auro fieret fortior. Alii propter metum quib. ferebat occaſio vt carerẽt ſęuiſſimi hominis dominatione. ¶ Parate.) Si enim aliquid innouaſſent in nauigiis dabatur aperta ſuſpicio. ¶ Onerant auro) Aurum omne & argẽtum iuſſerat tolli Sichęus. Sed iſti quia maior nauium copia ad omne tollendum opus fuiſſet: id tulerunt quod naues capere poſſent. Ergo auro qdem p̄cioſius eſt & nõ argento. Onerãt vt plus ẽt q̃; naues ferre poſſent ĩpoſitũ eſſe videatur. Quãta ergo fuit theſauroꝝ copia cũ relicto argento, ne totũ qdem aurũ naues ferre poſſũt. ¶ Auari Pyg.) Omne illuc tendit, vt ꝓbet qđ dictũ eſt. Sed quo modo Pygmalionis. Quia illas ſuas futuras aĩo cõcęperat, ꝓpter quod ſibi ereptas iniq̃ ferret. ¶ Dux fœmina.) Ad inſultationẽ Pygmalionis dictum: vt ea duce ꝑdiderit quę aſſequuturũ ſe putabat. ¶ Deuenere locos.) Ordina ſic: Deuenere locos. Mercatiq; ſolum. u. n. in. c. Mœ. Nã ędificiũ inſtitui nõ potuit, niſi prius empto ſolo. ¶ Tau. quantũ.) Alii dicũt pecuniam, tũc ex corio bubulo fuiſſe, & pecuniã dictam ꝙ ex pecore originẽ duceret, tantũq; fuiſſe in precio loci: quantũ bouis coriũ conficere potuiſſet: alii fraudẽ emptoris ponunt qui tantũ mercatus ſit quãtũ corio bouis poſſit circũdari: at venditor nihil tale ſuſpicans arbitratus eſt tm̃ dediſſe quantũ ĩtegrum coriũ poſſet occupare. Emptores vero in tenuem corrigiã illud ſecantes pluſq̃; deberent occupantes, ſed fabuloſa ſunt omnia: nam ſi attẽdatur magnitudo vrbis: & quãta à Virg. deſcribitur, nõ poterat, niſi latiorib. locis condi: licet poeta hoc credibile faciat dicendo facti de noĩe Byrſam, qđ & lingua Græca vnde fuit Dido: & punica. i. ipſius regiõis in qua res geſta, coriũ ſignificat. ¶ Sed vos.) Mira breuitas interrogãtis: nec fraude caret. Nã conatur oſtendere ſe nõ eſſe deã, ſed nõ fallit Æneam. Nam cum magna animi laceratione reſpõdet. Hęc ille. ¶ Ordo eſt. Dido cõmota his. ſ. oſtentis ac viſis nocturnis parabat fugam. i. opportunitatem fugiendi: & ſocios. i. comites fugę, aut reuera ſocios, qui tyrannum fugere volebãt etiam ſua nõ ſolius Didonis cauſa, nam ſequitur: cõueniũt. ſ. ſocii qbus erat, aut odiũ tyrãni crudele. i. in crudelem tyrannũ.) Si qs tamen ꝓprie, & ſine hypallage interpretari volet, ſenſus erit. Odiũ fuiſſe crudele. i. acre & crudeliter crucians qa inuidia & liuor torquet eos in qbus eſt) aut metus acer. i. vehemens, & vehemẽter affligens, vt cõſimili ratione dictũ ſit: odium crudele, qa acre (vt dixi) hoc eſt oẽs cõueniebant, & qui eum oderũt ꝓpter iniuriã iam tũ illatã, qui acriter metuebat ne conſimilem inferat: quia, vt dicit Hora. Tũc tua res agitur paries quũ proximus ardet. Et ipſi corripiunt i. ſimul rapiũt naues quę paratę ſupp. erant forte. i. à fortuna, & onerant ſup. eas auro: hoc eſt tantum auri ingeſſerunt quantum naues ferre poſſent opes Pygmalionis auari. i. & quas Pygmaliõ iam ſuas putabat: portãtur pelago, ideſt tranſuehunť pelagus: fœmina. ſ. Dido, ſupp. eſt dux. i. ductrix, & princeps: facti. ſ. tam inſignis, quia pulchrum eſt vlciſci auarum, & ſceleſtũ hominem: id autem dicit ad inſultationem Pygmalionis in execrationẽ auaritię

ritiæ eius & in laudem Didonis quam Æneæ conciliare: iamdudum Venus eius rei perita parat. Ipſi ergo nauib. aurum auehentes: deuenere locos.i.venerunt ad locos ſeu loca: vbi.ſ.in quibus: tu cernes nunc.i.ſtatim mœnia ingentia.i.valde magna: & arcem i.propugnacula, & caſtella quæ in ciuitatibus eſſe ſolent: alludit ad arcem Capitolinā: Carthaginis nouæ.i.cuius pauloante fundamenta primū erant iacta: ſurgentē.i.erigentē.ſ.opera extruentium eam: deuenere dico locos & mercati ſunt ſolū.i.terram aut fundū ſolidum in quo arcē & mœnia extruerēt: appoſitorie Byrſam.i.coriū (ſm Dona.) de noīe facti.i.à facto denoīatā: nā mercati ſunt ſolū tm̄ quantū poſſent circundare tergo pro tergore.i. corio tergi: taurino.i.à tauro detracto. Sed ſup. dicite tandē: vos qui ſup. eſtis, aut à quib. oris veniſtis: ve, ꝓ vel, quo tenetis iter.i. quo tēditis? Ille.ſ. Æneas: ſuſpirās & trahēs vocē à pectore imo: vt faciūt q cū mœrore loquunt, ſup. reſpōdit talib. quærenti.ſ. Veneri, quā tamē nō agnoſcebat: reſpōdit aūt quæ ſequunt: ſed verbū reſpōdit, aut dixit ꝑ eclipſim honeſtā omittit: honeſta autem eſt, quoties quod ſubaudit facile eſt intellectu, qualia ſunt generalia verba, vt ſunt gero, facio: vt, Nunc fama minores Italiam dixiſſe: fama, ſup. eſt: naues quæ forte paratæ: ſubaudi erāt. Talia per Latium: ſubaudi gerebantur. Piſcaris, an venaris, an ſtudes, an ſimul omnia, ſubaudi facis. Item verba ad loquelam ſpectantia nunc ponuntur ſine ſuppoſitis, vt Vrbem quam dicunt Romā Mœlibeæ putaui. Extremam vt perhibent: ita aiunt &c. nunc ſuppoſita ſine ipſis, vt ſic Venus: & hic quęrenti talib. vbi talibus poteſt regi, & à participio quęrenti, & à verbo reſpondit ſub intellecto: & quęrenti poteſt eſſe ſeptimi caſus in deſignatione ſequelæ poſiti, vt ſit quęrēti, ſupple Venere, ideſt dum Venus quęreret: ſicut talia iactanti, ideſt dum Æneas talia iactaret: & datiui vt regatur à verbo ſubintellecto.

PIERIVS.

¶ Quibus aut veniſtis ab oris.) Vulgati omnes codi. excuſi formis, aut veniſtis, per diſiunctiuam particulam legūt, neq; deſunt codices aliquot manu ſcripti: in quib. eadem lectio habeatur. Sed in Romano, in Oblongo, in Mediceo, & aliquot aliis, quibus aduenistis, legitur: neutram ego lectionem improbarim: ſed quum particula diſiunctiua, figuratiorem eſſe dixerim, aduenistis vero candidiorem. Non.n. in hac interrogatione quicquam diſiūgitur, ſed ea tria ſimul quęruntur. Qui ſint: vnde ad ea loca venerint: quo tendant.

⌈O dea, ſi prima repetens ab origine pergam,
Et vacet annales noſtrorum audire laborum.
Ante diem clauſo componet veſper Olympo.
Nos Troia antiqua (veſtras ſi forte per aureis
Troiæ nomen iit) diuerſa per æquora vectos
Forte ſua Libycis tempeſtas appulit oris.
Sum pius Æneas, raptos qui ex hoſte penates
Claſſe veho mecum, fama ſuper æthera notus.
Italiam quæro patriam, & genus ab Ioue ſummo.
Bis denis Phrygium conſcendi nauibus æquor,
Matre dea monſtrante viam, data fata ſequutus,
Vix ſeptem conuulſæ vndis, Euroq; ſuperſunt.
Ipſe ignotus, egens, Libyæ deſerta peragro,
Europa atq; Aſia pulſus. ⌈Nec plura querētē POETA
Paſſa Venus, medio ſic interfata dolore eſt.

SERVIVS.

¶ O dea.) Perſeuerat in opinione ſua: ita tamē vt & illius orationi aliquando concedat. Nam paulo poſt ait, Si veſtras forte per aures Troiæ nomen iit. Aut certe illud eſt quod ſuperius dixerat, An nympharū ſanguinis vna, quę non omnia ſciunt: nam & moriuntur ſecundum Ariſtotelem, vt Fauni Paneſq;. ⌈Ab origine.) A raptu Helenæ. ⌈Pergam.) Perſeuerem, hoc eſt vniuerſa dicam. ⌈Annales.) Inter annales & hiſtoriam, hoc intereſt, Hiſtoria eſt eorum temporum quæ vel vidimus vel videre potuimus, dicta ἀπὸ τοῦ ἱςορεῖν, id eſt videre. Annales vero ſunt eorum annorum & temporū, quæ ętas noſtra non nouit, vnde Liuius ex Annalibus & hiſtoria conſtat. Hæc tamen confunduntur licenter, vt hoc loco pro hiſtoria inquit annales. ⌈Clauſo.) More poetico qui dicunt cœlum per noctem claudi, & aperiri per diem, vnde eſt, Porta tonat cœli, & Conſidunt tectis bipatentibus. ⌈Componet.) Finiet. vt, Oblato gaudens componi fœdere bellum. ⌈Veſper.) Proprie eſt ſtella. cū autem veſperi dicimus, aduerbiū temporis eſt. Et ſciendum ꝙ omnia nomina, quæ de Græcis in os exeuntibus ad nos trāſeunt, apud nos aut in us, tantum exeunt, vt Delos Delus: aut in er, vt ἀγρὸσ ager: aut in vtrāq;, vt Euandros Euandrus Euander. ⌈Troia antiqua.) Nobili, venerabili: more ſuo. alibi, Terra antiqua.i. nobilis: nec enim eſſe poterat noua. Item, Templa dei ſaxo venerabar ſtructa vetuſto. ⌈Forte ſua.) Caſu ſuo.i. quo ſolet. Forte autem nomen eſt à nominatiuo fors, vt Teren. Fors fuat pol. ⌈Libycis.) Iam ſciuit, audiuit enim, Sed fines libyci. ⌈Appulit oris.) Figura ſupradicta. ⌈Sum pius Æneas.) Non eſt hoc loco arrogantia, ſed indicium. Nam ſcientibus aliquid de ſe dicere, arrogantię eſt: ignotis, indicium. Aut certe heroum ſecutus eſt morem, quibus q̄; mentiri turpe fuerat, tam vera reticere. Deniq; Vlyſſes in Homero ait ſuam famā vſq; ad cœlum veniſſe: vnde & iſte, Fama ſuper ęthera notus. ⌈Ex hoſte penates.) Optima elocutio eſt: pluſq; ſignificat de pluralitate ad ſingularitatem tranſire, vt venor multis canibus, & multo cane. vt Hora. Aut trudit hinc acris & hinc multo cane apros in obſtantis plagas. ⌈Italiam quęro.) Hoc loco diſtinguendum eſt: nam ſi iunxeris. ⌈Patriam,) non procedit. Patria enim.i. ciuitas, in prouincia eſſe poteſt: non tamen vt ipſa ꝓuincia, patria ſit. licet in Salluſtio lectum ſit, Hiſpaniam ſibi antiquam patriam eſſe: ſed illic ad laudem pertinet, non ad veritatē. Tria ergo dicit, prouinciam quęro, hoc eſt Italiam: Patriam, hoc eſt Corinthum Tuſciæ ciuitatem, vnde Dardanus fuit. ⌈Genus ab Ioue ſummo.) Ideo quia ex Electra & Ioue Dardanus Iaſiuſq; nati ſunt. Dardanus autem author eſt Troiæ. Et bene ad tria interrogata reſpondet, qui eſſet, vnde veniſſet, quo tenderet. ⌈Phrygium ęquor.) Ideſt Helleſpontum. ⌈Conſcendi.) Bene conſcendi ſecundum phyſicos, qui dicunt terram inferiorem eſſe aqua: qa omne quod cōtinetur ſupra illud eſt quod continet. vnde eſt, Humilemq; videmus Italiā. ⌈Matre dea monſtrante viam.) Hoc loco per tranſitum tāgit hiſtoriam, quam per legem artis poeticæ aperte non poteſt ponere. Nam Varro in ſecundo rerum diuinaꝝ dicit, Ex quo de Troia eſt egreſſus Æneas, Veneris eū per diem quotidie ſtellam vidiſſe, donec ad agrum Laurentum veniret, in quo eam non vidit vlterius: quare cognouit terras eſſe fatales. Vnde Virgilius hoc loco, Matre dea monſtrante viam. Item, nuſquam abero, & tutum patrio te limine ſiſtam, & Iamq; iugis ſummæ ſurgebat lucifer Idæ. Quod autem diximus eum poetica arte ꝓhiberi, ne aperte ponat hiſtoriam, certum eſt. Lucanus nāq; ideo in numero poetarum eſſe non meruit: quia videtur hiſtoriam cōpoſuiſſe, non poema. ⌈Data fata ſecutus.) Scilicet à Ioue. ⌈Conuulſæ.) Aut conuulſę vndis. Euroq;. Aut ideo qa habes ſupra, Laxis laterum compagibus. ⌈Ignotus.) Deeſt Quaſi. Nam contrarium eſt quod dixit, Fama ſuper æthera notus. Facit autem hoc frequenter Virgilius vt hanc particulam ſubtrahat: vt, Medias inter cædes exultat Amazon, quaſi Amazon. nā Volſca fuit. ⌈Peragro.) Per habet accentum, nam, a, longa quidem eſt, ſed non ſolida poſitione, muta enim & liquida quotiens ponuntur, metrū iuuant, non accentum. ⌈Europa atq; Aſia pulſus. Aut orbem in tres partes diuiſit, & abſolutum eſt, aut ſi Europam tantum & Aſiam intelligimus, inuidioſe locutus eſt. vt ſuprà Venus, Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis, quaſi cum indignatione dicat, per Troiam Aſia careo: per Italiam Europa. Deniq; nō paſſa Venus, eius interrupit querelas. ⌈Dolore eſt.) Aut narrantis Æneæ, aut certe ſuo dolore. Æquum enim eſt malis filii etiā ipſam moueri.

ACSENSIVS.

¶ O dea &c.) Hæc eſt reſponſio Æneæ miſerationem excitantis, & ad ſingula interrogata Veneris breuiter, ſed non eo ordine quo interrogauerat, reſpondentis, quod autem dicit: Sum pius Æneas argute defenditur ab arrogantia per Ser. nam quod de pietate dicit indicium inquit eſt: vnde ſciemus Æneā tam inſigni pietate fuiſſe, vt vulgo pius agnominaretur. Itaq; dicendo, ſum pius Æneas non arrogat ſibi, ſed indicat quis ſit: hoc eſt dicit ſe eum eſſe, qui vulgo pius Æneas appellatur: de fama autem qua dicit ſe, ſuper æthera notum, dicere poſſumus cum Ser. ꝙ quum heros eſſet debebat vera fateri, quū & Vlyſſes apud Home. dicat famā ſuā ad cœlū vſq; veniſſe, aut de pietate ītelligendū eſſe, quā & in deos q ſup æthera ſunt & homines exercuiſſet. Aut reuera dicere

dicere interdum eſſe collaudare. Nam ſi rex ignotus inciderit in manus populi, q ipſi regi parcerent, quum priuato obeſſent, decenter ſe regem fateretur. Quum ergo Æneas audiſſet quod dixerat Venus: Sed fines Libyci genus intractabile bello: ne forte ignotus intercipiatur, potuit dignitatem ſuam oſtendere: preſertim coram ea à qua beneficium accęperat, vt ſignificaret ſe nō indignum eſſe, cui virgo reſponderit tam beniuole. Sed de his audiendus eſt Dona. dicens ſic: O dea. Duo dicit impedire. Vnum qa nō vacat. Alterum qa breuitas tēporis narrationem expleri non patitur: ꝓperat redire ad ſuos à quib. in locis deſertis noctu ſeparari nō debuit. Beniuolam autem facit & honorificā quum deā appellat. Et attentā quum multitudinē calamitatum ſuarum ꝓponit, & nō tamen oēs ſe dicturū, Reſpondet ad oia ſed non ordine. Primo. n. reſpondet ſecundæ. Quib. aut veniſtis ab oris. Et quanuis narratione totius diei nō poſſe expleri calamitates dixerit: tamē breuitate miranda labores oium cōcluſit annorū. Nam dicēdo nos Troia antiqua: primā temporis partem poſuit. Dum autem Diuerſa per. æ. u. tāgit mediam: & forte ſua Libycis ponit poſtremam, & ſimul oſtendit, ꝙ Violentia fluctuum illuc appulerit: & qa quum dea putabat ſe loqui: cōmendat perſonā ſuam dicendo. ¶ Raptos qui. e. h. p. C. u. m.) Fama medie poſuit, nec dixit, qua fama, nam & multi mala fama noti ſunt, ſed qua fama intelligat, ponit, quum illum religione in deos fama ſup æthera notus dicit: Quum. n. laborib. meis eſſem notus toti orbi, fama nois mei ſine fine decurrens ad cœlum venit. ¶ Italiam quęro.) Ad id, Quóue tenetis iter: & ornaturus genus addit, ꝙ nō quæſitum fuerat. ¶ Et genus ab Ioue ſummo Matre dea. Libenter audiť ꝙ gratias agat matri quaſi abſenti data fata: ergo non voluntario à patria diſceſſerat. Sic pręterita ſtrictim tāgit: & in præſenti īmoratur, vt maiorē moueat miſericordiam. ¶ Bis. d.) Oſtēdit magnum numerū. Sunt aūt ſi dolentis aīum excutere volumus ſeparatim ſingula cogitāda: vix oſtendit quanta difficultate euaſit. ¶ Ignotus.) Sūma in humanis miſeria: in alienis terris nullius habere notitiam. Augetur aūt ſi ſit egens. Nam ſi nō egeret, nō eſſet ei cuiuſquā notitia neceſſaria: ad hæc duo mala, ignotus, & egens: additur tertium, ſolitudo: vt nihil ad victum ſuppeteret: nec inueniretur qui daret. ¶ Europa, atq; Aſia.) Tacuit de Aphrica: quia in ipſa erat. Venus aūt ſermonem īterrupit: vel qa norat cuncta: vel qa non libenter audiebat: vel quia maturandum, qm̄ ante noctem via mōſtranda erat. Hæc ille. Beroal. autem dicit in Serui. ſic. Et ſi Seruio in hac re, Iſido. lib. j. etymolo. ſuffragať: tamen apud me pluris eſt authoritas Ciceronis, & Gellij, qui (vt opinor, & Seruio, & Iſidoro, doctiores extiterūt. Etenim Gel. in v. illos arguens: qui de hiſtoria, & annalib. idē quod Ser. tradiderunt: inquit annales oino id eſſe quod hiſtoriæ ſint: hiſtorias nō oino id eſſe quod annales ſint tanq; alterum ſpeciale nomen ſit:
Annales. alterū generale: itaq; hiſtoria erit rerum geſtarū expoſitio. Annales vero libri ſunt id quod factū quoq; anno, geſtumue ſit continentes: hiſtoria quo cōſilio qua ratione res geſtę ſint, demōſtrat: habet affectus, auditorē cōmouet. Annales aūt nudi ſunt nihil habent incitamenti: nec cōmouere quicquā poſſunt: ſimpliciter ſine vllis ornamentis: ſine fuco: ſine affectibus res geſtas continentes: de quibus annalib. ita ſcribit Cicero li. ij. de Ora. Erat hiſtoria annalium confectio, res omnes ſingulorum annoꝝ mandabat literis pontifex maximus, efferebatq; in album, & proponebat tabulam domi, poteſtas vt eſſet populo cognoſcendi: hiq; annales maximi nominātur. Virg. itaq;, omnium rerum peritiſſimus, ex perſona Æneæ tanq; pontificis dixit in. j. Et vacet annales noſtrorū audire laborum: nam quū pontifex annales conficiat: & Aeneas à poeta, perinde ac pōtifex inducatur: merito annales appellat hiſtoriam rerum ſuarum, & hic Maronianus verſus à Macrobio cum diligentia lectus eſt, & eruditiſſime expoſitus, enucleatusq;, à Seruio autem parum curioſe examinatus, penſitatusq;.
Ordo. ¶ Ordo autē eſt. O dea (fatetur. n. adhuc deam, licet illa diſſimulauerat: non enim plane negauerat ſe deam) ſi ego repetens à prima origine pergam. i. peragā. i. ad finem vſq; dirigam filum & cōtextum hiſtoriæ quā interrogas: & ſi vacet. i. vacans velis audire annales. i. recitationē, quaſi ex annalib. i. libris quotannis ſcriptā laborum noſtroꝝ: hoc eſt, ſi & mihi dicendi, & tibi audiendi otiū ſit: veſper. i. ſtella veſpertina, quæ quum Veneris ſit Veneri grata nuncupatur: componet. i. claudet & finiet: ante. i. prius q̃ peregero ſermonem incœptum diem. i. lucem diurnam: & hoc olympo. i. cœlo clauſo, qa noctu (ſm̄ poetas) clauditur: aut ſi de mōte intelligatur, & hoc Olympo clauſo. i. obtruſo, ita vt videri nō poſſit poſtq̃ reb. nox abſtulit atra colorem. Tempeſtas appulit ſua forte. i. fortuna, & caſu inopinato: bene vtitur verbo actiuo cum accuſatiuo: errāt enim qui dicunt nauis illius, aut ille appulit heri, aut applicuit: quum dicendum ſit nauis appulſa, aut applicita eſt: quam hic, aut ille appulit, aut applicuit: appulit ergo nos vectos per diuerſa æquora, ſup. à Troia antiqua. i. nobili: aut ſi de illo loquitur Troia antiqua: qua dictum eſt: Surgētemq; nouæ Carthaginis arcem. q. d. non mirum ſi ſurgat, quia noua: ſed vt in. ij. dicitur: Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos: aut ideo antiquam dicit, vt notam ſignificet (de qua re tamen ex more ſe dubitare ſignificans: propterea ꝙ ea loca inculta eſſent: vnde exiuerat exploraturus loca ea. Qui teneant (nam inculta videt) homines ne, ferę ne) addit ergo: ſi forte nomē Troię, iit per veſtras aures. i. ſiquid vnq̃ de Troia audiuiſtis in iſtis locis loq. Nec eſt contra præcęptum grammaticum ꝙ pluraliter loquitur dicens, non tuas, ſed veſtras: nam licet ad vnam loquitut: tamen de plurib. loquitur, hoc eſt de omnib. Tyriis qui ea loca iam tenebant. Sicut prius ad Eurum, Veſtras Eure domos: non enim de ſolius Euri, ſed de omnium ventorum domib. loquens, veſtras dixit. Quod autem dicit forte ſua ex perſona ſua dicit Æneas qui neſciuit factione Iunonis id factum: aut ſi reuera, quum heros eſſet id ſcire poterat, tamen diſſimulandum erat, quum iam in regione Iunoni chariſſima eſſet: quod vero addit Libycis oris ex eo pendet, quod dixerat Venus. Sed fines Libyci: nam niſi id iam ab ea didiciſſet, icōgrue dixiſſet, quum ſicut prius viſum eſt ipſe, cum Achate exiuerit exploraturus, quas vento acceſſerit oras: vnde ipſe pauloante hunc locum ad Venerem. Et quo ſub cœlo, tandem & quibus orbis in oris Iactemur, doceas: ignari hominumq; locorumq; Erramus. Eſt ergo ac ſi dicat: appulit nos vt audio: oris Libycis. i. ad oras Libycas: eſt enim datiuus ad locū, & per hoc reſponſum eſt ad illud; quib. aut veniſtis ab oris. Nunc reſpondens ad id. Sed vos qui: dicit: Sum pius Aeneas qui veho mecum claſſe penates, ideſt deos domeſticos, & quaſi penes nos natos: vt ſunt dij proprij ciuitatis Troiæ: raptos. i. ereptos: ab hoſte. i. è manu, aut occupatione hoſtium. i. græcorum exiſtens notus fama. ſ. huius pietatis, ſuper æthera. q. d. etiam in cōſiliis deorum: aut hyperbole eſt. Ad id autem quod quęſitum eſt, Quo vetenetis iter? reſpondet: Ego quęro Italiam patriam. i. vnde originem traxi. Ser. vult non appoſitionem eſſe, vt Italiam intelligamus eſſe patriam Aeneæ, ſed diſtinguendum eſſe: quoties enim multa & diuerſa copulare volumus, ſatis eſt coniunctionem ante vltimum ponere: vt, Ioannes, Petrus, & Iacobus in tranfiguratione dominica fuerunt: dicetur ergo, ego quæro Italiam. ſ. ꝓmiſſam à diis, & patriam. ſ. Corythū: & genus à Ioue ſummo, ſup. quæro, hoc eſt quęro cunabula gentilium meorū qui ab Ioue deducti ſunt: nam dicetur in. iij. de Italia: Antiquam exquiritē matrem: & Corythum, terraſq; reqrit Auſonias: & hinc Dardanus ortus Iaſiuſq; pater, aut ego exiſtens genus. i. progenies, de ducta à Ioue ſummo cōſcendi æquor Phrygium. ſ. Helleſpontū: bis denis. i. viginti nauib. ſequutus. i. ſequeas fata data. i. conceſſa mihi à diis vt fati ſit ereptum eſſe & non proditionis: & hoc matre dea. ſ. Venere (cum qua iam ignota loquitur, & ita gratum ſe oſtendit matri quod illi accęptum eſt) monſtrante viam. Septē, ſup. naues ex illis viginti: nec integre, ſed conuulſæ vndis & Euro. i. procellis ſuperſunt. i. reliquiæ mihi ſunt: vix. i. quod cū ſumma difficultate mihi contigit: aut vix ſuperſunt: quia non totæ, quum remi fracti ſint & mali. Ipē. i. ego: ignotus in his locis quāuis ſim fama ſuper æthera notus, peragro deſerta Libyæ quæ. ſ. dicis eſſe Libyæ, egens. i. qui egeo (vnde Dido dictura eſt in exprobrationem eius. Nuſquam tuta fides, eiectum & littore egentem Excæpi: & regni demens in parte locaui. Amiſſam claſſem ſociosq; à morte reduxi.) & ſup. pulſus Europa. ſ. ad quam tendere parabat, & Aſia. ſ. à qua profugus fato venerat: in Aphricā vento pulſus: volebat autem plura dicere, nec. i. & non: & Venus non paſſa querentem. i. queri, aut conqueri volentem plura interfata eſt ſic, vt. ſ. ſequitur medio, quia nōdum abſoluto ſermone: dixiſſet enim caſus ſuos quos iā in mari paſſus erat, qui quia dicti ſunt incongrue repeterentur, vnde ſubtiliter inducit Venerem interrupiſſe ſermonem eius.

PIERIVS.

¶ Et vacet annales noſtrorum audire laborum.) In peruetere codi. manu ſcripto, annales noſtrorum audire parentum, legiť, quod forte non diſpliceat: ſi quantum interrogationi congruat reſponſum perpenderimus. Tria enim percontata fuerat Venus: Quinam eſſent: Vnde digreſſi in Libyā adueniſſet: Et quo demū eſſent ꝓfecturi. Cuius interrogationis pars prima, ſed vos quinam eſtis, duplicem requirebat reſponſionem, à genere, vel à ſpecie: nam, quo quis celebris habeatur, aut maiorum nobilitas aut

virtus ꝓpria debet efficere. Æneas vero qui ſe hmōi diſtinctioni obligatum intelligit, anguſtia tēporis circunſæptus videt longum & importunum eſſe, maioꝝ ſuoꝝ gloriam recenſere, feſtinādumq; eſſe ad ſpeciē, & ad indiuiduum: vt quod nunc inſtat, interrogantē ſibi cōciliet. Itaq; prudēter ea, quæ ad maiores ſuos pertinent, nolle ſe recitare per occupationē dicit, fuiſſe vero nobiles eo cōprobat argumēto, quod tot & tam magnæ ſint à maioribus ſuis, geſtæ res (id.n. ſignificant annales) vt vix dies narranti ſit ſuffectura. Reliqua vero reſponſa quum manifeſta ſint, prætereo, vt minime ad cōmemorādum neceſſaria. Dona. tamen cū aliis cod. laboꝝ nō parētū, videt agnoſcere dūita exponit, Quia narrationē maloꝝ vnius anni, diei tempus expleri non patitur, ita.n. annales, videtur interpretari, & malorum paraphraſtice ꝓ laboꝝ, poſuiſſe: ea tū curta ſunt in vulgatis exemplaribus. ¶ Ante diem clauſo cōp. veſper olym.) In codi. aliquot antiquis nō inuenuſte, cōponat, habetur. ¶ Diuerſa per æquo. ve.) In perueteri quodam cod. iactos, legi, quod pro iactatos intelligi oporteret, vt illud, Quo primum iactati vndis. Sed maior pars veterū cod. vectos, habet: idq; oino melius. ¶ Et genus ab Ioue ſum. ¶ In Roma. cod. ab Ioue magno, legitur. Vtrūq; epitheton Iouis eſt, ſiue olympus, ſiue æther, pro Ioue intelligatur. ¶ Vix ſeptem cōuulſæ vndis.) In Roma. codi. & aliquot aliis peruetuſtis, conuolſæ, per o ſyllaba media: ita reuolſus, ita auolſumq; humeris caput, & ſimilia. Præterea Victorinus cōuulſus, per m, literam ſcribi præcipit, qui u, digammon eandem habere vim cēſeat, quam habeat, b, muta: pariq; ratione, ſi præcedat, n, ex aliqua compoſitione, in m, mutari: ſed hæc viderint alii. Illud ego potius referam, notari ab Donato vix ſeptem, quaſi pro nihilo poſitum, & quum numerum nauium diceret. Ambitioſum fuiſſe dicere, bis denis, longe magis quàm ſi viginti, dixiſſet. Verſus enim nihilo ſecius ſtetiſſet: ſi viginti Phrygium conſcendit, nauibus æquor, poſuiſſet.

¶ Quiſq; es (haud credo iuiſus cœleſtibus, auras VE.
Vitaleis carpis, Tyriam qui adueneris vrbem)
Perge modo, atq; hinc te reginæ ad limina perfer.
Nanq; tibi reduces ſocios, claſſemq; relatam
Nuncio, & in tutum verſis aquilonibus actam,
Ni fruſtra augurium vani docuere parentes.
Aſpice bis ſenos lætanteis agmine cygnos,
Ætheria quos lapſa plaga Iouis ales aperto
Turbabat cœlo, nunc terras ordine longo
Aut capere, aut captas iam deſpectare videntur.
Vt reduces illi ludunt ſtridentibus alis,
Et cœtu cinxere polum, cantuſq; dedere:
Haud aliter puppeſq; tuæ, pubeſq; tuorum
Aut portum tenet, aut pleno ſubit hoſtia velo.
Perge modo, & qua te ducit via, dirige greſſum.

SERVIVS.

¶ Quiſq; es.) Pleraq; per cōceſſionē ſic tradit poeta, vt argumentum faciat: ſicut hoc loco. Audierat Venus, Sum pius Æneas fama ſuper æthera notus. dicit tamē Quiſq; es: hoc eſt, etiā ſi hęc in te nō ſint, hinc tamen conſtat te eſſe felicem. ꝙ veniſti Carthaginem. Item in ſecundo, Quiſquis es, amiſſos hinc iam obliuiſcere Graios: hoc eſt qualibet ratione cōtra nos bella ſuſcępis. ¶ Haud credo iuiſus cœleſtibus. Liptotes figura per cōtrarium ſignificans, ideſt credo te eſſe chariſſimum ſuperis: vt ſupra, Mihi iuſſa capeſſere fas eſt. Cœleſtibus autem ſm Pythagorā & præcipue Platonem dixit, qui confirmant viuos eſſe ſuperis charos, mortuos vero inferis. Vnde & Virgilius de Pallante. Et nil iam cœleſtibus vllis Debentem. Item contrà, Vos o mihi manes Eſte boni, quoniam ſuperis auerſa voluntas. ¶ Auras vitales carpis.) Quibus viuimus, Nil eſt enim aliud vita niſi reciprocus ſpiritus: vnde Iuppiter quo cōſtant omnia, vocatur ζεὺσ ἀπὸ τῆσ ζωῆσ, ideſt vita. ¶ Carpis.) Accipis: vt, Et placidam carpebant membra quietem. ¶ Tyriam.) Carthaginem à colonis. ¶ Adueneris vrbem.) Hyſterologia, vt ſuprà. ¶ Perge modo.) Tantūmodo: hoc eſt, hæc tibi ſola ſit cura, nā liberatæ ſunt naues. ¶ Perfer.) Impatiuus modus eſt: vt, Fer cineres Amarylli foras. ¶ Reduces.) Proprie reduces dicuntur, qui pericula euadunt: ſic īfra, Vt reduces illi ludunt: ſcilicet poſt periculum illatum ab aquila. ¶ Verſis Aquilonibus.) Quia poſtq; ad Africam iter verterūt, aduerſus antè Aquilo cœpit eſſe proſperior. ¶ Ni fruſtra augurium vani docuere parentes.) Hoc ad confirmandum errorem Aeneæ dixit, ne diuinando dea eſſe crederetur. Quod autem dicit. ¶ Vani parentes, aut hypallage eſt, i. vanum augurium: vt, Dare claſſibus auſtros, & Ibant obſcuri ſola ſub nocte, pro ipſi ſoli per obſcuram noctem. Aut certe vani parentes, qui res falſas & inanes docent. Et per hoc plerunq; decipere oſtendit auguria. Multi volunt ad nimium hoc amorem parentum referri, qui teneritudine affecti, etiam ſuperflua liberos docent. ¶ Bis ſenos cycnos.) Cycnos nauibus comparat, aquilam tempeſtati. In auguriis autem conſiderandæ ſunt non ſolum aues, ſed etiam volatus, vt in præpetibus: & cantus, vt in oſcinibus: quia nec omnes, nec omnibus dant auguria, vt columbæ non niſi regibus dant, quia nunquam ſingulæ volant, ſicut rex nunquam ſolus incedit. Vnde eſt in ſexto, Maternas agnouit aues, per tranſitum oſtendit regis augurium. Item cycni nullis dant, niſi nautis: ſicut lectum eſt in ὀρνιθογονίᾳ, Cycnus in auguriis nautis gratiſſimus ales: Hanc optant ſemper, quia nunquam mergitur vndis. ¶ Lætanteis.) Poſt periculum. ¶ Agmine.) Volatu, impetu. Agmen autem apud Virgilium, eſt cuiuſlibet rei impetus: vt, Illi agmine certo. Et, Vocat agmina ſæua ſororum. ¶ Iouis ales.) Aquila, quæ in tutela Iouis eſt: quia dicitur dimicanti ei contra Gigantes fulmina miniſtraſſe, quod ideo fingitur, quia per naturam nimii eſt caloris, adeò vt & oua quibus ſuper ſedet, poſſit coquere, niſi admoueat gagatem lapidē frigidiſſimum, vt teſtatur Lucanus, Fœta tepefacta ſub alite ſaxa. ¶ Capere.) Eligere: vt, Ante locum capies oculis. ¶ Stridentibus alis.) Signum augurii eſt. ¶ Cœtu.) Dicit Plinius ſecundus in naturali hiſtoria, omnes aues colli lōgioris, aut recto ordine volare, vt pondus capitis præcedētis cauda ſuſtentet: vnde & prima plerunque deficiens, relicto loco incipit eſſe poſtrema, aut in cœtu ſe omnes inuicem ſuſtinere. Hoc autem volatu imitantur literas quaſdam, vnde Lucanus, Et turbata perit diſperſis litera pennis. ¶ Cantuſq; dedere.) Alluſit ad nautas. ¶ Puppeſq; tuæ, pubeſq; tuorū.) Tropus ſynecdoche, à parte totum ſignificat. Terētius, O lepidum caput, ideſt o lepidus homo. ¶ Oſtia.) Proprie oſtia dicuntur exitus fluuiorum: ſed modo abuſus eſt, quia plerunq; oſtia ipſa pro portu ſunt.

ASCENSIVS.

¶ Quiſquis es, haud credo &c.) Nunc qua gratia venerat exequitur Venus, docet enim ſocios fere cum claſſe ſaluos eſſe recipiendos: moneteq; Didonem accedant. Quod vero dicit: Quiſquis es, non derogat fidem Æneæ, ſed auget fidem dicendis. Nam ſenſus eſt, id quod dictura ſum, non ideo dicā, quia dicis te pium Æneā fama ſuper æthera notum: ſed quia augurii perita certiſſime noſco te diis accęptum, qui poſt tantam tempeſtatem incolumis claſſem recipies, ſed ne dicta dicam, audiamus Dona. cuius verba ſunt: Quiſquis es: adhuc veluti cum ignoto loquitur, haud equidem oportet te diis charum eſſe, quoniam Carthaginem Veneris, hæc verba omnium ſpondebant effectum, de quibus cōqueſtus erat. Nam & notitiam ſui, & celebritatem, & humanitatem pollicetur. ¶ Perge.) Hortatur ne redeat ad ſuos, vt propoſuerat: ſed eat Carthaginem. ¶ Nanq; tibi.) Demit ſollicitudinem de ſociis ſalutem illorum, augurio nuncians. ¶ Ni fruſtra .a. va. d. p.) Ordina ſic, ni vani fuere parentes, ideſt maiores noſtri, & fruſtra nos docuerunt. ¶ Biſſenos.) Numero nauium coæquantur, quas Æneas putabat oppreſſas. ¶ Aetheria.) Quos vt cygni poſt perturbationem illatam, ab aquila liberati ſuo ordine læti, volantes terram captam petunt, ſic tui à tempeſtate erepti tuti ſunt. ¶ Et qua te ducit via.) Ne ille diceret, non noui iter. ¶ Ordo autem eſt. Quiſquis, ideſt quicunq; es, hoc eſt, etiam ſi non ſis ille pius Aeneas, quem te prædicas & te eſſe ſatis credo: tamen ex ſolo augurio, & rerum euentu ēdocta, ego credo, ꝙ ſupple tu, haud, ideſt non inuiſus, imo charus cœleſtibus, ideſt diis ſuperis, carpis auras vitales, ideſt quibus reſpirando viuitur: qui adueneris, ideſt propterea, ꝙ adueniſti vrbem Tyriam. ſ. Carthaginem, ideſt hoc ſolum: ꝙ dii voluerunt appulſum, ad vrbem Tyriā, vbi aduentus tuus gratus, & accęptus erit, ſignificat te non inuiſum ſuperis, quia ſi tibi ſuperi inuiderent, non tantum boni ſub ſpecie incommodi, contuliſſent, & ita cohortatur eum ſubtiliter, vt ad Didonem eat, vnde ſubdit: Perge. i. perfice iter tuum: modo, ideſt ſolummodo. q. d. nihil aliud cures, nam ſi modo perueneris ad Ordo.

hanc

hanc vrbem, omnia tibi proſpere cedent: perge ergo, atq; perfer te hinc.i.ab hac ſylua ad limina reginæ: nam ego nuncio.i. prædico: & ſignifico ſocios, ſcilicet tuos reduces, ideſt reductos: & ſaluos: & claſſem, ſcilicet quam amiſſam cenſes: recæptam.ſ.ex periculis ad tutiora loca: vnde recæptui canunt, qui ex prælio in caſtra conuocant, & nuncio claſſem tuam actam.i. impulſam: aquilonib.i.ventis, contra Aphricam, & ex aduerſo Aphricę flantibus in tutum.i.locum, vbi tuta ſit: ni, ideſt niſi parentes.ſ.mei. (inquit Venus, ſub ſpecie virginis venatricis) vani.i.mendaces, & futiles docuere fruſtra, ideſt nequicquam, & in vanum augurium, ideſt artem augurandi. Et ne id confidentius, ſine ratione dixiſſe putetur, addit aſpice. q.d. ſi tu etiam augurii peritus es, poteris reſpicere an q̄ dixerim vera ſint. Aſpice.n. biſſenos, ideſt duodecim:) Tot enim naues fuerant, quas amiſſas Æneas verebatur quum ſaluæ eſſent. Nam dixit ſe viginti habuiſſe, quarum vnam perire vidit ante oculos ſuos, & ſeptem ipſe in portum perduxit: vnde reſtabát duodecim.) cygnos.i. holores, qui qa non ſubmergunt, & in aquis verſantur, nautis pro augurio ſunt: lætantes agmine i.cœtu, aut conuolatu agminatim procedente, quum prius turmatim diſperſi auolarent: quos.ſ.cygnos: ales Iouis.i.aquila lapſa.i. quæ deſcendit plaga.i.regione, aut ora ætheria.i.cœleſti, aut aeria, turbabat.ſ. paulo ante, aut dum naues tuæ paterentur: cœlo aperto.i.ſereno apparenti: qui, ſup. (Aut eſt Græca loquutio, qua viciniori damus, quod alterius eſt: vt apud Comicum, Scis me quid velim: pro eo, quod eſt, ſcis quid ego velim: ita aſpice

biſſenos

biſſenos cygnos: Aut capere, aut captas iam deſpectare videtur, pro eo quod eſt, aſpice biſſeni cygni &c.) videntur nunc, aut capere, ideſt deligere ad conſidendum terras longo ordine. Ná pluſculo interuallo: aut deſpectare, ideſt frequenter aſpicere, captas i.electas.ſ.terras: vt.i. quemadmodum illi.ſ.cygni, reduces, ideſt reducti, aut reuerſi à perſequutione aquilę: ludunt, ideſt lętitiam ſuam indicant: alis ſtridentibus: & cinxere polum.i.cœlum: cœtu, ideſt conuolatu, & dederunt cantus.ſ.in ſignum lætitiæ: haud aliter, ideſt eodem modo, & puppes tuæ, & pubes, ideſt iuuétus pubeſcens tuorum.ſ.amicorum, aut tenet (zeugma ab inferiore: quod ſic perficitur, & puppes: aut tenent portum, aut ſubeunt oſtia plena velo: aut pubes tenet:) portum, aut ſubit oſtia, ideſt aperturam, & ingreſſum portus, pleno.i.paſſo, & extenſo velo, quod non extenditur totum ventis, quoties quicquam periculi timetur. Concludit ergo, dicés, Perge.i.perfice iter tuum, modo i.ſolummodo: & ſi dicat Æneas: quo pergam, quum neſciam viam: addit, & dirige greſſum, ea qua via te ducit.i.ſequere viá, quæ ducet in vrbem: ſicut tactum eſt in Buco. Quo te Mœri pedes, an quo via du. &c.

PIERIVS.

¶ Iouis ales aperto turbatur cœlo.) In antiquis aliquot codicl. turbarat, exacta ſpecie legitur: ſed turbabat, imperfecto præterito, magis placet, vt res iam tum oculis ſubiecta videatur. ⸢Et qua te ducit via.) In codi. Longobardico legere eſt. Quo te ducet: per verbum futuri temporis, & aduerbium ad locum, vulgata tamen lectio caſtior habetur.

⸢Dixit, & auertens roſea ceruice refulſit, POETA
Ambroſiæq; comæ diuinum vertice odorem
Spirauere, pedes veſtis defluxit ad imos,
Et vera inceſſu patuit dea. ille, vbi matrem
Agnouit, tali fugientem eſt voce ſequutus.
⸢Quid natum toties crudelis tu quoq; falſis ÆNEAS
Ludis imaginibus? cur dextræ iungere dextram
Non datur? ac veras audire, & reddere voces?
⸢Talibus icuſat, greſſumq; ad mœnia tēdit. POETA
At Venus obſcuro gradienteis aere ſepſit,
Et multo nebulæ circum Dea fudit amictu,
Cernere ne quis eos, neu quis contingere poſſet,
Moliriue moram, aut veniendi poſcere cauſas,
Ipſa Paphum ſublimis abit, ſedesq; reuiſit
Læta ſuas, vbi templum illi, centumq; Sabæo
Ture calent aræ, ſertisq; recentibus halant,

SERVIVS.

¶ Auertés.) ſe ſubaudi, hoc eſt cum auerteretur: vt, Tum prorá auertit. ⸢Roſea.) Ideſt pulchra. ⸢Ambroſiæq; comæ.) Aut deorum vnguēto oblitæ, hoc eſt ambroſia: aut certe abuſiue dixit diuinæ comę. ⸢Spirauere.) Exhalauere. ⸢Veſtis defluxit.) Quia dixit ſuprà, Sinus collecta fluentis. ⸢Vera.) Bene vera, de qua ante dubitabatur. ⸢Matrē agnouit.) Núc matrem cognoſcit. Nam deam eſſe ſuperius dixerat. ⸢Fugientem.) Celeriter abſcedentem. ⸢Quid totiens.) Sæpe: & aut κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus ſępe eum eſſe deluſum, aut certe ſecundum ipſum Virgilium, qui ait in ſecundo, Cū mihi ſe nō ante oculis tam claravidendam Obtulit. Multi tamen volunt in hoc ipſo loco ſæpe eum eſſe deceptum: vt in habitu, in interrogatione, reſponſioneq;, in auguriis. ⸢Tu quoque.) Sicut Iuno, cæteriq; dei, qui Troianis inimici ſunt. ⸢Cur dextræ iungere dextram.) Maiorum enim hęc fuerat ſalutatio: cuius rei τὸ αἴτιον, ideſt cauſam Varro, Callimachum ſecutus, expoſuit aſſerens omnem eorum honorem dexterarum conſtitiſſe virtute: ob quam rem hac ſe venerabantur corporis parte. ⸢Veras audire, & reddere voces?) Sunt multæ reciprocæ elocutiones: vt hoc loco, ſunt multæ vnius partis vtriq; ſufficiétes: vt, tenemur amicitiis: ridiculū enim eſt ſi addas mutuis: cum Amicitiis vtrūque ſignificet, ſicut Fronto. teſtatur. Item ſunt elocutiones, quarum vna pars plena eſt: quæ ſi conuertantur, habent aliquid ſuperfluum: vt in Salluſtio, In tugurio mulieris ancillæ: bene addidit ancillæ. At ſi dicas, in tugurio ancillę mulieris: erit ſuperfluū. ⸢Mulieris ancilla enim & conditionem oſtēdit, & ſexum. Item, Res erat prætoribus nota ſolis. hoc ſuffecerat, male ergo addidit: Ignorabatur à cæteris. Quod ſi conuertas, nil eſſe ſuperfluū inuenitur. ⸢Talibus incuſat.) Redarguit. Incuſare proprie eſt ſuperiorem arguere: vt in Terentio pater ad filium, Quid me incuſas Clitipho? Accuſare vero, vel parem vel inferiorem: vt in eodem ad maritum vxor, Me miſeram, quę núc quam ob cauſam accuſer neſcio. Et hoc proprietatis eſt: licet vſus iſta male corrūpat. Sciendum tamen eſt Terentium propter ſolam proprietatē omnibus comicis eſſe præpoſitum: quibus eſt, quantum ad cætera ſpectat, inferior. ⸢At Venus.) Ordo eſt, At Venus dea. ⸢Obſcuro aere.) Ideſt nebula, Cuius diffinitio eſt. ⸢Circum dea fudit.) Figura Tmeſis eſt; quæ fit, cum ſecto vno ſermone aliquid iterponimus: vt alibi, Septem ſubiecta trioni. Sed hoc tollerabile eſt in ſermone cōpoſito: cæterum in ſimplici, nimis eſt aſperum: quod tamen faciebat antiquitas: vt, Saxo cere comminuit brum. ⸢Aut veniēdi poſcere cauſas.) Scilicet ne ſæpe narrando crebrum patiatur dolorem. Vnde melius ad Æneam refertur, Medio ſic interfata dolore eſt. ⸢Ipſa Paphum.) Ciuitatē Cypri. ⸢Sublimis.) Diuino icēſſu. ⸢Lęta.) Proprium Veneris epitheton. ⸢Sabæo.) Arabico. Arabiæ autem tres ſunt, Inferior, Petródes, Eudemon, in qua populi ſunt Sabæi, apud quos naſcitur tus. Dicti autē Sabæi ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, ideſt venerari, quòd deos per ipſorum rura veneramur. ⸢Ture calent arę, ſertisq; recentibus halant.) Ecce vnde ſuprà dixit, Haud equidē tali me dignor honore. Quòd autem dicit. ⸢Recētibus,) laus eſt loci, qui ſemper flore veſtitur. ⸢Sertis.) Sertum & ſerta, cum nihil adiicitur, dicimus: vt hoc loco. Item alibi expreſſius, Serta procul tantum capiti delapſa iacebant. Si autem ſertos dixero, Flores addo. Si ſertas: addo Coronas: vt Lucanus, Accipiunt ſertas nardo florente coronas. Et hoc in multis noībus obſeruandum eſt, vt genus ex adiectione formetur, qua detracta, in neutrū cadat neceſſe eſt: vt piſcinalis locus, piſcinalis cella, piſcinale, ſaginarius mulus, ſaginaria mula, ſaginarium.

ASCENSIVS.

¶ Dixit & auertens.) Docet quomodo Venus abiens, agnita eſt quod opportunum fuit, vt dictis fidem habeat Aeneas, vtq; ab ea nebulis ſeptus ſit: cuius rei aſſignat quatuor cauſas Donatus, cuius verba ſunt. ⸢Et vera inceſſu. p.d.) Completis quæ voluit, dimiſit lętum, & inſtructum, & plurimis ſignis ſe manifeſtauit, & ſplendore, & odore, & defluxu veſtis. ⸢Ambroſiæq; co.) Sic eius comæ ſe effuderant, vt putarentur Ambroſia: quam mulieres in vnguentis admiſcent perfuſæ. ⸢Voce.) Quando gradiendo, vel currendo, non potuit. ⸢Quid.) Incuſatio non contumelioſa: ſed ex affectu & religione procedens. Ergo mater nomen tuum confiteri noluiſti: & quaſi aliena loquuta mecum, maternis verbis, miſerias meas, non leuaſti: nec ſemel hoc feciſti, ſed ſæpe. Conſtabat enim inter ipſos, multa & varia fuiſſe colloqa, in quibus ille vultu, habitu, & colloquio matris, falſus eſt. Debuit autem incuſatio ad abeuntem, non eſſe lōgior, quàm vt ad celeriter fugientis aures, peruenire poſſet. ⸢Obſcuro aere.) Non

ſatis fuit verbis inſtruxiſſe filium licet ſciret omnia eadem compoſuiſſe Mercurium, ſed quatuor de cauſis texit, ne viderentur, ne tangerentur, ne interrogationib. varijs detinerentur: vel veniendi cauſas quærentes eos, qui ante noctem venire debebant, detinerent. Beroaldi autem in Seruium, verba ſunt hæc: Quis non videt falſam, ac penitus inanem eſſe differētiam, quam Seruius nobis perſuadere contendit? nemo fere eruditorum in Latina lingua, ita loquitur: nemo hanc differentiam obſeruat, quinimo ſæpiſſime ſecus legitur. Cæſar in primo commentario, omnium ordinum adhibitis, ad id conſilium centurionibus, vehementer eos incuſauit. Certe Cæſar, militibus ſuis maior eſt, non minor: & tamen contra Seruij diſciplinam, dicit ſe illos incuſaſſe: & profecto Latiniſſime loquutus eſt. Incuſare, n. ſignificat reprehendere, vel culpare, ſine aliquo diſcrimine, hinc Corne. Tacitus inquit: Intemperiem coeli incuſantes, & apud Diomedem legitur: Incuſante Cicerone Catilina cōuictus eſt, quod quidem exemplum, de maiore in minorem dici, nemo inficiatur: quum cōſul Cicero fuerit, & Catilina priuatus. Accuſare vero, ab authoribus idoneis vſurpatur, nuſq̃; obſeruata fetutina illa, & rancida Seruij obſeruatione, qua de re exempla ideo ponere ſuperſedeo, quia talibus ſcatent ſcriptoꝝ cuncta volumina. ¶ Ordo eſt.
Ordo. Dixit. ſ. Venus. i. finiuit ſermonem ſuum, & auertens, ſup. ſe reſulſit. i. reſplenduit ceruice roſea. i. pulchra aſpectu, qualis eſt roſa, & comæ ambroſiæ. i. ambroſia imbutæ: ſpirauere. i. emiſerunt, & diffuderunt: aut exhalauerunt, quaſi ſpirando: diuinum. i. diuinitatis, aut qualem dii, & deę diffundere ſolent odorē veſtis. ſ. eius de qua dictū eſt, Nodoq́; ſinus collecta fluentis: defluxit ad imos pedes, & patuit inceſſu. i. incedendo vera dea, quum prius de ea aliquātulum dubitaſſet (hæc autem ſunt ſigna diuinitatis: de quibus etiam in. v. dicit: Diuini ſigna decoris, Ardētesq́; notate oculos quis ſpiritus illi, Quis vultus, vociſue ſonus, vel greſſus eunti?) ille. ſ. Aeneas vbi agnouit matrem. ſ. eſſe non ſolum quamuis deam: ſequutus eſt, ſup. eā fugientē: tali voce. i. ſermone; nam pedibus nō potuit eam aſſequi. Quid o mater, tu quoq;. i. etiam tu crudelis. i. īmitis: (nam ex īpatientia, omnia crudelia vocamus: vnde in Buco. Atq; deos, atq; aſtra vocat crudelia mater. Item: O crudelis Alexi. Item Amaſius poeta: Crudeles diui ſerpens nouos exuit annos Formæ nō vllam fata dedere moram.) ludis. i. illudis: natum. i. filium. ſ. me toties: falſis. i. ficticijs, & aliud q̃; ſit ſimulātibus imaginibus. i. ſpēbus: cur nō datur. i. negatur: & nō conceditur mihi, iungere dextræ, ſup. tuæ: dextram ſupp. meam: (quum etiā oſculum dare filio licere videatur.) & audire, & reddere voces veras. i. non ſub aliena perſona occultatas: hoc eſt matris, & filij, vt à matre, & à filio, Æneas incuſat, ſup. matrem, talibus. ſ. dictis, & tendit. i. dirigit greſſum ad mœnia. ſ. Carthaginenſia, aut Carthaginienſia) vtrūq; enim reperitur.) At. i. ſed, Venus ſepſit. i. circundedit gradientes. ſ. Æneā cum Achate.) Eſt autē accuſatiui caſus pluralis numeri.) aere obſcuro. i. denſo, & opaco, & dea. i. ipſa quæ potuit, quum ſit dea: circunfudit, ſup. eos multo amictu. i. tegmēto nebulæ: ne quis poſſit cernere eos: neu. i. neue quis poſſet cōtingere eos: ve, ꝓ vel, moliri, cum molimine, & moleſtia facere moram. i. detinere eos, & exquirere, cauſas veniēdi. Ipſa. ſ. Venus hoc facto: abiit ſublimis. i. ſublata, vel per altum volans in ſignum lætitiæ pro bene actis rebus: Paphum. i. ad ciuitatem illā Cypri, & ipſa læta reuiſit ſuas ſedes. i. vbi præcipue quieſcit, ac colitur. Sed ingenioſe alludit poeta ad hiſtoriam: nam Venus dicitur fuiſſe regina Cypri, quę corpus ſuum diuulgabat: & quæ illic ſepulta eſt: ſedes autem pro ſepulchro accipi ſolet: vt in. vj. Sedibus hunc refer ante ſuis vbi, templum, ſup. eſt illi. ſ. Veneri: & vbi cētum aræ calent illi thure Sabæo. i. quod in Saba naſcitur, nam ſolis eſt thurea virga Sabæis: & halāt. i. ſpirant, & fragrāt ſertis, ſcilicet florum, recentibus. i. recenter appoſitis à puellis, quę eas frequenter innouāt.

PIERIVS.

¶ Agno. t. fu. eſt. u. ſe.) In Lōg. exē. mutato numerō legiť, fugiētē tali eſt. u. ſe. ſed prior numerus ex tetrametro lōge magis placet qa nō ita lāguidus. ¶ Audire, & reddere voces.) In co. aliquot vetuſtioribus, reddere, vnico d, ſcribiť: ſed. n. geminatum d, in eo verbo Velius Longus aſſerit: non ita aūt in reducere, qđ ideo fuit adnotandū, quia ſunt hodie q clamitent ex publicis cathedris, redo, ſimplici d, ſcribendū. ¶ Aut veniēdi expoſcere cauſas.) In aliquibus antiqui. co. exquirere, legitur: quod maiori diligētia quærere, ſignificat. In Longobar. & aliquot alijs, diſcere, In Roma. in Med. & antiqoribus pleriſq;, poſcere, habeť: quod magis placet. Porro, q exquirere, fecerunt, id ex Donatiana paraphraſi deſumpſere, vbi eſt: Vel certe veniēdi cauſas exquirens ꝓperātibus moras afferret. ¶ Ipſa Paphū ſublimis abit. ¶ Vetera quædā exēplaria, & Paphon, & adit ſcribūt: ſed vt Paphon, non reiecerim: ita addit, nūq̃; ſcripſerim. ¶ Ture calent arę, ſertiſq; recētibus halāt.) Tus, multi nūc cum adſpiratione ſcribūt: ſed F. L. Soſipater, tus, à tundendo dictū vult, ideoq́; adſpirationē nō admittere, quamuis Iulius Modeſtus ἀπὸ τοῦ θυεῖν, quod eſt rem ſacram facere, nomen deduci velit. Habent præterea plerique codices manu ſcripti, alant, abſq; adſpiratione: ſed hoc imperite, quum natura ei verbo inſit adiſpiratio.

Corripuere viam interea, qua ſemita monſtrat.
Iamq́; aſcendebant collem, qui plurimus vrbi
Imminet, aduerſasq́; aſpectat deſuper arces:
Miratur molem Æneas, magnalia quondam,
Miratur portas, ſtrepitumq́;, & ſtrata viarum.
Inſtant ardentes Tyrii, pars ducere muros,
Moliriq́; arcem, & manibus ſubuoluere ſaxa,
Pars aptare locum tecto, & concludere ſulco.
Iura magiſtratusq́; legunt, ſanctumq́; ſenatum.
Hic portus alii effodiunt, hic alta theatri
Fundamenta locant alii, immanesq́; columnas,
Rupibus excidunt, ſcenis decora alta futuris.
Qualis apes æſtate noua per florea rura
Exercet ſub ſole labor, quum gentis adultos
Educunt fœtus, aut quum liquentia mella
Stipant, & dulci diſtendunt nectare cellas,
Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto
Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent.
Feruet opus, redolentq́; thymo fragrantia mella.
O fortunati, quorum iam mœnia ſurgunt:
Æneas ait: & faſtigia ſuſpicit vrbis.
Infert ſe ſeptus nebula (mirabile dictu)
Per medios: miſcetq́; viris: neq; cernitur vlli.

SERVIVS.

¶ Corripuere viam.) Officium eundi celeriter arripuerūt. Neq; enim via corripiť. ¶ Qui plurimus.) Ideſt longus, vt ipſe alio loco, Cui plurima ceruix. Item, Cum ſe nux plurima, ideſt amygdala: longa nāque eſt. ¶ Aſpectat.) Rei inſenſibili dat ſenſum. Vnde eſt illud in quarto de Atlante. Item Salluſtius, Lyciæ Piſidiæq́; agros deſpectantem. ¶ Miratur molem Æneas.) Hoc ad ipſum refertur. ¶ Magalia quondam.) Hoc ad poetā, Nec enim hoc nouit Æneas. Magalia vero antiſtœchon eſt. Nam debuit magaria dicere: quia magar, non magal, Pœnorum lingua villam ſignificat. ¶ Inſtant ardentes tyrii.) Multum feſtinātes. Alii ingenioſi intelligunt. Nam per contrarium ſegnem, ideſt ſine igni, ingenio carentem dicimus: vnde & à Græco venit catus, ideſt ingenioſus, ἀπὸ τοῦ καίεσθαι. ¶ Ducere muros.) Ædificare. ¶ Molíriq́; arcem.) Molibus factis extollere. ¶ Optare.) Eligere: vt, Tuus ò regina quid optes, Explorare labor. ¶ Tecto.) Ad tectum: nota figura. ¶ Sulco.) Foſſa. Ciuitas enim, non domus, circundatur ſulco: vt alibi, Auſim vel tenui vitem committere ſulco. ¶ Legunt.) Eligūt. ¶ Portus effodiunt,) Ideſt cothona faciunt. ¶ Alta theatri Fundamenta.) Hinc futura magnitudo cognoſciť. ¶ Qualis apes.) Tertię declinationis genitiuus pluralis & in iū, & in um exit, ſed tum pro noſtro arbitrio cū nominatiuus ſingularis fuerit n, & s, terminatus: vt amās & amantum, & amantium dicimus. Cum autem nominatiuus ſingularis er & ur fuerit terminatus, tātum in um exit: vt pater patrū, murmur murmurum. Reliqua vero nomina authoritate firmamus: vt apis apum, vel apium. ¶ Æſtate noua.) Bene noua, qa & eſt adulta & pręceps ſm Salluſt. ¶ Florea.) Pro florida: vt, Nemora inter frōdea turbā. ¶ Rura.) Græce ἄρουρα dicuntur. Aphęreſis ergo ſermonē fecit latinū. ¶ Exercet.) Fatigat: vt, Nate Iliacis exetcite fatis. Hoc autem participiū ab exercitu, ideſt militum multitudine, declinatione diſcernimus: nā nomen, quartæ declinationis eſt: participium, ſecundæ. vt viſus, huius viſus vel viſi: paſſus, huius paſſus vel paſſi; auditus, auditi vel

ti vel auditus:aditus,huius aditus,vel aditi.¶ Sub ſole.) In ſole: vt.Nanq; ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo.¶ Cum gentis fœtus.) Ad laudem apum hoc pertinet:quod in quarto Georgicorum melius intelligitur.¶ Liquentia.) Defecata,ſine ſordibus: vt,Nec tantum dulcia,quantum & liquida,ideſt pura:nam dura mella conſtat eſſe meliora.¶ Stipant.) Denſant:tranſlatio à nauibus,in quibus ſtupa interponitur vaſis,quam ſtipam dicũt. ¶ Diſtendunt.) Implent:vt,Et denſo diſtendere pingui. ¶ Nectare.) Melle:abuſus eſt,propter ſuauitatis ſimilitudinem. ¶ Cellas.) Et hic abuſus eſt,vt fauorum cauernas cellas vocaret.Traxit autem à reponendi ſimilitudine:vel à celando,vnde cellam appellauerunt.¶ Agmine.) Nunc impetu.¶ Ignauum.) Inutile,nõ aptum induſtriæ.Nam induſtrios,gnauos dicimus. ¶ Fucos.) Secundũ Pliniũ,apum multa ſunt genera.Proprie tamẽ apes vocatur ortæ de bobus:fuci,de equis:crabrones,de mulis,veſpæ,de aſinis. Fucus aũt eſt ſecundum Æmylium Macrum,maior ape,crabrone minor.¶ Pecus.) Pecus enim dicimus omne qđ humana lingua & effigie caret.Vnde Horatius,Omne cum Protheus pecus egit.¶ Præſepibus.) Aluearijs.Et eſt trãſlatio:quæ fit quoties,vel deeſt verborum proprietas,vel vitatur iteratio.¶ Feruet.) Cum celebratur:vt contrà.¶ Friget,) cum ceſſat dicimus:vt Terẽtius, Nimirum hic hoĩes frigent.¶ Fragrantia.) Quotiens incendium ſignificatur:ꝙ flatu alitur,vel à flãma:per l,dicitur,quotiẽs odor qui fracta ſpecie maior eſt:p r dicimus.Sciendum ſane nil in hac vacare cõparatione.Nã Pœnoꝝ operi,apũ labor:cuſtodiæ litoꝝ, fucoꝝ cõparatur expulſio.¶ O fortunati,) quoꝝ iam mœnia ſurgunt.Bene fortunati,q iam faciunt qđ ipſe deſiderat.¶ Faſtigia.) Nũc operis ſũmitates.alibi ima ſignificãt:vt,Forſitã & ſcrobibus q̃ ſint faſtigia quęras.¶ Suſpicit.) Miratr:vt econtrario, deſpicit, cõtẽnit ſignificat.¶ Mirabile dictu.) Ob hoc quod ſequitur:quia mixtus cũctis latebat.¶ Per medios.) Figura eſt:nã planũ fuerat, mediis ſe infert.¶ Neq; cernitur vlli.) Ideſt ab vllo:& eſt græcũ: vt Horatius,Scriberis vario,ideſt ſcribet te Varius.

ASCENSIVS.

¶ Corripuere,&c.) Docet ĩgreſſum Ænee,nihil aũt in ſententijs dubiũ occurrit,qđ nõ à Donato explicetr,cuius verba ſunt.¶ Miratr.) Ponit generaliter ꝙ oẽs viæ & portæ feruebãt,& ſtrepitus agentiũ pſonabãt.¶ Inſtant.) Itur iã per ſpẽs:laudantr aũt,ꝙ nõ inuiti agebãt.¶ Pars.) Ducere primo curabãt,q̃ aduerſus hoſteis fuerãt neceſſaria.¶ Locũ.) Tecto:priuata ædificia curabantr. ¶ Iura.) Diſponit leges,& honores curiales.¶ Portus.) Et hoc ad ſalutis ſubſidiũ.¶ Alta theatri.) Poſtea q̃ ad ſalutẽ,& honorẽt ptinẽt, pſpicit voluptatibus ꝓpter ſcenas,quod nõ fit niſi in otioſa ciuitate,qđ Æneæ erat neceſſariũ.¶ Colũnas.) Vt nõ ſolũ theatri geſta,verũ aſpectus operis iuuaret.Ponit apũ cõparationẽ,q̃ & induſtria,& labore,& ęqtate operis,& cõcordia , excellẽtes ſunt, & quæ fucos aĩal nõ ſolũ iners,verũetiã vorax à ſedibus pellãt. ¶ O fortunati.) Nõ inuidet alienæ felicitati:ſed pſequitr laude.q.d.qñ ego ad hãc felicitatẽ pueniam?an vrbe,an vmbra:nıl refert.

Ordo. ¶ Ordo aũt eſt.Aeneas,ſup.& Achates , corripuere.i.rapuere ſimul viã.i.iter ſuũ,aut corripuere.i.carpſere,raptim viã.ſ.mõſtratã:ĩterea dũ Venus Paphũ abiret:ea,ſup.qua ſemita.i.ſemis ita.i. dimidiata via:(nã in ſyluis erãt:& vrbs adhuc noua erat,quo circa nõdũ amplæ,& tritę viæ ad eã ẽ ſyluis ducebãt.) mõſtrat.i.indicat eũdũ eſſe iuxta monitũ matris,& ipſi aſcẽdebãt iam collẽ: q.ſ.collis exiſtẽs plurimus.i.lõgiſſimus.ĩminet vrbi.i.tẽdit , aut vergit in vrbẽ,aut q ĩminet in vrbẽ plurimus.i.ꝓ plurima parte. Et ſpectat deſup.i.ab alto,& editiore loco,arces aduerſas.i.ex aduerſo ſitas:Aeneas miratr molẽ.i.magnitudinẽ nouę vrbis:quod omẽ erat futuræ difficultatis in ea à Romanis expugnãda: appoſitorie:quondã.i.aliqñ.ſ.ante aduẽtũ Didonis,magalia.i.humiles caſas,q̃ & mapalia dicuntr,& miratr portas,& ſtrepitũ.ſ. ĩgrediẽtiũ:& ſtrata.i.pauimẽta viaꝝ.ſ.publicarũ q̃ lata erant:Tyrij.i.populi illi à Tyro,cũ Didone pfecti:ardẽtes.i.feſtinãtes:inſtãt.i.inſtãter ĩcũbunt operi,pars,ſup.iſtat,aut iſtãt:ducere.i.pducere,& extendere muros.ſ.cõtra ĩſultũ hoſtiũ:& moliri.i.cũ molimine, & mole magna extruere:arcẽ.i.munitionẽ pcipuã vrbis ,& ſubuoluere.i.ſurſum:hoc eſt,ſurſum voluere ſaxa manibus.ſ.ſuis, quũ nõdũ arma oĩa,ad hoc idonea,haberẽt. Pars ſup.inſtãt ( niſi dicamus ĩfinitiuos,ꝓ ĩperfectis ĩdicatiui:vt ducere, ꝓ ducebat: & moliri, pro moliebatur , & ſubuoluere pro ſubuoluebat : & optare,ꝓ optabat,& concludere,pro cõcludebat,&c.) optare.i. deligere,aut eligere,tecto.i.ad tectum extruẽdum locum,& cõcludere.ſ.ambitum vrbis:ſulco.ſ.aratro circunducto (nã qui primum vrbem extruebant, circumarabant:ſulcumq́; per circuitũ faciebant,pro primis foſſis,niſi vbi portam extruendam cenſebant:illic enim aratrum portabant:vnde portam,à portando dictam,volunt. Varro tamen ab importandis rebus.Et ediuerſo q ciuitatem funditus deſtruere volebant , eamq́; euertebant tandem aratrum immiſerunt.Vnde in.iij.Thraces arant , vbi Troia fuit. Quinetiam Ser.vrbem ab vrbo,parte aratri, dictam vult.) Et ſupple pars,aut alij:legunt , ideſt eligunt:iura. i.iuridicos viros,penes quos leges & iura,eſſent in noua ciuitate,& magiſtratus.i.vt dicunt nunc officiarios.i.qui aliquo magiſtratu fungerentur:& ſenatum ſanctum.i.inuiolabilem. ( Alludit autem ad Romanum ſtatum.) Alij effodiũt hic.i.hoc loco qui inter mare, & ciuitatem erat portus.i.effodiendo aptant portus , & alij locant.i.iaciunt:hic.i.alio loco:alta fundamẽta theatri.ſ.pro ludis, & ſpectaculis exhibendis,& alii excidũt rupibus.ſ.vicinis in colle iam dicto:columnas ĩmaneis.i.valde magnas : ita vt ĩmanes videantur:appoſitorie:alta decora.i. ornamenta,ſcenis futuris, ideſt ad extruendas ſcenas in amphitheatro.( Scenæ autem,ſunt vmbracula,ẽ quibus prodibant acturi fabulas. ) Tales,ſupp.inſtant : aut talis fuit eorum labor , qualis labor exercet ſub ſole apes in noua æſtate,ideſt in fine veris,aut in principio æſtatis: per rura florea.i.florida,quum.i.quando ipſę apes educunt adultos.i.maturos & prouectioris ætatis:fœtus gentis,ideſt generis ſui.i.quando examina ẽ fœtura ſua educunt:aut quum.i.quando ipſæ apes ſtipant,ideſt condenſant : mella liquentia.i.defecata,& pura (vt in.iiij.Georgico.expoſitũ eſt.) & diſtendunt.i.vſq; ad diſtentionem farciunt,cellas ſcilicet fauorum,nectare dulci.i. melle puriſſimo. Vnde mulſum,nectareum , fieri poſſe videtur: aut quum accipiunt onera venientum.ſ.apum,euolare ſolitarũ: nam non eædem colligunt,& ſtipant mella,aut extruunt fauos: aut quum ipſi arcent.i.prohibent,& depellunt fucos.i. apes degeneres:appoſitorie pecus ignauum.i.ſine gnauitate.i.operoſitate ſolertia præſepibus.ſ.ſuis , ideſt pabuli ſui recæptaculis , & hoc agmine facto , quia non poſſent ſingulæ ſingulis obſiſtere, quum longe minores ſint,q̃; fuci,tum , ſupp.opus.i. exercitatio apum:aut reuera opus.i.id quod operantur:feruet.i.cum feruore fit:& mella fragrantia.i.odorifera:redolẽt.i.ſuauiter reſpirãt, thymo vnde collecta ſunt ſaltem fundamina fauorũ. Quum ergo hæc videret:Aeneas ait o fortunati,ſupo.ſunt:quorum mœnia ſurgunt:iam.i.in præſentia:& ſuſpicit,ideſt ſurſum aſpicit:faſtigia,ideſt ſublimitatem vrbis , ſcilicet Carthaginis : & infert ſe per medios,exiſtens ſeptus,ideſt circundatus nebula : & miſcet ſe viris:neq;.i.& tamẽ nõ:cernitur vlli,ideſt ab vllo:quod quia mirandum eſt,præmiſit per parentheſim , mirabile dictu.i.quæ res eſt mirabilis dictu,hoc eſt,dum dicitur,quo circa prudẽs poeta,id Veneris ope,factum prędixit,quum humana id fieri poſſe, haud credibile videatur.

PIERIVS.

¶ Pars optare locum tecto.) In veteribus fere omnibus exemplaribus legi , aptare locum : τοῦ τ'ἐσὶ τὸ ἁρμόζειν : tametſi Ser.agnoſcit:optare.¶ Hic portus alii effodiunt.) In Longobardico,& aliquot alijs codicibus antiquioribus,legere eſt,Hic portas alii effodiunt , ſed enim portus,magis placet, quod ad ſalutem ſalutisq́; ſubſidium pertinere , Donatus ait,ſeu quia Virgil. alludat ad portum , quem effodere Carthaginenſes intra muros obſeſſi ab Romanis , diuiſoq́; repente muro , ſubitaria eruptione Romanos fugauere. ¶ Hic alta theatri Fundamenta locant alij . ) Non diſplicet quod in Romano.codi.& in quibuſdam aliis peruetuſtis legitur,hic alta theatris eo modo quo inferius poſuit,ſcenis decora alta futuris,ſed & pro locant,codic. nonnulli petunt,habent,quod æque placet. ¶ Redolentq́; Thymo fragrantia mella.) In Roma.cod.& aliquot aliis antiquis,flagrantia,legitur,& in Georg.eodem modo . Grammatici tamen vtriuſq; verbi ſignificata diſtinguunt.¶ Per medios,miſcetq́; viris.) Sunt qui legunt vnico membro, Per medios miſcetq́; viros quę tamẽ lectio,neq; à veteribus,neq; à iunioribus,quod ſciã, recæpta,

SERVIVS.

¶ Lucus.) Vbicunq; Virgilius lucũ ponit,ſeqtur etiã cõſecratio:vt,Luco tum forte parentis Pilũni Turnus ſacrata valle ſedebat. Vnde & ĩ ſexto,Nulli certa domus,lucis habitam' opacis. Dicuntur enim heroũ animę lucos tenere. Lucus aũt dicitur quòd non luceat : non

Lucus in vrbe fuit media,lætiſſimus vmbra,
Quo primum iactati vndis,& turbine Pœni
Effodere loco ſignum,quod regia Iuno

Monſtrarat,caput acris equi,ſic nam fore bello
Egregiam,& facilem victu per ſecula gentem.
Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat,donis opulentum,& numine diuæ,
Ærea cui gradibus ſurgebant limina,nexæq;
Ære trabes,foribus cardo ſtridebat ahenis.
Hoc primum in luco noua res oblata timorem
Leniit:hic primum Æneas ſperare ſalutem
Auſus,& afflictis melius confidere rebus.
Nanq; ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo,
Reginam opperiens,dum quæ fortuna ſit vrbi,
Artificumq; manus inter ſe,operumq; laborem
Miratur,videt Iliacas ex ordine pugnas,
Bellaq; iam fama totum vulgata per orbem,
Atridas,Priamumq;,& ſæuum ambobus Achillem.
Cõſtitit,& lachrymãs.q̃s iã loc⁹(inq̃t)Achate,ÆN.
Quæ regio in terris noſtri non plena laboris?
En Priamus:ſunt hic etiam ſua præmia laudi,
Sunt lachrymæ rerum,& mentem mortalia tangunt.
Solue metus,feret hæc aliquam tibi fama ſalutem,

quod ſint ibi lumina cauſa re/ ligionis,vt quidã volunt. ℉ In vrbe fuit media.) Nunc iam in media. ℉ Lætiſſimus vmbra.) Aut ſeptimus caſus eſt:aut ſm Probũ genitiuus:vt ſit lætiſſi/ mus vmbræ:ſicut Salluſt. Fru gũ pabuliq; lætus ager. ℉ Quo primum.) Hoc eſt ſimul ac ve nerunt,nec.n. ſecundo ad Afri cã ventũ eſt. ℉ Effodere loco ſi gnũ.) Hiſtoria hoc habet,quã more ſuo Virgi.ꝑ tranſitũ tan/ git,Dido cum trãſiret per quã dã inſulã Iunonis,illic accẽpit oraculũ:& ſacerdotẽ eius ſecũ abſtulit:cum ei parum crede/ ret ꝑmitteti Carthagis ſedes. quo cũ veniſſent,ſacerdos ele/ git locum faciendæ vrbis:quo effoſſo,iuentum eſt caput bo uis.quod cum diſplicuiſſet(qa bos ſemp ſubiugatus eſt) alio loco effoſſo,caput eq̃ iuẽtum placuit:qa hoc aial licet ſubiu get,bellicoſum tñ eſt,& vin/ cit,& plerũq; cõcordat:vt ipſe oſtendit pleniſſime in illo loco,Bello armantur equi,bellũ hæc armenta minant,Sed tñ ijdẽ olim curru ſuccedere ſueti Quadru pedes,& frena iugo cõcordia ferre:Spes eſt pacis,ait. Illic ergo Iunoni tẽpla fecerunt. Vnde & bellicoſa eſt Carthago ꝑ eq̃ omẽ: & fertilis,per bouis. ℉ Quod regia Iuno Monſtrarat.) Monſtro dederat:& vt diximus,tangit hiſtoriã. ℉ Et facilẽ victu.) Propter bouem,quod licet nõ dicat,tñ ex hiſtoria ſumit. ℉ Sidonia.) Pro Tyria. ℉ Donis opulentũ,& numine diuę.Aut ſimulachrũ quoq; aureum fuit:& numen ꝑ ſimulachro poſuit,vt Cicero,Seſe iam ne deos quidẽ,ad quos cõfugerent,habere. Aut vult oſtendere, plenum eſſe præſentia numinis templum. ℉ Ærea.) Ærea ideo, vel ꝙ ęs magis in vſu veteres habebant: vel ꝙ religioni magis apta eſt hęc materies. Deniq; flamen Dialis ęreis cultris tõdeba/ tur. Aut certe ęrea ſecula ſignificantur. Nã vt Heſiodus dicit,Tem pore quo hæc geſta ſunt,ęreũ ſeculum fuit. ℉ Foribus.) Fores ꝑ prie dicuntur quę foras aperiuntur:ſicut apud veteres fuit. Val/ uę autẽ ſunt(vt dicit Varro)quę reuoluũtur,& ſe velant. Ianua autem eſt primus domus ingreſſus,dicta quia Iano cõſecratum eſt omne principiũ.cætera intra ianuam,oſtia vocantur generali ter,ſiue valuę ſint,ſiue fores,quamuis vſus iſta corruperit. ℉ Car do.) Dictus eſt quaſi cor ianuæ quo mouetur. ℉ Stridebat ahe/ nis.) Ad ſua retulit tẽpora. Cautum enim fuerat,poſt proditum hoſtibus à Tarpeia virgine Capitolium,vt ærei cardines fierẽt, quoꝝ ſtridor poſſet aperta oſtia omnibus indicare. ℉ Hoc primũ in luco.) Secuta ſunt.n.& alia quę detraxere formidinẽ. ℉ Timo/ rẽ.) Multi quęrũt cur poſt viſam matrẽ quicquã timuerit. Quod tñ alii ſic ſoluũt,vt dicãt ne tum qdẽ Æneã Venerẽ quã viderat, eſſe credidiſſe:cuius vt ipſe putabat,agnitę nulla verba percepe/ rat. Sed vera ſolutio hęc eſt,Venus nil de Afrorũ moribus,vnde nunc formidat Æneas,ſed de claſſe liberata dixerat filio. Scien/ dũ tñ eſt,in Virgilio,interdũ validiora eſſe obiecta purgatis: vel cõtrà,vt hoc loco. ℉ Leniit.) Quartę cõiugationis tẽpus præteri tũ perfectũ vel in vi iunctum exit:vel ſublato digãmo,in ii,pro noſtro arbitrio:vt lenii,leniui:audii,audiui. Sane cũ in vi exit,pe nultima lõga eſt,& ipſa accentũ retinet,cũ vero in ii,penultima breuis eſt,& perdit accentum:qa,vt ſupra diximus,Vnius ob no xã:quotiens vocalis vocalẽ ſeqtur,detrahit lõgitudinẽ pręceden ti:ſed hoc in metro vbi neceſſitas cogit. Nã in proſa & naturam ſuam & accentum retinet. Nunc ergo Leniit,tertia à fine habet ac centũ:qa penultima breuis eſt. Sane plerunq; accentũ ſuũ retinet & ſermo corruptus:vt Mercuri,Domiti,Ouidi,tertia à fine habe re debuit accentum,qa penultima breuis eſt,ſed cõſtat hęc noia apocopẽ pertuliſſe:nã apud maiores erat idem noiatiuus qui & vocatiuus,vt hic Mercurius,o Mercurius, vnde cu licet breuis ſit,etiã poſt apocopẽ,ſuum ſeruat accentum. ℉ Auſus.) Bene au/ ſus,qa inter incerta ſatis audacter ſalus ſperatur. ℉ Afflictis.) De afflictis.nec enim eſſe ſeptimus caſus poteſt. ℉ Confidere.) Fido & confido datiuum regit:vt,Et fidere nocti. Sane optima figura eſt,quę nunquam à principalitate diſcedit:vt,Atque humiles ha bitare

bitare caſas:accuſatiuo iunxit, quia habeo domum dicimus, vnde eſt habito frequentatiuũ. ℉ Sub templo.) Hoc eſt in tem plo:vt ſuprà, Exercet ſub ſole labor,ideſt in ſole. ℉ Reginam opperiẽs.) Expectans,aut quã intelligebat venturam ex arti/ ficum feſtinatione:aut certe vi dendę reginę occaſionem re/ quirens. ℉ Quę fortuna ſit vr/ bi.) Felicitas. ℉ Artificũq; ma/ nus inter ſe.) Hoc eſt habebat artificum cõparationem. ℉ Ex ordine.) hoc loco oſtendit om nem pugnam eſſe depictam; ſed hæc tantum dicit, quę aut Diomedes geſſit,aut Achilles, per quod excuſatur Æneas ſi eſt à fortibus victus. ℉ Fama totum vulgata per orbem.) Quia Europa intulit, Aſia paſ ſa eſt Africa iam depingit. ℉ Atridas.) Atrei filios, Aga/ memnonem , & Menelaum: ſed vſurpatum eſt,nam Phili/ ſthenis filii fuiſſe dicuntur. ℉ Sæuum ambobus Achillem.) Atqui tres dixit:ſed Atridas pro vno accipe, quos vnius partis conſtat fuiſſe. ℉ Plena laboris.) Plenus genitiuo melius iungitur, vt Terentius, Plenus rima/ rum ſum. ℉ En Priamus.) Laus picturæ eſt, per quam non imago, ſed ipſe oſtenditur Priamus. ℉ Sunt hic etiam ſua præ/ mia.) Vt ſupra diximus, Omnis Aeneæ ſollicitudo de mori/ bus Afrorum erat, quam nunc picturę contemplatione depo/ nit. Qui enim depingunt bella,& virtutem diligunt,& miſera/ tione tanguntur. ℉ Sua.) Ideſt congrua.vt, Struerentq; ſuis al/ taria donis. ℉ Laudi.) Virtuti.vt,Primam merui qui laude coro/ nam. ℉ Mortalia.) Aduerſa:quibus conſtat ſubiacere mortales. ℉ Solue metus.) Collectio eſt.) Nam vbi virtus præmia,aduer ſa miſerationem merentur:rite formido deponitur. ℉ Feret.) Pro afferet.

ASCENSIVS.

℉ Lucus in vrbe fuit.) Deſcribit vrbem,& auſpicium eius,poe/ ta,de quo ſubtiliſſime,vt de cęteris rebus,diſquirit Dona. qui qa vocabula non ſemper exponit,ac hiſtorias protritas non repe/ tit,imperitis frigidus videtur,quum nihil ſit eo diligentius,aut feruentius,in argutiis ſententiarum diſqrendis. Verba eius ſunt. ℉ Quo primum.) Vt ſupra,per cygnos demonſtrata fuerat felici tas,ſic nunc per Pœnos, qui tempeſtate vexati, huc incolumes venerant,& fundamenta fodientes, caput equi inuenerant: ſi/ gnum habuerunt, vt in bellicis copiis eſſent futuri copioſi. ℉ Hic.) Oportuit enim deam:in eo loco habere honeſtiſſimam ſedem:in quo Virtutem ſuæ maieſtatis oſtenderat. Et quum non dum perfectum eſſet, tantã reuerentia colebatur,vt & donis co/ pioſum eſſet,& dea ipſa præſens eſſe crederetur. ℉ Hoc primũ.) Propoſitionis genus eſt. Dicturus eſt enim,quod viderit : vn/ de aliquid ſperarit:vnde ſit lenitus metus. Nam totus eradi non potui. ℉ Noua.) Vel contra ſpem:quum paulo ante vidiſſet om/ nia deſerta,vel noua:quia videbat Troiana certamina depicta. ℉ Nanq;.) Reddit rationem, quid ſit quod leniebat metum,& ſpem inopinam promittebat. ℉ Reginam op.) Non leuibus pictu ris tenebatur:ſed quod neceſſarium erat, reginam operiebatur. Ergo , ad ſui excuſationem hoc dixit. Circunſpectabat etiam ve/ luti & ipſe nouam vrbem conditurus,vt aduerteret,quanto id labore conſtaret. ℉ Artificumq; m.) Ita omnes pariter vna gra/ tia,& vna ſubtilitate,certabant:vt intuens,nullam aliis præfer/ re potuiſſet. Deſcripta autem magnitudine,& fortitudine,tranſit ad ornatum picturæ. ℉ Sæuum.) Comparationis ſpecies,vt ſi ſę uior fuit Achilles Agamemnone & Menelao. ℉ Conſtitit.) Mẽte dolebat de aduerſis ſuis,ipſiꝗ; Troiani calamitatibus,& ſuoꝝ interitu factas eſſe fabulas quas loquerenẽ,& oblectationis cau ſa pingerent. Sic tamen ita dolenda, vt partes etiam cõſulatio/ nis inferrent. ℉ Feret hæc aliquam.t.f.ſ.) Nam calamitas citat cõ miſerationem. ℉ En.) Non tm̃ demonſtrantis eſt, verũetiam do/ lentis.q.d.ecce ad quam infelicitatem perdoctus eſt Priamus. Ex ponit iã ſuos dolores:quos ex perſona potentiſſimi regis,ſenis, & ſoceri

& ſoceri ſumebat. ⌈Sunt hic etiam ſua præmia laudi.) Et hęc ꝓpoſitio. Dicturus eſt enim, quæ laudanda, & quæ doléda. ⌈Mortalia.) Quæcunq; aduerſa mortalibus acciderint.
Ordo. ¶Ordo eſt. Lucus.i.ſylua incædua.i.quæ propter religionem nunquã cæditur, aut amputatur à luce dicta, aut quia mininime lucet, quum ſit denſiſſima ſylua: fuit in media vrbe lætiſſimus, ideſt amœniſſimus, vmbra.i.propter vmbram: bene dicit in media vrbe fuiſſe lucum, cum enim propter inſultum hoſtium primum mœnia extruxerint, nondum eruerant ſyluas, quę erant in medio vrbis, quo.ſ.luco Pœni.i.populi Punici, iactabundis, & turbine: ſicut nunc Æneadæ fodere ſignum loco.i.ad locum capiendum: niſi malis dicere, quo loco effodere ſignum.ſ.conſiſtendi: quod.ſ.ſignum Iuno regia: quia regina deorum, aut quia regnorũ diſtributrix, monſtrarat.ſ.ipſis quum oracula conſulerent, aut monſtrarat, pro monſtro dederat illud ſignum, videlicet caput acris equi: nam, ſupp. ſignum erat gentem fore.i.futuram eſſe: ſic.i.per tale portétum: ſi illic vrbẽ extruerent, vbi tale ſignum inuenirẽt: egregiam.i.excellentem bello.i.arte bellica, & re militari, & facilem victu.i.pro victu habendo: per ſecula.i.aut in æternum: aut per plurima tempora: ſed melius per plurima tẽpora: nam tandẽ victi ſunt, & Carthago deleta: ideo aũt vtrũq; portẽdebat equus: quia (vt dicetur in.iij.) Bello armãtur equi. vñ ſignificabat caput equi, egregiam fore bello. Sed tamen ijdem olim curru ſuccedere ſueti: vnde ſignificabat: facilem victũ per ſecula gentem. Dido Sidonia.i.à Sidone, vrbe Tyri, oriunda: condebat.i.extruebat: hic.i.in hoc loco, vbi inuẽtum eſt caput acris equi. Iunoni.i.in honorem Iunonis præmonſtratricis, ac indicis, ingẽs.i.valde magnũ templum: decenter: Didonẽ rebus diuinis intentam, dicit, quum cæteri humanis, videlicet vrbi extruendæ diſtinerentur: condebat, dico templum: opulentum donis.i.quod donis opulentum efficit: & opulentum numine diuæ.ſ. Iunonis: quæ ſua præſentia illud decorabat: quia dictum eſt, Hic illius arma, hic currus fuit. Cui.ſ.tẽplo: limina ærea.i.ex ære fabricata; ſurgebant.i.in altum extruebantur: gradibus.i.per gradus & trabes, ſupp. erant connexæ, ęre.i.clauis æreis, quæ à rubigine minus læduntur, q̃; ferreę. (Eſt aũt verſus hypermeter, ſeu hypermetrus: ſed q̃ ſyllaba abundans abſumitur à vocali ſequente: ſequitur enim ære trabes &c.) Cardo.i.q̃ſi cor ianuę, quo mouet̃, ſtridebat.i.crepitabat, ac ſtridorẽ dabat: foribus.i.valuis ahenis.i.æreis. Res noua oblata in hoc loco lenijt.i.mitigauit imminuendo: primum.i.primo loco timorẽ.ſ.Æneæ, qui, non tam ſibi, q̃; ſuis timuit: vnde timor, pro loco, & rebus etiã fortibus, datur: vt diximus ibi. Extẽplo Æneæ ſoluuntur frigore mẽbra. Æneas auſus eſt hic.i.hoc loco, ſperare primum.i.vt dicunt, primitus ſalutẽ. (Bene dicit, ſperare, nõ optare: nam ſemper optare poſſumus, & debemus ſalutem: ſed tũc tantum ſperamus: quum cauſam habemus, cur id faciamus.) & auſus eſt. Confidere rebus afflictis.i.aduerſitate concuſſis, melius ſ.q̃; prius, aut ſatis bñ. Nanq;, pro quia: dum ipſe luſtrat.i.circũſpicit ſingula.i.ſingulas res ſub templo.ſ.Iunonis: ingenti.i.valde magno: opperiens.i.expectans reginam.ſ.Didonem: quam eo venturam, ex indicijs certis noſcebat. (Seruius legit, Reginam expectans: Donatus, opperiens, & puto Seruium mutilatum: & vtrunq; poſuerat, videlicet, opperiens.i.expectans expoſitorium tantum manſiſſe. Vult item ſub templo.i.in templo, exponendũ eſſe: ſed quum ingens fuerit templum, videtur Æneas ſub templo fuiſſe: ita vt altiores ſe contemplaretur: non tamen id omnino inaniter, quamuis deducturus eſt poeta, Atq; animum pictura paſcit inani: quia propter aduentum reginæ illic immorari debebat: & quia etiam ciuitatẽ conditurus erat, non indecenter formam eius vrbis inſpiciebat: non aũt videtur ingreſſus templum: quia rei ſacræ, ab eo factæ, non meminit poeta: quocirca, non in tẽplo, ſed ſub templo, vt foris ſtetiſſe putetur: ſuſpectãs templũ.) & dum ipſe miratur: quæ fortuna.i.qualis felicitas, & proſperitas perficiendi ſit vrbi.ſ.nouæ: hoc eſt Carthagini, & manus artificum, & labores operũ inter ſe.i.certo ordine, aut iuſta, & ęquali proportione operantium: ita vt inter ſe conſentirent, & opera iuſtis proportionibus diſpartirentur: dum ergo hæc miratur, videt pugnas Iliacas.i.quæ apud Ilium geſtæ erant, ex ordine.ſ. quo geſtæ erant, & videt bella, vulgata iam fama.i.per famam, per totum orbem: quod ex eo argumentabatur: quia ſi ad eum vſq; locum, qui tam incultus erat, diuulgata iam fuerant: veroſimile erat, ad alia loca diuerſis populis habitata, perueniſſe bellorum famam: & videt Atridas.i.Agamemnona, & Menelaon, Atrei filios, ſaltem putatiuos vt tam à græcis, q̃; à latinis prædicantur: licet Seruius Pliſtenis filios dicat, & videt Priamum, & Achillem ſæuum ambobus.i.reſpectu amborum. Donatus enim vult comparationem eſſe: vt ſit ſæuum ambobus.i.ſæuiorẽ ambobus: nec id contra naturam ſermonis. Nam, quia magnum, & paruum comparatiue dicuntur: res non dicitur mihi.i.reſpectu mei magna, niſi ſit maior me. Si ergo Achilles eſt, ſæuus ambobus.ſ.Atridis.i.reſpectu amborum. ipſe eſt ſęuior ambobus. Seruius aũt vult, ꝙ ſæuior ſit ambobus.ſ.Atridis, & Priamo: vt Atridæ ſint pro vna parte, & Priamus pro altera. (Nam, reuera, fuit ſæuus, & Atridis, & Priamo: & id, ſæuum ſiue magnum animi, ſiue ferocis dicas. Atridis quidem: quia ira percitus, propter raptam Briſeida: vtriq; contumelias dixit: nec prece, nec minis: nec donis potuit in Troianos ante mortem Patrocli excitari: vt Homerus in principio Iliados docet: Priamo autem, quia Hectora, Troilumq; interemerat.) Quum ergo videret ſic Achillem ferocem, & ab Atridis hinc orari vt in bellum prodeat: hinc à Priamo, vt corpus exangue Hectoris ſaltem vendat: conſtitit.i.firmauit greſſum: & lachrymans, inquit, ò Achate, quæ regio, ſupp. eſt in terris: non plena.i.quæ non ſit plena noſtri laboris, quaſi dicat nulla. En, commiſerantis eſt, hoc eſt, ex commiſeratione oſtendẽtis. Priamus, ſupp. hic in ſua dignitate depingitur: ſua.i.iuſta præmia: ſunt etiam hic.i.vbi feri habitant populi: laudi.ſ.meritæ per virtutem: hoc eſt: virtuti, quaſi dicat, quod Valerius in.iiij. ꝙ magno vbiq; ꝑtio, virtus æſtimatur. Nam & Priamus ſic depictus erat, vt ob virtutem eius, commiſerti videantur Pœni: & lachrymæ rerum.i.de rebus miſeris ſunt.i.conſpiciuntur in pictura hac: hoc eſt, res miſeræ Priami lachrymis afficiuntur: & mortalia, ideſt miſerabiles caſus mortalium: tangunt.i.afficiunt: mentem.i. præcordia eorum, qui hæc pinxerunt, aut pingere fecerunt, quia deflent miſerabilem fortunam Priami: ſic.n. depictus erat, vt qui eum aſpiciebant, lachrymis maderẽt quaſi fortunam eius deflentes. Solue.i.diſſolue metus quos.ſ.de ferocitate Pœnorum habes: & loquitur ad Achatem, aut forte ad ſe: hæc fama quæ.ſ.de Priami laude eſt: feret.i.afferet tibi: hoc facit, cur potius dicam Æneam ad ſe loqui: quàm ad Achatem: nam ſibi potius, q̃; Achatæ, ex ea re ſalutem ſperabat. feret ergo tibi, ò Ænea, aliquã ſalutem: quia, ſi virtus Troianorum hic in ꝑtio eſt, & nota: quum & tua nota ſit, miſerebuntur & tui.

PIERIVS.

¶Caput acris e.) Ne leuis adeo cuipiam obſeruatio videatur. In vet. pene omnibus exẽplaribus, capud, per d, ſcriptum eſſe: ſciendum eam eſſe inter d, & t, cognationẽ: vt plerunq; ſibi inuicem ſuccedant. Et Cariſius vbi, ad, nonnunq̃; pro at, poſitum citat in huiuſmodi nominibus, aut dictionibus, vocali ſequẽte, ſuauius per d, proferri putat. Eſt & quot, relatiuum per t, ſæpiſſime tam in libris q̃; in marmoribus notatũ. Quot regia Iuno. & in venuſtũla quadam inſcriptiõe Romę in ędicula diui Blaſij: quæ ad Horologium Auguſti ſita eſt, quot, ita ſcriptum inſpexi.

APVSVLENA GERIA VIXI AN. XXII.
QVOT QVISQVE VESTRVM OPTAVERIT MIHI ILLI SEMPER EVENIAT VIVO ET MORTVO.

¶Sic nam fore bello Egregiam.) Quod nonnulli legunt, ſignũ fore, dictionẽ ego illam, in abraſis tantum codicibus ſuppoſititiam, animaduerti. In integris aũt, ſic nã, quam lectionẽ, vt caſtiorẽ, Pontanus ẽt agnoſcit: vbi ait, in poeticis numeris, dictiones monoſyllabas binas ſimul: maxime: poſt dactylicam aliquã ꝑperationẽ, numeroſas eſſe in medio collocatas: vt Virg. Monſtrarat, caput acris equi, ſic nam fore bello. ⌈Hic primum Æneas ſperare ſalutem Auſus.) In Longobardico legitur, hoc, vt ſit repetitio illius pronominis demonſtratiui hoc, primum in luco. Hoc primum Æneas: magis tamẽ placet, hic, aduerbium. ⌈Et ſæuum ambobus Achillẽ.) Scribẽdũ eſt Achillen, per n, finalẽ, vt Probus in arte monet. Diſſimulabo nunc ſæuom, per o, ambobus hic ꝓ vtriſq; poſitum, ait Aruſianus. Donatus vero, ſpẽm eſſe cõparatiõis putat: vt ſit: Sęuior fuit Achilles Agamẽnone & Menelao.

POETA

⌈Sic ait, atq; animum pictura paſcit inani,
Multa gemens, largoq; humectat flumine vultum.
Nanq; videbat vti bellantes Pergama circum

SERVIVS.

¶Inani.) Epitheton eſt picturæ: aut quia caret corporum, quæ imitatur, plenitudine: aut q̃a nullius eſt vtilitatis. ⌈Largoq; humectat flumine vultum.) Tapinoſis eſt quod dixit Humectat. Largo nãq; flumine, eſt fluore.i. fluxu ipſo. ⌈Pergama circum.) Abuſiue.

Non

Hac fugerent Graij, premeret Troiana iuuentus:
Hac Phryges, inſtaret curru criſtatus Achilles.
Nec procul hinc Rhœſi niueis tentoria velis
Agnoſcit lachrymans, primo quę prodita ſomno,
Tydides multa vaſtabat cæde cruentus,
Ardenteisq; auertit equos in caſtra, prius quàm
Pabula guſtaſſent Troiæ, Xanthumq; bibiſſent.
Parte alia fugiens amiſſis Troilus armis,
Infelix puer, atq; impar congreſſus Achilli,
Fertur equis, curruq; hæret reſupinus inani,
Lora tenens tamen, huic ceruixq;, comæq; trahuntur
Per terram, & verſa puluis inſcribitur haſta.
Interea ad templum non æquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades paſſis, peplumq; ferebant,
Suppliciter triſtes, & tunſæ pectora palmis.
Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat.
Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros,
Exanimumq; auro corpus vendebat Achilles.
Tum vero ingentem gemitum dat pectore ab imo,
Vt ſpolia, vt currus, vtq; ipſum corpus amici,
Tendentemq; manus Priamum conſpexit inermeis.
Se quoq; principibus permiſtum agnoſcit Achiuis,
Eoaſq; acies, & nigri Memnonis arma.
Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Pentheſilea furens, medijſq; in millibus ardet,
Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ
Bellatrix, audetq; viris concurrere virgo.

Non enim circa Pergama, hoc eſt arcē: ſed circa Troiam bella gerebantur. ¶ Troiana iuuentus.) Diffinitio eſt Hectoris: vt, Catillusq;, acerq; coras Argiua iuuentus. Et re vera ſic pene vbiq; Homerus ponit, vt Hectori tantū vel Achilli totus cedat exercitus. ¶ Hac Phryges.) Bñ vbiq; Virgilius pro negocij qualitate dat Troianis & nomina. nam timidos Phrygas vocat, vt hoc loco. Item, O veræ phrygiæ: neq; enim Phryges. Dardanidas generoſos: vt, Dardanidæ magni genus alto à ſanguine diuum. Laomedontiadas perfidos: vt, Nondum Laomedonteæ ſentis periuria gentis. Troas fortes: vt, Troes agunt, princeps turmas inducit aſylas. Hectores quoq; fortes: vt, Nunc nūc inſurgite remis Hectorei ſocij. ¶ Criſtatus Achilles.) Secundum Homerum, qui dicit in Achillis criſtis, terribile quiddam fuiſſe. ¶ Nec procul hinc Rhœſi.) Rhœſus rex Thraciæ fuit: qui cum ad Troiæ veniſſet auxilia, clauſiſq; iam portis tentoria locauiſſet in littore, Dolone prodente Troiano, q miſſus fuerat ſpeculator: à Diomede & Vlyſſe eſt interfectus, qui & ipſi ſpeculatum venerant: abductiq; ſunt equi quibus pēdebant fata Troiana. ¶ Primo ſomno.) Prima parte noctis: vt, Libra die, ſomniq; pares vbi fecerit horas. ¶ Tydides.) Ideſt Diomedes. Et bene Vlyſſem cælat propter Æneam, vt ſupra diximus: aut quia ſecundum Homerum occidente Diomede cadauera Vlyſſes trahebat. ¶ Ardēteis.) Et candidos ſignificat, & veloces: vt, Pernicibus ignea plantis. ſi ignea, velox eſt ſine dubio & ardens. ¶ Xanthum.) fluuium Troiæ. ¶ Parte alia fugiens amiſſis Troilus armis.) Veritas hoc habet: Troili amore Achillem ductum: palumbes ei quibus ille delectabatur, obieciſſe: quas cum vellet tenere, captus ab Achille, in eius amplexibus perijt. Sed hoc quaſi indignum heroo carmine mutauit poeta. ¶ Fugiens.) Fugere volens, accæpto iam vulnere. ¶ Infelix.) Multi hoc loco diſtingunt: tamen etiam ſi iungas Puer, vnus eſt ſenſus. ¶ Atq; impar.) Ac ſi diceret, etiam ſi puer non eſſet. ¶ Congreſſus Achilli.) Congredior tibi, antiqui dicebant: ſicut pugno tibi, dimico tibi. Hodie dicimus congredior tecum, dimico tecum. ¶ Curru.) Curribus falcatis Vſos eſſe maiores, & Liuius & Salluſtius docent. ¶ Inani.) Sine rectore: nam corpus hærebat. ¶ Lora tenens tamen.) Quāquā mortuus. ¶ Verſa.) Tracta, vt Plautus, Inueniant omnia verſa, ideſt ſparſa. Venit autem ab eo quod eſt verro. ¶ Inſcribitur.) Dilaceratur: vt Plautus, Corpus tuum virgis vlmeis inſcribam. ¶ Haſta.) hoſtili ſcilicet, quam tranſfixus trahebat. ¶ Interea.) Dum hæc geruntur. Et ſatis opportune à matribus feſtinatur ad templum: vt alibi, Necnon ad templum, ſummaſq; ad Palladis arces. ¶ Nō æquæ.) Ideſt iniquæ. Liptotes figura eſt: vt alibi, Et vacuis Clanius non æquus acerris. ¶ Paſſis.) Participium eſt ab eo quod eſt pandor. ideo autem non facit panſus: quia plerunq; n, quod in prima verbi poſitione inuenitur, in præteriti participio non eſt: de qua re iudicat euphonia. vt ab eo quod eſt tundor, tunſus facit: vt, Tunſæ pectora palmis. Et tuſus: vt, Non obtuſa adeo geſtamus pectora Pœni. Sciendum tamen eſt, licet alia euphoniæ cauſa varientur vel in generibus, vel in numeris: nactus tamen & paſſus, n penitus nunquā accipere. ¶ Peplumq; ferebant.) Peplum proprie eſt palla picta fœminea, Mineruæ conſecrata: vt Plautus, Nunquā ad ciuitatem venio, niſi cum infertur peplum. Hodie tamen multi abutuntur hoc nomine. ¶ Suppliciter triſtes.) Vt decet rogantes. Et bñ addidit ſuppliciter: quia & per iracundiam, & per grauitatem, & per religionem, & per dolorem triſtes ſumus. ¶ Tunſæ pectora.) Vt oculos ſuffuſa. ¶ Auerſa.) Irata; nec

nec.n. poterat conuertere ſe ſimulacrum. ſic alibi, Talia dicentem iamdudum auerſa tuetur. Quo modo auerſa: niſi iratam intelligas? ¶ Ter circum Iliacos.) Apud authores multa ad ſenſum, nō ad aſpectum poſſunt referri. Tertio enim tractum ītelligere poſſumus, non in pictura conſpicere. vñ eſt & illud, Mulcere alternos & corpora fingere lingua. ¶ Raptauerat.) Bñ forma vſus eſt frequentatiua: p quam oſtēdit quod per numerum dixerat. ¶ Exanimumq;.) Exanimus & exanimis dicim⁹: ſicut & vnanimus & vnanimis, inermus & inermis. Ergo pro noſtro arbitrio aut ſecundę declinationis erunt, aut tertiæ. ſed à tertia, ablatiuum ſingularem in i, mittunt: quia communis ſunt generis. Exanimis autē, eſt mortuus, vt hic indicat locus: Exanimatus vero, timēs: vt, Exanimata ſequens impingeret agmina muris. ¶ Vendebat.) Ingenti arte vtitur verbis. Nam hoc loco quia pingi potuit, præſens tēpus poſuit: ſuperius, quia pingi non potuit, ſed referri, perfecto executus eſt tempore dicēdo raptauerat, non raptabat. ¶ Tum vero ingentem gemitum.) Iam enim ſuperius eum lachrymaſſe dixerat: hoc ergo addidit viſum Hectoris corpus, vt etiam grauiter gemeret. ¶ Vt currus.) Quo tractus eſt. ¶ Amici.) Plus eſt quā ſi Hectoris diceret: vt alibi, Paruumq; patri tendebat Iulum: cum potuerit dicere mihi. ¶ Manus inermeis.) Aut ſine inſignibus regijs, ſceptro. aut ſupplices: vt, Dextras tēdamus inermes. Quod tractum eſt de hiſtoria. qui enim victi ſe dedunt, inermes ſupplicant. Aut re vera inermes tunc. Contra Pyrrum enim proceſſit armatus. Sane per tranſitum hiſtoriam tetigit: quia conſtat Priamum cum ad ſupplicandum, tentorium Achillis fuiſſet ingreſſus, dormientem Achillem excitauiſſe: vt pro filij corpore rogaret eum, cum eum potuiſſet occidere: licet hoc Homerus propter Achillis turpitudinem ſupprimat. ¶ Se quoq; principibus permiſtum agnouit Achiuis. Aut latenter proditionē tangit, vt ſupra dictum eſt: aut virtutē eius vult oſtendere. nimiæ enim fortitudinis eſt inter hoſtium tela verſari: vt Salluſtius, Catilina longe à ſuis inter hoſtilia cadauera repertus eſt. Cornutus tamē dicit verſu iſto, Vadimus immiſti Danais, hoc eſſe ſoluendum. ¶ Eoas.) E naturaliter longa eſt: fit tamen breuis interdum cum eam vocalis ſequitur: vt, Primo ſurgebat Eoo. ¶ Nigri Memnonis arma.) Quia Tithonus frater Laomedontis raptus ab Aurora, filium ſuum Memnonem ex ipſa progenitum ad Troiæ miſit auxilia. Nigri autem dixit, Æthiopis: vnde prima ſurgit Aurora. ¶ Arma.) Vulcania. vt ille indicat locus, Te potuit lachrymis Tithonia flectere coniux. ¶ Ducit Amazonidum.) Hoc eſt quod ſupra dixit, Videt Iliacas ex ordine pugnas. Homerus enim hæc omnia tacuit, quæ facta ſunt poſt Hectoris mortem. Amazonidum autem deriuatio eſt pro principalitate: ſicut Scipiadas duros bello, pro Scipionibus. Sane Amazones dictę ſunt quaſi ἀμαζόνην, quòd ſimul viuant ſine viris: vel ꝙ vnam mammam exuſtam habēt, quaſi ἄνευ μάζου. Has aūt iam non eſſe conſtat, vtpote extinctas partim ab Hercule, partim ab Achille. ¶ Péltis.) Scutis breuiſſimis in modum Lunæ, iam medię. ¶ Pentheſilea furens.) Furentem ideo dixit, quia ſororem ſuam in venatione confixit, ſimulans ſe ceruam ferire. Sed hoc per trāſitum tāgit: nam furor bellicus intelligitur. ¶ Aurea.) Amphibolon eſt hoc loco, vtrum ipſa aurea, an aurea cingula. Sciendum tamen plerunq; amphiboliam metri ratione diſſolui: vt, Aurea compoſuit ſponda Dido: Aurea enim ſi ad ſpondam referas, non ſtat verſus. ¶ Exertæ.) Nudatæ: nudant.n. quam aduſſerunt mammam. ¶ Virgo.) Ætatem oſtendit & ſexum.

Aſcenſius.

## ASCENSIVS.

¶Sic ait,&c.) Pius Æneas,quæ ab alijs,vtpote externis,vidit lachrymis donata:non potuit ſiccis oculis,quum ad ſe pertinerent inſpicere. Itaq; paſcebat animum:quia, & alios commiſerantes conſpiciebat,& largo humectat flumine vultum: quia non potuit fortunam ſuam,& ſuorum,ſine lachrymis inſpicere. Quod Dona.ſic explicat. ┌Multa gemens.a.p.p.i.) Propoſitio. Monſtrat,quæ res in pictura, animum reficiat:& quæ dolorem afferat. Vtrunq; tamen animum conſyderantis,ducebat ad lachrymas.┌Nanq; videbat.)Oſtendit vñ lætitiam caperet.ſ.hac fugerent Graij:& vnde dolorē.ſ.hac Phryges. ┌Prius quàm Pabula guſtaſſent Troiæ,Xanthumq́; bibiſſent.) Voluit oſtendere celerē exitum,& finem eius.┌Tentoria.) Vt oſtendat,plures fuiſſe mactatos.Non enim ſolus in tentorijs fuiſſet infelix, quia puer, & impar ei congreſſus eſt:quem iuuenis ſuperare non potuiſſet.Eſt aūt deſcriptio eius,qui ſupinus ferebatur.┌Peplum.)Genus veſtis pertinentis ad ritum ſacrorum Mineruæ: alij ſcutum modicum dicunt.┌Oculos auerſa.t.) Quod faciunt irati,ne videant quod oderunt.Achillis autem actio,non ſolum dolorem conſyderantis,ſed etiam crudelitatem agentis,exprimit,& auaritiam. Non enim odium vltra mortem procedere debet. ┌Ter.)Augetur crudelitas,quòd nō ſemel,& quòd circa eos muros quos defenderat.Gemuit ergo primo,fortunam tanti viri.Deinde,quòd de eo triūphus actus eſt,&,quod peius erat,ſub ipſis mœnibus: vt ciuitas,defenſorem ſuum,in ea calamitate cerneret. Trahebatur ergo extinctus ante eos muros:quos tanta fortitudine defenderat & toties circunducebatur,ne quis ab ea cognitione ſubtraheretur:tantaq́; fuit immanitas,vt patri, orbitatē ſuam venderet.Eſt aūt pro dolore,in pronunciando, extollendum Hectoris nomen,& Achillis deprimendum. Quis.n.mortuum vendidit, niſi impius? Quis in regno poſitus?ideoq́; diues,aurum deſyderat,niſi auarus:ergo impius & auarus Achilles.┌Tum vero.)Ex hoc oſtēdit,aliquot animi doloribus progreſſus,hunc maiorem eſſe.nam dixerat:Conſtitit & lachrymans. Item:Multa gemēs. Itē:Agnoſcit lachrymans.Hic aūt addit.┌Ingentē gemitum dat pectore ab imo.) Multiplici acerbitate ꝑcuſſus.Vidit.n.ſpolia erepta viro forti,& ciui optimo.┌Amici etiācorpus.)En Priamus, in eius nomine,latiſſimum dedit intelligēdi tractum.ſ.qui fuerit grauioris ætatis,poteſtatis regiæ,& diu felix.Dolebat in eo ſocerum ſuum,& tot perditorum patrē,atq; auum eo redactum: vt in ſumma orbitate,hoſtē rogare cogeretur,ſine regijs inſignibus. Nam qui rogatum venerat, omnibus inferiorē ſe monſtrare debebat. ┌Se quoq;.)Honorificū fuerat confertos hoſtes non timuiſſe. ¶Ordo eſt. Sic ait.ſ.Æneas & paſcit.i.fouet:&,vt dicūt, confortat animū, pictura inani.i.quæ non res ſed ſimilitudines rerum exhibet:gemēs multa.i.multum,vt ſit nomē pro aduerbio:aut multa.i.multas res:& humectat vultū.i.faciē ſuam:largo flumine.ſ.lachrymarum:more fluminis decurrētium. Nanq; videbat vti.i.quēadmodū Graij bellātes circum Pergama.i.mœnia Troiana:fugerēt hac.i.per hanc partē,aut viam,& ita non ſolum victoriæ,ſed & fugæ græcorū depictæ erant,vñ iuſtos Pœnorum in Teucros animos iudicabat,ſup.quū iuuentus Troiana i.multitudo iuuenū,aut Hector, ꝓmeret.i.opprimeret.ſ.græcos fugientes:& videbat vt Phryges.i.Troiani hac,ſup.fugerent quū Achilles criſtatus.i.criſtas in galea ferens:inſtaret.i.inſtanter perſequeretur Troianos fugiētes,curru.ſ.quo vehebatur:nā tunc viri fortes de curru pugnabant,& præliabantur:quocirca vt aurigandi periti eſſent,inſtituti ſunt ludi curules.Nec.i.& non,& ipſe lachrymans propter miſerū caſum,quē Seruius narrat,agnoſcit: non procul hinc.i.ab hoc loco vbi Priamus cū Atridis,& Achille depictus erat,tentoria Rhœſi,illius regis Thraciæ:niueis velis.i. quæ ipſe per ſimplicitatem fecerat,ex niueis.i.valde albis velis: cum his quibus clam incedendū eſt & noctu:nigra magis opportuna ſint,quæ tentoria,ergo niueis velis cum his quæ in eis erāt: Tydides,aut euphonię gratia,Tytides,hoc eſt Diomedes,Tydęi filius cruentus.i.ſanguinolētus:vaſtabat.i.proſternebat,& vaſta faciebat loca,in quibus antea fixa erant,prodita.i.indicata proditioſe ab Vlyſſe: primo ſomno.i.prima parte noctis: aut ſicut de Troię captione dicet,Tēpus erat,quum prima quies mortalibus ægris Incipit,& dono diuū gratiſſima ſerpit.Tunc.n.profundior eſt ſopor, & facilior adorientibus via:& auertit.i.violenter abegit.(Abigunt.n.clam,vñ ſunt Abigæi fures pecoris,aut armenti: auertunt aūt raptores.Vñ ſtatim dicet Ilioneus.Non nos,aut Libycos ferro populare Penates venimus:aut raptas ad littora vertere prædas)equos ardentes.i.candore relucentes:vt Seruius dicit,aut feroces, aut indignantes à domino auerti & ita ira feruidos,in caſtra.ſ.ſua:priuſq́; guſtaſſent pabula Troiæ,aut bibiſſent Xanthum fluuium illum qui Troiam perfluit. Troilus filius ille Priami indulgentiſſimus fugiens,alia parte.ſ.picturæ amiſſis armis.i.non fugiturus,ſi adhuc arma habuiſſet:exiſtens puer infelix.i.infortunatus, atq; prò quia: quia congreſſus Achilli.i.cum Achille:impar.i.quum eſſet tamen impar:quia imbecillior,& inermis.(Et ſi verum eſt quod Ser.dicit,quia in amplexibus Achillis perijt:res obſcœna tangitur honeſte à poeta,quum dicit,Atq; impar cōgreſſus.Nota eſt etiam grāmaticorū regula:ꝙ verba ad pugnam,aut certamē ſpectantia,apud hunc poetā,ſæpe cum datiuo ponuntur,& apud alios,in ablatiuo,mediante cū:vt,Montibus in noſtris ſolus tibi certat Amyntas,Placido ne etiā pugnabis amori.vbi alij dicerēt,certat tecū,& pugnabis cū amore)fertur.i.auehitur,equis,& hæret.i.pendet,reſupinus.i.erecto pectore,quaſi retrorſum caſurus curru exiſtēte inani:quū ipſe fere extra currū penderet:aut hæret curru,pro currui:inani.i.ſine rectore,quum ipſe fere exciderit:tenens tñ.i.quāuis mortuus,ſm Seruium(Vñ duplex eſt ſenſus: aut vt dicamus ipſum Troilum ſic ab equis tractum, quum mortuus eſſet,& ab Achille occiſus, & lora tenere mortuum,quæ tenebat moriens, ſicut in aquis ſubmerſi,quidquid viui arripuerint vix mortui dimittunt:aut dicamus morientem ita ferri,quod mihi quidē magis placet,quia dicit eum fugere.Vñ dicam)aut tenens tñ.i.tametſi ita præceps ferretur: lora.i.habenas ex corio factas: ceruix & comæ trahuntur huic per terram:quia auerſus & reſupinus,inclinato capite,ad terram vſq; trahebatur:& puluis inſcribitur.i.ſulcatur: & dilaceratur:haſta.ſ.qua traiectus erat:nam dictum eſt ꝙ fugit amiſſis armis:verſa.i.tracta & ducta in longum:à verror,nō à vertor.(Sane maluit poeta ſyllabæ quantitate,licentioſe abuti:puluis.n.vltimam corripere debet,quā hic producit.q̄; ſitum naturalē cōiunctionis mutare:nā dicere potuiſſet:Per terrā verſa,puluiſq; inſcribitur haſta:ſed non tam venuſte.Sæpe aūt ēt in Georgicis, figuris vtitur,in correptione aut productiōe ſyllabarum.) Iliades.i. mulieres,ac virgines:& potius virgines,quia ad templum Palladis:ſunt aūt filiæ Ilij dictæ,ſicut in ſanctis literis filiæ Sion dicūtur:paſſis crinibus.i.habētes crines paſſos:à pandor,aut pateo.i. diſperſos:ibant interea,dum.ſ.ita Troilus vinceretur,ad templū Palladis.i.Mineruæ,non ęquę.i.iniquę:in Troianos,vt ipſis viſum eſt:qa religioſe ab eis colebatur:& tñ græcis fauebat:vñ addit:ibant inquā,triſtes.i.mœſtę,ſuppliciter.i.non ex ira,aut indignatione,ſed ex animi ſubmiſſione:& tūſę pectora.i.habētes pectora tunſa.i.percuſſa:palmis.ſ.ſuis:& ferebant peplū.i.veſtē,aut Pallam,Palladi dicatā,& ꝓpriā: ideo aūt iniqua erat:diua.i.dea Pallas,qa auerſa.i.indignata:& irata in Troianas, ita vt eas aſpicere dedignaretur:tenebat oculos fixos ſolo:hoc eſt, deſpiciebat terrā,nec aſpexit ſupplicātes Iliadas.Et ſup.quū hæc fierēt Achilles raptauerat(quod in picturis fuiſſe Seruius negat,nā ter rapi, ſemel depingi non potuit,raptauerat ergo pauloante ter)Hectora.i.corpus Hectoris:circū muros Iliacos.i. Ilij oppidi præcipui in Troia:& vendebat auro corpus exanimum.i.demortuū ipſius Hectoris.Ex qua pictura ſpem capit de Tyrijs Æneas, nā quum tantam turpitudinē Achillis depinxerint:notū erat, ꝙ non plus gręcis,q̄; Troianis fauerent:quū de Troianis nihil turpe:ſed multa miſeratione digna depicta videret:cuiuſmodi ſunt Rhœſi, per inſidias mors,Troili raptus: Hectoris tractus: & eius corporis venditio:& Priami hæc omnia cernentis,& aurū offerentis miſera contēplatio.Vñ ſequitur.Tum vero.i.ꝓcipue tunc:Æneas,ſup. dat ingentē gemitū ab imo pectore.vt.i.poſtq̄; conſpexit ſpolia, aut quibus Hector pauloantē alios ſpoliauerat: legitur.n.dum exuuias regi detraheret ab Achille dolo intercęptus,quū ſint qui Achillen ab Hectore occiſum dicant:aut qbus Hector ſpoliabat, ab Achille quaſi paria faciēte, nā pauloante redierat Hector eius ſpolijs indutus.Vnde dicitur in.ij.Hei mihi qualis erat,quantum mutatus ab illo Hectore: qui redit exuuias indutus Achillis: Et vt cōſpexit currū & corpus amici.ſ.Hectoris:nam propter affinitatē(duxerat.n.ſororē eius Creuſam:propter paria ſtudia,& parē virtutē in bello, erat Æneas Hectori ꝓcipua amicitia deuinctus)& vt cōſpexit Priamūtendentē.i.protendētē,& ꝓbentē manus inermes,dū.ſ.aurū ꝓ corpore Hectoris daret.Et Æneas agnouit:quoq;.i.ēt ſe permixtū.i.implicitū ꝓncipibus.ſ.viris Achiuis i.gręcis,qbus cum cōgredi ſolebat,& agnoſcit acies Eoas.i.orientales,à Tithono & aurora,cū Memnone miſſas:& arma.ſ.à Vulcano fabricata:Mēnonis nigri:qa ex Æthiopia,vbi nigri generātur hoīes:Pēthesilea,regina illa Amazonidū:furens.ſ.Martio furore,& fœminea ira:ducit.ſ.in alia parte picturæ: agmina Amazonidū.i.illarū mulierū(de qbus Landi.dicit ſic.Hoc genus mu- Amazones.

lierum

ſierum apud Thermodoontē fluuium fuiſſe, teſtatur Diod. quæ ſimul cum viris bellicas artes tractabāt: itaq; quædam ex his regia poteſtate potita, robore aūt inſignis, exercitum mulierū inſtruxit & multas gentes debellauit. Qua fortuna elata, ſe è Marte genitam dixit: legéq; tulit, vt viri muliebria: mulieres virilia exercerēt. Ipſoſq; viros vt imbelles redderet cruribus brachijſq; inutiles reddidit. Mulieribus aūt dextrā mamillam, vt in pugna expeditiores eſſent, inuri iuſſit: A qua re Amazones appellatæ ſunt. Vrbem quoq; Themiſcyram, iuxta Thermodoontis oſtia, condiderunt. Fuitq; florētiſſimum illarum imperium, donec tandem Hercules ab Euriſtheo miſſus, & vt baltheum illarum reginæ referret iuſſus, illas collatis ſignis ſuperauit. Hippolytéq; reginam captiuā abduxit. Quo conflictu ita extenuatæ earū vires ſunt, vt à vicinis deinde populis vexatæ pene ad nihilū redierint.
Pētheſilea. Paucis tn̄ annis poſt victoriā Herculis Pētheſilea quæ earum reliquiæ erant, reginæ cōſanguinea cæde polluta, exulans, ꝓ Troianis pugnās, ab Achille interfecta eſt. Hæc Diodo. Herodo. aūt ſcribit, victas Amazonas, nauibus à græcis impoſitas: verum illas quū altū tenuiſſent, viros à quibus ducebantur interfeciſſe, & in Scythia nauigando, ad fontes vſq; Mæotides delatas, primū ad Scythas liberos: deinde ad Māgones perueniſſe, cū quibus poſt prelia coiere: & cū maritis Tanaim tranſiere: atq; inde natos fuiſſe Sauromatas, quorū mulieres ex inſtituto parentū, bellica exercent. Amazones aūt à Scythis dictę ſunt Eorpatę. i. viricidę. Nam eorum lingua, eor, virum, & pata, interficere ſignificat. Longum aūt eſſet ſcribere quæ à Strabone dicuntur. Qui aūt geſta Alexandri ſcribunt, illum cum Taleſtria Amazonum regina concubuiſſe volunt. Hæc ille.) Ducit dico agmina Amazonidum. i. Amazonibus progenitarū: peltis. i. ſcutis breuibus: lunatis: aut lunis depictis, aut in formam lunę conciſis: & ipſa ardet. i. ardenter irruit aut fulminat. in medijs millibus. ſ. græcorum, ſubnectens bellatrix. i. quū eſſet bellatrix, mammæ exertæ. i. interciſæ: ab ex & ſero, fit exero: vn̄ frequētatiuum exerto. ſed s deponitur, quia x, præcedit: cingula aurea. i. balteū pulchrum, aut reuera aureum: & audet virgo. i. quum ſit iuuēcula & fœmina, concurrere viris. hoc aūt pinxiſſe putari poſſunt Tyrij in gratulationē reginæ ſuę: de qua dictum eſt: Dux fœmina facti.

PIERIVS.

¶ Lora tenens tn̄.) In codi. aliquot, tenet, eſt: ſed tenens, participium, caſtior eſt lectio: quam etiam agnoſcit Fab. Quintilianus, ℣ Crinibus Iliades paſſis.) Vetuſti aliquot codi. ſparſis, habēt: ſed ea forte paraphraſis fuit: quū paſſis, in emēdatioribus habeatur, Quāquā etiam in Liuiano codi. veteri. lib. vij. prima Dec. Crinibus ſparſis, legitur pro paſſis: vt in vulgatis habetur. ℣ Se quoq; principibus permixtū agnouit Achiuis.) Inualuit iampridē vſus vt miſtus, per ſt, ſcribatur: quum tn̄ in codicibus omnibus antiquis, vno conſenſu, ꝑ xt, ſcriptum inueniatur, ꝑmixtū. Præterea in Ro. cod. agnoſcit eſt præſenti tꝑe, quod non diſplicet: quia ſpectaculū eſt in actu. Quod vero Seruius, proditionem ex hoc latēter tangi putat, oēs naris emunctioris viri, eam reijciūt opinionē. Quippe, quod honeſtius, & magnificētius eſt ītelligere, Æneā ſe quoq; agnoſcere permixtum, in acie, vel in pugna, in conflictu procul à ſuis, in medio græcorum globo. Quam ſnīam Ti. Donatus ſequi videtur, dum ait, verſum hūc ad illam propoſitionē ꝑtinere, quia dixit. Sunt hic etiam ſua præmia laudi. Nam qui ita ſe pictum aduertit, vt principibus Gręcis mixtū eſſe cōſtaret, vtiq; glorioſum



glorioſum fuit cateruas hoſtium, & cõfertos primorum cuneos, non timuiſſe. Verum hæc in vulgatis codic. improbe detruncata ſunt. ¶ Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ.) Vidi ego codi anti. in quibus non exertæ, ſed exſectæ: ſcriptum ſit: aliena vero manu exertæ factum, ſed enim vulgatam lectionem agnoſcit Seruius, & exponit nudatæ. Eandem ſententiam Ti. Donatus latius interpretatur: quæ, quoniam in impreſſis codicibus curta ſunt, recitare non pigeat. ait enim tanta autem fiducia venire videbatur, tantumq; ardere in bellum, vt quod ſecretum eſſe, virginibus ſolet, illa offerret videntibus, ſcilicet, quum exerta papilla pugnaret. pertinet hoc etiam ad præliantis audaciam, vt pugnaret fœmina, nec munimine tegeretur armorum.

Hæc dum Dardanio Æneæ miranda videntur,
Dum ſtupet, obtutuq; hæret defixus in vno,
Regina ad templum forma pulcherrima Dido
Inceſſit, magna iuuenum ſtipante caterua.
Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros, quam mille ſequutæ
Hinc atq; hinc glomerantur Oreades: illa pharetram
Fert humero, gradienſq; deas ſupereminet omneis.
Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.
Talis erat Dido, talem ſe læta ferebat
Per medios, inſtans operi, regniſq; futuris.
Tum foribus diuæ, media teſtudine templi
Septa armis, ſolioq; alte ſubnixa, reſedit.
Iura dabat, legeſq; viris: operumq; laborem
Partibus ęquabat iuſtis, aut ſorte trahebat.
Quum ſubito Æneas concurſu accedere magno
Antea, Sergeſtumq; videt, fortemq; Cloanthum,
Teucrorumq; alios, ater quos æquore turbo
Diſpulerat, penituſq; alias aduexerat oras.
Obſtupuit ſimul ipſe, ſimul perculſus Achates
Lætitiaq;, metuq;, auidi coniungere dextras
Ardebant, ſed res animos incognita turbat.
Diſſimulant, & nube caua ſpeculantur amicti,
Quæ fortuna viris, claſſem quo littore linquant,
Quid veniant, cuncti nam lecti nauibus ibant
Orantes veniam, & templum clamore petebant.

SERVIVS.

¶ Obtutuq;.) Aſpectu. ¶ In vno.) In vnoquoq;: hoc eſt ſingula mirabatur. ¶ Forma pulcherrima.) vt, Pulchra ꝓle. ¶ Stipante caterua.) Ad hoc tantum ſequẽs pertinet comparatio: quam vituperãt multi: neſciẽtes exempla, vel parabolas vel comparationes aſſumptas, non ſemper vſquequaq; cõgruere: ſed interdum omni parte, interdum aliqua cõuenire. ¶ Eurotæ ripis.) Fluuij Laconiæ. ¶ Cynthi.) Montis Deli, ĩ quo nata Diana memoratur. ¶ Exercet Diana choros.) Hoc nõ ad comparationẽ pertinet: ſed eſt poeticę deſcriptionis euagatio. ¶ Mille.) Finitus numerus pro infinito nam de nympharum numero varia ẽ opinio. ¶ Oreades.) Nymphæ montium Oreades dicuntur: ſyluarum, Dryades: q̃ cum ſyluis naſcuntur, Amadryades: fontium, Napeæ vel Naiades: maris vero Nereides. ¶ Tacitum.) Maior.n. eſt taciturnitatis affectus: vt ſupra, Hæc ſecum. Sic Terẽtius, Vt mecũ tacita gaudeã. ¶ Pertentant.) Modo vehementer tẽtant. Alibi, leuiter: vt, Blãda viciſſim gaudia ꝑtentant mẽtem. Sunt.n. multa quæ pro locis intelliguntur: vt impotẽs, & ſatis & minus, & nihil potẽs ſignificat. ¶ Inſtans operi.) Zeugma eſt ad ſequẽtia ꝑtinens. ¶ Regniſq; futuris.) Regnaturæ Carthagini. ¶ Tum foribus Diuæ.) Inſtans præcipue foribus, & hoc loco diſtinguendum eſt. Magno.n. ſtudio & labore tẽplorum fores fiebant, quas quibuſdam inſignibant hiſtorijs: vt, In foribus letũ Androgeo. Itẽ, In foribus pugnam ex auro ſolidoq; elephanto quãuis quidam iungãt Tum foribus diuæ media teſtudine tẽpli: Vt vnum intelligas tectum tẽpli, & fores. quod ſi eſt, ſub medio tecto ſunt fores. Sed prima melior eſt expoſitio. ¶ Teſtudine.) Camera obliqua: quæ ſm eos qui de ratione ſcripſerunt tẽplorum, ideo ſic fit, vt ſimulacro cœli imaginẽ reddat, quod conſtat eſſe conuexum. ¶ Septa armis.) Satellitum.ſ. ¶ Solio.) Soliũ propriẽ eſt armarium vno ligno factum, in quo reges ſedebant propter tutelam corporis ſui: dictum quaſi ſolidũ. Modo iam abuſiue ſellam regalem intelligimus. ¶ Alte.) Acſi diceret in tribunali. ¶ Subnixa.) Pro ſubniſa: vt ſupra dixim⁹. ¶ Iura dabat, legeſq;.) Ius gñale eſt: ſed lex, iuris eſt ſpẽs. Non eſt ergo iteratio: ius, ad non ſcripta ẽt ꝑtinet: leges, ad ius ſcriptum. Quod aũt dicit iuris; ad Didonis ꝑtinet laudẽ. ¶ Sorte trahebat.) Proprie locutus eſt. trahuntur.n. ſortes, hoc eſt educuntur. ¶ Concurſu accedere magno.) Cum magna Afrorum multitudine, & hoc eſt quod formidat Æneas, incertus qua eos mente comitẽtur. ¶ Diſpulerat.) Segregauerat. Et magna eſt inter Di & Dis differẽtia, vt dictum eſt ſupra. ¶ Penitus.) Longe à regina remotos: quæ res etiam inſolentes cuſtodes littorum facit. ¶ Obſtupuit.) Et ad admirationẽ, & ad timorem hic pertinet ſermo, quo dicẽda præoccupat. ¶ Lætitiaq; metuq;.) Lætitia, propter ſocios liberatos: metu, propter concurſum. ¶ Ardebant.) Cupiebant: vt formoſum paſtor Corydon ardebat Alexin. Ardeo aũt & accuſatiuum regit & ablatiuum. ¶ Res incognita.) Hoc eſt qua affectione Pœnorum populus conueniret. ¶ Diſſimulant.) Diſſimulamus nota: Simulamus ignota: vt Salluſtius, Simulator ac diſſimulator. ¶ Quæ fortuna.) Vtrum proſpera an aduerſa. ¶ Cunctis nam lecti nauibus ibant.) Bñ addidit lecti, ne penitus omnes intelligeremus: Nonnulli tamẽ lectis nauibus legunt. Quod ſi ſit, hypallage eſt: & illuc ſenſus recurrit. Et ſciendum plerunq;, vt hoc loco, addi aliquid gñalitati, & fieri ſpãlitatem: vt eſt ſi dicas, Omnes ſcholaſtici laborant, gñalitas eſt. ſi addas iſti, fit ſpecialitas: vt Salluſtius, Tran ſgreſſos omnes recępit mons Balleia. prudẽrer addidit trãſ ſgreſſos. ¶ Orantes veniam.) Pacẽ, propter incendium nauium. & proprie verbũ pontificale eſt. vñ eſt, Tu modo poſce deos veniã. Et paulo poſt: Pacẽq; per aras Exquirunt. Dicta aũt venia ad eliciẽdum miſericordiam. Meretur.n. beniuolentiam numinum, qui licet innocens ſit, veniam tanquam peccauerit petit. vñ eſt cõfeſſio illa in Terẽtio, Quid meritus es? crucem.

ASCENSIVS.

¶ Hæc dum &c.) Dictum eſt ꝙ reginã opperibat, atq; expectabat Æneas, quam vẽturam certis indicijs norat, aut quia ſolium eius ornari: aut mundum muliebrẽ afferri viderat: nunc igitur deſcribitur aduẽtus reginæ, quæ ad templum venerat, ius datura: cuius dicẽdi conueniens videtur hora: quia dictum eſt Æneam abijſſe à ſuis, vt primum lux alma data eſt: eundo aũt & loquendo cum Venere, & ingrediendo ciuitatẽ, templumq; conſpiciendo, forte tr ſs horas abſumpſerant. Et ſiqs dicat non veriſimile, non plus ſpatij fuiſſe inter naues Æneæ & vrbẽ: quum nihil de ea viderẽt: dicere poſſumus ad hoc, dictum eſſe collẽ fuiſſe medium. qui plurimus vrbi ĩminet: quẽ Æneas ſuperare debuit, priuſquã vrbem videret. Et ſi quis dicat aliquanto plus moræ fuiſſe, priuſq; Dido aduenerit, id non magnopere inficias iero: dummodo ſat temporis quo ea quæ poſtea facta ſunt fierẽt, concedat. Sed audiamus Donatum, cuius verba ſunt. ¶ Hæc, dum.) Nõ ſola hæc fuerant picta: ſed aduentus reginæ interrupit, ne reliqua conſyderare poſſet. Eſt aũt vna res quadripartito poſita, breuiſſime dicta. Nã vt eſt ſummi oratoris, res breues late diſſerere: ita & latitudinẽ coercere. ¶ Regina ad tẽplũ.) Et quia regina. i. ꝓcuratrix negotij publici, & quia ad tẽplũ accedebat, merebatur excuſationẽ, ꝙ publice mulier iuuenis, ſe viris admiſceret. Religio ergo & neceſſitas impulit: vt tẽpli opera inſpiceret. ad maturandum artifices cogeret. ¶ Latonę tacitum.) Occaſione comparationis expreſſit poeta: quam læti ſint parentes ſucceſſibus filiorum. ¶ Inſtans.) Vna cura teſtabatur religionẽ perficiendi templi. Altera, temperantis iuſtitiam oſtendebat. ¶ Lætam.) Ex ſucceſſu rerum. ¶ Tum foribus. d. m. t. t. Septa ar.) Niſi ordinato ſenſu quæratur intellectus: non poterit comprehendi. Erit ſatis incertum quid poeta deſcripſerit. neſciret qppe vbi ſederit Dido, & vbi armis ſepta ſit. Ordinamus ergo ſic: Tum foribus diuę Septa armis, media teſtudine tẽpli, Solioq; alte ſubnixa reſedit. Quomodo eſt iudiciorum omnium conſuetudo. Ducuntur iudices vſq; ad fores ſecretarij ibidẽq; officiũ remanet. Illi vero ingreſſi ſolium aſcẽdunt & ſedẽt. Oẽs igitur, qui progredientẽ comitabantur reginã, inermes erant, & armati añ fores remãſerũt. Illa ingreſſa, vbi ad mediam teſtudinẽ. i. ad mediam aram ꝑuenit, aſcẽdit ſolium, & alte ſedit. ¶ Iura dabat.) Meritum reginæ. Non.n. tot viri, fœminæ paruiſſent, niſi quia egregiæ in ea, virtutes

tutes eſſent, ſed ſpăliter ponit: Iura dabat, legesq́ꝫ viris. Quod non eſt exponendum imperat: ſed conſtituebat iura. Præcipua ergo laus, quum ſcriberet leges, & iura, quia acquieſcebant viri iuſſis fœminæ. Quum aũt à publicis conſultis, ad operam veniebat, oſtendebat æquitatem ſuam, & in conſulendo, prudẽtiam. ⸿ Partibus æquabat iuſtis, aut ſorte trahebat.) Quæ æſtimatione iuſtitiæ æquari poterant, diſtribuebat. Quæ aũt natura ſua ad plenum æquari non poterant, ſortis iudicio dabat, vt qui grauius onus ſubiret, fortunam ſuam, non reginam, accuſaret. ⸿ Antea, Sergeſtum.) Eſt adimpletum quod mater de ſaluis ſocijs dixerat. ⸿ Diſſimulant.) Conſilium prudẽtiæ, vt euentum rei ſpectarent. ⸿ Quæ fortuna.) Quam euaſerant, & quam eſſent accæpturi. ⸿ Cuncti.) Non abſolute. Nam quum veniſſent lecti, non

Orare. omnes venerant: ſed cuncti qui venerant. ⸿ Orantes veniam, &

Clamarẽ templum clamore petebant.) Non conueniunt. Nam orare, eſt precibus petere. Clamare, eſt in verecundo ſtrepitu, vocem maiorem emittere. Conijciebant igitur clamoribus, magna illos vrgeri neceſſitate. Hos effundebant, antea quàm Didonem orare poſſent. Ergo iuſta cauſa, & nõ ſeditione clamabant. Nam quum nullus nunciaret Didoni; quæ intus erat, non poterat niſi clamore, rem percipere Dido. Sed poſtquam intus fuere, ſeruatum eſt

Ordo. decorum in verbis, quum facta ſit copia Didonis. ¶ Ordo eſt. Dum hæc, ſcilicet quæ depicta dixit, videntur Æneæ Dardanio.i. magnanimo, & Dardano ſimili: miranda.i.admiratione digna: dum ſtupet, & hæret defixus in vno obtutu, ideſt aſpectu (quod illi indecorum non fuit: quia nouit ſe non videri ab alijs. vñ dicetur; Diſſimulant, & nube caua ſpeculantur amicti.) Dido regina, pulcherrima forma.i.per formam (eſt enim pulcherrima, nominatiui caſus, & forma, ablatiui.) inceſſit ad templum: & hoc magna caterua.i.magno cœtu: iuuenum ſtipante.i.condenſe comitante. Qualis Diana exercet choros.i.choreas in ripis Eurotæ, fluuij illius in Laconia: aut per iuga, ideſt partes illas ſub vertice Cynthi.i.illius montis, in Delo vbi nata, & vnde Cynthia dicta eſt: quam.ſ.Dianam, venatricum deam, mille Oreades.i.montium nymphæ: ſequutæ.i.inſequentes: glomerantur.i.in morem glomeris, circumeunt hinc, atqꝫ hinc.i.vtrinqꝫ. Illa.ſ.dea: fert humero pharetram.i.ſagittarum, quibus in feras vtitur thecam, & gradiens.i.incedẽs ſupereminet omnes deas, ſupp.reliquas: gaudia.i.lætitiæ intrinſecæ: pertentant.i.afficiunt titillatu quodam pectus tacitum.i.intima præcordia. Latonæ.i.illius deæ matris Apollinis, ſeu Phœbi, & Dianæ. Talis erat Dido, (poſſet ordo incipi ſic: Dido erat talis, qualis Diana exercet, &c. tacitum aũt pectus dicit, aut tacens, aut occultum, quia intimum.) & ipſa læta ferebat inſtans operi ſe talẽ.i.longe ſupereminentẽ: per medios: aut inſtans operi per medios, quaſi omnium manibus operans, & inſtãs regnis futuris.i.regijs domibus: aut ciuitati ceteris olim dominaturæ. Tum.i.deinde poſtquã per tranſitum cohortata eſt ad opus perficiẽdum: ipſa ſæpta.i.circundata: armis.ſ.ſatellitum: reſedit.i.locum ſedendi cæpit: in, ſupp.foribus.i.veſtibulis diuæ, i.tẽpli Iunonis: in media teſtudine.i.conuexitate templi: hoc eſt, camera incurua, quæ erat in medio tẽpli. (Sed quæſtio eſt, quomodo dicatur conſediſſe in foribus, & in medio templi: verum multiplex eſt conſtructio. Nam Donatus ſic diſtinguit: tum ipſa ſæpta armis in foribus diuæ.i.armatis ſtantibus in foribus diuæ, (non.n.armati ingrediuntur templa, aut fora, vbi iura dicuntur: ſed foris inſtant.) reſedit in media teſtudine templi: ſubnixa alte ſolio. Ser. aũt vult duplicẽ eſſe conſtructionem: priorem ſic:) inſtat opi: inſtat regnis futuris, tum.i.præcipue inſtat foribus diuę, quaſi dicat, cum opi & regnis futuris: tum foribus diuæ inſtabat, (ſed quomodo media teſtudine tẽpli reſedit, ſi nondum eẽnt fores perfectæ?) poſteriorem ſic: foribus diuæ.i.media teſtudine tẽpli: vt vnum intelligas tectum templi, & fores: ſed primum (inquit Seruius) eſt melius, vbi diceret Valla, prius eſt melius, aut prior conſtructio melior. verum (vt ad ſnĩam reſpiciam) iudicio meo, bona eſt ſnĩa Donati. Poſſet tamẽ ſic dici, vt intra tẽplum vbi populi contemplabantur: vñ teſtudinatum fiebat: vt cœlum repræſentaret: eſſent fores diuæ: hoc eſt ſacelli, aut adyti diuæ: & vt Dido pro foribus diuæ in media teſtudine templi reſederit: & quaſi dea authore in conſpectu eius, ius dixerit ſtantibus in templo: quum ſatellites in veſtibulis ſtarent: & forte circum ſolium, formidoloſę.n.ſunt mulieres: & pręcipue timẽdum erat Didoni; quæ & Iarbam, quem defraudauerat, & in cuius ditione noua regna moliretur & fratrem Pigmalionem: & populi inconſtantiam, vereri poterat. Dicamus ergo ſic: Tum.i.deinde regina ſępta: armis.ſ.ſatellitum ſtantium circum ipſam, reſedit alte, vt ab omnibus conſpici poſſet in ſolio.i.ſede regia: ſic dicta: quod ex ſolido.i.integro ligno, aut lapide fieret, ne quis inſidias moliretur, eamq́ꝫ tyranni inuenerunt: reſedit, dico, in media teſtudine tẽpli, in foribus diuæ. Aut nouiſſimo loco dici põt, poetam voluiſſe ſeruaſſe ordinem quo ingreſſa eſt. Nam primo, ingreſſa eſt, fores diuæ.i.totius templi: ſecundo, peruenit ad mediam teſtudinem templi: & tertio, illic reſedit alte in ſolio: ita, vt ſolium intelligatur in templo fuiſſe: & templum, penitius quàm fores, quæ quia foris ſunt dicuntur. Et dabat.i.pronunciabat, & dicebat iura, & leges viris.ſ.quum ipſa eſſet mulier, quod ſummopere in eius laudem vergebat, & æquabat.i.æqualiter condiuidebat, laborem operum, ſcilicet publicorum: iuſtis partibus.i. proportionibus, quas quenqꝫ iuſtum erat accæptare, & gerere, aut ſi partibus diuidendis dubium erat: quum viri, & merita eorum æqualia cenſeri poſſent: & labores inæquales trahebat ſorte.i.faciebat eos per ſortem partes laborum accæptare, ne cui iniuria ſit: dabat inquã leges, & iura, tum quum.i.quando Æneas videt Antea, virum illum (vñ Seruius prius expoſuit illud: Antea ſi quem iactatũ, vento videat: de hoc viro non inepte.) & Sereſtum, & Cloanthum: & alios Teucrorum.i.alios Teucros: ergo & hi Teucri erant: quos ater.i.caliginoſus, turbo.i.motus, & conturbatus, ſeu conturbatio vẽtorum. Diſpulerat.i.in diuerſas partes pepulerat: toto æquore: & quos turbo aduexerat (tñ vt videre eſt, reduxerat: aut ipſi ſe) penitus alias oras.i.regiões; ipſe ſ.Æneas princeps: obſtupuit, quod eos quos ſic diſpergi viderat; videre potuit: quocirca licet ſuperius matrẽ appellauit, ſugiẽtẽ, non ſciuit, tñ certo matrem eſſe: quia dictum eſt: Et vera inceſſu patuit dea: non tñ patuit omnino Venus, ſed Æneas ſuſpicabatur Venerẽ: quòd quia non certo ſciebat adhuc, timuiſſe dicitur: nec in ea quæſtione fortiora ſunt obiecta purgatis, quod tñ illic Seruius ſentit: & hic obſtupuit Æneas, qui ſi matrẽ omnino crediſſet, quæ ſe augurij peritam ſignificauerat, & ſocios reduces nunciauerat: modo non ſtupuiſſet, quod prius futurum certo ſciuiſſet. Attendendus eſt ergo animus poetæ, nec temere cenſendus. ſimul.i.pariter: & Achates comes eius, obſtupuit ſimul.i.vno impetu: quia tanto miraculo fuit res, vt ſimul obſtuperent: ſed dicitur Achates pculſus, ideſt attonitus: aut perculſus ſtupore: quod Æneæ non competit: qui vir prudens, & aduerſa, ſine animi pculſione tolerare potuit, & læta conſpicere. Nam non minus exanimaſſe legũtur, lęta, q̃ꝫ aduerſa: ſed illa pręcipue mulieres, hæc viros. obſtupuit ergo Achates pculſus, & lætitia: propter eorũ liberationẽ, ac ſalutẽ, & metu: propter concurſum, qui aliquid mali pręſe ferebat: ipſi aũt ambo auidi.i.cupidi, coniungere dextras ardebant.i.vehementer cupiebant: ſic tñ vt affectioni, ſeu paſſioni dominarentur: vñ ſequitur: ſed res incognita.i.quia neſciebãt, quid ſibi ille concurſus vellet? & cur ſic concurrerent? turbat animos.ſ.Æneæ, & Achatæ: & ideo diſſimulant.i.ſimulant ſe non vidiſſe ſocios. & ipſi amicti, nube caua.i.aere circunſepto ſpeculantur.i.quaſi ẽ ſpecula.i.altiore loco, vñ tute proſpicere poſſint: proſpiciunt: quæ fortuna, ſupp.ſit viris.ſ.ſic concurrẽtibus: quo littore linquant, pro liquerant claſſem: aut linquant.i.liquiſſe velint: quid.i.ad quid veniant, pro veniebant. aut ſe veniſſe velint: nam cuncti ibant lecti.i.delecti: aut ex ordine nauibus.ſ.ſuis, ſub auditur de, more poetico: orantes.i.implorantes, veniam.i.gratiam & miſericordiam, vt liceat in aliena terra, tantiſper conſiſtere, dum claſſem reficiant, ac dominum quęrant, & petebant templum.ſ.Iunonis à Didone conſtructum, clamore.ſ.magno. Poſſet intelligi cõcomitantiam notans: vt ſit, petebant tẽplum cum clamore.i.ſimul clamabant: ſed magis propria eſt ſignificantia, & vehemẽtior, ſi caſus inſtrumẽtalis intelligatur: vt ſit, petebant tẽplũ clamore: quia clamorẽ pręmittebant, qui tẽplum concuteret, vehemẽtia aeris pcuſſi, priusq̃ꝫ adeſſent: nam verbum à verberando dictum volunt, ꝙ ex aere pcuſſo, ictu linguę generatur. Itaqꝫ & pedibus, & clamore petebãt tẽplum: de qua re ſatis ſubtiliter diſſerit Donatus: vt viſum eſt.

PIERIVS.

¶ Magna iuuenum ſtipante caterua.) In Romano codi. legitur comitante, non ita in alijs: plus tamen eſt, ſtipante, quia maiorẽ indicat comitum frequẽtiam. ⸿ Gradiẽsq́ꝫ deas ſupereminet omnes.) In Romano codi. & nonnullis alijs antiquis legere eſt, Dea ſupeminet omnes, vt dea ſit κατεξοχὴν. Nam ipſe locus ſyllabam omnino cõmunẽ reddit, cæterum hoc in medio ſit. ⸿ Solioq́ꝫ alte ſubnixa reſedit.) Vetera quædam exẽplaria, alto, legũt, vt in.xj. Solio rex infit ab alto. In codicibus tamẽ pbatioribus, Mediceo, & aliquot alijs, alte, aduerbium eſt, quam lectionẽ interpretes agnoſcũt, pręcipueq́ꝫ Donatus, qui ait, Vbi ad mediam teſtudinem templi. hoc eſt ad mediam areã, peruenit, aſcẽdit ſolium,

lium,quod ipſius cauſa fuerat collocatum,& primum alte conſurgens,ſedit. Penitusq; alias aduexerat oras.) Vt miſſum faciam adduxerat,quòd in vno tantum codice repertum minime placet Mediceus,& reliqua fere omnia exemplaria,quæ tractaui,abuexerat,aut auexerat,vno conſenſu legunt,erant enim duo Troiani,qui fuerant, in diuerſum abacti. Obſtupuit ſimul ipſe ſimul perculſus Achates.) In Oblongo codice,& quibuſdã alijs, obſtipuit,habetur,ita ſuperius dum ſtupet,& paſſim eodem modo,quòd verbum à ſtipite,nonnulli deductum volunt, mutato tamen tempore, vſú vero ceſſiſſe,i in u,vt ex contimaci,contumax factum,& huiuſmodi pleraq;. Sed & percuſſus in Romano,in Mediceo,& pleriſq; alijs codicibus antiquis,& hic,& alibi ſemper habetur,quàuis grammatici differentiam,inter perculſum,& percuſſum ſtatuant. Cunctis nam lecti nauibus ibant.) In Romano codice,& in Mediceo cuncti,nominatiuo caſu legitur,éamq; lectioné interpretes agnoſcunt,Seruius,& Donatus.

Poſtq̃ introgreſſi,& coram data copia fandi,
Maximus Ilioneus placido ſic pectore cœpit.
O regina,nouã cui condere Iuppiter vrbé, ILIONE.
Iuſtitiaq; dedit gentes frenare ſuperbas,
Troes te miſeri,ventis maria omnia vecti,
Oramus,prohibe infandos à nauibus ignes,
Parce pio generi,& propius res aſpice noſtras.
Non nos aut ferro Libycos populare penates
Venimus,aut raptas ad littora vertere prædas.
Non ea vis animo,nec tanta ſuperbia victis.
Eſt locus,Heſperiam Graij cognomine dicunt,
Terra antiqua,potens armis,atq; vbere glebæ,
Oenotri coluere viri,nunc fama,minores
Italiam dixiſſe,ducis de nomine gentem.
Huc curſus fuit.
Quum ſubito aſſurgens fluctu,nymboſus Orion
In vada cæca tulit,penitusq; procacibus auſtris,
Perq; vndas ſuperante ſalo,perq; inuia ſaxa
Diſpulit.huc pauci veſtris adnauimus oris.
Quod genus hoc hoím?quęue hũc tá barbara moré
Permittit patria?hoſpitio prohibemur harenæ:
Bella cient,primaq; vetant conſiſtere terra.
Si genus humanum,& mortalia temnitis arma,
At ſperate deos memores fandi,atq; nefandi.

SERVIVS.

Maximus Ilioneus.) Rebus omnibus maximus. Non enim aliquid addit:& nõ fine cauſa ipſum vbiq; inducit eloquenté,vt enim Homerus dicit, Phorbas pr̃ Ilionei ſemp Mercurio deo eloquentiæ fauente pugnauit: vt Horatius, Mercuri facunde nepos Atlantis. Merito ergo huic dat eloquentiam. Placido ſic pectore cœpit.) More ſuo vno ſermone habitum futuræ orationis expreſſit. O regina.) Secundum artem rhetoricam id ei dat, quod impetrare deſiderat. Nam eam per laudé, beneuolam reddidit. Iuſtitia.) bñ conſiderauit ſexum. Nec enim virtute dicere poterat. Frenare.) Continere: vt contra,Et Numidę infreni cingunt. Troes te miſeri.) Tacitis occurrit quæſtionibus: ne ad populationem veniſſe videantur, more qui tunc vigebat. Ventis maria omnia vecti.) Per maria:& eſt contra illud cur ad Africam venerint. Parce pio generi.) Quoties inuidioſæ ſunt præſentes perſonæ,rhetoricum eſt ad alias confugere?vt hoc loco confugit ad genus. Et propius.) Ideſt vicinius,ſcilicet vt tanquam victi accipiantur:non tales qualis Paris fuit in Spartæ expugnatione. raptuq; Helenæ, nam hiſtoriæ hoc habet veritas:non voluntate Helenam ſecutam, ſed raptam expugnata ciuitate: vnde & recipi meruit à marito. Tangit autem hoc latenter Virgilius illo loco: Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter. Populare.) Antiqui & populo dicebant,& populor: vnde eſt nunc populare:& populatq; ingétem farris aceruum Curculio. Nunc tamen paſſiua tantum vtimur declinatione. Non ea vis animo.) Argumentum ab impoſſibili,vt, Quid Troes potuere?Vis auté eſt poſſibilitas. Eſt locus.) Comparatione orbis totius, Italia locus eſt. Nam prouincia,locus non poteſt dici. Minus aũt eſt,q̃; vt Vrbs antiqua fuit. Heſperiã.) Heſperiæ ſunt duæ: vna quæ Hiſpania dicitur,altera quæ eſt in Italia. quæ hac ratione diſcernuntur,aut enim ſolam Heſperiam dicis,& ſignificas Italiam,aut addis vltimam,& ſignificas Hiſpaniam quæ in occidentis eſt fine: vt Horatius, Qui nunc Heſperia ſoſpes ab vltima. Et hæc eſt vera Heſperia ab Heſpero dicta,ideſt ſtella occidentali. Cæterum Italia, Heſperia dicitur à fratre Atlantis,qui pulſus à Germano Italiam tenuit:eiq; nomé priſtinæ regionis impoſuit,vt Higinus docet. Antiqua.) Nobilis:nec enim noua eſſe poteſt,licet primam terram ſuam eſſe dicant Athenienſes. Vbere glebæ.) Vber proprie eſt fœcunditas. Et bene Italiæ virtutem fœcunditatemq; collaudat:ne Africam petiſſe videantur. Oenotrij coluere viri.) Deeſt quam. Oenotria autem dicta eſt vel à vino optimo, quod in Italia naſcitur: vel, vt Varro dicit, ab Oenotro rege Sabinorum. Fama.) Subaudimus eſt. Minores.) Maiores & minores quoties de genere dicimus,numeri ſunt tantum pluralis. Italiam.) Italus rex Siciliæ ad eam partem venit, in qua regnauit Turnus:quam à ſuo nomine appellauit Italiam. Vnde eſt, Fines ſuper vſq; Sicanos. Non vſq; ad Siciliam (nec enim poterat fieri) ſed vſq; ad ea loca quæ tenuerunt Sicani, ideſt Siculi,à Sicano fratre Itali. Cum ſubito aſſurgens fluctu, nimboſus Orion.) Oenopion rex cum liberos non haberet, à Ioue, Neptuno & Mercurio, quos hoſpitio ſuſceperat, hortantibus vt ab his aliquid poſtularet: petijt vt ſibi concederent filios: Illi, intra corium immolati ſibi bouis vrina facta, prẹceperunt vt completis maternis méſibus ſolueret. Quo facto inuétus eſt puer: cui nomen ab vrina impoſitum eſt, vt ὀυρίων diceret. Quod Dorica lingua commutatum eſt: vt ου diphthongus in ο verteretur. Quòd aũt plerunq; prima ſyllaba breuis inuenitur, vt hoc loco, cũ ſit naturaliter longa: gręce rationis eſt. Nam detractio fit υ litere,& ο remanet breuis: quo modo οὔρεα τὲ σκιοέντα, ꝓ ὄρεα,& πόκισον,pro πόικσον. Et hoc quia aut ω eſt naturaliter lõga: aut ου diphthongus. Cæterũ ſi ſit in ꝓprio nomine dichronos, vt omnes latinæ ſunt; ꝓpriorum nominũ abutemur licentia, vt in artibus lectum eſt. Orion ergo poſtea venator factus, cum vellet cum Diana concũbere, vt Horatius dicit, eius ſagittis, vt Lucanus, imiſſo ſcorpione perijt:& deorum miſeratione relatus in ſydera, ſignum famoſum tépeſtatibus fecit. Veriſimilius aũt eſt à ſcorpione interemptum: quo oriente occidit. Sane magnitudine ſua multis oritur diebus: & ideo eius etiam apud peritos eſt incerta tempeſtas. Vnde dictum eſt, Cum ſubito aſſurgés, ad excuſationé non præuiſę tempeſtatis. Et multi ſuperfluo quærunt cur ortus commemoretur Orionis: cum ſit à Iunone immiſſa tempeſtas. Sed Ilioneus iſta non nouit, quæ à poeta ſupradicta ſunt, per muſam, vt diximus, cognita. Et conſtat numina, niſi inuenta occaſione, nocere non poſſe. Quod in omni ſuo opere Virgilius diligenter obſeruat. In vada cæca.) Incognita, latentia. Procacibus auſtris.) Perſeuerantibus. Et procax proprie petax eſt. Nam procare eſt petere. Vñ & proci petitores vocantur. Perq; vndas ſuperante ſalo.) Eleuato mari,& in vndas diuiſo, vt ſolet in tempeſtate. Salo aũt ab eo venit quod eſt ſalum ſali. Nam ſale tabétes, ab eo quod eſt hic ſal ſalis. Perq; inuia ſaxa.) Inuia.i.aſpera, immania. Vnde & paulo poſt Dido, Quæ vis immanibus applicat oris? Non.n.ſuos vituperat: ſed naturam littoris culpat. Adnauimus oris. Elegit verbum aptũ naufragio ad eliciédam miſericordiam: quàuis & de nauibus natat lectũ ſit: vt natat vncta carina. Quod genus hoc hominũ?) Rhetorice vituperaturus mores, non ad Didonem loquitur, ſed ad tertiam ſe cõfert perſonam. Hoſpitio prohibemur harenę.) Vt alibi, Littuſq; rogamus. Occupãtis eſt enim poſſeſſio littoris, vñ oſtenduntur crudeles qui etiam à communibus prohibeant. Primaq; vetant conſiſtere terra.) i. in littore. vt alibi: Tuq; ò cui prima frementem Fudit equum magno tellus percuſſa tridéti. Mortalia arma.) Mortalem poſſibilitatem. Sane arma etiam conſilia ſignificant: vt Quærere conſcius arma. Sed terret hoc loco latenter propter Siciliam. Nam & paulopoſt ait, Sunt & Siculis regionibus vrbes, cum vnam habeant, in qua Aceſtes regnat: ſed ad terroré vrbes dixit. At ſperate Deos.) Abuſiue timete: vt alibi, Hunc ego ſi potui tm̃ ſperare doloré. Cum ſperemus bona, timeamus aduerſa. Memores fandi, atq; nefandi.) Iuſti & iniuſti. Et bñ memores: quia etiam ſi non ſtatim puniant crimina, ſunt

na,ſunt tamen memores,vt Horatius,Raro antecedentem ſceleſtum deſeruit pede pœna claudo.

ASCENSIVS.

¶Poſtq̃ introgreſſi, coram data copia fandi,&c.) In hac parte habetur oratio Ilionei ſane diſerta,& elegans,vt Donatus intelligentibus adamuſſim probat:quæ Ilioneo competit,q̃ Phorbanti patri eius. Mercurius,qui deus facundiæ eſt,(vnde Hora. Mercuri facũde nepos Atlantis,&c.)in bello Troiano fuiſſe,ab Homero dicitur.Verba Donati ſunt.¶O regina.) Magna omnino arte ſcribit. Primo, principia ſumma breuitate ſubiungit, quæ tamen plurima neceſſaria continent:primo vero perſonam Didonis laudat:ſubtilẽ obiurgationem non omittit: & ipſa obiurgatione beniuolam reddit:inhumanitatem, & ſuperbiam reijcit in alios. Ipſam iuſtam dicit:ne eam lædat à qua auxilium poſtulat. Veniebat igitur incognitus ad incognitam,vnde ignarus omniũ cõiectura rimatur,quomodo aliqua laude illam ſibi beniuolam faciat.Suſpicione aũt debuit duci: quum homines impij eſſent: ipſam quoq; quæ imperaret iiſdem moribus eẽ:ſed de illis aperte dixit. Partem vero huius meliore ratione argumentandi correxit:tñ illam oblique tangit ex aliena.i.ex ſuorum reprehenſione confuſam. Collectis igitur contrarijs, omnibus componitur duobus verſibus,plena laudatio.O regina:à difficultate laus.Difficile eſt.n.fœminam regnare: nouam cui condere: alia magna laus,quòd fœmina faciat:q̃ difficulter viris euenire ſolet: duo ergo miracula.Primum regnat mulier:Secundum,condit vrbem: Addit tertium,vt regat homines:quibus natura parẽdi ſtudium denegauit.Et ſic oſtendit plenam Aphrorum feritatem.Mali aũt homines,non paribus,ſed contrarijs ſuperantur humanitate,ſcilicet regentis & voluntate. Quas in Didone fuiſſe colligit Ilioneus, qui vituperando incolas immanitatis,laudat eam,quam oſtendit humanitate complere, id ad quod alij impoſitis frenis impelluntur.¶Troes te miſeri,ventis maria omnia vecti,) Collecta ratione principiorum,quibus mores incolarum vituperat,& reginam laudat,purgat Troianos ne violẽtiam iuſte paſſi eſſe videantur Ergo,q̃ cito, & quàm euidenter expreſſit perſonam,& fortunam.¶Miſeri.) Per hoc oſtendit miſeros nihil audere poſſe,vel potuiſſe contra Didonem.¶Ventis vecti.) Ergo non ſponte venerant prohibere ſimili breuitate,ſummam petitiõis ponit iuſtam,& ſine præſtantis detrimento,quibus vel duriſſimus flectatur.Poſita aũt ſunt tria,ne incenderentur naueis, voluntatem,& neceſſitatẽ abeundi,& caſu veniſſe.¶Pio gñi.) Reus erit,qui pio nocebit: & maior noſtra eſt pietas,quòd illam natura ſanguinis ducti non cõſtricti,lege ſeruamus.¶Propius res aſpice noſtras.) Tertia petitio gñalis: vt quidquid ad commodum noſtrum ſpectat,præſtes. Quam rem honeſtius non ponendo, per ſpes amplexus eſt.¶Eſt locus.) Et locorum,& hominũ Carthaginis plena deformatio:ſed non aperta.Dicit ergo: Tendebamus in Italiã fertilem terram & potentem fortibus viris,& bonis. Itaq; non veniſſemus ad ſolitudines has,& ad feros homines: niſi tempeſtate coacti. Ergo,non eſt ſtudium in nobis violentiæ inferẽdæ. Deſcriptio aũt naufragij, mouet miſericordiam,& quum omnia, violentiæ quæ obijci poſſent, purgarit, retorquet inuidiam in calumniantes, vſus antiqua categoria. Dicit enim, nõ nos fecimus, ſed tui in innoxios violenti fuerunt pauci: & miſericordiam captat:& ſuſpicionem violentiæ remouet. Quod genus ſub querelis, & accuſatione Tyriorum,ſuam tenet laudem:nam qui alienos mores grauiter reprehendit, ab iis ſe alienum demonſtrat: adeo aũt diſplicent mores,vt mores non inueniat.Omnes.n.feros,immanitate vicerunt Tyrij. ¶Queue huc.) Cuius regionis eſt tam ſæua barbaries,quàm eſt tuæ. Nomẽ ergo qui eos appellaret,non inuenit.Exẽplum non reperitur,quod erat grauius:potuiſſent.n.defendi à ſimilitudine alterius gẽtis. ¶Hoſpitio harenæ.) Quid ergo faceret,ſi humano more, tectorum peteremus hoſpitium.¶Bella c.) Non patiuntur,ſed inferunt:nec leuiter p̃hibẽt,ſed bellantiũ more vtuntur armis.¶Prima terra.) Vel quæ prima naufragos cæperat poſt naufragium:& captat miſericordiam.Vel, prima.i.littus,quæ terra prima eſt è mari egreſſis: vt ſociet illud,Hoſpitio prohibemur harenæ. Quum aũt de Tyrijs conqueritur,ſimul conqueritur de Didone quæ illos regit.Deinde relicta hac ſubtilitate, aperte Didonem taxat.dum dicit, Temnitis & ſperate:& non, tẽnunt, & ſperant. ¶Ordo eſt. Poſtq̃, ſup ple Troiani illi, de quibus iam dictum eſt, Anteus.ſ.Sergeſtus, Cloanthus,& reliqui:introgreſſi.ſ.ſunt ad Didonem, vnde patet Æneam adhuc foris ſtetiſſe:ſed ingreſſus eſt poſt eos, vt ſine rei videret:& copia.i.facultas:fandi.i.loquendi:coram.i.in præſentia reginæ:data.i.conceſſa eſt, Ilioneus, maximus orator inter eos:

Ordo.

non maior tamẽ in cæteris: ſaltẽ Ænea,cœpit, ſupp.orare, ſic pectore placido.i.ſummiſſo, & humilis quale eſt placidis: O regina,cui Iuppiter dedit.i.conceſſit,quaſi dicat,quod nobis p̃miſſum,ab eo ſperamus duntaxat:condere vrbẽ:& frenare iuſtitia genteis ſuperbas:non.n.potuit de eis iuſte conqueri, niſi eas iniuſtas criminaretur:nec à Didone ſalutem, & malorum remedium ſperare,niſi eam iuſtam prędicaret. Prudenter ergo, vtrũq; dicit,& eos iniuſtos qui naufragos tam inhumaniter tractarent, & eam iuſtam quę eos iuſtitia frenaret. nos Troes miſeri vecti.i. tranſuecti: aut vecti,ſupp.per omnia maria: vt non ex inſtituto, aut deliberato animo illuc veniſſe: ſed violenter appulſos eſſe intelligat: oramus te prohibe igneis infandos.i.deteſtabileis, & nepharios: à nauibus.ſ.noſtris:parce gñi,ſupp.noſtro:pio.i.qui etiam à genere pij ſumus: & aſpice res noſtras, propius.i.circũſpectius,& cum maiore attentione,ac cõmiſeratione,quę ex pręcordijs procedit:vñ miſericordia dicta eſt. Aſpice inquam res noſtras.i.inſtitutum,& occœptũ noſtrum, quia nos non venimus (præteriti eſt tpis, prima longa, & ſecunda breui:quũ cõtra in p̃ſenti ſit.) aut populare.i.ad populandum,aut populatũ, hoc eſt ad ſpoliandum,populatim,hoc eſt,per ſingulos populos,penates.i.deos domeſticos,& theſauros: Libycos.i. Libycorum populorum:hoc eſt, ſuppellectilem,& theſauros eorum ferro.i.violentia armorum,ac graſſatione:aut vertere, idest vt auertamus prædas,ſcilicet pecoris & armentorum: raptas,ſcilicet à dominis ſuis:ad littora,ſcilicet maris,è quibus impellantur in naueis, vt auehantur: Ea vis.i.violentia:non, ſupp.eſt,animo,ſupp.noſtro,nec tanta ſuperbia eſt, victis.i.nobis,qui victi,& profugi ſumus:verum,vt ſcias.quid prætẽdamus,aut quo profectiſſimus. Eſt locus,ſupp.quẽ,aut quam Graij dicunt Heſperiam:cognomine.i.per cognomentum,ab Heſpero duce,aut ẽt à ſtella Veneris. (quaſi.iuſte innuat eam patriam ad Veneris progeniẽ pertinere.) Eſt inquã locus in Heſperia,quę eſt terra antiqua.i.nobilis:quum noua eſſe non poſſit:nam omnis terra, antiqua eſt: vnde addit, Potens armis, atq; vbere,ideſt fœcunditate:glebæ.i.terræ pinguis.(habet ergo ea quæ caput acris equi in Carthagine fore portẽdit:vt viſum eſt.) Oenotrij,ideſt viri ab Oenotro rege, qui ex Arcadia in Italiam venit (vnde Landinus: ex Arcadia decem & ſeptẽ ætatibus,ante Troiam obſeſſam,nauigauit Oenotrus, Lycaonis filius:qui quintus erat ab Ægeo,& Phoroneo,qui primi in Peloponneſſo regnarunt:& venit cum ſuis in Italiam,non ſatis faciẽte ſibi in Græcia portione. Nam quum eſſent Lycaoni, viginti duo filij,in totidẽ parteis diuiſa erat Arcadia: venit & cum eo Peucetius,vnus ex fratribus:ſed Peucetius ſedes ſupra montes Iapigios cõſtituit:ab eoq; Peucetij ſunt nominati. Oenotrus aũt,quum maiori exercitu,in ſinum qui ex accolis Auſonijs, Auſon dicebatur,enauigans:non multam occupauit:eamq; Oenotriã vocauit:& populos Oenotrios:vt apparet in Sophoclis tragœdia Triptolemo. Si aũt Aboriginibus populis, Græca origo fuit,ſicuti Catoni,& Sempronio placet,Oenotri progeniẽ fuiſſe arbitrabor. Hæc ait Dionyſius Halycarnaſſeus:qui Oenotri progeniẽ ſic ponit: Ægeus,& Phoroneus,primi in Peloponeſſo regnarunt: Phoronea filia fuit Niobe, hæc ex Ioue, Pelaſgum peperit. Ægeo aũt,filius fuit Lycaon:& Lycaonis, Dyanira:ex ea vero & Pelaſgo:alter Lycaon,qui Oenotrium genuit. Sola aũt Oenotria (vt ait Strabo) Italia olim appellata eſt. Hæcille. Licet ergo Græci,vinum dicant Oenon,melius tñ ab Oenotro, Oenotriam dictam putabimus.) Oenotrij igitur viri, ab Oenotro producti, coluere,ſupp.hanc terram:nunc fama,ſupple eſt:minores, ideſt poſteriores:dixiſſe.i.denominaſſe: gentem Italiam,ideſt Italicam:aut denominaſſe Italiam, & gentem.ſ.Italicam: aut Italos:de nomine ducis.ſ.Itali:curſus fuit, ſupp.nobis inſtitutus: huc.i.ad hanc regionem:hoc eſt,ad Italiam (non igitur fuit Didoni iuſta querela, quum Troiani illinc abiret:quia id prædixerat.) fuit inquam curſus nobis huc.i.in hãc,quam memoraui, regionem,ſupp.tũc:quum.i.quãdo: Orion, ideſt ſydus Orionis:nymboſus,ideſt nubiloſus: & nubes colligẽs:aſſurgẽs fluctu ſubito, ideſt ex improuiſo nobis oborto: tulit nos in vada cæca.i.quæ videri nõ poterant.(Id aũt dicit neſcius, quid à Iunone actum eſſet (vt ſentit Seruius) aut quia non cõgrueret:etiam ſi ſciret id in templo Iunonis dicere: de Orione quoq;,ſic dicit Landinus, de Orione iam audiſtis Seruium. Alij tamẽ dicunt, quum Dianę ſe comitem in venatione dediſſet, & quum omnem feram ſuperare auderet: Terra eum,ſcorpio immiſſo,interemit. Diana in ſydus cœleſte tranſtulit, & canẽ ſuum ſyrum. Seruius alibi ait, hũc Oenopionis filium,habitum virum,immẽſæ ſtaturæ, & venatorẽ. Verum quum Oenopionis filiam violare vellet,ab eo luminibus

minibus priuatum,qui inde ab oraculo accæpit,ſi lumina recuperare vellet,per mare ita ad oriētē tenderet,vt ſinus oculorum ſoli ſemper opponeret:ſic ergo duce ſene ad Cyclopas acceſſit:& ab vno eorum humeris impoſitus,iuſſa oraculi peregit,& lumina recuperauit.Theodontius ait,eum Oenopiōis , Siciliæ regis, fuiſſe filium & à Venere,per quietē admonitum,vt eius quæ ſibi prima obuiam fieret , mulieris cōcubitum peteret : Surrexiſſeq; ex antro,ac ſororē Candiopeiam,quæ & ipſa venatrix eſſet , obuiam factam compreſſiſſe:ex ipſaq; Hypologum genuiſſe . Hic idē mox ob hoc exul factus , iubēte oraculo,vt in Oriētē tēderet cum Cādiope & filio,in Thraciam enauigauit:vbiq;,ſubactis incolis,Neptuni filius habitus eſt.Higin.aūt de cōfiguratione ſyderum,ait:illum ab inundatiōe aquarum,Græce,Orionem dici:ꝙ eius tpe,hyems habeat ortū,& mare,ac terras,tēpeſtatibus turbet, Latini eum iugulam dicūt,ꝙ fit,vt gladius armatorum,fulgore ſtellarum terribilis : qui ſi fulget,ſerenitatē : ſi obſcuratur, tēpeſtatē portēdit.Heſiodus,illum Neptuni filium,ait:à quo accæpit:vt mare,ita vt terram , perambulare poſſet . Hunc Oenopius,ob vitiatam filiam Meropē , excæcauit:ille in Lemnū profectus,& à Vulcano caballo accæpto,ad ortus ſolis perrexit : ac ab eo lumen recæpit,voluit vlciſci Oenopium:ſed quū ille à ciuibus ſuis occultaretur in Cretam profectus eſt : verum quū nullā ſe feram relicturum minaretur.Tellus indignata,ſcorpiū extulit, qui eum interemit:ſed à Ioue,ob virtutē ſuam , in aſtra relatus eſt.Habet aūt has ſtellas,in capite treis,ſed media eſt cæteris ſplēdidior:in ſingulis humeris,ſingulas claras,in dextro cubito,obſcuram vnam:in eadē manu,vnam:in zona treis:in gladio,quē manu tenet,treis:in ſingulis genibus,ſingulas.Hęc ille.) Quū igitur Orion nymboſus.i.ſydus Orionis,nymbos excitās , aſſurgēs ſubito fluctu,tulit nos in vada cæca:& diſpulit nos auſtris,penitus.i.omnino procacibus.i.pertinacibus : & improbe perſeuerātibus:quæ.i.ſimul per vndas,& hoc ſalo.i.mari,ſuperāte.i.ſe erigēte : & per ſaxa inuia.i.inter quæ nulli patet via . Quod.i.quale eſt hoc genus hominum . ve,pro vel:quæ patria tam barbara permittit hūc morē.ſ.naufragos perſequēdi:nos prohibemur hoſpitio harenæ.i.nō permittimur in harena,quæ omnibus communis eē debet,habere ſtationē,& modicum hoſpitari:ſupp.hi populi,cient.i.excitāt,& prouocāt bella.Ob cōſimilē.n.rem dicitur Troia prius deleta:quia,ſcilicet Herculi appulſo,cum Argonautis aquam recentē negaſſent : & vetant conſiſtere , terra prima.i. proxima mari: Si vos tēnitis.i.cōtēnitis,& vilipēditis,genus humanum.i.etiam ſi neminē mortalium formidetis,& ſi tēnitis,arma mortalia.i.à mortalibus illata,quę fragilia ſunt:at.i.ſaltē ſperate.i.timete:ſicut ēt à Iuuenale ponitur:aut reuera,quia duo dicit:quorum alterum ſperandum eſt bonis:alterum,timēdū malis,& in talibus meliori rńdemus,potius dixit ſperate,q̄; timete: nam boni debēt ſperare deos memores eē fandi.i.liciti,& digni: de quo plura dicātur:& mali timere deos memores eſſe nefandi: ſed quia potius voluit,vt Dido,pro fando.i.licito:pręmia ſperet q̄; pro nefando.i.illicito punitionē dixit:ſperate deos memores eē fandi,atq; nefandi,vt ſit dare cōcęptionē nedum in accidētibus,ſed etiam in rebus ſignificatis : ideo aūt minatur deos vltores,quia vt ſequitur,rex erat Æneas nobis,qui.ſ.deorum ſanguine cretus,& eorum obſeruantiſſimus ſemper eſt habitus.

PIERIVS.

❡Maximus Ilioneus placido ſic pe.cœ.)Dicerē ſcribēdum maxumus ex antiquis codicibus , & Auguſti Octauiani conſuetudine,niſi nūc mos adeo inualuiſſet,vt iam oēs malint huiuſmodi nominum,pene vltimam enunciare per i , vocalem tertiam.Hic vero animaduertendum eſt quod Seruius ait , Mercurium,eloquētiæ deum, Phorbanti Ilionei patri plurimum fauiſſe:nō intelligas tamē hunc eundē eſſe Ilionea,qui Phorbantis filius , ab Homero celebratur,ſed ab ea eloquētiæ commēdatione,fictam hic eē perſonam à Virgilio,quum ſatis conſtet Ilionea Phorbantis à Peneleo peremptum,in bello Troiano:vt apud Homerum legere eſt ἰ λοξ.❡Aut raptas ad littora vertere prædas.) In antiquis aliquot codicibus , à littore , legitur,hoc eſt ab ora littorali in naueis.Sed minime diſplicet ad littora,quia per continentem fieri ſolēt excurſiones,indeq; prædam ad littus vertunt.❡Oenotrij coluere viri.) In antiquis codi.fere omnibus , Oenotri,p ſynæreſin ſcribitur,qa ſyllaba media eſt,ὡ μέγα, οἰνωτριὸσ,huiuſmodi vero ſynæreſes,ſoluta ēt oratione,fieri ſæpius in antiquis inſcriptionibus obſeruaui,vt illud Romæ iuxta ædē diui Baſilij. VINICIA PRIMIGENIA MATER FILIS SVIS.❡Huc curſus fuit.) Nequaq̄; placet,quod in cod.aliquot legit̃,Hic curſus fuit,hoc eſt hæc nauigatio:nā finis deſyderaretur,ad quē locum.❡Veſtris adnauimus oris.) Frigidū & exile eſt,quod in pleriſq; codi.antiquis,aduenimus,legitur:ſed in verbo,adnauimus difficultas,calamitas,& clades apparēt,quę miſerationē cōmoueant.❡Si genus humanū,& mortalia temnitis arma.) Vetera q̄dam exēplaria legūt abſq; copulatiua particula,Si genus humanum,mortalia per appoſitionē:venuſtate tamen haud quaq̄; pari cum priori lectione.

Rex erat Æneas nobis,quo iuſtior alter
Nec pietate fuit,nec bello maior,& armis.
Quem ſi fata virum ſeruant,ſi veſcitur aura
Ætheria,nec adhuc crudelibus occubat vmbris,
Non metus,officio,nec te certaſſe priorem
Pœniteat.ſunt & Siculis regionibus vrbes,
Armaq;,Troianoq; à ſanguine clarus Aceſtes.
Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem,
Et ſyluis aptare trabes,& ſtringere remos.
Si datur Italiam ſocijs,& rege recæpto
Tendere,vt Italiam læti,Latiumq; petamus.
Sin abſumpta ſalus,& te pater optime Teucrum
Pontus habet Libyæ,nec ſpes iam reſtat Iuli,
At freta Sicaniæ ſaltem,ſedesq; paratas,
Vnde huc aduecti,regemq; petamus Aceſten.
❡Talibus Ilionēus,cūcti ſimul ore fremebāt **POETA**
Dardanidæ.

SERVIVS.

❡Quo iuſtior alter nec pietate fuit.) Multum intereſt inter iuſtitiam & pietatē.Nam pietas pars iuſtitię eſt:ſicut ſeueritas . Nunc ergo hoc dicit qua parte ſit iuſtus.i.pietate . Et bñ duo laudat in Ænea : pietatē, quam à Didone impetrare cōtendit:& virtutē qua vult timeri.❡Bello maior & armis.) Non eſt iteratio : nam bellum & conſilium habet:Arma,tm̄ in actu ipſo ſunt . ❡Si veſcitur aura.)Veſcor illa re : vt alibi, Veſcitur Æneas ſimul & Troiana iuuentus Perpetui tergo bouis & luſtralibus extis.Nec nos decipiat qd̄ dicit Plinius, vt elocutiōes ex ſimilibus formemus.Nam ecce,comedo illam rē dicimus:nec tamē veſcor illam rem.Et ipſe dicit nō Vſquequaq; hoc eſſe faciēdū. ❡Non metus.) Hoc loco diſtinguendum eſt.Cuius aūt rei,ex ſequentibus probat . Nam vult eam non timere , ne inaniter præſtet.❡Officio nec te certaſſe priorem pœniteat.) Nec tibi parum videatur prima beneficia præſtitiſſe : quum poſſis maiora recipere.Nam Pœniteat,parum videatur eſt:vt Terentius in Heautontimorumeno,At enim quantum hic operis fiat pœnitet.Hoc eſt parum videtur . ❡Troianoq; à ſanguine clarus Aceſtes.) Quum Laomedon promiſſam murorum mercedē Neptuno & Apollini denegaſſet:Neptunus iratus.Troię immiſit cetos qui eam vaſtarēt.Vñ Apollo conſultus cum & ipſe iraſceretur :contraria reſpōdit dicēs,Obijciēdas nobiles puellas bellue.Quod cum fieret , timēs Hippotes quidā nobilis filiæ Segeſtę,cum Laomedontis regis Heſiona iam eēt orta ſeditione religata:impoſitam eam naui miſit quo ſors tuliſſet . Hæc ad Siciliam delata à Crimniſæo fluuio , quē Crimniſum Virgilius poetica licētia vocat , conuerſo in vrſum vel canē compreſſa edidit Aceſtē:qui ex matris noīe ciuitatem Troianis condidit: quę hodie Segeſta nominatur. ❡Quaſſatam vētis.❡Iuſta petitio.❡Subducere.) In terram trahere.Deducere aūt,in mare mittere: vt.Deducunt naues ſocij . ❡Aptare.) Aptas legere. ❡Stringere remos.) Aut defrōdare: vt agricolę ſtringūt frondes : aut Fractos ſtringere remos.i.ligare.❡Socijs , & rege recępto.) Syllepſis per numeros: vt Hic illius arma , Hic currus fuit.❡Sin abſumpta ſalus.) Hoc eſt ſi perijt Æneas,qui Troianorum ſalus eſt.❡Nec ſpes iam reſtat Iuli.) Bñ de Aſcanio ſpem dicit,propter ætatē.❡Sedesq; paratas.) Propter Aceſtis cognationē.❡Regem.) Aut qui nunc rex eſt ; aut qui ēt noſter futurus eſt . ❡Talibus Ilioneus.) Aut ſubaudis loquebatur:aut ex poſterioribus fremebat intelligis . ❡Ore fremebant.) Hoc eſt conſentiebant , & bñ Ore:quia & armis poſſumus fremere.

ASCENSIVS.

❡Rex erat Æneas nobis,&c.) Docet (vt dixi) Ilioneus , cur mi

natus ſit deos vltores fore: quia.ſ.regē tam pium habuerant, vt dij vltionē pro eo ſumpturi ſint, ſi ſublatus fuerit: & tam potentem, vt ſi ſuperuixerit, ipſe vltionē facere poſſit, de iniurijs & pręmia referre pro bñficio: quod idem & Aceſtē poſſe clam innuit. Sed Donatum audiamus, diſſerētē ſic. Rex erat.) In hoc virtutes animi laudat.ſ.iuſtitiam, & pietatē, & corporis, ſcilicet fortitudinem: quæ eſt in exercitatione bellandi. Vult enim, pro benefactis, conſimilē vicem promittere, quæ eſt à iuſtitia, & pietate: & pro iniuria, vltionem, quæ eſt à fortitudine. Quem ſi fata virum.) Quam pulchre variando. Idē eſt, ſi viuit: tripliciter profert. Magna autē arte, parua petit: & magnam remunerationem promittit: & audientē terret: nam quum demonſtramus poſſe multum prodeſſe, intelligitur aſſerere poſſe, & multum nocere, ſi res exigat, hoc modo, ſi Æneas viuit: nihil nobis eſt metuendum: ſin contra habemus Aceſtem, regem magnum, & opulentum, viris, armis, diuitijs. His ergo, proponit ſpē, & ingerit metum. Quaſſatam ventis.) Ingerit ſummam petitionis, non onerosam danti, ſcilicet vt liceat in ſyluis reſarcire conuulſas naueis: vt poſſit, ſi viuit Æneas, in Italiam tendere. Sin aūt non viuit in Siciliam. Te pater.) Ex apoſtrophe captat commiſerationē Didonis. Ordo eſt. Rex erat nobis, Æneas, ſcilicet nomine: nec, ideſt & non: quo alter nō fuit, ſcilicet dum hic viueret: iuſtior pietate.i.quantum ad pietatem in ſuperos, & parentem: quanuis forte iuſtitia diſtributiua, quæ ſuum cuiq; ius adiudicat, alter maior fuerit: nec alter fuit maior bello.i.rebus bellicis, vt conſilio, & prudentia: & armis.i.exercitio bellandi. Si quis tamen Hectorē meliorem dicat armis fuiſſe: quàm Æneam: poſſent omnia copulatim legi, vt ſit propoſitio cathegorica de copulato extremo, non copulatiua, nam licet inueniendus ſit maior iuſtitia, vnde ipſe Æneas dicturus eſt in.ij. Occidit & Peleus iuſtiſſimus vnus, Qui fuit in Teucris, & ſeruantiſſimus æqui, & maior bello, & armis: vnde idē in eodē ad Hectorem: O lux Dardaniæ, ſpes ò fidiſſima Teucrum, &c. vbi Hector: Si Pergama dextra defendi poſſent, etiam hac defenſa fuiſſent: tamē non eſt dandus qui maior fuerit, ſimul & iuſtitia, & bello, & armis: hoc eſt, qui in his tribus Æneam ſuperet: quem virum, ſi fata ſeruant, ſupp. nobis, aut imperio illi promiſſo: ſi veſcitur aura ætherea.i.ſi viuit adhuc reſpirando in æthere: hoc eſt, regione noſtra: nec occubat.i.iacet: obuolutus vmbris crudelibus.i.ipſum crudeliter, & impie detinentibus, quum nobis tam neceſſarius ſit, an crudelibus.i.inexorabilibus. (legendum aūt eſt, occubat: non occupat: nam occupo, accuſatiuum efflagitaret, quum ſit actiuum verbum: occubo autē abſolutum eſt, & primæ coniugationis, quod tertiæ fieret, ſi ſuſciperet m literam, vt occumbere.) non metus, ſupp. ſit nobis: nec pœniteat.i.parum videatur: aut doleat: te certaſſe, ideſt prouocaſſe nos, propter eum: priorem, ideſt priuſq; aliquid meremur: officio.ſ.pietatis, aut bñficentiæ: hoc eſt beneficio: ſed humanitatē, & beneficentiam, exhibere profligatis, quum in reliquis bñficium dicatur: pōt in regibus officium vocari, quum illis id proprium ſit munus. Et ſi Dido fortaſſe dicat, ſi ita eſt vt prædicatis, rex veſter perierit: quis ergo bñficium repēdat, aut vim repellat: dicit Ilioneus? Sunt &.i.etiam Siculis regionibus vrbeis.i.etiam Siculæ regiones habēt vrbes, nobis fautrices: & arma ſunt, ſup. etiam Siculis regiōibus: & Aceſtes clarus, à Troiano ſanguine: vt Sicut per vrbeis, & arma, oſtēditur poſſe auxiliari: ita ꝑ neceſſitudinē ſanguinis, doceatur velle debere: liceat igitur ſubducere, ideſt ſurſum ducere: & in littus ſiccum trahere: claſſem quaſſatam vētis, & aptare trabes, ſcilicet claſſi idoneas: ſyluis, ſcilicet deſertis: & à nemine adhuc occupatis: ſiquidem id Ilioneus iam percæperit: vt potuit, & liceat ſtringere remos.i.ſtringēdo ramalia: aut minores arbores facere remos: ſtringere aūt eſt defrondare, & corticē detrahere: vt ſi datur tēdere Italiam: pro in Italiam: rege recæpto, & ſocijs, ſupp. recæptis: nos petamus læti: quia ſocijs, & rege recæpto, & claſſe inſtaurata. (Semper aūt ad bonum omē, læti petebant Italiam: vt, Vix è conſpectu Siculæ, Telluris, in altū vela dabant læti. & in.iij. Italiam læto ſocij clamore ſalutant. Et in.vj. Anchiſes ad Æneam: Quo magis Italia mecum lætere reperta.) Italiam, & pro.i. Latium.i.potiſſimum eam partē, vbi Latiū eſt.i.regio in qua Saturnus latuit. Sin.i.ſed ſi ſalus eſt: abſumpta.i.ablata: ablato eo, à quo ſalus noſtra depēdet: & pontus Libyæ.i.mare Libycum, habet te ò optime pater Teucrū, pro Teucrorum: hoc eſt, te, ò Ænea, qui ob pietatē, & paternam affectionē, in tuos, pater potius quàm rex, merebaris dici: (vñ alludit poeta ad ſtatum Romanum, qui ſua tēpeſtate erat: nam gaudebant dici principes.i.primi patrum: aut patres patriæ: non reges, non domini, qui primi erant in republica, vt conſules, ac imperatores ſummi: per apoſtrophē aūt.i.conuerſionem ſermonis, ad abſentē captat commiſerationē: vt Donatus edocuit) nec ſpes Iuli.i.de Iulo: reſtat.i.reliqua, aut ſuperſtes eſt: hoc eſt, ſi etiam Iulus extinctus eſt, cui regnum debebatur. (vñ eſt, Et ſpē ſurgētis Iuli Quē regno Heſperio fraudo.) At.i.certe petamus ſaltē (ſi non aliud datur. tractumq; eſt à ſe dedētibus, qui quum aliud petere non auderēt, ſalutē petunt: ſed per ſyncopam, corruptum vocabulum, in aduerbium migrauit.) freta.i.maria: Sicanię.i.Sicilię, & Aceſtē regē Siciliæ, qui & nobis rex futurus eſt Ilioneus, ſup. orabat. (nam, vt ipſe fremuiſſe dicatur, non placet: eo ꝙ pręmiſſum eſt, placido ſic pectore cœpit.) Ilioneus igitur orabat, & dixit talibus, ſup. verbis: & cuncti Dardanidæ.i.Troiani à Dardano oriundi, & eius imitatores, hoc eſt, fortes, & magnanimi: fremebant ſimul ore: indignati.ſ.talē vim inferri, quum nihil mali prætenderēt, nihilq; intulerint. Sane Ilioneus hic, quadriſyllabū eſt, deſinens in eus diphthongon.

PIERIVS.

Ætherea, nec adhuc.) In bona codicum antiquorum parte, neq; adhuc, legitur: quod neſcio quid mollius, ſuauiusq; ſonat. Non metus officio.) Mediceus codex, & aliquot alij, nec metus legūt: ſed omnino, non, accæptius.

SERVIVS.

Tum breuiter Dido vultum demiſſa profatur.  
Soluite corde metū Teucri, ſecludite curas. DIDO  
Res dura, & regni nouitas me talia cogunt  
Moliri, & late fines cuſtode tueri.  
Quis genus Æneadum? quis Troiæ neſciat vrbem?  
Virtutesq;, viroſq;, aut tanti incendia belli?  
Non obtuſa adeo geſtamus pectora Pœni,  
Nec tam auerſus equos Tyria ſol iungit ab vrbe.  
Seu vos Heſperiam magnam, Saturniaq; arua,  
Siue Erycis fines, regemq; optatis Aceſtem,  
Auxilio tutos dimittam, opibuſq; iuuabo.  
Vultis & his mecum pariter conſidere regnis?  
Vrbem quam ſtatuo? veſtra eſt, ſubducite naueis,  
Tros, Tyriuſq; mihi nullo diſcrimine agetur.  
Atq; vtinam rex ipſe noto compulſus eodem  
Adforet Æneas: equidem per littora certos  
Dimittam, & Libyæ luſtrare extrema iubebo,  
Si quibus eiectus ſyluis, aut vrbibus errat.

Tum breuiter Dido.) Atqui non breuiter loquitur: ſed breue & longum, paruum & magnum, perfectum nihil habēt: ſed per comparationē intelliguntur: vt ſupra de prouincia: Eſt locus, orbis (vt diximus) comparatione. Itē hoc loco Breuiter.i.minus quàm Ilioneus. Et notandum regum eē breuiloquium, vt multis in Virgilij locis probatur: & fœminarum verecundiam. Vnde vtrūq; dedit Didoni. Vultum demiſſa.) nota figura eſt, vt oculos ſuffuſa nitētes. Soluite corde metum Teucri.) Sicut ſupra Iouis oratio, partim obiecta purgat: partim petita promittit. Sciēdum ſane quia cum petūtur vel promittuntur aliqua, à validiſſimis inchoandum eſt: vt hoc loco. Et eſt genus argumēti à neceſſario. Secludite curas.) Iteratio eſt ad augmentum bñuolentię, Secludite vero, pro excludite, quod ſit aut propter hiatum, aut propter ſuauitatē: vt. Silice in nuda cōnixa reliquit. pro enixa. Res dura.) Ac ſi diceret, eſt quiddam. & duo formidat: vicinos barbaros, & fratris aduentum, quæ propter nouitatem perſonarum, gñaliter dicens reliquit. Et regni nouitas.) Quæ ſemper habet timorem. Moliri.) Bñ non facere, ſed moliri: vt terroris ſit, non credulitatis. Qui genus Æneadum.) Satis propere dixit Æneadas: q̃q; ab Ilioneo audierit: Rex erat Æneas nobis. Nec hæc in ope inemēdato mirāda ſunt. Quis Troiæ neſciat vrbem?) Aut Ilium dicit, quod in Troia, aut Troiæ, vrbem vt vrbem Pataui, vrbem Buthroti. Incendia belli.) i.vim. Semper.n. diluuio & incendio comparatur bellum: vt, In ſegetē veluti cū flāma furentibus auſtris Incidit: aut rapidus montano flumine Torrens. Nō obtuſa adeo.) Non adeo aut non multum: vt in Terentio, Adoleſcentem adeo nobilem:

nobilem: aut non adeo.i.non in tantum vt tu dicis. Obtuſa vero
non ſtulta: ſed crudelia. ¶ Nec tam auerſus equos.) Tyria ſol iun-
git ab vrbe. Fabula quidē hoc habet Atreum & Thyeſtem germa
nos, cum diſſenſione ſibi nocere non poſſent: in ſimulatam gra-
tiam rediјſſe: qua occaſione Thyeſtes cum fratris vxore concu-
buit. Atreus vero ei filium epulandum appoſuit: quæ Sol abomi
natus, ne pollueretur, aufugit. Sed veritas hæc eſt: Atreum apud
Mycenas primum ſolis eclypſim inueniſſe: cui inuidēs frater, ex
vrbe diſceſſit tēpore quo eius probata ſunt dicta. ¶ Seu vos He-
ſperiā magnā.) μεγάλη enim ἑλλὰσ appellata eſt, quia à Tarē-
to vſq; ad Cumas oēs ciuitates Græci condiderunt. ¶ Siue Ery-
cis fines.) Eryx Veneris & Butæ filius fuit: qui occiſus ab Hercu-
le, monti ex ſepultura ſua nomē impoſuit. In quo matri fecerat
templum: quod Æneæ ſcribit poeta, dicens, Tum vicina aſtris
Erycino in vertice ſedes Fundatur Veneri. In hoc aūt monte di-
citur etiam Anchiſes ſepultus: licet ſecundum Catonē ad Italiā
Venerit. ¶ Vrbē quam ſtatuo) veſtra eſt. Multi Antiptoſin volūt:
vt ſit pro vrbs. ſed ſi ſic intelligamus, Quam nihilominus ſequi-
tur: & Antiptoſis fit per caſus mutationē. Debuit.n.dicere, vrbs
quæ ſtatuitur. Melius ergo eſt Vultis bis intelligere: vt ſit, vultis
regnis conſidere? vultis Vrbē quam ſtatuo? veſtra eſt. vt eſt, Eruet
ille Argos Agamēnoniaſq; Mycenas. Ipſumq; Æacidem: ſubau
dis ille. Alter.n. Pyrrhum vicit: alter Mycenas. Item, Non igna-
ra mali miſeris ſuccurrere diſco. ¶ Agetur.) Regetur. ¶ Noto com
pulſus eodem.) Aut quouis vento: aut re vera Noto, qui de Syr-
tibus Carthaginem ducit. Supra.n. Ilioneus, In vada cæca tulit:
penituſq; procacibus auſtris. ¶ Eodem.) O naturaliter longa eſt:
ſed ſi corripiatur, metri eſt, vt Steteruntq; comæ. ¶ Afforet.) Ad-
ueniat, temporis eſt futuri. ¶ Equidē.) In omni Virgilio, ego qui-
dem ſignificat. ſed in aliјs & pro quidē tantum ponitur: vt Tul-
lius, Ego equidem cæteras tēpeſtates. Item Perſius, Non equi-
dē hoc dubites amborum fœdere certo Conſentire vias. ¶ Cer-
tos.) Aut veloces: aut fideles. Vtrunq;.n. hoc loco ſignificat. Ali-
quādo & firmos: vt Salluſtius, Apud latera certos locauerat. Ali-
qñ & deliberati iudiciј, vt Certus iter & Libye. κατα χρηστικῶσ.
Nam Dido Libyæ regna non retinet. ¶ Eiectus.) Naufragus: vt
Eiectum littore egentem.

## ASCENSIVS.

¶ Tum &c.) Hic habetur placida rñſio Didonis: de qua Dona.
ſic. ¶ Breuiter.) Pōt intelligi propter perſonam loquuturæ mulie
ris, & ſermonē facturæ ad viros incognitos. ¶ Vultum de.) Non
ſolum propter verecundiam muliebrē, verū ēt propter obiecta:
& eo magis erubeſcebat, ꝙ nec barbara fuit. Artificioſe aūt non
negat quæ manifeſta ſunt, ſed purgat. ¶ Soluite.) Paucis ſecuros
reddit, vt cætera libentius audiant. ¶ Regni noui.) Errant qui rē
duram, & nouitatē regni, vnum putant. Nam rē duram, interitū
mariti, & metum fratris intelligit: ne regnum adhuc infirmum
inuaderet: ſed nec expreſſit, ne narrando quod Teucros latebat,
vulnus antiquum refricaret, & ſcelus, domus detegeret. Conſu-
lit ēt poeta, negocio ſuo, ne ꝙ per Venerē narrauerat, iterum po-
nat. ¶ Cogunt.) Exprimit, quæ feciſſet eē à ſua natura aliena, vt
cuſtodia littorum: non ad inferēdam iniuriam, quod conqueri-
tur Ilioneus, ſed ad propulſandam poſita videatur. ¶ Quis g.)
Oſtēdit beniuolentiam, vt credatur vera dixiſſe: vt turbatos, con
gruæ honorificentię, ratione componeret. Nouimus (inqt) virtu
tes vr̃as, & aduerſam Troiæ fortunam: quæ quum dicit huma-
nitatis, ſpem præbet. Facile.n. iјs ſuccurritur, quorum aduerſa no
ta ſint. ¶ Non obtuſa adeo.) Non ſunt corda noſtra ab humanita-
te aliena: nec ſic viuimus, vt ſolis æquitas, à nobis auertat curſus
ſuos, propter facinus quod videat. ¶ Seu vos.) Hic ꝓſequit̃ ſum-
mam bñficiorū ſuorum: & propoſitis, rñdet, vt quocunq; ire vo
luerint, auxilio proſequatur. ¶ Vultis.) Ecce plena beniuolentia,
vt in ſocietatē regni, eos vocet, qui omnia deſperarint. ¶ Veſtra
eſt.) Auget ſtudium beniuolentiæ, offerens plenam facultatem,
poſſidendæ vrbis. Lege aūt, ne ſit error: Quam ſtatuo vrbē, vr̃a
eſt. ¶ Tros, Tyriuſq;.) Mire tēperauit, dicens, Troianos cum in-
colis, vno futuros affectu, vt honorifica iuxta hoſpites, non illos
poſtponeret: neuē rurſus deјciens, ſuos, qui ex Tyro illam ſequu
ti erant, inter populos inimicitias excitaret. ¶ Atq; vtinā.) Quia
videret Troianos anxios, de rege optat aduentum: & offert in-
quiſitionis auxilium, & vt ſociaret oblati bñficiј gratiam addit.
¶ Libyæ luſtrare extrema iubebo.) Et in hoc loco oſtendit Virgi.
non ſolum Carthaginem, ſed multas alias ciuitates eſſe ſub Di-
done. ¶ Ordo eſt. Tum.i.deinde, poſtquā perorauerat Ilioneus
Ordo. Dido: demiſſa vultum.i.habens vultum demiſſum, ideſt deor-
ſum miſſum, in ſignum pudicitiæ matronalis: profatur: breui-
ter.i.ſine cunctatione: vt quæ decreuerat, omnino eis ſuccurre-
re, nec obſtat, quòd pluſcula ſunt verba: quia non ideo breuiter
dicitur profata, quia paucis: ſed quia incunctanter, & ſine mora,
& ſi ideo breuiter dicatur, quia breuibus, adhuc nihil mentiretur
poeta, quia (vt Mar. dicit) Non ſunt longa, quibus nihil eſt quod
demere poſſis. O Teucri, ſoluite.i. diſſoluite & amouete: corde,
ſup. veſtro: metum ſecludite.i. ſeorſum claudite: quaſi ad alia ne-
gocia vtiles: aut excludite, & ſecludite à corde veſtro: curas.i.ſo-
licitudines de ſaluādis nauibus. Res dura.ſ. fratris odium, & aua-
ritia, aut metus quem de eo habeo: ſed non expreſſit, quia dede-
cuit eos id ſcire, aut illam dicere: & prius per Venerē declaratum
eſt Æneæ & nouitas regni, quæ in terra aliena ſummopere ſuſpe
cta eſt: maxime quum doloſe, ſolum emptum ſit ab Iarba, qui ſe
ēt littus dediſſe dicet in.iiіј. ſic: Fœmina quæ noſtris errans in fi-
nibus vrbem Exiguam ꝓcio poſuit, cui littus arandum, Cuiq; lo
ci leges dedimus, connubia noſtra reppulit. Quia ergo etiam, ſi
Æneas non veniſſet, decreuerat connubiū Iarbæ repellere: quia
dicet de Ænea, Solus hic inflexit, ſenſus animūq; labantē Impu
lit: & hiſtoria habet ipſam, ne Iarbe nuberet ſe in ignē deieciſſe:
bñ timuit regno ſuo adhuc nouo: ideoq; omnes aduētātes, ſuſpe
ctos habuit, res ergo dura propter fratrem: & nouitas regni pro-
pter Iarbam: & cæteros principes vicinos, quibus inuidię ſit no-
uum regnum: cogunt me moliri.i.cum mole quaſi inuitam face
re: talia.ſ. qualia conqueſti eſtis, vobis fieri, & tueri.i. protegere,
& conſeruare: fines.i. limites regni mei: late.i. per latum, & ampli
ter: cuſtode.ſ. plurimo. plus aūt eſt, q̃ ſi diceret cuſtodibus. Quis
neſciat genus Æneadum: pro Æneadarum? quaſi dicat: nemo ap
probans quod Æneas dixerat: Sum pius Æneas, fama ſup æthe
ra notus. ſane quū de Ænea incerta eſſet, laudē rettulit ad Ænea
das. (Corripitur aūt ſecūda, in nomine Æneades, quæ in Æneas
producitur.) & quis neſciat vrbem, Troiæ.ſ. prouinciæ, hoc eſt,
Ilium: aut, vrbē Troię.i. Troiam? ſicut vrbē Patauì, pro eo quod
eſt Patauium, dixit, quaſi dicat etiam nemo: aut, quis neſciat vir-
tutes, & viros.ſ. Troiæ, hoc eſt, virtutes virorum, aut viros ſtu-
dioſos, & virtute prędítos, aut incēdia.i. conflagrationē tanti bel
li? quaſi dicat, nemo: &, ſi qui ſint tales, non tñ nos, quia nos Pœ
ni non geſtamus pectora adeo obtuſa.i. hebetia, & ignaua, vt.ſ.
quæ oībus manifeſtiſſima ſunt, ignoremus: nec ſol iungit equos
ſuos tam auerſus.i. per indignationē in aliam partē verſus, ab vr
be Tyria.i. Carthagine: vt.ſ. tam frigido pectore ſimus: vt hęc nō
percipiſcamus. (& ita potius eam in ſñiam Landini, dicentis: Pla
cet fabula Atrei, quam.ſ. Seruius narrat, vt ſit: Sol non auertit ſe
ab vrbe noſtra, ꝓpter ſcelus, & immanitatē noſtram, ſicut auer-
ſus dicitur à Mycenis: Sed phyſici, oſtendunt regiones frigidio-
res, efficaciores homines producere conſueuiſſe, hæc ille, vñ &
Seruius alibi dicit, In regionibus calidis, homines aſtutiores: ſed
timidiores, quia pericula noſcunt naſci: vt in Aphricā, vbi vafri,
& verſipelles ſunt: meo aūt iudicio, quia forte fabulam Atrei,
ignoraſſe Didonem, vero ſimilius eſt, quàm ad eam reſpexiſſe:
dicerē ex diuerbio id eam protuliſſe: nam, quia ſol, vbi vicinus
eſt, beniuola ſua irradiatione, ſanguinē circa præcordia calefacit,
qui ingenium bonum, ſecūdum Empedoclē, facit: vñ dictum eſt
in Georgi. Frigidus obſtiterit circum præcordia ſanguis, ideo, ex
deuerbio dicebat ſolē, longe ab illius patria auerſum, qui obtuſo
eēt ingenio, quaſi frigidus obſtiterit ei quoq; ſanguis. Idē ergo
bis dicit: Non obtuſa adeo geſtamus pectora Pœni: & nec tam
auerſus. Legēdū eſt aūt verſus, non aduerſus: ſicut, Diua ſolo fi-
xos oculos auerſa tenebat, vñ & Statius: Quid nota recōdis? Sci
mus (ait) nec ſic auerſum fama Mycenis Vertit iter. (Seu.i. ſiue
vos optatis, Heſperiam magnam.i. Italiam.) Italia.n. Heſperia
magna dicta eſt, ad differētiam Hiſpaniæ, & ſm Seruiū. μεγάλη
ἑλλάσ.i. magna Græcię, & arua.) Saturnia.i. in quibus Saturnus
latuit, hoc eſt, Latium ſiue fines Erycis.i. Siciliam, vbi Eryx fra-
ter Æneæ, & Veneris filius, in Eryce monte ſepultus eſt: q mons
non lōge à Drepano eſt? (De gñe Erycis dicit ſic Landinus: Neptu
nus Amycum genuit, ex muliebre nympha. Hic à Polluce, arte
pugili ſuperatus: cæſuſq; eſt, relicto filio, qui Butes vocatus eſt.
Fuit aūt rex Bebriacæ, quæ poſt Bithynia eſt. Butes aūt, poſt mor
tē patris, ab Argonautis, domo pulſus Drepanum, in Siciliam ve
nit: vbi à Lycaſte, nobili meretrice, quia formoſus corpore eſſet
adamatus, ex ea Erycē genuit: verum quū Lycaſte, propter pul-
chritudinē Venus, appellaretur: Veneris filium, Erycē dixerunt.
Hic & diuitiјs matris, & viribus patris, inſolētior factus, ab Her-
cule, ex Hiſpania reuertēte, occiſus: & in monte propinquo, qui
ab eo Eryx dicitur, ſepultus eſt. Diomedes aūt ſic ait. Buten, regē
Siciliæ fuiſſe: & ex Venere, Erycē ſuſtuliſſe: qui ob genus mater-

num,in maxima gloria habitus eſt. Vrbéq; in alto loco à ſe denominatam condidit: atq; in arce tēplum matri poſuit. Cuius famam, non, vt alia pleraq; vetuſtas minuit, ſed indies auxit. Vñ & Æneas in Italiam veniens vehemēter honorauit: idem fecerunt Carthaginenſes, magna parte inſulæ potiti, multo aũt magis Romani: Nam. xvij. ex fideliſſimis vrbibus, huic templo aurū pendere iuſſerunt: & milites qui illud cuſtodirent poſuerunt.) Siue ergo optatis fines Erycis, & regē Aceſten: ego dimittam vos tutos auxilio. ſ. noſtro, & iuuabo opibus. i. facultatibus meis: & ſi vultis conſidere, aut cōſiſtere: pariter. i. pariformiter mecū. i. quo iure ego conſtiti: his regnis. ſ. meis: & vultis vrbē quam ſtatuo: ea, ſupp. eſt vr̃a: ſubducite. i. ſurſum in terrā trahite naues: (nam licet aqua, altior ſit terra, pręcipue in medio, quū ſit ſphęricę figurę: tñ ad littus inferior eſt.) Tros. i. Troianus, & Tyrius: agetͬ. i. regetur: mihi. i. à me: nullo diſcrimine. i. nulla differentia: quia eadē beniuolentia vtriſq; pſuero: dicit aũt agetur, quia dux: vñ dictum eſt: Dux fœmina facti. Atq; vtinā ipſe Æneas rex. ſ. veſter: afforet. i. adeſſet nobis: cōpulſus eodem Noto. i. vento illo nymboſo, quo vos cōpulſi eſtis: equidē. i. ego quidē: hoc eſt: ego certe dimittā, certos. i. fideles, qui fideliter munus expleant: aut veloces, qui id certe. i. incūctāter faciāt, vt certi. i. deliberati: p littora. i. qui q̃rant eū p littora: & iubebo luſtrare. i. circūeundo indagare extrema Libyę: ſi ipſe eiectus. ſ. mari errat, qbus. i. aliquibus ſyluis, aut vrbibus. Ex hoc infert Donatus, Virgiliū ſentire nō ſolū Carthaginē, ſed ēt alias multas ciuitates eſſe ſub Didone: verūtñ ex ijs quæ p Venerem narrata ſunt, veroſimilius eſt eam ſolā tunc tenuiſſe: nā dictū eſt, Deuenere locos, vbi, nunc ingentia cernes Mœnia: ſurgentéq; nouæ Carthaginis arcē. Nā ſi prima arx, adhuc ſurgebat, non videtur aliā condidiſſe: nec quum illuc, non ita dudum aduenerit, potuiſſe alias occupaſſe, aut cōmercio quouis obtinuiſſe, quas ſi obtinuerit, non diceret, Res dura & regni nouitas, me talia cogunt Moliri: Nec Iarbas diceret. in. iiij. Cui littus arandum dedimus: ſi & vrbes dediſſet: quum bñficiū illi exprobret: Dicemus ergo, eam potuiſſe dimittere certos. i. itineris pitos, & fidos per vrbeis alienas ipſum diſquiſituros.

PIERIVS.

¶ Sol. cor. metū Teucri, ſecludite curas.) In antiqs pleriſq; cod. metus, legitur numero multitudinis: & in longe plurib. ſeducite curas: tñ ſecludite, agnoſcit Serui. ¶ Viroſq;, & tanti.) Antiqui pleriq; cod. aut tanti, legunt. ¶ Non obtuſa adeo geſta. pectora Pœni, Nec tam auerſus equos Tyria ſol iungit ab vrbe.) Vt id pͥtercam, quod in Roma. cod. obtunſa, ſcriptum eſt, more ſuo, n litera

tera ſupflua. Quodq; in Long. & aliquot alijs aduerſus, non auerſus, legitur, contra pitiorū omnium ſñiam: id me magis mouet, quod ad explicationem ſñiæ, hæc mihi videntur conſyderanda. Quæ gerātur in aliqua orbis parte, triplici potiſſimum de cauſa, ſolemus ignorare. Aut, quia res ipſę, vel earū authores, ob humilitatē: non ſatis digni ſint, de quibus aliquis ſolicitus eſſe debeat. Aut, quia tam ſtupido, & obtuſo ingenio ſimus, vt nos mortalia non tangant, & res geſtas, magna quantūlibet admiratione, dignas negligamus. Aut, propter locorum longinquitatē, vñ fiat, vt ad nos fama nōdum puenire potuerit. His omnibus occurrit Dido, quum dicat neminē iam eſſe, qui genus Æneadū, qui Troiæ neſciat vrbē, quantaq; virtute viri illi pręditi fuerint, & q̃; late belli eius incendium ſe diffuderit: mox ſubiungit, ſe corde pręſtare, & eo valere ingenio, vt res mortaliū ppēdere potuerit: idq; illud eſt: Nō obtuſa adeo geſtamus pectora Pœni. Quod vero tertio loco expetitur, de locorū intercapedine, addit Tyrū, vbi ſe poſtea de Troianis audiſſe dicet, Teucro narrante, nō eſſe ita in extremis terræ partibus ſitā, nec tam à circulo, quē ſol ambit: vel à Troiano Parallelo ſepoſitam, vt propter immenſa locorū interualla, fama tantarū rerū, eo puenire nequiuerit, eoq; ſpectat verſus ille: Nec tam auerſus equos Tyria ſol iungit ab vrbe: hęc memini M. Antoniū Sabellicū pcęptorē meum, ex Veneta cathedra docuiſſe, ne tamē, & ſi ea placeat, Seruij ſñiam reijciamus. Ouidij monet parodia, qui in eandem ſñiam dixerit in amoribus: Auerſumq; diem menſis furialibus Atrei. Quem. n. diem poſuit Ouidius, Maro ſolē apertius, nominauit. ¶ Vultis & his mecū pariter conſidere regnis?) Miſſum facio cōſiſtere, in cod. aliquot antiqs ſcriptum, ꝙ parum eſt in tantis pollicitationibus, nā confidere, omnino quid longe maius pollicetur. Id potius adnotādū quod in Ro. co. nō regnis, ſed terris, legitur: nempe quod nōnulli pertinacius defendunt, ad aſperitatē euitandā, quæ eſt in concurſu, re, ſyllabę geminatæ. Sed hoc etiā parum eſſet, quia potius viderentur in ſeruitutē addicti, neq; ille concurſus vniformiū ſyllabarum, in re, pſertim literis, duobus vltimis pedibus, declinatur à poetis: vt, Auertere regē, toto certatum eſt corpore regni, Loricamq; manu valida lacerare reuolſam. Neq;. n. numero comprendere refert, & ſexcenta huiuſmodi. Dicendo vero, regnis ſocietatē pollicetur, vt procliuius eos alliciat promiſſorum magnitudine. Nam & Iarbas inferius lamentabitur, ſua connubia repudiata, ac dominum Æneam in regna recæptum: & ipſa etiā obijciet Dido eiectum, Littore egentē ſuſcæpi, & regni demens in parte locaui. Quare omnino, confidere regnis, legendum.

¶ His animū arrecti dictis, & fortis Achates, POETA
Et pater Æneas iandudum erumpere nubem
Ardebant, prior Æneam compellat Achates.
¶ Nate dea, quæ nūc animo ſententia ſurgit? ACHA.
Omnia tuta vides, claſſem ſocioſq; recæptos.
Vnus abeſt, medio in fluctu quem vidimus ipſi
Submerſum, dictis reſpondent cætera matris.
¶ Vix ea fatus erat, quum circunfuſa repente POETA
Scindit ſe nubes, & in æthera purgat apertum.
Reſtitit Æneas, claraq; in luce refulſit,
Os humeroſq; deo ſimilis: nanq; ipſa decoram
Cæſariem nato genitrix, lumenq; iuuentæ
Purpureum, & lætos oculis adflarat honores.
Quale manus addunt ebori decus, aut vbi flauo
Argentum, Pariuſ ue lapis circundatur auro.

SERVIVS.

¶ Animum arrecti.) Nota figura eſt. ¶ Iamdudum.) Et cito ſignificat, vt iamdudum ſumite pœnas. & olim: vt hoc loco. ¶ Surgit.) Oritur. Et eſt tranſlatio corporis ad animū: vt alibi. Stat cōferre manum Ænęę. ¶ Quem vidimus ipſi ſubmerſum.) Quod añ doloris fuerat: vt, Ipſius añ oculos: nunc conſolationis eſt: cū cernit oēs incolumes. ¶ Dictis rñdent cætera matris.) Modo conſentiunt: quia dixerat ſupra, Nāq; tibi reduces ſocios. Alibi, reſpondet, recipit: vt Reſpondet Gnoſia tellus. ¶ Scindit ſe nubes.) Nubes tantum dicimus: non nubs: licet dicamus trabs trabes: ſtirps ſtirpes: prex pces: plebs plebes. Sed hoc de his tantum quæ legimus ſunt ponēda. Non. n. artis ſunt, ſed vſurpationis: qua metri cauſa vtuntur poetæ, vt vel minuant, vel augeant nominatiuum. Inde eſt & ſupellex ſupellectilis. ¶ Reſtitit Æneas.) Abſcedēte. ſ. nube. ¶ Claraq; in luce refulſit.) Laus eſt nimiæ pulchritudinis, cui nec lucis claritas derogauit. ¶ Os, humeroſq; deo ſimilis.) Similes humeros habens deo. Et eſt Græca figura: vt diximus ſupra. ¶ Ipſa.) Aut quod ſequitͬ. Nato genitrix. aut certe ipſa. i. pulchritudinis dea. ¶ Decoram Cæſariē.) A cędendo dicta cęſaries. Ergo tm̃ virorum eſt. Quod aũt dicit decoram, vult ēt in Ænea naturalem fuiſſe pulchritudinē, ne ſi totum tribuat Veneri, nihil Æneæ ſit reliquum. vel contra, nihil

nihil relinquatur matris fauori: quod ſequēs melius indicat comparatio. vt Horatius, Fortes creantur fortibus. Magna arte nec eruditioni aliqd, nec natalibus derogat. ¶ Iuuētæ.) Iuuentus eſt multitudo iuuenum. Iuuētas dea ipſa: ſicut Libertas. Iuuenta vero ætas. ſed hæc à poetis confundūtur plerunq;. ¶ Purpureū.) Pulchrum, vt Horatius, Purpureis ales oleribus. ¶ Lætos honores.) Non terribiles, vt eē in viris fortibus ſolēt. ¶ Manus.) Vel artificis: vel ars ipſa. ¶ Ebori decus.) Ebur à barro dictum. i. elephanto, vt Horatius, Quid tibi vis mulier nigris digniſſima barris? Sane naturam huius nominis nec deriuatio, nec obliq caſus reſeruant. Et eboris enim & eburneus facit, non eburis: ſicut murmur murmuris. ¶ Parius ve lapis.) Cādidiſſimus eſt Lygdius nomine qui apud Parum naſcitur.

ASCENSIVS.

¶ His, &c.) Docet, quæ reliqua conſequuta ſunt: & quomodo Æneas apparuit. De qua re Dona. ſic. ¶ His animum.) Quum iam omnia tuta eſſe exploraſſent, ſtatuunt ſe offerre, ne illa, inquirēdi negocium, aſſumat. ¶ Nate dea.) Quia inferior, nō proprio nomine appellat, ſed honorifico. Et quāuis prior loquatur, nihil iubet, aut conſulit. Sic. n. Ænęę prudentia, inferior fuiſſet, & ille arrogans: ſed interrogat tanq̃; prudentiorē. ¶ Omnia tuta vides.)

Ne

Ne prolixitate morã offerret:& ꝑ q̃ breuiter omnia trãſit. ⸢Scindit ſe nubes.) Nõ ipſi, ex nube progreſſi ſunt:ſed nubes diſceſſit: vt oſtendatur rerũ natura cõmodis Æneæ inſeruire. Ergo, tãdiu fuit tectus, q̃diu opus fuit. Deinde diſceſſit nubes. ⸢Claraq;.) Dicit Æneã ſplendore ſuo, lucem diei feciſſe meliorẽ, Cõſtitit, vt dictũ eſt, ſed pulchrior, q̃ fuit. Nã hoc curauit mr̃, propter Iunonia auſpicia. Cõparat auro & argento, quæ quũ per ſe ſplendeant arte tñ meliora fiunt. Comparat deo, quia nepos Iouis eſt, & Veneris filius, & Cęſaris ꝑinde affinis: quem omni occaſiõe, poeta laudat. Virorũ aũt forma, & ſplendor corporis, iunguntur fortitudini. Pulchritudo.n. ſola, plurimorũ obfuit famæ. ⸢Nãq; ipſa deco. Cę.) Ad pulchritudinẽ ꝑtinet. Humeros: ad fortitudinẽ.

Ordo. ⸿Ordo aũt eſt. Ipſi. ſ. &. i. ſimul fortis Achates, & pater Æneas, (q̃res cur priuatũ regi prępoſuerit. Sed ſcies moris eſſe ſummis poetis virũ, quẽ egregium ſignificare volunt, poſt gregem ponere: vt, Relliquias Danaum, atq; immittis Achilli. Item pauloante: Socijs & rege recæpto. Hic quoq; & illud dici põt, ꝙ quãuis in rebus pijs, & religioſis, honorificisq; Æneas ꝑmus fuerit habitus. vñ in. vj. Opera inter talia primus, tñ in alijs quæ dignitati eius non conſulunt: ſed neceſſitatis, aut affectionis dũtaxat humanæ, ſunt, cęteri pręcedebant. Erat ergo hoc loco impatientior morę, & ardentior Achates, quàm Æneas, quocirca potuit eum priorem ponere poeta: ſed non ſemꝑ ſeruatur ordo dignitatis in nominandis ꝑſonis. Patet aũt hic manifeſte, eundẽ eſſe quem prius fidum, & fortẽ dixit.) arrecti animum. i. habentes animũ arrectũ: his dictis. ſ. Didonis: ardebant. i. ardenter cupiebãt: iãdudũ. i. iam, & pauloante: ab eo. ſ. momento quo primum audiebant, Soluite corde metum Teucri, &c. erumpere nubem. i. rumpendo nubem emergere ex ea Achates, quia ardentior: cõmpellat. i. alloquitur, prior. ſ. q̃ Æneas loqueretur, cõpellat aũt his verbis: O nate dea, quaſi dicat, quid adhuc hæſitas, quũ natus ſis dea, & ea quæ tibi quoſuis mulierum animos conciliare põt. (Eſt ergo poeta diligẽtiſſimus, non ſegniter legendus: nam multa quæ ab ignaris cenſentur, præter rationẽ quaſi ex libito poetæ dicta: maximæ ſunt apud peritos ſignificantiæ: vt hic quaſi dicere velit: Achates, meminiſſe debes: quia natus es ea dea, quæ mulierũ animos, quum benigne influit, conciliare põt: quum igitur iandudum benignã videas Didonem: quum matrem veridicam perſpicias: ad quod ſubdit: Omnia tuta vides, quæ nunc animo ſñia ſurgit, quaſi dicat, ſi non alia quàm mihi: certe diſrupta nube, erumpendum nobis eſt. Cæterum, quia maiorem nouit in Ænea, q̃ in ſe prudentiam: noluit fidus comes: & idem vir, haud tardo ingenio, ſñiam ſuam ingerere: ſed modeſte tamen ſignificare, illius ſententiam efflagitando. Sicut Mopſus, puer ille, in Bucoli. dicens: Tu maior, tibi me eſt æquum parere Menalca, Siue ſub incertas Zephyris motãtibus vmbras, Siue antro potius ſuccedimus. Sed ad ordinem redeamus.) quæ ſñia ſurgit. i. oritur, nunc animo. i. quid nobis nunc faciendum cenſes? tu vides omnia tuta: vides claſſem, ſupp. recæptam: & ſocios recæptos, ſcilicet ex periculo in locum tutum, vñ natum eſt recæptui canere. (Significat ergo reci-

Recipe. pere multa: nunc ſe iterum in tutum reducere: nunc, quum cætera demus, aliquid peculiariter excipere: hoc eſt, quod dicunt, reſeruare: vt excæpta coniuge, quam mihi recæpi, omnia amicis communicaui. Nunc polliceri, vt ſicut nunc dicere recæpi. i. pollicitus ſum: quaſi quum alibi dicere potuiſſem, in hunc locum ſeruauerim. Nunc & id quidem principaliter ſignificat iterum capere, vt recæpi debitum: & accępi donum, ſed quia re, particula, ſæpe vacat: ideo recipio, pro capio, nonnunq̃ ponitur: vt recępi lr̃as tuas: vbi ſemel tñ accęperim, libentius dixero accæpi: ſed & mihi recæptui canendũ eſt: ne in immẽſum progrediar.) vnus. ſ. Orõtes, & eius gubernator Leucaſpis, cũ cęteris Lycijs (ſed vnus hic dicitur deeſſe: & ſubmerſus añ ipſorũ oculos, ad eorundẽ conſultationẽ imminuendo rem: quum vnus: videlicet princeps, ꝓ multis computetur: ſicut contra, ad augendum dolorẽ, dictum eſt à Venere: Nauibus, infandum, amiſſis.) abeſt. i. deſyderatur: quẽ nos ipſi vidimus ſubmerſum in medio fluctu: hoc nunc ad conſolationem quoq; pertinet, quaſi dicat, is tantum ſubmerſus eſt, quẽ ſubmerſum, certo ſciuimus, quum id viderimus: cætera reſpondẽt dictis matris, quam nunc matrem fuiſſe, probata fide eius, incunctanter cenſet, dixerat aũt Venus: Nanq; tibi reduces ſocios, claſſemq; relatam Nuncio, & in tutũ verſis Aquilonibus actã. Achates, vix fatus erat ea, quum nubes circũfuſa ſcindit. i. diuidit ſe repente. i. ſubito: & purgat ſe. i. euaneſcit in æthera apertum. i. aerem clarum ita, vt nihil nebulæ reſtaret, ſed Æneas reſtitit. ſ. abſumpta nube: & refulſit. i. reſplenduit in clara luce, ſimilis deo os. i. ſm̃ vultum, quod ad decorẽ pertinet: & humeros quod ad fortitudinem, & robur, eſt aũt nota figura, ſimilis os. i. habẽs os ſimile, &c. Nanq; genitrix ipſa, aut quæ magna eſt: aut quę poteſt id præcipue poteſt, vt ſit excellentia: aut ipſa. i. vt dicunt in propria perſona: & per ſe, ita vt alteri id muneris non commiſerit: ipſa ergo genitrix. ſ. Venus afflarat nato. i. filio ſuo Æneæ: cæſariem. i. comam, aut ventis expoſitam: aut qualem tonſores incidendo facere ſolent: & afflarat lumen purpureum. i. floridum: & ſubridẽs: vt flores ridere dicuntur. iuuentæ. i. qualis in iuuenta eſſe ſolet: & honores. i. ornatus lætos. i. lætificantes: eum qui inſpexerit, aut qui ex lætitia prouenire ſolet. vnde Stat. in Achil. O quantum gaudia formę Adijciunt, dicimus aũt honeſtum, prò pulchro: & pulchrum, pro honeſto: vt, At pulchrum eſt digito monſtrari, & honorem, pro pulchritudine: & econuerſo: vñ Teren. Honeſta facie dicit puellam, pro formoſa, ac pulchra: afflarat inquam tale decus, quale decus addunt manus, ſcilicet artificis: ebori, aut, ſup. argento, & lapidi, pario. i. marmori candidiſſimo: vbi. i. quando, ſupp. aut ebur, aut argentum, aut lapis Parius. i. in Paro inſula natus, circundatur auro flauo. i. inauratur aut obducitur auro, quod flauum eſt, ac fuluum.

PIERIVS.

⸿Iãdudũ erumpere nubẽ.) In codi. aliquot antiquis, abrumpere legitur. Sed q̃a conſilium eſt ex obſcuro, clauſoq; loco, in apertum, & clarum prodire, magis placet, erumpere, vt in Medi & pleriſq; alijs. Signant vero grammatici eloquutionis genus, quũ accuſatiuus iungitur verbo, cui ſit coalita præpoſitio, quæ ablatiuum ſeiuncta ſibi depoſcebat. ⸢Cæſariẽ nato genitrix.) In Ro. cod. genetrix media ſyllaba, ꝑ e, paſſim ſcriptum inuenias, eandẽ ſcribendi rationẽ in titulis antiquoꝝ, marmoreisq; monumẽtis, non ſemel obſeruaui, quin etiam in nummis, qui fuerint eruditis adhuc ſæculis cuſſi, vtpote, Iuliæ Piæ, vbi Venus eſt læua haſtæ innixa, dextera exporrecta, cũ inſcriptiõe Venus genetrix. Romani. n. genus, à Venere propter Æneã eius filiũ, ſe ducere aſſeuerabant, & Iulia gens condente, dicanteq; Iulio Cæſ. templũ erexit Veneri genetrici, quod Pli. & Trãquil. tradidere, vidimus aũt Romæ ſcriptum genetrix, per e, non vno loco, in eo vero monumẽto maxime placuit, quod in hortis Caroli Stallæ habetur vndecũq; mutilatum: cuius quidẽ eam partem tantum, quæ ad rem, qua de loquimur, facit hic inſeruiſſe, ſufficiat.

FRATER MEI ET GENETRIX GERMANA
ORO ATQ.O DESINITE LVCTV QVESTV
LACHRVMAS FVNDERE SEI IN VITA
IVCVNDA VOBEIS VOLVPTATEI FVEI
VIRO ATQVE AMEICEIS NOTEISQVE
OMNIBVS.

Ne vero quis huiuſmodi ſcriptiones, vt iam obſoletas exigat, animaduertendum eſt Probum grammaticum non temere obſeruaſſe. Genitor per, i, & genitrix, per e, ſcribi, non ita autem in monitor, & monitrix, quorum vtrunq; per i, ſcribi conſtet.

Tum ſic reginam alloquitur, cunctisq; repente
Improuiſus ait. ⸢Coràm quẽ quęritis, adſum ÆNE.
Troius Æneas, Libycis ereptus ab vndis.
O ſola infandos Troiæ miſerata labores,
Quæ nos relliquias Danaum, terræq;, marisq;
Omnibus exhauſtos iam caſibus, omnium egenos
Vrbe, domo ſocias: grates perſoluere dignas
Non opis eſt noſtræ Dido, nec quidquid vbiq; eſt
Gentis Dardaniæ, magnum quæ ſparſa per orbem.

SERVIVS.

⸿Tum ſic.) Quid eſt ſic? Et ſui gratia præpotens, & matris auxilio. ⸢Coram quem quæritis adſum.) Hoc loco diſtinguendum. Nam ſi vnum eſſet, adeſt diceret, nõ adſum. ⸢O ſola.) Propter Polymeſtoris factũ: qui fide violata defecit in Græcos, vt oſtẽdit, in tertio. ⸢Miſerata.) Et Miſeror & miſereor vnum ſignificat: ſed miſeror accuſatiuum regit, vt hoc loco. Item, Nec miſeratus amantem eſt. Miſereor genitiuum, Vnde eſt, Miſerere animi nõ digna ferẽtis. ⸢Quæ nos relliquias Danaũ.) Si Troianos ſignificat: ſimpliciter intelligit. ſi ad ſe refert: ꝙ Achillem euaſit fauore Neptuni. ⸢Terræq; marisq;.) Terrę ꝑpter Cretenſem peſtilentiam. Maris propter Orontis interitũ. ⸢Omniũ egenos.) Eget honeſtius genitiuo iũgit̃ q̃ ab-

Dij tibi ſiqua pios reſpectant numina, ſiquid
Vſquā iuſtitiæ eſt, & mens ſibi conſcia recti,
Præmia digna ferant: quæ te tam læta tulerunt
Secula, qui tanti talem genuere parentes?
In freta dum fluuij current, dum montibus vmbræ
Luſtrabunt, conuexa polus dum ſydera paſcet,
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt,
Quæ me cūq; vocāt terræ. Sic fatus, amicū POETA
Ilionea petit dextra, læuaq; Sereſtum,
Poſt alios, fortemq; Gyan, fortemq; Cloanthum.

latiuo, cui iungit Cicero, vt, Eget ille ſenatu. Itē cōtra Virgilius, Quorum indiget vſus. Vrbe, domo ſocios.) Hoc eſt publico & ꝑuato dignaris hoſpitio. Nō opis eſt noſtræ Dido.) Opis.i. poſſibilitatis. Et ſm Atteium philologū, Opes nūero trn̄ plurali, diuitias ſignificāt: vt Troianas vt opes. Numero ſingulari, auxiliū. Terentius, Iuno Lucina fer opē: ſerua me obſecro. Ab vtroq; poſſibilitatē. Nec qcqd vbiq; eſt.) Meminit hiſtoriæ. multi.n. poſt excidium Troiæ, orbis diuerſa tenuerunt: vt Helenus Epirū: Antenor Venetiā: alij Sardiniam ſm Salluſtium: alij vicina Syrtibus loca ſm Lucanū: vt Portusq; quietos. Oſtendit Libyæ Phrygio placuiſſe magiſtro. Si q̄ pios reſpectant numina.) Siquidē: vt Horatius, Si tn̄ impiæ nō tangēda rates trāſiliunt vada. Nec.n. congruit optare dubitantem. Aut certe ad ſe retulit: qui cū pius eſſet, tot laborabat incōmodis. Si quid vſquā iuſtitiæ eſt. Si valet apud hoīes iuſtitia. Et mens ſibi conſcia recti.) Secundū Stoicos qui dicunt ipſam virtutē eſſe pro præmio: etiam ſi nulla ſint præmia. Quæ te tam læta tulerunt Secula?) Alibi, Nati melioribus annis. Felicitas.n. tēporū ex naſcētium meritis comprobatur. Qui tāti talē genuere parētes.) Secundum artē rhetoricam parētes quos ignorat, laudat ex liberis. Simul ſciendum omnia hoc loco laudis præcepta ſeruata. Nā & à parentibus laudat: vt Qui tanti talem genuere parētes. Et ab ipſa: vt Vrbe, domo ſocias. Et à futuro: vt, Nomenq; tuum laudesq; manebunt. In freta.) Abuſiue modo maria. Nā proprie fretum eſt mare naturaliter mobile: ab vndarū feruore nominatum. Dum montibus vmbræ Luſtrabunt cōuexa.) Alij hoc loco diſtingunt: & dicunt, quādiu inclinata in montibus latera vmbræ pro Solis flexu circūibunt, vt Luſtrat Auentini montem. Aut luſtrabunt, inumbrabunt. Vn̄ luſtra & ferarum cubilia, & lupanaria per contrariū dicimus: quia parū illuſtrantur. Alij aūt cōuexa ſydera volunt.i. pendentia: vt, Et cœli cōuexa per auras.i. ſuſpenſa. Planetasq; intelligunt: quia non ſunt fixi, ſed in aere feruntur. Paſci aūt aquis marinis ſydera.i. ignes cœleſtes, Phyſici docent: ſecundum quos ait Lucanus, Atq; vn̄ pluſq̄; quod diſgregat aer. Quæ me cunq; vocāt terræ.i. vbicūq; terrarum habitauero. Eſt autem Tmeſis quecunq;.

ASCENSIVS.

Tum ſic &c.) Hic habetur oratio artificioſa Æneæ ad Didonē, qua illius animū, quod Venus maxime optabat, ſibi Æneas fortius deuinxit, quū ea & honeſta eēt, & decēter ꝓlata, & à viro cui Venus omnes charitates, ac gratias, afflauerat. Primū aūt ſignificat, ſe omnia audiſſe, ne repetēda ſint: & ita vult reginā leuare ab onere ſui inquirendi: deinde gratias agit Didoni eāq; ſummopere laudat Tū ſocijs dextrā ꝓbet: de qua re diſſerit Donatus ſic. Tū ſic reginam al.) Debuit loq prior, vt & ſe indicaret, & ageret gratias: & vt oſtenderet ſe affuiſſe. Corā.) Vno verſu omnibus reſpōdet: vt properaret ad gratias agēdas. O ſola infandos.) Summa arte loquitur, & habet rationē loci, tēporis, & perſonæ, loquebatur Carthagine, vrbe inimica, ꝓpter Iunonē, & in tēplo ipſius, apud eam q̄ ſummam teneret imperij: & eo tpe, quo poſt naufragiū terras cupiebat. Ergo, nihil de Iunonis factiōe, cōqueſtus eſt. Gratias agit, nullū culpans. Sola.) Laudat factum, quod ſit ſine exēplo & occulte miratur inuentam ibi requiē: vn̄ periculū fuiſſet timendum, cauſas aduentus, quia Ilioneus dixerat, præterit. Quæ nos.) ſ. relliquias Danaum relliquias terræ, relliquias maris. Demū, quia infiniti perierant, & vrbs ceciderat. Terræ.) Caſibus exhauſtas, dicit propter peſtem Cretenſem, qua multi perierant. Maris.) Quia naufragio Orōtes perierat. Vrbe, do.) Currit per amplificationē, extollens præſtitū in maius: vt non ſolum in hoſpitiū ſuſcępti ſint, ſed ēt in ſocietatis fœdera vocati. Caſibus exhauſtos.) Oſtendit inopiā non eſſe originalē quaſi abiectæ perſonæ, ſed fortunæ violentia proueniſſe. Docet, quæ ſunt curanda in laudibus, nā imparē ſe in reciprocis bn̄ficijs, vt debuit, demonſtrat. Inuenit tn̄ in hoc, occaſionē à laudis officio non alienā: qua, multitudinē quoq; Troianorū laudaret q per orbē ſparſi, exigui in numero Carthagine erant. Dij tibi.) Quoniā bn̄ficijs tuis ſingularibus, & in æternum præferendis, humana vox rn̄dere non pōt. Dij, pro nobis quæ mereris exoluant. Quæ te tam læta tu Secula?) Quis dicat, cur tu ſola talis, & non alij ſimiles, his ſeculis nati ſunt? vt ſupra: O ſola infandos, & occulte innuit ſeculorum eſſe, vt aut boni, aut mali naſcantur: Quærit igitur ſecula quibus Dido talis potuit naſci: quia per totū orbē iactati Troiani, ſolā beniuolā, & liberalē illam inuenerunt. Qui tanti.) Quia naſcēdi rō per parētes prouenit. Horum eſt felicitas: ſi præcipuos ſuſcipiant liberos. Quæruntur ſecula: q̄runtur parētes. Dido ſola, in toto orbe iuſtiſſima, memoratur: vt quod ſummū eſt, ēt totum ſuū ſit nec habeat parē. Dij tibi.) Ne omnē reciprocam, vicem referēdæ gratiæ omittat, deos rogat: vt quod ipſe non pōt: illi præſtent: quod aūt ipſe pōt, non iacebit. In freta.) Oſtēdit omnium rerum finē futurum: quum illius honos non ſtabit. Simile illud: Dum domus Æneæ Capitoli immobile ſaxum Accolet, imperiumq; pater Romanus habebit. Me.) Subtiliter ſe nec ceſſaturū dixit, nec eſt pollicitus abiturū: ne Didonē læderet, vrbis ſocietatē offerentē. Amicum.) Quod ꝓbauit amici abſentis cauſam defendendo. Hæc ille. Ordo aūt eſt, Æneas alloquitur tūc, poſtq̄;.ſ. diſſoluta nube reſtiterat: ſic.i. in antedicto decore, os, humerosq; deo ſimilis, reginā.ſ. Didonē: & ipſe improuiſus cunctis.i. à nemine præuiſus, ait repente. Ego Æneas Troius.i. Troianus quē quæritis, adſum: corām.i. in conſpectu veſtro. ereptus ab vndis Libycis.i. maris Libyci. O Dido, ſola miſerata.i. quæ ſola miſerata es infandos.i. tam magnos, vt enūciari nō poſſint: aut tam indigne illatos, vt enūciari indigni ſint, labores.i. caſus, & miſerias: Troiæ.i. Troianorum, q̄ ſocias vrbe.ſ. cōi: & domo.ſ. regia, & ꝑuata: ſed plus eſt ſociare, q̄; hoſpitio ſuſcipere: nā eos, & ciuitate, & regni iure donat ſociādo.i. in ſocietatē regni, eos accipiendo, ſocias, ergo vrbe & domo.i. ſocios facis in vrbe & domo: nos relliquias Danaum: pro Danaorum.i. Græcorum.i. nos qui relicti ſumus à Danais, & Græcis: exhauſtos.i. effœtos, aūt attenuatos: omnibus caſibus.i. omnis generis: caſibus.i. erūnis: & aduerſitatibus terræ, & maris: & egenos oīum.ſ. rerū: ò Dido inquā, quæ hæc facis, ego ingenue fateor.ſ. ꝙ perſoluere grates.i. referre gratias dignas.i. æquales meritis tuis: non eſt opis.i. facultatis noſtræ.i. noſtrum, qui hic ſumus: nec, ſup. eius gētis Dardaniæ: quidquid gentis Dardaniæ vbiq;.i. in quocūq; loco eſt: vt ſit vbiq;, pro vbicunq;: aut quidquid gentis Dardaniæ eſt vbiq;.i. iam fere in omni regione: quæ gens Dardania.i. Troiana, eſt ſparſa per magnū orbē: hoc eſt, ēt ſi oēs Troiani adeſſemus, & anniteremur dignas referre gratias, id nō poſſemus: quanto minus igitur nos, qui tam pauci ſumus, reſpectu vbiq; diſperſorū: verum, quia nos referre non poſſumus. Dij ferant tibi ꝓmia digna, ſiqua numina.i. ſiqui dij reſpectant.i. miſericorditer: & id frequēter reſpiciunt: pios.i. eos, qui erga pios pij ſunt: & ſiquid.i. aliquid iuſtitiæ eſt: vſquā.i. in aliquo loco: & mens eſt ſibi conſcia, recti.i. æquitatis, & iuſtitiæ: aut recte acti. Eſt aūt diuerſus intellectus. Nā alij ſic intelligunt. Dij ferāt tibi digna ꝓmia, ſiqui in nos iuſti ſunt: nā videtur iniuſtos cenſere deos: qui pios ita perſequuti ſunt: vn̄ Iunonē præcipue iniquā, cenſet: alij rectius intelligunt: vt ad vitandam arrogantiam additum ſit. Nam, quia dixit: ſiqua pios reſpectant numina: poſſet videri confidētius ſe, & ſuos pios dixiſſe, niſi adderet: ſiquid vſquā iuſtitiæ eſt: per quod videtur hoc dicere: videmur qdē nobis pij: ſed vix quidq̄; iuſtitiæ eſt apud mortales: ꝙ in conſpectu deorum, ſatis pium, ac iuſtum cenſeatur: mens tn̄ nobis conſcia recti eſt, Seruius aūt illud ad Didonē retorquet, vt pro præmio illi ſit: quia mens ſibi conſcia recti ſit. Poſtq̄; itaq; gratias egit Æneas, progreditur in laudē Didonis: addens quæ.i. qualia ſecula: tam læta tulerunt.i. produxerunt te: qui tanti.i. tam magni parentes, qui tantū boni produxerunt mundo: progenuerunt te, talē.i. tot virtutibus præditā, ꝑcipue iuſtitia, & miſericordia. q.d. fuerunt nimirū maximi meriti parentes, qui talē meruerūt producere prolē. Et ideo dum.i. donec fluuij currēt.i. defluēt: in freta.i. in maria: & dum vmbræ, luſtrabunt.i. luſtrationē, hoc eſt circuitū facient, aut luſtra feris facient: in montibus, qa vt ſol circūfertur: ita & vmbræ luſtrant.i. circūuoluuntur: & dum polus paſcet.i. ſuſtinebit: ſydera conuexa.i. in cœlo conuexo exiſtentia (quāuis ſint q conſtruant, ſic dum vmbræ luſtrabunt.i. circuibunt in montibus conuexa.ſ. montium.) hoc eſt, donec cœlorū, & elementorū permanebit natura: honos.i. honor, & nomē tuū & laudes tuæ manebunt ſemper.ſ. in memoria: quæcunq; terræ vocent.i.

vocent.i.vocauerint me.i.vbicunq; fuero,ſic te prædicabo,vt il lic perpetua ſit tui memoria:non autem ſenſus eſt,quòd ſemper maneat memoria apud Æneam:quia ſic ſe ſemper ſuperſtitem fore iactantius diceret,ipſe Æneas fatus:ſic petit dextra Ilionea, amicum.ſ.virum qui tam facundæ Æneam commendauerat,& rebus Troianis conſuluerat: & petit læua.i.tangit ſiniſtra manu Sereſtum.ſ.amicum, & poſt.i.poſtea,ſupp.petit alios:& fortem Gyam,& fortem Cloanthum.

PIERIVS.

Dum montibus vmbræ Luſtrabunt,conuexa polus dũ ſydera paſcet.) Sæpe et accidit,vt & comę,& puncta alia,ſniam non pa rum immutẽt,huc vel illuc trãſlata,quare ſi qñ circa hęc quoq;, vbi vſu veniat,imoremur,nihil ab inſtituto alienũ feciſſe videa/ mur. In Oblon.itaq; codice,& in aliquot aliis antiquis, poſt di/ ctionẽ,conuexa,punctus eſt:vt legas,Dum vmbrę luſtrabunt ea quæ ſunt cõuexa in mõtibus.montium quippe ambitus,tubero ſitas.n.illa conuexa in montibus vmbrã efficit. Quare ita ſepara/ tim mẽbrũ alterum accipiendum. Polus dum ſydera paſcet,q̃ le ctio quadrat cum Ti.Donati ſnia dicentis: Quãdiu fluuii curren do miſcebũtur fluctibus maris:q̃diu ſtabit,quum ſyderibus cœ/ lum,q̃diu ſolis vmbra,vel lunæ conuexa luſtrauerit montium. Iam &,conuexa,per m,ante v, digammon ſcribendum eẽt, ex Victorini pceptione,niſi obſtaret conſuetudo. Ilionea petit de/ xtra, læuaq; Sereſtum.) In Longobardico codi.pro Sereſtũm, Sergeſtũ ſcriptum eſt. Nã ſuperius, Antea, Sergeſtũ,forteq; Cloã thum viderat. Quod ſi admittas,vel erit verſus Scazontis hemi/ ſtichius,more veterũ,qui varios interdũ numeros,alieniq; gñis, verſus heroicis immiſcebant,vel creticus ſede quinta ſtatuetur. Neq; quidẽ exempla deſunt,pſertim ex Lucretio,qui pedẽ huiuſ modi quinto loco poſuerit,vt lib.iii. Præter.n.q̃ morbis,quũ corpus ægrotat,peritiores.n.nonnulli ægrotare, eadem analo/ gia,eodemq; modo cum nomine,æger,primam producere ſylla bam aiunt, quam alii quidam cõmunẽ ſtatuunt in verbo ægro/ to,eodem hoc ipſo citato carmine. Poteram & ex.vi.eiuſdẽ,exẽ/ plum pferre. An cœlum nobis intra natura corruptum,quod in antiquis habetur exẽplaribus. Sed obſtabunt aliqui, vel detritam vnam ex geminatis cõſonantib.& coruptum factũ, vel adhuc non conſtare dicent,quia vulgatis in exẽplaribus, verſus ſex,ſpõ deorum dimẽſione legatur,an cœlum nobis:natura vltro corru ptum. Non ſecus,ac Ennianum illud,quod circũfertur,ciues Ro/ mani tunc facti ſunt Campani. Quæ fuit rudis adhuc ſeculi licen tia. Sed(vt ad Virgilium reuertamur)poſſet quidẽ legi ſpõdaico verſu. Ilionea petit dextra,læua Sergeſtum,quũ in eo codi. Lon/ go.q;:particula ſæpe ſuperflua reperiatur. Quã lectionẽ,ne qs ſu perſtitioſam nimis arbitretur,in Ti.Donati commentariis,Serge ſtum,non Sereſtum,ſcriptum animaduerti:ſed.n.aliorum codi/ cum authoritas facit,vt vulgata ſequamur exẽplaria. In quibus, læuaq; Sereſtum,habetur,qui & ipſe primores inter enumeratꝰ vt lib.ix.conueniunt: Teucri Mneſtheus,acerq; Sereſtus.& eodẽ libro ſuperius. Inſtant Mneſtheus, acerq; Sereſtus. Quos pater Æneas,ſiquando aduerſa vocarent. Rectores iuuenum,& rerum dedit eẽ magiſtros. Ad reginam enim cuncti delecti nauibus ad/ currerant.

Obſtupuit primo aſpectu Sidonia Dido,
Caſu deinde viri tanto,& ſic ore loquuta eſt.
Quis te nate dea per tanta pericula caſus **DIDO**
Inſequitur?quæ vis immanibus applicat oris?
Tu ne ille Æneas,quem Dardanio Anchiſę
Alma Venus Phrygii genuit Symóentis ad vndam?
Atq; equidem Teucrum memini Sidona venire
Finibus expulſum patriis,noua regna petentem
Auxilio Beli,genitor tum Belus opimam
Vaſtabat Cyprum,& victor ditione tenebat.
Tempore iam ex illo caſus mihi cognitus vrbis
Troianæ,nomenq; tuum,regesq; Pelaſgi.
Ipſe hoſtis Teucros inſigni laude ferebat,
Seq; ortum antiqua Teucrorum à ſtirpe volebat,
Quare agite ó tectis iuuenes ſuccedite noſtris.
Me quoq; per multos ſimilis fortuna labores
Iactatam,hac demum voluit conſiſtere terra.
Non ignara mali,miſeris ſuccurrere diſco.

SERVIVS.

Obſtupuit.) Animo perclu ſa eſt: quod iam futuri amo/ ris eſt ſignum. Primo aſpe/ ctu.) ideſt pulchritudine. Ca ſu deinde.) Ideſt miſeratione. Et ſic ore locuta eſt.) Pleo/ naſmos:ſicut,Vocemq; his au ribus hauſi. Quis te nate dea.) Quis qualis. Admiran/ tis enim eſt, non interrogan/ tis. vt Quis globus ò ciues? Non enim interrogat ille qui nunciat. Hoc autem Dido, vt poſt indicat, ex Teucri narra/ tione cognouit. Quæ vis.) Qualis. Immanibus oris.) vt Salluſtius, Mare ſæuum, ideſt importuoſum. Appli/ cat.) Secundũ præſentẽ vſum, per d,prima ſyllaba ſcribitur: ſecundum antiquã orthogra/ phiam, quæ præpoſitionum vltimam literam in vicinam mutabat,per p,ſecundum Eu phoniam,per a tantum. Præpoſitio enim cum ad compoſitionẽ tranſierit: aut vim ſuam retinet, vt Indico:aut mutat vltimam literam,vt ſuffício:aut perdit,vt Coemo. Dardanio Anchiſæ.) Bene Anchiſæ addidit cum multis enim Venus concubuit. Sed ſciendum,Anchiſen paſtorem fuiſſe:& cum eo amato Venerem concubuiſſe. Vnde Æneas circa Simoin fluuium natus eſt. Deæ enim vel Nymphæ enituntur circa fluuios vel nemora quod cũ iactaret Anchiſes: afflatus fulmine,oculoq; priuatus eſt. Teu/ crum Sidona venire.) Hiſtoria hoc habet, Herculem cum Col/ chos iret, perdito Hyla poſt peragratam Myſiam nauibus Tro/ iam veniſſe. A cuius portu cum eum Laomedon arceret, occiſus eſt:& eius filia Heſiona belli iure ſublata, comiti Telamoni tra/ dita eſt: qui primus aſcenderat murum. vnde Teucer natus eſt. Nam Aiacẽ ex alia conſtat eſſe procreatum. Tum Hercules Pria/ mum quoq; redemptum à vicinis hoſtibus in paterno regno lo cauit. Vnde & Priamus dictus eſt, ἀπὸ τοῦ πρίαμαι, emo. Cæ/ terum quæ de liberata dicuntur Heſiona, conſtat eſſe fabuloſa. Sed Teucer cum Troia euerſa,ſine fratre eſſet reuerſus,qui ſe fu/ rore propter perdita Achillis arma interemerat, Salamina pul/ ſus Sidona venit:ex quo Dido cuncta cognouit. Aiax autẽ Achil/ lis patruelis frater fuerat:quoniam Telamon & Peleus frẽs fue/ runt Æaci filii. Vaſtabat Cyprum.) Quam ſubactam conceſſit Teucro:vt in ea collocaret imperium. Caſus.) Hoc loco,ruinę, non fortunæ intelligendus eſt caſus. Ipſe hoſtis Teucros.) Tro ianorum laudis exaggeratio: q̃ etiam ab hoſte laudantur. Ferebat.) Laudabat,præferebat. Teucrorum à ſtirpe vo/ lebat. Propter genus maternũ vt ſupra diximus. Et plus eſt quod dixit volebat, q̃ſi mĩno gaudẽs, refutaret genus pa/ ternum. Tectis ſuccedite noſtris.) Ad cõuiuium Vocat. Nã iam ſupra dixit Vrbe,domo ſo cias. Similis fortuna.) ſ.ad/ uerſa. Non ignara mali, miſe ris ſuccurrere diſco. Quare nõ diſco? Quia non ſum ignara. Bis.n.intelligimus. Non, vt ſu pra diximus:ſic Salluſtius, Se gnior neque minus grauis & multiplex cura.

ASCENSIVS.

Obſtupuit primo &c.) Hic ponitur honorifica reſponſio Didonis,pmiſſo futuri,& iam pene incœpti amoris indicio. Nã,q̃ primũ aſpectu viri ob/ ſtupuit,ſignificat eã ad pulchritudinẽ eius intẽdiſſe aium, quod amantiũ eſt. De hac re diſſerit Donatus ſic. Obſtupuit.) Viſa eius forma & quũ caſum eius vehemẽter miraretur quõ liberari po/ tuerit,& ad ipſam nulli viſus peruenire. Quis te nate dea?) Ex his verbis oſtẽdit aliquam ſui gñis notitiã habere, & quãuis hoc apud Æneã poſſit eſſe mirabile,ait indigne illũ pati: vt dea geni/ tus tẽpeſtate ad regiões ſæuas delatus ſit. Per tãta p.) Miratur pericula in eo,quẽ potẽtia numinis tueri debuit. Atq; equidẽ.) Exponit quõ hæc ſcierit, quare.ſ.quũ videatis vos non eſſe inco/ gnitos & morẽ eſſe familię meę: vt veniẽtes excipiat, vt Teucer à pre ſuſceptus eſt. Me quoq;.) Quam nunc videtis felicẽ aliqñ fortuna depreſſit,vt non pudeat calamitatũ,quę ſunt æquo ani/ mo ferẽdę. Hæc ille. Ordo eſt. Dido Sidonia.i.ex Sidone:pſe/ cta:obſtupuit prĩo.i.primũ,ſeu primo loco:aſpectu viri.ſ.Ænee, **Ordo.** cui Venus diuinos afflarat honores & deinde tãto caſu viri:& lo/ quuta eſt ſic ore,quia prius obſtupẽdo multa ſecum loquuta fue rat mẽte(nõ eſt ergo pleonaſmos,nec vacat particula,ore,vt ſen tit Seruius) O nate dea.ſ.Venere,quod ex Teucro didicerat:quis i.qualis:caſus.i.aduerſitas:inſequitur.i.inſtanter perſequitur te p tanta pericula.q.d.cum ſis natus dea,deberes ab ea caſibus eripiꝰ niſi forte maioris numinis vis obſtaret:iuxta quod(licet id ne/ ſcirt Dido:ſed veritas veritati conſequitur)poeta,vt ſęuæ memorem Iunonis ob iram:addit ergo,q.i.qualis:vis.i.violẽtia adplicat.i. appellit te oris:immanibus.i.ſęuis,cuiuſmodi ſunt Lybicæ, vbi

Syrtes & Breuia ſunt. Tune, ſupp. es (quod non interrogatiue ſed admiratiue nunc dicit.) ille. ſ. nobiliſſimus Æneas: quē alma Venus genuit Anchiſę, Dardanio. i. magnanimo, & à Dardano orto: ad. i. iuxta vndā Symeontis illius fluuij: Phrygij. j. Troiani. Atq; equidē. i. ego certe: memini. i. memoria teneo: Teucrum venire. i. vt Teucer. filius Thelamonis: venerit (vt Agretius docet, memini, verbum præſentis tp̄is, efflagitat: vt memini dicere, memini videre, memini venire: non dixiſſe, vidiſſe, veniſſe: niſi rarius.) Sidona. i. in eam vrbē Tyri, cuias erat Dido: expulſum finibus patrijs. i. patriæ ſuę, à qua per patrē, quòd ſine fratre redierat, excluſus eſt: & petētē noua regna: auxilio Beli. ſ. patris mei: nā Belus, genitor meus: vaſtabat. i. vaſtam, & deſolatam faciebat tunc, Cyprum, inſulam illam, Veneri ſacram: opimam. i. pinguē: & ipſe victor tenebat, ſupp. eam: ditione, ſupp. ſua: conceſſit aūt Teucro: caſus. i. euerſio vrbis Troianæ, eſt cognitus mihi ex illo tēpore. i. poſt illud tēpus: & nomē tuum, ſupp. eſt mihi cognitum: & reges Pelaſgi, vt Diomedes, & alij cum quibus congreſſus es, ſup. ſunt cogniti mihi. Ipſe. ſ. Teucer hoſtis. i. quū eēt, hoſtis, ferebat. i. extollebat Teucros, inſigni laude: hoſtis aūt erat ex parte patris, ſed ex matris parte, natura inuitabat eum ad beniuolētiā: nam mr̄ eius ſoror Priami fuit: q̄ forte effecit, vt Teucer vocaretur à Teucro illo antiquo, qui ex Creta Troiam venerat, ipſe ergo Teucer hoſtis, quātum ad genus paternum, quod in geſtis exterioribus p̄ferre congruit: quū in Græcia natus ſit, ferebat Teucros, vñ per matrē oriundus erat: laude inſigni. i. rara, & excellēti: & volebat. i. libēter ferebat, & tolerabat: ſe ortum. i. oriundū à ſtirpe antiqua Teucrorū: quare agite: adhortandi aduerbiū: ò iuuenes, ſuccedite noſtris tectis. i. intretis tecta noſtra. Similis. i. aduerſa fortuna: voluit quoq;. i. ēt mē iactatam per multos labores (poſſet legi, per multos ſimileis labores, nec eſſent duo epitheta, quia multum, non eſt plenum epithetum, licet. n. dicerē, multi boni viri id conſuluerunt.) conſiſtere demum hac terra, ego non diſco ignara. i. vt faciunt ignari mali. i. incōmodi: aut aduerſitatis: ſuccurrere miſeris. i. didici per meipſam, ſuccurrere miſeris: quia id quiſq; facile miſeratur in alio, quod ſe paſſum difficulter meminit: non ergo diſcit ignara: qa neq; ignara eſt, neq; didicit: ſubaudiri ergo videtur, tanq̄; ignara: aut veluti ignara: vt ſit, non diſco tanquam ignara ęſſem: aut veluti ignara diſcedere deberem.

PIERIVS.

¶ Quam Dardanio Anchiſæ.) Alma Venus Phrygij, genuit Simoentis ad vndam. Sunt qui Anchiſe, caſu ſeptimo legane: verum antiqua exemplaria, Anchiſæ, ſcriptum habent acquiſitiuo caſu.



POETA

Sic mem orat,ſimul Æneam in regia ducit
Tecta,ſimul diuum tempus indicit honorem.
Nec minus interea ſociis ad littora mittit
Viginti tauros,magnorum horrentia centum
Terga ſuum,pingueis centum cum matribus agnos,
Munera,lætitiamq; dei.
At domus interior regali ſplendida luxu
Inſtruitur,mediisq; parant conuiuia tectis.
Arte laboratæ veſtes,oſtroq; ſuperbo,
Ingens argentum menſis,cælataq; in auro
Fortia facta patrum.ſeries longiſſima rerum,
Per tot ducta viros,antiquæ ab origine gentis.

SERVIVS.

Indicit honorē.) i.iuſſit fieri ſupplicationes.Et bene indicit,qa Troiani inopinato venerāt.Feriæ aut legitimæ ſūt,aut indictę.Indici aūt dicunt̄,quia pauptas maiorū ex collatione ſacrificabat,aut certe de bonis dānatoꝝ.Vnde & ſupplicia dicunt̄ ſupplicationes, quę ſunt de bonis ſupplicia paſſoꝝ.Salluſtius, In ſupplicijs deoꝝ magnifici.Hinc etiā ſacrum & venerabile & execrandū intelligimus : quia ſacræ res de bonis execrandorum fiebāt. Terga ſuū.) Nō declinatio u,hoc loco geminat:ſed ratio nois in quo eſt u,ſicut & in rum mittit genitiuum pluralem,nō per declinationē,ſed quia eſt in noīe r,vt patrum,Alituū vero vbi legimus,epentheſis eſt.ſicut Mauortis vel induperatoris.Nā alitum facit,vel Martis,aut impatoris. Munera,lętitiamq; dei.)i.vinū,aut certe vt multi legunt , Lętitiaq; die,ideſt diei,Vt ſuprà dicta munera,ſint multorum dierum vſui ſufficiētia.Intelligamus autem miſſa aliqua etiam ad vſum diei. Luxu.) Modo abundātia:alibi luxuria.Et notandū quia affluētiam vbiq; exteris gentibus dat, Romanis frugalitatem , qui & duobus cibis tantū vtebatur,& in atrijs edebant ſedentes . Vnde Iuuenalis, Quis fercula ſeptem Secreto cœnauit auus?Et virgilius, Perpetuis ſoliti patres cōſedere menſis. Laboratæ veſtes.) Labore perfectę,vt Laboratasq; premūt ad pectora ceras. Et eſt ſermo in cōpendium coactus:ſicut,Rapuitq; in fomite flammā, ideſt raptim fecit. Ingens argentum menſis.) Aut ſubaudis exponunt:aut menſas argēteas accipe. Cœlataq; in auro.) Inſculpta.Et nomen hoc in principali aliam habet naturam:in deriuatione mutat.Nam Coelum dicitur ferrum ipſum vnde operantur argentarij,quod producitur,naturaliter. Sed in deriuatione mutatur:diphtōghus nāq; eſt,cælata in auro. Series.) Ordo cōnexus. Per tot ducta viros.) A Belo,primo rege Aſſyriorum: vt Ab antiquo durantia cinama Belo.Ab eo vſq; ad Belum patrem Didonis:qui & ipſe Aſſyrius fuit: hinc eſt.Quam Belus & omnes à Belo ſoliti:cum inter patrem & filiam medius nullus exiſtat, & regis nomen ratione non caret.Nam omnes in illis partibus olem colunt,qui ipſorum lingua Hel dicitur. Vnde & Helois. Ergo addita digammo , & in fine facta deriuatione à Sole regi nomen impoſuit.

ACSENSIVS.

Sic memorat.) Poſt orationem Didonis,docet magnificentiā eius in Troianos,& apparatum cōuiuij Æneæ,& ſocijs exhibiti: vnde Donatus ſic:Et quoniam nō præſentibus,ſolum conſulendum erat,mittit ad abſentes munera. Laudat à magnitudine , ꝙ tauri,& numero,ꝙ viginti,Si enim boues dixiſſet , imminuiſſet gratiā. Pingues.)Et ergo pingues erant,& ducentia oſtendit capita. Munera lętitiamq; dei.) Vinum quod ſufficeret omnibus. Ad littora.)ſcilicet ad illos,quos reliquerat Æneas:& ad illos quos Ilioneus. At domus.) Oſtēdit,ꝙ quū hoſpites recipimus: domus pro eorum meritis eſt componēda.Ergo quum accipiēdus eſſet Æneas tantus vir,domum regali luxu per ſe ſplendidam:tamen additis multis repentinis ornauit. Ergo legendum, Domus ſplendida regali luxu,& īteriecta mora dicamus, Inſtruitur. Interim.) Quia interim in exteriorem partem Trioanos īduxerat.īterior melius ſolito ornabat̄. Medijs tectis.) Nā quū multa turba eſſet accipienda alibi tot triclinia ſterni non poterant. Conuiuia.) Omnia conuiuia vehemēter ſplendebant : ſed fuit in apparatu diuerſitas,propter diſtātiam perſonarum. Nam hoſpites cū regina,recępti ſunt in oſtro ſuperbo.Tyrij vero tāq; minoris dignitatis,in veſtibus pictis, vt in textu videbis. Argētum m.) Adiecit menſis, vt oſtenderet eſcarium argētum:ne putaretur in ea ſpecie eſſe,quæ longe eſſet ab vſu menſarū.Eſt multiplex argenti laudatio.Nam fuit magnum inſignitum auro , & miro artificio, vt ars cum ipſius pretio certaret . Sculptura autē geſta maiorum continebat:quoꝝ contēplatione,meruit longiſſimum tempus conſeruari. Ordo eſt.Dido ſup.memorat, ideſt recitat,ſic.i.hoc modo: vt p̄miſſum eſt: & ducit ſimul Æneam in tecta regia, & indicit ſimul honorē.i. feſtiuitatem templis:diuū, pro diuoꝝ:hoc eſt iubet ob lętum aduentum,& ſalutem Troianoꝝ,diem feſtum agere,& ferias,ſeu vacationes facere : nec mi-

nus.i.

nus.i.& tamen etiam ipſa mittit iterea,ſociis.ſ.Æneæ, ad littora.i.quos i littore derelique rat Æneas:eis enim ſuccurrendum fuit, ne turpiter eorum, īmemor factus culpetur , qui ob eorum ſalutem exiuerat,viginti tauros,& centum , terga ſuum .i. porcorum magnorū, horentia.i. horrorem etiā inducētia,aut aſpera ſale,& centum agnos pingueis cum matribus,à quibus nutriri adhuc diutius poterāt:nam decreuerat Æneā pluſculos dies apud ſe detinere,donec claſſem reficeret:nondum.n. de coniugio eius cogitauit:ſicut poſt recitationē de bello Troiano : & mittit munera,& lętitiā dei.ſ.Bacchi: hoc eſt, vinū,quod lętificat cor hominis:aut die,pro diei:feſti.ſ.vt & illi qui in litore erāt:lætos cōuiuas agerent:aut vt(Aulus Gellius legit)dij,ꝓ diei eadē de cauſa:ea autem munera ſunt vina,ſine quibus lęti eſſe nequeant,niſi accęperit ab Ænea,eos adhuc vini ſat habere,quia vina bonus q̄ deinde cadis onerarat Aceſtes.Miſiſſe aūt videtur ad vtroſq;,tā ad ſeptē naueis cū Ænea appulſas,q̄; ad alias, vnde viginti tauros miſit:licet vna nauium perierit.At.i.ſed:domus īterior.i.aula ſeu regia ſplēdida luxu.i.abundāti ornatu:regali.i.regiā maieſtatem decēte inſtruitur:& parant cōuiuia in medijs tectis.i.aut intra tecta, vt ſub dio in area inter tecta cōuixiſſe intelligātur:vnde dicturus eſt Æneas,ſuadentq; cadentia ſydera ſomnos:quod non apte ītra tecta dixerit.Poteſt aūt ordo eſſe, vt ſit miniſtri Tyrij,parant tectis medijs conuiuia: vt vero depingeret celeritatem operantium:ſubticuit verba in ſequentibus loquutionibus,quæ ſic ſupplebūtur: veſtes laboratę arte.i.artificioſe factæ: vt ſit laus ab artificio,& oſtro ſupbo.i.purpura magnifica: vt ſit laus à materia:& colore,ſup.extenduntur,& argentum ingens,ſupple:exponitur menſis,& fortia facta patrum, cælata in auro:& ſeries longiſſima rerum.ſ.geſtarum,ducta per tot viros,ab origine antiquæ gentis,ſupp.exponuntur menſis:& hoc modo verbo,parant:deerit ſuppoſitum:& multis ſuppoſitis ſequentibus verbū. Aut ordo ſit,nihil ſubaudiendo talis. Veſtes laboratæ arte,& ſuperbo oſtro:parant.i.ornant conuiuia in medijs tectis , & ingēs argentum.i.ingentia vaſa,ex argento facta,& fortia facta patrū i.maiorum,à Belo primo, vſq; ad Belū,Didonis patrē:cælata in auro.i.vaſis,aut toreumatis aureis,appoſitorie,Series rerum lōgiſſima,ducta ab origine antiquæ gētis per tot viros,parant cōuiuia menſis.i.exhibent apparatum conuiualem,quātum ad mēſas. Vt aulea parietes ornabant.

PIERIVS.

Munera lętitiaq; dei.) Minime mirum,ſi tot authores diuerſi abeunt in hemiſtichij huius interpretatione:quū veteres quoq; codices,diuerſiſſimi reperiant̄. Quorum quippe alij die,alij,dei, alij,dij,legunt. Quod quidē,quum neq; ab Aulo Gellio , neq; à Seruio,neq; ab alio quopiam adhuc determinatum eſſet , litem ego,quoq; ſub iudice relicturus eram,niſi exemplaria fere omnia vetuſtiora reclamaſſent , dei,legēdum eſſe atteſtantia. Vitēq; in ſacris,myſtico ſenſu,lætitiam ſignificare ſacerdotes Ægyptij ſubmonuiſſent, vt non inſulſa ſit interpretatio. Munera dei,qppe lętitiā,cuius paulopoſt Bacchus dator appellabitur , q̄ qdem abſq; vino frigidiuſcula fuiſſet. Verū de hoc latius in ſacris Ægyptiorum literis. Huic porro ſentētię ſubſcribit Ti.Donatus:apud quē in integris eius cōmētarijs,ita ſcriptū inueni. Munera, lætitiamq; dei:in vino tantum eſſe miſſum,debemus ītelligere quātum cōgrueret cęteris,quę ſpeciatim numerata ſunt,ordinatio ſenſus melius intellectum patefaciet,quę talis eſt, Nec minus interea ſocijs ad littora mittit Munera,& dicit,quę ſint ipſa munera. Viginti (inquit) tauros, Magnoꝝ horrentia centū terga ſuum, Pingues centū cū matribus agnos, Lętitiaq; dei.ſcribe vero,lętitiā,per t,ſyllaba pene vltima,non per c,quod & ętatis eruditioris marmora,& ipſa nomiſmata declarāt,in Fauſtinę enim Auguſtæ. Nūmo lętitia,per,t,ſcriptum obſeruauimus:in Imp.Cæſa. Lu. Pertinacis Aug.lętitia tēporum:& eodē modo in plerisq; alijs. Antiquę ab origine gētis.) In Longobardico exēplari,& in Mediceo,antiqua legit̄,quod & in alijs aliquot animaduerti: idq; forſitan non inepte. Malunt tamē multi,antiquę gentis,legere,neq; id indecenter.

Æneas(neq; enim patrius conſiſtere mentem
Paſſus amor)rapidum ad naueis præmittit Achatem
Aſcanio ferat hæc,ipſumq́; ad mœnia ducat.
Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis.
Munera præterea Iliacis erepta ruinis
Ferre iubet,pallam ſignis,auroq́; rigentem,
Et circuntextum croceo velamen Acantho,
Ornatus Argiuæ Helenæ,quos illa Mycenis,
Pergama quum peteret,inconceſſosq́; Hymenęos,
Extulerat,matris ledæ mirabile donum.
Præterea ſceptrum,Ilione quod geſſerat olim
Maxima natum Priami,colloq́; monile
Baccatum,& duplicem gemmis,auroq́; coronam,
Hæc celerans iter ad naueis tendebat Achates.

SERVIVS.

¶ A eneas.) Seqtur, Rapidum ad naues. Cæteta per parẽtheſin dicta ſunt. ¶ Rapidũ ad naues ꝑmittit Achatẽ.) Non pręmittit(nec enim ſequitur ipſe) ſed pręrapidũ:quod ex affectu patris intelligendum eſt,nõ ex Achatis velocitate. Et ſic pręrapidũ dixit,quo mõ Terẽt. Per pol q; paucos,hoc eſt ꝑ quam paucos,Pol.n.per ſe plenũ eſt iurantis aduerbiũ:cui præpoſitio ſeparatim nunquã cohæret. ¶ Ferat.) Afferat , nuntiet: vt,Feret hæc aliquã tibi fama ſalutẽ. ¶ Stat.) Modo eſt:aliàs horret vt Stant lumina flãma. &,Stabat acuta ſilex. Item plenum eſt:vt,Iam puluere cœlum Stare vident. Stant & iuniperi & caſtaneæ hirſutæ. Item poſitum eſt:vt , Stant manibus aræ. Item placet:vt Stat cõferre manum.&,Stat caſus renouare omnis. Pro loco ergo hic intelligendus eſt ſermo. ¶ Iliacis erepta ruinis.) Commendat ex loci difficultate:vt,Nec tuta mihi valle reperti. Item ex perſona,Ornatus Argiuæ Helenæ.&,Ilione quod geſſerat olim.vt,Hoc Priami geſtamen erat. Quemadmodum plerunq; ex longitudine,vt Terentius,Ex Aethiopia eſt vſq; ancilla hæc. ¶ Erepta.) Laborat hoc ſermone probare ab Aenea nõ eſſe proditam patriam,ſi ornatus Helenæ:quam cum Antenore Troiam prodidiſſe manifeſtum eſt,ex incẽdio eripuit, bellorum caſu,non pro præmio proditionis accępit. ¶ Signis auroq;.) Signis aureis:vt Molemq; & montis. ¶ Pallam rigentem. Duram propter aurum,ſicut & nouas veſtes videmus. Significat autem tunicæ pallium:quod ſecundum Varronem palla dicta eſt ab irrugatione,& mobilitate,quæ eſt circa finem huiuſmodi veſtiũ, ἀπὸ τοῦ πάλλειν. ¶ Velamen.) Cycladem ſignificat. ¶ Acãtho.) Genus virgulti flexuoſum,quod vulgo Herbacanthum dicunt: In cuius imitationem arte veſtis ornatur. ¶ Ornatus argiuæ Helenæ.) A vicinitate dixit Argiuæ. Et paulo poſt Mycenis: cum ſpartana fuerit,quæ ciuitas eſt in Laconia. Nam legimus, Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter. Et vide iam omen in felicitatis futuræ:cum adulteræ ſuſcipit munera. ¶ Incõceſſosq; Hymenæos.) Et fato & legibus. Hymenæus autem , vt alii dicunt,deus eſt nuptiarum. Vt alii,quidam iuuenis fuit,qui die nuptiarum oppreſſus ruina eſt. Vnde expiationis cauſa nominatur in nuptiis,ſed falſum eſt. Nam vitari debuit magis nomen extincti. Sed hoc habet veritas,Hymenęus quidam apud Athenas inter bella ſæuiſſima virgines liberauit:quam ob cauſam nubentes eius inuocant numen,quaſi liberatoris virginitatis. Hinc etiã apud Romanos Talaſio iuocatur. Cum enim raptu Sabinarum Plebeius quidam raptam pulcherrimam duceret: ne ei auferretur ab aliis,Talaſionis eã ducis nobilis eſſe ſimulauit:cuius nomine fuit puellæ tuta virginitas. ¶ Matris Ledę mirabile donũ.) Vel qnod ipſa filiæ,vel quod ei Iuppiter dederat. ¶ Præterea ſceptrũ, Ilione.)Bene offert munera apta perſonis,ſicut etiam Latino in ſeptimo. ¶ Maxima natarum Priami.) Quia ante etiam fœminæ regnabant:preſertim primogenitæ,vnde eſt Maxima. Hæc autem vxor Polymeſtoris fuit. ¶ Colloq; monile.) Ornamentum gutturis,quod & ſegmẽtum dicunt,vt Iuuenalis,Segmenta & longos habitus. Licet ſegmentatas veſtes dicamus:vt ipſe,Et ſegmentatis dormiſſet paruula cunis. ¶ Baccatum).Ornatum margaritis. Dicimus autem & hęc margarita,& hoc margaritum,& hęc margaris,quod gręcum eſt quo modo Nais. Sane multi ſeparant gemmam & margaritam,vt Cicero,Nullam gẽmam aut margaritam,& gẽmas volunt dici diuerſi coloris,margaritas vero albas,vel gẽmas integras,margaritas pertuſas. ¶ Duplicem gemmis,auroq; coronam.)Duplicem aut latum:vt,Duplici aptantur dentalia dorſo. Item, Aut duplex agitur per lumbos ſpina. Aut certe re vera,Duplicem gemmis & auro. ¶ Hęc celerans.) Celeriter facere cupiens.

ASCENSIVS.

¶ Aeneas,&c.) Vt paternæ perſonæ decorum quoque deſcribat & Iuli , quem præcipue laudare ob Iulium Cæſarem conſtituit,honorificam mentionem facit poeta . Et docet quam circa illum habuerit Aeneas curam , vtq; regalibus donis , magnificæ munificentiæ Didonis reſponderit . Verba Donati de hac re ſunt.

ſunt. ¶ Præmittit .) Nõn quia eſſet ſequuturus,nec intelligitur , prærapidum mittit : Sed præmittit , ideſt ante prandium mittit : vt maturius videret filium : & vt afferrentur munera,quæ Didoni dare volens , inter epulandum commodiſſime dabantur . Maior enim erat futura conuiuii voluptas, & præſentia Aſcanij,et oblatione munerum . ¶ Omnis in A. ) Nam reliquæ curæ iam ſemotæ erant . ¶ Munera.) Hæc conuiuium gratius factura erant,& poterant oſtẽdere quanta vrbis fuiſſet felicitas. ¶ Erepta.) De magnis & plurimis , credendum eſt meliora rapuiſſe. ¶ Argiuæ H.) Hanc adeo formoſam fuiſſe dicunt, vt eius forma,redacto maximo peritiſſimorum pictorum in numero propoſitis:etiam formoſiſſimarum mulierum nudis corporibus pingi nequiuerit,ergo quæcunque erat formoſa , ab ea appellabatur Helena. Sed Virgi. Argiuæ dixit,vt de illa ſola intelligeret . ¶ Extulerat.) Nam quum eſſet regis vxor,& locupletiſſima,& iret ad Troiam,has vt præcipuas ſecum abſtulit,non redituram ſe ſperans,propter admiſſum adulterium : propterea addidit inconceſſos Hymenæos. ¶ Ledæ mirabile.) Vt tam pulchra,niſi à matre donari non potuiſſent;& quum donarentur, miratos eſſe,qui viderent. Adduxit autem vt his vteretur,quoties adultero formoſior videri volebat . Ergo , ſuperabant formam quę pingi non potuit,pulchrioremq; reddebant. ¶ Maxima.) Solent enim religioſi parentes : quæ habent optima filiis, deferre maioribus. ¶ Baccatum .) Neque hæc diſſimilia eſſe debebant,quæ optimus pater,& ditiſſimus,maxime ille dederat. ¶ Hæc celerans.) Laudat hominis diligentiam. Helena

¶ Ordo eſt. Aeneas præmittit,ideſt antequam cœna cum apparatu ſuo totaliter extructa eſſet:aut priuſquam Dido,ſocijs ad littora,miſit viginti tauros,&c.& id potius placet,quàm vt cum Seruio dicam, miſit prærapidum,& non præmiſit:quia ipſe ſequutus non eſt. Nam licet ipſe ſequutus non eſt,alij tamen qui dona Didonis attulerunt,ſubſequuti ſunt:pręmittitur ergo,anteq; Dido ſuos mitteret,rapidum Achatẽ ad naueis.ſ.quas ipſe in littore dereliquerat:præmittit,dico,licet paulopoſt abituros eo ſciebat miniſtros Didonis:enim,pro quia:quia amor patrius.i.paternus , non eſt paſſus mentem.ſ. Æneæ:conſiſtere,ideſt quieſcere:& tranquillã eſſe,tractum à mari,cui ſæpe fluctuatio mentis comparatur,pręmittit,dico,ſup.vt(quæ particula honeſte reticeri ſolet ) ferat.i. adferat:aut nunciet,& dicat,Aſcanio.ſ.filio ſuo Iulo:hæc.ſ.quæ dicta,& facta ſunt,quaſi vero ipſum iam tunc ad imperium deſtinatum conſiliorum ſuorum comitem effecerit , & vt duca ipſum ad mœnia,ſcilicet Carthaginenſia. Nam,ſupple omnis cura parentis chari,ideſt redamati à filio:ſtat,ideſt conſiſtit in Aſcanio:pręterea ipſe iubet ferre.i.afferre, munera , ideſt pręcioſam ſupellectilem,vndę munera faciat:erepta ruinis Iliacis:quum iã in manus hoſtium ventura eſſent:id autem dicit,ne à ſuis iniuſte abſtuliſſe,aut à Græcis,ob proditionem ea accępiſſe damnetur: munera,dico,videlicet Pallam.i.chlamydem muliebrem,rigẽtem.i.vix plicabilem,ſignis aureis:& velamen.i.Cycladem:Acãtho croceo.i.flexuoſum in morem Acanthi,& crocei coloris,circuntextum.i.quod circuntextum erat in fimbriis pallæ : appoſitorie,ornatus Helenæ Argiuæ,potius diceret Spartanæ,ſed Argi,Spartis vicini ſunt,quos.ſ.ornatus.illa,ſcilicet Helena,extulerat Mycenis,pro Amyclis.quum.i.quando ipſe peteret Pergama.i.Troiam:& Hymenæos.i.thalamos matrimonialeis inconceſſos.i.negatos à diis & legibus,quia alteri nupſerat,extulerat, dico:per aliam appoſitionẽ:donum mirabile.i.admiratione dignum,matris Ledæ.i.quod à Leda matre,aliquando dono accęperat,& ideo vt rem chariſſimam,& pręcioſiſſimam, relictis cæteris,extulerat eam pallam.pręterea.i.inſuper , ſup.ferre iubet,ſceptrum.i.regalem virgam quod.ſ.ſceptrum, Ilione maxima natarum Priami,quę.ſ.inter filias ſe reginã gereret , geſſerat olim.ſ.quum Troia vigeret:& vt ferat monile bacatum.i.baccis hoc eſt vnionibus,ſiue margaritis ornatum:collo.i.quod Ilione collo geſſerat:& vt ferat coronam duplicem,gemmis & auro.i. quę ex duobus conſtabat ex auro.ſ.& gẽmis.i.lapillis prętioſis, Ordo.

Achates celerans.i.celeriter pagens hæc,tendebat iter ad naueis

PIERIVS.

¶Inconceſſosq́; Hymenęos.) Hiſtoria de Hymenæo adoleſcente Atheniēſe,qui raptas à piratis,virgineis in libertatem vindicauerit. In antiquis pleriſq; Seruij codicibus manu ſcriptis nō reperitur,quare vereor ne illa ſint adulterina.

At Cytherea nouas arteis,noua pectore verſat
Conſilia,vt faciem mutatus,& ora Cupido
Pro dulci Aſcanio veniat,doniſq́; furentem
Incendat reginam,atq; oſſibus implicet ignem.
Quippe domū timet ambiguā Tyrioſq́; bilingueis.
Vrit Atrox Iuno,& ſub noctem cura recurſat.
Ergo his aligerum dictis adfatur Amorem.
Nate,meę vires,mea magna potentia,ſolus VE.
Nate,patris ſummi,qui Tela Typhoëa temnis,
Ad te confugio,& ſupplex tua numina poſco,
Frater vt Æneas pelago tuus omnia circùm
Littora iactetur odiis Iunonis iniquæ,
Nota tibi,& noſtro doluiſti ſæpe dolore.
Hunc Phœniſſa tenet Dido,blandiſq́; moratur
Vocibus:& vereor quò ſe Iunonia vertant
Hoſpitia,haud tanto ceſſabit cardine rerum.
Quocirca capere ante dolis:& cingere flamma
Reginam meditor:ne quo ſe numine mutet:
Sed magno Æneæ mecum teneatur amore.

SERVIVS.

¶At cytherea.) Ab inſula quę numero tantum plurali dicit̃: vt, Sunt alta Cythera. Nouas artes.) Ars τῶν μέσων eſt: vnde ſine epitheto male ponitur,vt bonas artes,malaſq́; artes dicamus. Faciem mutatus.) Nota figura eſt. Quod autem addidit,& ora,periſſologia eſt. Doniſq́; furentem Incendat reginam.) Incendat & furere faciat,vt Animumq́; labantem impulit. Quippe domum timet ambiguā.) In qua habitat mutabilis fœmina:vt Varium & mutabile ſemper Fœmina. Item Iuno in quarto, Suſpectas habuiſſe domos Carthaginis altæ. Tyrioſq́; bilingues.) Ideſt fallaces. Nec enim ad linguā retulit,ſed ad mētem. Sub noctem cura recurſat.) Circa noctem. Et ſciendum quia cum tempus ſignificatur, Sub præpoſitio accuſatiuo cohæret: vt Aut vbi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe Diuerſi rumpunt radij. Ergo his aligerum dictis affatur amorem.) Latini deum ipſum Cupidinem vocant:eo ꝙ facit amorem. Sed hic imitatus eſt Gręcos:qui vno nomine vtrunque ſignificant. Nam amorem dixit deum:ſed diſcreuit epitheto. Sane nomen hoc,ratione non caret. Nam & q̄a turpitudinis eſt ſtulta cupiditas,puer pingitur: vt inter quas curam Clymene narrabat inanem,ideſt amorem. Item quia imperfectus eſt in amantibus ſermo ſicut in puero: vt Incipit effari,mediaq́; in voce reſiſtit. Alatus autem ideo: quia amantibus nec leuius aliquid,nec mutabilius inuenitur: vt in ipſa probatur Didone. Nam de eius iteritu cogitat:cuius paulo ante amore deperibat,vt,Non potui arreptum diuellere corpus. Sagittas verò ideo geſtare dicitur,quia & ipſæ incertæ veloceſq́; ſunt. Et hæc ratio penè in omnibus aliis numinibus pro poteſtatum qualitate formatur. Nate,meę vires.) Aut quia Veneria voluptas exerceri ſine amore non poteſt:aut ſecundum Simonidem, qui dicit Cupidinem ex Venere tantum eſſe progenitum. Quanquam alij dicant ex ipſa & Marte,alij ex ipſa & Vulcano:alij vero Chai & primæ rerum naturæ eum eſſe filium velint. Solus,Nate.) Qui Iouis contemnis fulmina, quæ dijs cæteris ſolent eſſe terrori. Patris ſummi.) Nunc quidem de Ioue propriè dixit. Sciendū tamen pro qualitate rerum vel perſonaꝝ,ſummum deū dici,vel patrē. Nā vnuſquiſq; ſummū putat eſſe eū quē colit: vt Sūme deū ſancti cuſtos ſoractis Apollo. Typhōea.) Multi Typhōia legūt: vt cerealia,& cerealea Typhōea aūt dixit,nō quibus Typhoeus vſus eſt,ſed q̄bus Iuppiter i Typhoeū:à ſpolijs.i.virtute & victoria,epitheton poſuit.vt Scipio Africanus & Metellus Creticus. Tēnis.) Aphęreſis eſt,ꝓ cōtemnis. Hac aūt laude hoc agit, facile eū poſſe cōtēnere Iunonē,qui contēnit & Iouē. Ad te cōfugio.) Perſonarū ratio facit laudis augmētū. Tua numina.) Poſſibilitatē. Et notandū vnum deū plura habere numina: vt ſuprà diximus. Frater vt Æneas.) Cōciliatio à qualitate perſonæ,vt, aūt eſt quēadmodū:quod in ꝓnunciatione extendit̃,quādo t̄pis nō eſt. Iacteturq́;.) Vacatq́;. Odijs Iunonis iniquę.) Iuſta cā petitionis oſtendit̃. Odium aūt,ò in noīe breue eſt:in verbo longū,vt Odij. Quemadmodum liquor,li,breuis eſt:liquitur longa. Nota tibi.) Græca figura eſt: vt Teren. Mira verò militi q̄ placeant. Et noſtro doluiſti ſępe dolore.) Noſtro aūt,eo quo & ego: aut doluiſti,ideò q̄a me dolētē vidiſti, vt doleo illa re. Phœniſſa.) De Phœniſſe. Tenet.) Morat̃. Quò ſe Iunonia vertāt hoſpitia.) Quò:in quā partē. Iunonia aūt hoſpitia, Carthaginē dicit: vbi habitabat Iuno,vt Hic illius arma. Aut certe hoc ipſum vereor ꝙ Ænee Carthago in hoſpitiū patuit,vt eſt, Timeo Danaos & dona ferētes. Haud tāto ceſſabit cardine rerū.) Aut δεικτικῶς dixit,ne in tantū quidē,hoc eſt breui occaſione ceſſabit. Aut ſimpliciter ſimpliciter intelligendum eſt, Nō poterit in tāta rerū opportunitate ceſſare: vt ſit de ꝓuerbio tractū,de quo dicit̃,Res in cardine eſt,hoc eſt in articulo. Quócirca.) Quapropter. Meditor.) Mente pertracto. Ne quo ſe numine mutet.) Quo vel vacat, vel pronomē eſt. Et bene ſupprimit numen Iunonis:ne eius frequēti commemoratione Cupidinem terreat. Magis enim vult eū intelligere q̄ audire Iunonem:aut certe aduerbium eſt: vt ſit, Timeo ne ſe numine Dido aliquam cōmutet in partē. Mecū.) i.cum officio Venerio, Nec pōt intelligi,quēadmodū ego. Aliter eni à matre Æneas aliter amatur à Didone.

ACSENSIVS.

¶At Cytherea nouas arteis, &c.) Interea(inq̄t) dū ꝓ Aſcanio miſſus accelerat Achates, Venus verita,ne Dido à Iunone ſollicitata, quidquam mali Æneæ moliatur,vult eā capere amore Ænee:quo circa Cupidinē,deū amoris,q ſe in mille formas trāſmutare nouit,q & filius Veneris eſt:rogat vt ꝓ Aſcanio:ad Didonē ductus,illi occultum inſpiret amorē,quod & factum eſt. Vnde dicet̃ alibi:Ardet amās Dido. Donatus dicit hoc loco ſic. At Cytherea.) i. dū hęc gererētur. Neceſſaria metuētis Veneris deliberatio,cuius ęſtus augebat cōſyderatio loci t̄pis & ꝑſonę. Erāt ab Achate ꝑficienda iuſſa. Et periculoſum credere nepotē,eidē ꝑiculo in quo erat Æneas, ne tota ſimul ꝓgenies interiret. Nā quáuis Troiani eſſent:humane ſuſcępti metuebat̃ fallax natura Tyrioꝝ:& ſtimulus Iunonis,ne ipſa opportunitatē loci,& occaſionē temporis nacta,terra opprimeret,quos mari extinguere nō poterat. Nouas arteis.) Artes ergo nouę.i.cōſilia elaborata exq̄runt̃, vt Aſcanius nō pergeret: & tamē Achates iuſſa faceret:fallit ergo oēs,& ꝓfert Ænee amorē:ſibi conciliās Didonē:nā neq; Æneas iratæ reſiſtere potuiſſet exigua ſubſtātia. Neq; conuulſis nauibus,& in hyeme effugere. Nate.) Breuiter oīa cōſilia ſua exprimit:& qūo fieri poſſet,oſtēdit:& honeſtū,facile,& neceſſariū demōſtrat. Meæ vi.) Vēdicat ſibi neceſſitudo parētum,q̄dq̄d liberi poſſunt. Et docet iter filios & parētes,tale debere eſſe volēdi,& nolēdi ſtudiū: vt in multis licet corporibus,voluntas vna,& neceſſitudinis vinculū,indiſſinctum,integrūq́; ꝑduret. Tela Typhoea.) Facile oſtendit eſſe ꝙ petit ꝙ enim potuit Iouis fulmē cōtemnere:facilius poterit fœminæ mentē poſſidere:ergo ita dixit,ne ille excuſaret ꝓpter Iunonē. Fecit ergo beniuolū filiū,dicendo nate,item ꝙ potior eſſet Ioue,& ꝙ eſſet potētia ſua. Ad te.) Q.d. nō eſt alter qui t̄m,aut debeat,aut poſſit. Supplex.) Admonuit pietatis,vt filiū:rogauit,vt deū:quid igit̃ acceſſit oneris,quū eſt rogatus ab ea,quę authoritate parētis iubere poterat. Frater vt Æ.) Fecit beniuolū & attentū:nunc facit docilē,ſubiūcta narratione totius negocij: dixit,Frater tuus: vt appareat operā,nō in extraneo exponendā, ſed in fratre eſſe neceſſariā. Ergo honeſtū,& pium,vt frater ꝓ fratre laboret:preſertim in cauſa ſalutis. Adiungit labores, vt moueat cōmiſerationē:& oſtēdit iniuſte pati:& deformat ꝑſonā aduerſarię,quę perſequatur innoxium. Nota ti.) Hoc ad laudem Cupidinis pertinet:maximum enim crimen eſſet eius, ſi fratris periculum neſciret. Doluiſti.) Si ꝓterita doluit,debet cauere ne rurſus dolenda ſuccedant. Dido tenet.) Oſtendit facilitatem petitionis:nam ſi iam Æneæ affecta eſt,non eſt opus initio amoris in quo magna eſt difficultas:ſed augmēto,deſyderat̃ aūt augmētum,quia timetur Iuno à qua amor talis poſſet abrumpi. ergo opus erat tali amore,qui non poſſet abrumpi à Iunone. Cardine.) Hic fidē facit,quum fores claudūtur:& tribuit firmitatem. Ergo dixit. Tāto ceſſabit.c.r.) Erat enim in poteſtate abſoluere amorem,quem voluntate ſuſcęperat:ſed diutius impactus,non poſſet

UNIVERSITA... DE

poſſet humano arbitrio ſummoueri, aſſerit ergo neceſſarium remedium, quo oīs illa factio ſuccumbat. ¶ Mecum.) Tāto amore amet: quanto mater amat filium, cuius amor nullius violentia numinis valet abrumpi. ¶ Capere ante.) Oſtendit melius eſſe vētura ꝓpulſare, q̄ ijs qui venerint, remedia quęrere. ¶ Ordo eſt. (Ordo.) At.i.ſed: Cytherea.i. Venus: verſat.i.agitat: pectore.ſ.ſuo, arteis nouas.i.quales pro Ænea nondum exercuerat: & noua conſilia: vt, videlicet Cupido mutatus faciem.i.totius corporis facturā, & ora.i.eam partem, quæ vulgo facies dicitur, habens mutata.i. in ſimilitudinem Aſcanii transfigurata: aut transformata, veniat pro Aſcanio dulci.i.loco Aſcanij, qui Æneæ dulcis eſt, & vt incēdat donis reginam furentē.i.alioqui captā vehementi amore, dictum.n.eſt, obſtupuit primo aſpectu Sydonia Dido, vult autem incendi donis, q̄ Achates allaturus eſt: & vt implicet ignē.ſ.amoris: oſſibus.i.medullis: quia dicetur in.iiij. Eſt mollis flāmas medullas, Interea & tacitū viuit ſub pectore vulnus. Quippe.i.qa certe ipſa timet, domum ambiguam.i.cuius eſt ambigua fides, quia à fœmina regitur: ſed vt in.iiij.dicet: variū & mutabile ſemper fœmina: & Tyrios bilingueis.i.fallaceis: aliud mente aliud ore cōtinentes, ſunt enim bilingues.i.aliud hic, & aliud illic dicētes, fraudulēti, quaſi ſerpentinis linguis, quę triſulcæ ſunt, appropiantes: Iuno atrox.ſ.in Troianos: vrit.i.incendit curis: & cura.ſ. Veneris: recurſat.i.redit celeriter in animum Veneris, ſub noctē i.pauloante noctem, id.n.ex more facit cura: vt quo tempore alij ſe quieti dant, ſolliciti ſe crucient. Ergo, quia id ea de cauſa conſtituerat, ipſa alloquitur amorem aligerum.i.alas gerentem, & velocem, his dictis.i.verbis ſequentibus: vnde nomen eſt hic dictū, & non participium, o nate.ſ.Cupido fili, meæ vires, & mea magna potētia, quia ſine amore parum faceret Venus, & o nate, qui ſolus tēnis.i.cōtemnis: tela patris, ſummi.i.Iouis, Typhoea, aut Typhoia.i.quę Iuppiter in Typhoea gigantem iniecerat, hoc eſt fulmina, quę Cupido cum ipſe ignis ſit, non timet, alitur enim, nō lęditur talibus telis (Sane à nominatiuo Typheus, deduci debet Typheeus, quod fortaſſis & hic ſcribendum eſt: aut id mutauit poeta, propter frequentiam vocalium, & diphthōgum reſoluit. aut more Latino, qui oe ſcribunt, & e ꝓferunt, vt ſit Typhous in principali, & Typheus in deriuatiuo: aut more Gręco, q oe ſcribunt, & i proferunt, vt ſit Typhoius triſſyllabū in primitiuo, i & tetraſyllabum in deriuatiuo. Priſcianus ſentit Typhoea ꝓ Typhoeia: poſitum. In multis tamen non vitauit poeta huiuſmodi vocalium concurſum, vnde Tegeeę, & Eeęq; inſula Circes, &c. Præterea ſi poſſeſſiuū in primitiuum reſoluatur, erit licētioſa loquutio, qa duo genitiui diuerſa ſignificātes, vni ſine cōiunctione dabunt: vt ſit, Tela Typhoei patris ſummi: nō enim Typhoeus, pater ſummus eſt: ſed dici poſſunt, Tela Typhoi, quia paſſus eſt, & Tela Iouis, qui ea intulit: vnde melius per poſſeſſiuum loquutus eſt, licet nō frequens ſit tale loquendi genus, quale eſſet, Lego cōmentarios Virgilianos Seruij.i.quos Seruius edidit in Virgilium.) ego.ſ.dea, & mater tua, cōfugio ad te, & poſco, ſupplex quum imperare poſſem: tua numina.i.opes numinum tuoꝝ. Nota ſunt, ſup.tibi: aut nota, ſup.res eſt tibi, hoc eſt, tu noſti, aut nota recito tibi, vt.i.qualiter Æneas frater tuus, iactet pelago circū oīa littora, odijs.i, propter odia Iunonis iniquę (Secundum Seruium legitur, Iacteturq;: quū nō alia de cauſa adderetur q;, q̄ vt ſyllaba: tur, ꝓducatur: nam ea licentia, qua in principio tertij pedis, quoties ſit vltima dictionis, recētiores crebro vtuntur: maiores parcius vſi ſunt: qui nō oīno vacare velit.) poſſet & ſic conſtruere, q; ꝓ &. & nota, ſup.ſunt: aut res eſt nota tibi: vt frater tuus Æneas, &c. &.i.ſimul, doluiſti ſæpe noſtro dolore.i.quo nos i.ego, & filius meus doluimus: hoc eſt, condoluiſti nobis, & pro
pter

pter nos: Dido Phœniſſa.q.d.de genere Pœnorū, qui verſipelles ſunt, & id callide facit, quum.n.à ſpecie, & perſona ipſa, accuſare non poſſumus: ad genus recurrimus, ſicut contra in purgatione dixerat Ilioneus, Parce pio generi: Dido ergo Phœniſſa, ideſt ex Phœnicia profecta: tenet.i.quaſi in poteſtate habet nunc: hunc.ſ. fratrem tuum Aeneam, & moratur.i.detinet, blandis vocibus quibus parum fidei adhibendum eſt. Nā tunc præcipue blandiuntur mulieres, dum decipere volūt: & vereor quo.i.in quem exitum vertant ſe hoſpitia Iunonia.i.Carthaginēſia, quibus Iuno præſidet: ipſa enim haud.i.non ceſſabit tanto.i.in tantū, aut tantiſper, dum Aeneas illinc abitum parabit: cardine.i.ab inſtitutione principali rerum.i.nō deſinet Iuno agere, quod inſtituit etiam tātillo tempore: & ita legendum eſt: vt Seruius, tantum: non tanto Vel legendo, tanto, ordo erit, Ipſa Iuno (quam propter odium non nominat: aut quia dixerat odijs Iunonis iniquæ, & quo ſe Iunonia vertant hoſpitia, fruſtra repeteret.) haud.i.non ceſſabit: tanto cardine rerum.i.quum res ad tātum cardinem perduxerit i.quum iam caput totius odij ſui, in ciuitatem ſuam impulerit: quaſi ſoricem in muſcipulam illexerit. Donatus tamen ad Didonem referre videtur: vt patuit, vt ſit, Dido non ceſſabit amare tāto cardine.i.tanta firmitate, & fide rerum, quæ quaſi in cardine voluunt. quocirca.i.quia vereor quo ſe Iunonia vertant hoſpitia: ego meditor.i.concipio animo: capere reginam.ſ.Didonem: dolis.i.arte Cupidinea, & cingere.i.irretire: flamma.ſ.amoris: ante.i.priuſquam à Iunone, ſup.in odiū Aeneæ vertatur, & in eius perniciem quidquam faciat: ne mutet ſe, quo.i.quouis numine, potiſſimum tamen de Iunonis odijs veretur: ſed teneatur mecū i.vti ego: magno amore Æneæ.i.idiſſolubili amore, amet Aeneā vt ego quæ eius mater ſum: ita vt Iunonis inſpiratio, non tantū poſſit, quantum vis cæci amoris: & per hāc fictionem docet poeta, nullum eſſe tantum mortalium animis furorem, ac Venerei amoris. Verum Seruius vult, vt ſit mecum non meo amore, nec quo ego amo, ſed meo, hoc eſt, Veneris commercio. Nam, non idem amor in amica & in matre eſt: ſed nihil tam laſciuos amores conciliat, q̄ Venus.

## PIERIVS.

¶ Frater vt Aeneas pelago tuus omnia circum Littora iactetur odijs Iunonis iniquę.) Omnia prorſus exēplaria manu ſcripta, quę hactenus legerim, ſcriptū oſtēdunt: Iacteturq; odiis particula, que tm̄ ad ſuſtinendum verſum interiecta, vt plerunq; alias. Nam quod aiunt, quidā ita ordinē explicandum: vt dicamus: nota tibi, vt tuus frater Aeneas iactet pelago, iacteturq; circum oīa littora, nimium tortuoſa mihi videtur oratio. Quare omnia circum littora, ampliationem potius eſſe dixerim, quod parū erat, pelago dixiſſe. Iactet vero abſq; particula, que, libēter legerim. Nam pentimemereos locus omnino cōmunis eſt, cui tamen iſti paſſim ita conſultum voluere, vt nullā pene reliquerint, cui non particulam eam obtruderent. Niſi dicamus figuram eſſe breuitatis per detractionem, quā alio loco Quintilianus adnotauit, ab apoſiopeſi diuerſam, quum.ſ.vnum tātum ſiletur verbum, idq; manifeſtum, ita hic detractū ſit. Erret qppe pelago, circū omnia littora, iacteturq; odiis Iunonis, quod codicum antiquorum reuerentiæ concedamus. Demum quod in alijs legit, Iunonis iniquæ: in Lōgobardico legere eſt: Iunonis acerbæ, quaſi dicat implacabilis, quę nulla poſſit rōne miteſcere. Sed enim id admittēdum, quod in pluribus: & minus corruptis exemplaribus habet iniquę, cui lectioni Ouidij etiam congruit parodia, Dira lues populis ira Iunonis iniquę. ¶ Hunc Phœniſſa tenet Dido.) In cod. pleriſq; antiquioribus, nunc: legitur, ꝙ minime diſplicet, preſertim quum Ti.Donatus exponat, iam tenet.

Quò facere id poſſis, noſtram nunc accipe mentem,
Regius accitu chari genitoris ad vrbem
Sidoniam puer ire parat, mea maxima cura,
Dona ferens pelago & flammis reſtantia Troiæ.
Hunc ego ſopitum ſomno ſuper alta Cythera,
Aut ſuper Idalium ſacrata ſede recondam,
Ne quà ſcire dolos, medius'ue occurrere poſſit.
Tu faciem illius noctem non amplius vnam
Falle dolo, & notos pueri puer indue vultus,
Vt quum te gremio accipiet lætiſſima Dido
Regaleis inter menſas, laticemq; Lyæum,

## SERVIVS.

¶ Qua.) Ideſt quomō. ¶ Accipe.) Audi: vt econtra, Da, ideſt dic: vt Da Tityre nobis. Da non indebita poſco. ¶ Mentē.) Diſpoſitionem, cōſilium. ¶ Accitu.) Euocatiōe, Et eſt quartæ declinationis. ¶ Vrbē Sidoniā) Quam tenent Sidonij. ¶ Mea maxima cura.) Et Aeneas cura eſt: ſed Aſcanius maxima: cui regnum Italię, Romanaq; tellus debentur: & vbique Aſcanius maxima cura Veneris introducitur: vt Veneris iuſtiſſima cura. Item, Hunc tegere, & diræ valeam ſubducere pugnæ. ¶ Sopitum ſomno.) Vnum quidem eſt ſopor & ſomnus: ſed modo ſopitum irrigatum intellimus. ¶ Idaliū.) Cypri nemus eſt, in quo oppidū breue, vt paulo poſt, Idaliæ lucos. Item, Idaliumq; nemus. ¶ Sacrata ſede.) Vel templi, vel oppidi. ¶ Ne qua ſcire dolos.) Qua vacat, vt freq̄nter diximus. ¶ Medius.) Importunus, incongruus. ¶ Tu faciē illius.) Faciē pro vultu

Quum dabit amplexus,atq; oſcula dulcia figet,
Occultum inſpires ignem,fallasq́; veneno,

pro vultu poſuit.Nullus enim faciem alterius poteſt accipere ſed vultum,qui pro mētis qualitate formatur. Vnde īfra eſt, Et notos pueri puer indue vultus.⸿Noctem nō amplius vnam.) Vt ſuprà diximus,artis poeticę eſt non omnia dicere.Vnde nunc præmiſit noctem vnā.Nec enim dicturus eſt,aut abſceſſum Cupidinis,aut aduentum Aſcanii.⸿Pueri puer.) Argumentum à facili.⸿Regales inter menſas.)Epulas intemperantes,in quibus caſtitas rara eſt:& facilis amoris occaſio,vnde eſt illud Terentii, Sine Cerere & Libero friget Venus.⸿Laticemq; Lyæū.) Latex propriè aqua eſt,ab eo quòd intra terræ venas lateat:ſed & vinū latet intra vuam.Vnde nūc dixit laticem.Lyęū autem pro lyæiū dixit figurate,ponens principalitatem pro deriuatione.⸿Occultum inſpires ignem.)Diffinitio amoris eſt,ignis occultus.⸿Veneno.)Venenum dictum,ꝙ per venas eat.

ASCENSIVS.

❡Quo facere id poſſis.) Noſtrā nūc accipe mentē.Eandē rem ꝓſequitur Venus,cuius orationis eſt hæc ꝓſequutio:in qua docet viam,qua Cupido quod petit,peragere poſſet: vtitur ergo omni artificio ad perſuadēdū:nā oſtendit honeſtū eſſe,vt pro fratre cōtra Iunonē iniquā:& vtile,vt.ſ.fratris ſaluti cōſulat:& facile,qa viā docet:& ne forte Cupido,ſe Iouis vltionem timere excuſet: pręmiſſum eſt,ꝙ ſolus tela patris ſummi cōtemnere poteſt. Rogat ergo,vt pro Aſcanio,quē ipſa tantiſper in locis ſibi ſacris molliter ſotura eſt,ad Didonem deduci velit,& ad eam deductus,arte ſua,illam in Aeneā inflammare.Donatus ſic.⸿Puer ire parat.) Oſtendit,incōmutationē formæ ætatis,cōmutationem nō fore difficilē.⸿Maxima cura.) Nolebat mittere Aſcanium,ne duoꝝ ſolicitudine frangeret:vel is mitteret:qui ex oriēte tumultu,ſibi ꝓ ætatem cauere nō poſſet.⸿Hunc ego.) Ne diceret Cupido, quid fiet de Aſcanio,ſi ibo.⸿Sopitum.)Nā illa ætas multū,ꝓfundeq; dormit:ergo erit ſat temporis ad capiendos mulieris aīos.Deſignat ēt tēpus,& locū amoribus aptum.Noctē.n.erat ſpatiū breue:ſed erat ꝓperandū,ne longi tēporis opera eſſet neceſſaria:qa Aſcanius lōgiori ſomno teneri non potuit. ❡Ordo eſt. Accipe.i. intellige:ſicut da.i.dic:noſtrā mentē.i.conceptum noſtrum:qua ſ.via,& ratione.(non dices,qua mente:nā qua,plenum eſt,intelligitur tamē via:aūt ratione,ſicut,Si qua fata ſināt &c.)tu poſſis facere,id.ſ.quod me velle dixi: Puer regius.i.filius regis, cui regnū Heſperiæ debet,parat ire ad vrbē Sidoniā(hic ſecūda corripitur quę ferè ꝓducit,vt Teucrū memini Sidona venire:& Sidonia Dido.)i·Carthaginē à Didone Sidonia cōditā:accitu.i.aduocatu,&citatione:genitoris.i.patris Æneæ,chari.i. qui illi charus eſt,puer dico regius,appoſitorie,mea maxima cura:quia ſcit illi regnum(vt dixi)à fatis ꝓmiſſum(vnde Iuppiter,At puer Aſcanius,

Hic, vbi | tū obe | ſci erat | quę nūc | emenda | uimus. | Ordo.

nius,&c.)parat ire ad vrbē Sidoniā:ferens.i.adferēs ſecū dona:reſtantia.i.quæ reliqua ſūt,pelago.i. poſt iacturā factā in pelago:qa dictū eſt:Arma virū,tabulęq;.&, troia gaza ꝑ vndas: &, Flāmis Troię.i.poſt incendiū Troię: Iliacis erepta ruinis,ego recondā.i.abſcondā,& reponam:hunc.ſ.puerū regiū:ſopitum.i. irrigatum,& imerſum:ſomno.ſ.profundo:recondā,dico,in ſede ſacrata.ſ.Veneri.Aut ſuper alta Cythera,inſulam vicinā Lacedæmoni,cōtra Spartā,in qua Veneri templū à Phœnicibus cōditū: dicūt.Aut ſuper Idaliū nemus illud in Cypro:vbi ēt templū habuit Venus:ſed antiquiſſimum,in Aſcalone,vrbe Syrię:ne qua.i. ne aliqua ratione poſſit ſcire.i.percipere dolos.i.fraudē noſtram ve ꝑ vel poſſit occurrere medius.i.importunus. Eſt aūt duplex ſenſus:aut enim ideo non vult puerum ſcire dolos,ne imitetur, quia(vt dicit Iuuenalis.) Nec tu pueri cōtēpſeris annos.Sed tibi peccaturo obſiſtat paruulus infans,aut melius ideo ne puer neſciat celare,ſi ſcierit,& ita occurreret forſā medius,ita vt viſis geminis Aſcanius Dido fraudem deprehenderet.Tu mutatus faciē i.vultum illius.ſ.pueri Aſcanij:hoc eſt,habens per tranſmutationem vultum,& ſimilitudinem faciei illius: vnam noctem.i.per ſpatium vnius noctis.(Omnia enim verba,accuſatiuum & ablatiuum temporis,regunt,ſed accuſatiuū pręcipue,dum reſponderi poteſt ad quandiu aut quandudum,& quum ſit tempus continuum,vtcunq; Valla reclamet.)non amplius.ſ.q̄; per vnam noctem:& ponitur abſolute.falle.ſ.Didonem,dolo,ideſt decęptione:& tu puer(habent enim Cupido,& Bacchus,ꝑpetuam iuuentam.)indue vultus pueri,ſcilicet Aſcanij,notos tibi, quia quum eſſet fratris filius,potuit eum ſatis noſſe,vt quum.i.quando Dido lætiſſima:propter dona,& aduentum tāti hoſpitis,& pulchritudinem pueri:accipiet te gremio.i.in gremium ſuum: ( id autē eſt inter femora,ſicut ſinus inter brachia.Vnde iocunda eſt poetæ fictio:quia illic naſcitur fere mulieribus Cupido.)accipiet,dico te gremio,inter menſas regaleis,ideſt regali luxu ſplendidas & opiparas,quæ certiſſimum Cupidini aditum parare ſolēt:&, inter laticem.i.liquorem latentem in vuis: Lyæum,pro Lyęiū.i. Bacchicum,hoc eſt,inter vina,& quum ſupple,dabit amplexus: & figet.i.firmiter imprimet:oſcula dulcia.i.ſuauia,tu īſpires,ſupple tunc amorem occultum:& fallas veneno.i.incēdio amoris, quod per venas,vt venenū,diffluit,vnde eſt in.iiij.in principio. Vulnus alit venis,& cæco carpitur igni.

PIERIVS.

❡Quo facere id poſſis.) Seruius legit,qua, ideſt quo modo. In veteribus tamen exemplaribus pleriſq;, quo, habetur. In Mediceo,qua,vt agnitum à Seruio.Quod vero poſſes:In Romano codice eſt,vitium id familiare.

POETA

⸿Paret Amor dictis charæ genitricis,& alas
Exuit,& greſſu gaudens incedit Iul'.
At Venus Aſcanio placidam per membra quietem
Irrigat,& ſotum gremio dea tollit in altos
Idaliæ lucos,vbi mollis Amaracus illum
Floribus,& dulci aſpirans complectitur vmbra.
Iamq; ibat dicto parens:& dona Cupido
Regia portabat Tyriis,duce lætus Achate.
Quum venit,aulæis iam ſe regina ſuperbis
Aurea compoſuit ſponda,mediamq; locauit.

SERVIVS.

❡Paret amor dictis.) Vt ſuprà,pro Cupidine amorē poſuit.⸿Et alas Exuit.) Laus ingens Aſcanij ꝑ trāſitū.Si quidē alis tantum depoſitis Aſcanius fuit.⸿Placidā per mēbra quietē.)Aut epitheton eſt quietis: aut ideo placidam dixit,qa eſt quies q̄ poteſt ēt ſomnioꝝ terrore turbari.⸿Fotū.)Sublatū.⸿Amaracus.)Hic puer regius vnguētarius fuit,qui caſu lapſus dū ferret vnguēta,maiorē ex cōfuſione odorem creauit. Vnde optima vnguēta,amaracina dicunt.Hic poſtea in herbam ſampſucum verſus eſt,quā nūc ēt amaracum dixit.⸿Iāq; ibat.) Cū vix Venus iſta dixiſſet.Sane neq; feſtinātibus perſonis, neq; minoribus eſt reſpōdēdi facultas,vt hoc loco Cupidini,vt Mercurio ſuprà.Idem in quarto,vt in ſeptimo furiæ.⸿Cum venit.) Aut pro cum veniret:aut cum,ſit aduerbium temporis pro dū. Nec enim poteſt coniunctiui modi particula iungi indicatiuo. Sane ſciendum malo errore cum,& dum à Romanis eſſe confuſa.⸿Aulæis.) Velis pictis,quæ ideo aulęa dicta ſunt, quòd primum in aula Attali regis Aſiæ,qui populum Romanum ſcripſit hæredem,inuenta ſunt. Ideò autem etiam in domibus tendebātur aulæa,vt imitatio tentoriorum fieret:ſub quibus bellantes ſemper habitauere maiores,Vnde & in thalamis hoc fieri hodie conſpicimus.Varro tamen dicit vela ſolere ſuſpendi ad excipiendum puluerem, quia vſus cameræ ignorabat.Vnde Hora. Interęa ſuſpenſa grauis aulæa ruinas. In patinam fecere,trahētia pulueris atri Quantū nō Aquilo Cāpanis excitat agris. Sciendum ſanè Gręca noīa in η exeuntia,cum deriuationem faciunt,η in æ diphthongū cōuertere: vt αὐλη aulæa, ἴδη idæa, αἴτνη ætnæa.⸿Supbis.) Nobilibus.vt Ceciditq; ſuperbum Ilium.⸿Aurea.) Si Dido aurea,pulchrā ſignificat:& eſt noīatiuus.Si ſponda,ſeptimus quidem eſt,ſed ſynęreſis fit,& ſpōdeus eſt.⸿Sponda.) Antiq ſtibadia nō habebāt:ſed ſtratis tribus lectis epulabātur.Vnde & triclinium ſterni dicitur,ſic Cicero,Sterni triclinia & in foro ſterni iubebat.Vnde apparet errare eos,qui tricliniū dicunt ipſam baſilicā,vel cœnationē.⸿Mediāq; locauit.) Ipſe enim apud maiores domini fuerat locus,vt aperte Salluſt.docet,Igitur diſcubuere, Sertorius inferior in medio:ſup eū,Tuſcius Fabius Hiſpanienſis ſenator ex ꝓſcriptis,in ſummo Antonius:& infra Scriba Sertorij Verſius:& alter ſcriba Mecœnas in imo:medius inter Tarquiniū & domum Perpenna.

ACSENSIVS.

❡Paret,&c.) Nullo dato reſponſo,niſi fortaſſis ſolo nutu Cupido matris præcępta obiuit,in qua re docentur filij, parentum præcępris obtemperare debere:vſque adeo vt parentes,ſolo nutu certiores

tu certiores fiant, vt quod iuſſerint, facturi ſint. Docet ergo, quõ ſe Cupido in vultum Aſcanij transformauit, de qua re Dona. ſic. ¶ Paret.) Nõ reſpõdet, quid, nã perſonę matris, vel maxime in tali cauſa reſpõderet: & tẽpus, [illegible]cta, non fabulas, exigebat. Ergo, ſe officioſum matri præſtat. ¶ Gaudens.) Vel, vt filium exprimeret ad patrẽ euntem: vel qa plena voluntate, iuſſa matris implebat. ¶ At Venus.) Natura puerorũ tangitur, qui ſecurius, & diu dormiunt: ſi ẽt accedant alia oblectamẽta, vt ſeceſſus, flores, & odores, & mollicies. ¶ Opacitasq; vmbrarũ.) Duce Achate: ergo hunc fallebat, & lętus portabat dona. Quia nõ frangebatur onere munerũ, nec tædio viarũ. Quum venit, exequutus eſt iuſſa mature: qa preuenit cõuiuium: & venit quũ iam diſcumberent in aptiſſimo tpe. ¶ Mediam.) Nam is locus potior apud veteres fuit. Nã Sallu. ita Sertorij cõuiuium deſcribit: vt ipſum qa potior fuit, collocaſſet in medio. Beroaldus autem in Seruium, quantum ad definitionem triclinij, dicit ſic. Errauit ergo Quĩtilianus qui in. xj. triclinium, pro cœnatione, & cõclaui poſuit, ſic ſcribens: Vix eo limen egreſſo triclinium illud ſupra conuiuas corruit. His verbis haud dubie, Quintilianus triclinium appellat, id quod Cice. conclaue noĩauit in. ij. de oratore: vbi idem quod Quintilianus exẽplum referens, inquit: hoc interim ſpatio cõclaue: illud vbi epularetur Scopas cõcidiſſe. In eodẽ quoq; exemplo, enarrando Valerius Maximus, ita ſcribit, Eo momẽto temporis, triclinium in quo Scopas epulabatur, collapſum eſt: vbi triclinium pro cœnatione apertiſſime ponitur, ꝙ ſi vera eſt opinio Seruii, errauit etiã Vitruuius architectus, qui in. vj. docet, quemadmodum triclinia partim ęſtiua, partim hyberna ſint ædificanda: & in quã cœli partem vertenda. In expoſitione itaq; triclinii. Seruio in parte ſuffragor, nanq; in eo ꝙ ait, tricliniũ ſterni ſolitum fuiſſe, qm̃ antiq tribus ſtratis lectis epulabantur, homini aſſentior. Vnde & apud Plin. legimus triclinia Romæ fuiſſe argentea, quæ ꝓculdubio ꝓ ipſis lectis diſcubitoriis, ac tricliniaribus accipiuntur. Nam & Liuius idem ferens: ait, Lectos æratos, ab exercitu Aſiatico Romã adductos, ꝙ autem inficiatur Seruius, nuſquã triclinium ꝓ cœnatione reperiri: in hoc ab eo apertiſſime diſſentio: & vt diſſentirẽ, monuit me vetuſtiſſimorũ ſcriptorũ authoritas, quos teſtes citaui: quibus magis ꝑfecto credẽdũ eſt q̃ Seruio. Triclinium itaq; (vt breuiter cõcludam) ip̃os lectos diſcubitorios ſignificat, & ipſam cœnationem: & in vtraq; ſignificatione, elegãter & erudite vſurpabimus. Hæc ille. ¶ Ordo eſt. Amor. i. Cupido, deus amoris, paret. i. obtemperat, & obedit: dictis. i. mandatis: quia tamen dixerat, ſup. tua numina poſco: potius dictis q̃ iuſſis dixit poeta: genitricis charę, vel quę illi ꝑcipue chara eſt: vel qa ſua cuiq; genitrix chara eſſe debet: vt ſit generale epitheton. Vnde vis quoq; eſt in vocabulo genitrix, vt ideo merito chara ſit, qa genitrix, & exuit alas: pingitur enim alatus: & ipſe gaudens. i. lętus incedit. i. ingreditur: quum volare ſoleat greſſu. i. inceſſu Iuli. i. quo Iulus ingredi ſolet, nam diis peculiaris eſt inceſſus. Vnde prius, & vera inceſſu patuit dea. At. i. ſed Venus irrigat. i. infudit per vapores: Aſcanio. i. in Aſcanium quietem: placidam. i. non vehementem, quæ illi officiat, ſed qua recreentur membra, ſcilicet ſingula: & dea, ideſt quum eſſet dea: tollit. i. in ſublime fert, ſup. ipſum: fotũ ideſt molliter complexum: gremio. ſ. ſuo: in altos lucos Idaliæ ſ. ſyluæ, vbi amaracus. i. herba in quam Amaracus puer cõuerſus eſt, mollis. ſ. attactu, & aſpirans floribus, & dulci vmbra. i. ſuauiter fragranti: complectitur illum. ſ. puerum Aſcanium. Cupido ibat iam parens. i. obediens: dicto. i. mandato: aut Æneæ, aut Veneris, & ipſe lętus portabat dona regia, aut regalia, aut ad regem pertinentia: Tyriis. i. ad Tyrios, & hoc Achate duce. i. ducẽte. aut lętus Achate duce: Quum. i. quando venit. i. aduenit, aut quum i. quando venit. i. adeſt cum muneribus: regina aurea. i. pulcherrima, aut auro veſtita: (Vix enim patitur verſus, vt conſtruatur, aurea ſpõda, nam ablatiuus primę, in a, ꝓductum definit, quod hic corripitur, niſi forte ſynęreſis fiat.) compoſuit iam ſe, ſuperbis. i. magnificis, & pretioſis, aulęis. i. ornamẽtis parietum, in aula Attali primum inuentis, quæ vulgo tapeta dicuntur: quum ea ſint quæ ſubſternuntur, ſcabellis, aut ſedibus, & locauit ſe mediã ſponda. i. triclinio, quum eſſet domina conuiuii: is enim locus regi conuiuij debetur. Quia vero non dixit, mediam ſpondaq; locauit: ſed ſponda mediamq; locauit: & quia alibi ſæpe ſynęreſin facit poeta, vt æreis, & ferreis, diſſyllaba ponendo, ego auderem conſtruere ſic, regina compoſuit. i. cõpoſuerat iam ſe aurea: ſponda. i. ſuper ſpondam auream: (quia diſcumbebant ſuper lectos diſcubitorios, vnde triclinium dictum, de quo Horat. in. j. ſermonum: Sępe tribus videas lectis cœnare quaternos.) ſup. in aulęis ſuperbis. i. nobilibus, aut magnifice ornatis, & locauit ſe mediã ſ. in aurea illa ſponda, & toto triclinio.

Tricli- nium.

Ordo.

PIERIVS.

¶ Placidã per mẽbra quietẽ.) Eſt vbi, placitã, legatur, quod non æque placet, placida enim proprium eſt, quietis epitheton.

SERVIVS.

¶ Iam pater Aeneas.) Religioſus: quia pater proprie omnium deorum eſt epithetõ, vt oſtendit vbiq; Virgi. ¶ Oſtro.) Pro purpura poſuit, vnde tingĩt purpura. ¶ Dant manibus famuli lymphas.) Humilis character, qui ἰσχνὸς dicitur. Vilia enim deſcribuntur. ¶ Tõſiſq; ferunt mãtilia villis.) Vel minutis, vel compoſitis. Conſtat enim maiores, mappas habuiſſe villoſas, mãtilia vero à manibus, quo modo torale. Quod autẽ legimus, Nec turpe toral, apocope eſt. ¶ Quinquaginta intus famulæ.) Hoc eſt multę. ¶ Ordine longo.) Id eſt diſpoſitione ſecundum Tullium, qui in Oeconomicis dicit, quid vbi ponẽdum ſit. Nec enim debent vniuerſę confundi. ¶ Cura penum.) Inter penum & cellarium hoc ĩtereſt, quòd cellarium eſt paucorum dierum, vnde & in cellam dicitur imperatum frumentum. Penus verò, temporis longi. Sane dicimus & hic & hæc & hoc penus, ſed à maſculino & à fœminino genere quarta eſt declinatio, à neutro tertia, quo modo pecus pecoris. Vnde Horatius, Portet frumenta penuſq;. Maſculino verò genere Plautus, Niſi mihi annuus penus datur.

Iam pater Æneas, & iam Troiana iuuentus
Conueniunt, ſtratoq; ſuper diſcumbitur oſtro.
Dant famuli manibus lymphas, Cereremq; caniſtris
Expediunt, tonſiſq; ferunt mantilia villis.
Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo
Cura penum ſtruere, & flammis adolere penates.
Centum aliæ, totidemq; pares ætate miniſtri,
Qui dapibus menſas onerent, & pocula ponant.
Necnon & Tyrii per limina læta frequentes
Conuenere, toris iuſſi diſcumbere pictis,
Mirantur dona Æneæ, mirantur Iulum,
Flagranteiſq; dei vultus, ſimulataq; verba,
Pallamq;, & pictum croceo velamen Acantho.
Præcipue infelix peſti deuota futuræ
Expleri mentem nequit, ardeſcitq; tuendo
Phœniſſa, & puero pariter, doniſq; mouetur.
Ille vbi complexu Æneæ, colloq; pependit,
Et magnum falſi impleuit genitoris amorem,
Reginã petit, hæc oculis, hæc pectore toto
Hæret, & interdum gremio fouet, inſcia Dido,
Inſideat quantum miſeræ deus. at memor ille
Matris Acidaliæ, paulatim abolere Sichæum
Incipit, & viuo tentat præuertere amore
Iampridem reſides animos, deſuetaq; corda.

Fœminino Lucillius poſuit, vt Vxori legata penus. Quartę autem declinationis eſſe Perſius docet, vt In locuplete penu defenſis pĩguibus vmbris. ¶ Struere.) Ordinare: componere. Vnde & Structores dicũtur ferculorum cõpoſitores. ¶ Et flãmis adolere penates.) Colere. Sed adolere ꝓprie eſt augere. In ſacris autem adolere per bonum omen dicitur. Nam in aris non adolentur aliqua, ſed cremãtur. ¶ Totidẽq; pares ætate miniſtri.) Non numerus habet admirationẽ, ſed ætatis q̃litas. ¶ Qui dapibus.) Dapes regum ſunt: Epulæ, priuatorum. ¶ Et pocula ponãt.) Secundum antiquum locutus eſt morem. ¶ Mirantur dona Aeneæ, mirantum Iulum.) Hoc ad Tyrios retulit. ¶ Flagrãteiſq; dei vultus.) Hoc ad poetã referť. ¶ Simulataq; verba.) Cõpoſita in Aſcanii ſimilitudine. Et hoc ex perſona poetæ accipiendũ. ¶ Præcipue infelix.) Propter caſum futurũ, vt probant ſequẽtia: Peſti deuota futuræ. ¶ Expleri mẽtem nequit. Græca figura eſt. ¶ Tuẽdo.) Dum intuetur. Et omnis gerundii modus tam ab agentis quàm à patientis ſignificatione ſimiliter profertur, vt Cantando tu illum, ideſt dum cantas.

Fœminino

Et, Frigidus

et, Frigidus in pratis cãtando rumpitur anguis. Ideſt dum ei incantat̃. ¶ Ille vbi.) Poſtq̃, vt Horatius. Nos vbi decidimus. Hoc eſt poſtq̃. Nam ſi loci eſſet, Quo diceret. Ergo Vbi, interdum aduerbium loci eſt, interdum tp̃is. ¶ Et magnum.) Arduum.) Difficile eſt enim imitari verum filij affectum. ¶ Reginam petit.) Non ſimpliciter dixit petit. Nã petere, proprie eſt inſidiari. ¶ Gremio fouet.) Suſtinet: vt & Fotum gremio. ¶ Inſideat.) Legitur & inſidat. ¶ At memor ille matris.) Hoc eſt pręceptorum matris. ¶ Acidaliæ.) Acidalia Venus dicitur: vel quia inijcit curas, quas Græci ἀκίδας dicunt, vel certe à fonte Acidalio: qui eſt in Orchomeno Bœotiæ ciuitate: in quo ſe Gratiæ lauant, quas Veneri conſtat eſſe ſacratas. Ipſius enim & Liberi filiæ ſunt. nec immerito. Gratiæ enim per horum ferè numinum munera conciliantur. Ideo autẽ nudæ ſunt, ꝙ gratiæ ſine fuco eſſe debent. Ideò cõnexæ: qa inſolubiles eſſe gratias decet. Horatius, Segneſq; nudum ſoluere gratiæ. Quòd vero vna auerſa pingit̃, duæ nos reſpicientes, hæc ratio eſt: qa ꝓfecta à nobis gratia duplex ſolet reuerti. vnde eſt ſuprà, Nec te certaſſe priorẽ Pœniteat. ¶ Abolere Sichæũ Incipit.) Ordo naturalis. prius enim eſt euellere inhærentia: & poſt noua inferre, ſic Terentiꝰ, Vt metum in quo nunc eſt adimam, atque expleam animum gaudio. ¶ Viuo amore) Aut viui hominis, aut certe vehementi. ¶ Præuertere.) Præoccupare: propter Iunonem ſine dubio. ¶ Reſides.) Pigros & ad amandum inertes. Iurauerat enim nulli ſe eſſe nupturam. Vnde contra inſtantes dicimus induſtrios.

## ASCENSIVS.

¶ Iam pater Æneas.) Deſcribit cõuiuium, apparatũq; eius ſplẽdidiſſimum: de quo Donatus ſic: Iam pater Æneas. Diſcernitur ipſe & Troiani ſedibus purpureis. ¶ Dant.) Deſcribit familiæ ordinẽ. ¶ Caniſtris.) Mos apud veteres fertur fuiſſe: vt panis nõ argẽteis, ſed vimineis vaſculis inferret̃. ¶ Longo ordine.) Vbi fuerant quinquaginta, ad quarũ curam pertinebat procuratio cellarij, & deorum penatum cultus illas ſine dubio viciſſitudo longo ordine tãgebat. ¶ Centũ aliæ.) elegãter, atq; breuiter diuitias expreſſit, laudauitq;. Voluit. n. demonſtrare, ducentos, & ſexum, & ætatẽ diſcernere. Numerus autẽ non eſt res magna in rege, ſed parilitas ætatis, quæ oſtẽdit quanta illi ſeruorum eſſet multitudo ex qua ducẽti pari ætate eligi potuerint digni, qui curarent ſupradicta. Necnõ ſupra oſtrum Troiani, qui magis eſſent honorandi ſederunt. ¶ Tyrii.) Tyrii vero in veſtibus pictis mirantur. Per hoc oſtenditur regina quanq̃ ditiſſimi viri vxor fuiſſet, talia nunq̃ habuiſſe, quum hæc ipſe & ſui Tyrij mirent̃. Alius intellectus eſt. ¶ Mirantur dona Æneæ.) i. mirantur talia Æneam, vel habere, vel donare potuiſſe Mirantur ergo ſubſtãtiam animi largientis. ¶ Ardeſcitq; tuendo.) Contrarium poſuit. Nam cõſyderationi intenta, faſtidium incurrere debuit. ¶ Falſi.) magna res, vt ẽt pater deceptus ſit. ¶ Inſideat quantus.) Tãto libentius imprudens cõplectebatur. quãtum neſciebat qualẽ deum amplecteret̃. ¶ Infelix.) Quia benignũ animum exhibebat, quem deberet inimicũ exhibere, quũ ex eo pararet̃ ſibi mors. ¶ Abolere.) Prius enim debebat amouere amorẽ priſtini viri: & paulatim, quia quum vehementer hæreret, non poterat vno impulſu dimoueri: idcirco aũt Didonẽ caſtã, diuitẽ, pulchrã, decęptã, inducit per Cupidinẽ: vt non ſolum Didonis, verũ ẽt Æneæ exiſtimationẽ oſtenderet. Ne illum ignobilis fœminæ proiecti pudoris ſponte amaſſe, aut prouocata muneribus videat̃, aut ille malis ſubmerſus, inumeris de amoribus illicitis cogitaſſe. Bero. aũt notat Seruiũ, in eo ꝙ penũ aridius deſcribit ſic: Cõueniebat erudito grãmatico, definire qd ſit penus: deĩde differẽtiam peni, & cellarij demõſtrare, enim vero ex verbis Seruii, nemo ĩtelligit qd ſignificet penus: ꝙ ꝓfecto ĩterpretatione digniſſimũ eſt: quũ in eo nõ pauci ꝑ inſcitiã à veritate deerrauerint: qua qdẽ in re, eandẽ caſtigationem meret̃ Ser. qua apud Gelliũ, qſpiã inſolẽs, ac oſtẽtator grãmaticus taxatur, qui de variis generibus penoris, variiſq; declinationibus, inſolẽter diſſerẽs, à Phauorino ĩterrogatus, qd eſſet penus, muſſitabat, atq; hallucinabat̃, quo circa quũ Seruius qd penus ſit, non dixerit: nec ſatis erudite à cellario diſtinxerit: exiſtimaui me facturũ operępretiũ, ſi illa q̃ de penu legi: q̃ didici: q̃ vigilãdo deprehẽdi, q̃ à Seruio nõ tradunt̃, in mediũ afferrẽ: & his cõmentarijs intexerẽ ad adiuuãdã ſtudioſoꝝ ſcholaſticoꝝ eruditionẽ. Eſt itaq; penus, vt Cice. in. ij. de na. deo. elegãtiſſime docet, oẽ quo veſcuntur hoĩes: cui ſuffragat̃ Feſtus, ſcribẽs, penora dici res neceſſarias ad victũ quotidianũ. Penariũ vero (vt inqt Varro) appellarunt locũ in quo penus ſeruabat̃. Ciceronis, ac Feſti authoritatẽ, corroborãt verba Scęuolę iuriſcõſulti, q ad demonſtrandã penũ, ita ſcripſit: penus eſt (inqt) quod eſculentũ, aut potulentũ eſt. Cęterum vnde ipſum penoris nomẽ deducat̃, cõmodiſſime declarat Phauorinus apud Gelliũ his verbis: Quę lõge viſionis gratia contrahunt̃ & recondunt̃, ex eo ꝙ nõ in promptu ſint, ſed intus & penitus habeant̃, penus dicta ſunt: & apud iuriſcõſultos titulus eſt de penu legata: vbi q̃ appellatione penus inlelligantur, copioſiſſime diſputatur. Pręterea officiũ fuerat diligẽtis cõmentatoris, illud quod à grãmaticis, ac literatoribus quęri ſolet de Virgiliano verſu nõ tacere: vtrũ. ſ. legendum ſit, Quibus ordine longo Cura penum ſtruere: vel, longã penum, vtrũq; enim legi ſolitũ eſt: huc adde ꝙ cellariũ vix vnq̃ in ea ſignificatione qua tradit Seruius, repitur: videtur enim cellariũ illa figura dici, qua panarium, granariũ, penariũ: vt pro cella, ac repoſitorio potius accipiatur, q̃ ꝓ ipſis rebus reconditis: queãmodũ (inquit Varro) panarium dicitur, vbi panis ſeruatur: granariũ vbi granum recõdit̃: & penariũ vbi penora cuſtodiunt̃. hoc ita eſſe docet Dona. ſcribens, Cellaria dici à ponẽdis, celãdiſq; rebus eſculẽtis, & potulẽtis: Quin & iuriſcõſultus digeſtis, de legatis, apertiſſime oſtendit Cellariũ [illegible] eſſe locum, non res. Cuius verba hæc ſunt. Itẽ Cellariũ [illegible] eidẽ dictæ ab hærede meo, ei cõcedi volo, apud Col. titulus eſt, queãdmodũ villica tractare debeat penora, ſiue cellaria: quæ qdẽ inſcriptio, ſi non eſt ſubdititia, indicat Cellaria idẽ eſſe quod penus, & fere congruit cũ ſignificatu Seruii. Cellarius vero maſculino genere dicitur is qui præeſt cellario, & penoribus recondendis: de quo videt̃ intellexiſſe Plautus, inquiens: Sum promus cõdus procurator peni. de hoc Martialis: Hinc cellarius experit̃ artes, & Colu. in. xiij. qbus (inquit) ſtudiũ fuit piſtoris, & coci, non minus cellarii diligentiam ſuis p̃cęptis ĩſtituere: & alibi: Vt cibus (inquit) & potio, ſine fraude à cellarijs p̃beatur. ¶ Ordo eſt. Ordo. Pater Aeneas, & iuuẽtus Troiana: cõueniũt. i. ſimul veniũt, iã ad cõuiuiũ. ſ. Didonis: & diſcumbitur ab oĩbus ipſis ſuper oſtro. i. purpura ſtrato. ſ. ſuper tapeta (nã ſuper, nunc accuſatiuo iungit̃ apud hunc authorẽ, tamẽ ẽt ablatiuo, vt, Frõde ſuper viridi: & gemina ſuper arbore ſidunt.) Famuli dant manibus lymphas, ideſt aquas lympidas, & puras: & expediunt. i. expedite miniſtrãt: caniſtris. i. accipiẽdo ẽ caniſtris: Cererem. i. panẽ, per metonymiã: & ferunt. i. adferunt mantilia, quibus manus tergerẽtur, villis tõſis. i. quibus villi erant tonſi: vt promptius tergerent: famulæ. i. ancillæ, aut miniſtrę erãt intus: quinquaginta. ſ. numero quibus erat: cura ſtruere. i. inſtruere, & diſponere longo ordine. penum, ideſt (vt dicunt) victualia: & annuam prouiſionem: & adolere i. colere: penates. i. intimos lares: flammis. i. ignibus (Si ꝓprie accipiuntur penates: ſenſus eſt, ꝙ illis officium erat flãmis, hoc eſt, ignibus ſacris incenſis: colere & venerari deos domeſticos: ſed ſi per metonymiã, penates accipiũtur, ꝓ rebus domeſticis quibus pręſunt: ſenſus eſt, ea s flãmis purgare penates, ne aut à carie, aut tineis, aliiſúe vermibus cõſumantur: ita vt edulioꝝ, ne corrumpãtur: & veſtium, ac ſimilium reꝝ, ne abſumãtur, curã habeãt. Verum, quia de p̃ſenti miniſterio loquitur, ſenſus verus eſt, qnquaginta illas famulas diſpoſuiſſe, vt ex cellariis, ac penu, edulia debite ꝓmantur: & vt penates. i. ædes flãmis illuſtrent̃: vt, Noctem funalia vincant.) Centũ aliæ, ſup. famulæ, & totidẽ miniſtri. i. famuli, pares ætate, ſup. qui. i. ideo vt onerent mẽſas: dapibus. i. cibariis regalibus & ponãt. i. ꝓpinent: pocula. i. potum: aut ponãt i. diſponãt: pocula. i. vaſa potoria. Necnon. i. inſuper: &. i. ẽt Tyrii frequentes, cõuenere per limina læta: i. læticiã indicãtia, & ſplendida iuſſi diſcumbere toris. i. lectis pictis: nõ erant ergo tanti pręti, nec tantę dignitatis, quãti & quãtæ tori in qbus diſcumbebãt Troiani: de qbus dictum eſt. Stratoq; ſuper diſcumbitur oſtro: & ipſi Tyrii: mirantur dona Aeneæ, & mirãtur Iulum. i. Cupidinẽ, quẽ putabãt eſſe Iulum: & id dicit ex perſona Tyrioꝝ: & mirantur vultus flagrantis. i. ardentis, ac reſplendẽtis dei (poteſt autẽ flagranteis dici, accuſatiui caſus, vt cõiungatur cum vultus: & genitiui cũ dei: ſed hoc ex perſona ſua dicit poeta, qui norat deũ eſſe.) & verba ſimulata. i. per ſimulationẽ: licet ipſi ignorabãt ꝓlata: (nã ſi ſciuiſſent ſimulata eſſe, nõ fuiſſent mirati, & mirantur pallã. i. indumentũ muliebre Didoni datum, & velamen pictum, Acantho croceo. i. figurã qdem Acanthi habens, ſed colorẽ vnde erat auri. Pręcipue. i. principaliter Phœniſſa. i. Phœnicũ regis filia Dido: infelix, qa deuota. i. deſtinata, & addicta (Sępe enim malo addicti, deuoti dicunt̃ vt morti, aut exitio: ſed ẽt pro bono, vt ꝓ reip. ſalute, deuoti dicunt̃: vt Decii pater & filius. Et quia Chriſto deuoti ſumus, vt pro eius fide mori velimus: ideo nõ inepte Chriſtiani noĩs ꝓfeſſores, deuoti dicti ſunt, quaſi martyrio. i. cõfeſſione ad mortẽ addicti.) peſti futuræ. i. peſtifero amori: q medullas eius exedit, & ad mortẽ eam impulit: nequit expleri mentem. i. habere mẽtem expletam: hoc eſt, ſatiatam: & ardeſcit. i. ar

dore

dore incenditur: tuẽdo.i.inſpiciẽdo: & id actiue: & moueť.i. excitatur ad amandũ pariter puero.i.eo quẽ puerum eſſe putabat donis: ille.ſ.Cupido in forma, & ſpecie Aſcanii pueri: vbi.i. quando pependit, ſup.in collo, & co[illegible]u Æneæ: & impleuit.i. plenis indiciis ſignificauit amorẽ: fal[illegible].ſimulati genitoris: nõ enim erat genitor ſed frater, petit.i.oritur: & ꝑ inſidias viſus aggrediť reginã: ad hæc.ſ.regina. hæret.i.affixa eſt: & cõglutinata illi oculis, & toto pectore, & ipſa Dido inſcia.i.haud ſciens, ꝙ Cupido eſſet: fouet interdũ gremio, hoc eſt, ſentit illic vim amoris, quod honeſta fictione poeta (vt dixi) inuoluit. Quãtus, q̃; magnus putas deus amoris inſideat, aut inſidat miſeræ.ſ.Didoni.q.d.nõ dubiũ, quin maximus quũ ad hoc eo venerit: at.i.ſed ille.ſ.deus amoris.ſ.Cupido memor matris Acidaliæ.i.Veneris: hoc eſt, mandatoꝝ eius incipit abolere.i.delere, & in deſuetudinẽ ferre. Sichęũ.i. memoriam, ac amorẽ Sichęi prioris cõiugis. & tẽtat.i.conatur ꝑuertere.i.præoccupare: aut à deſidia, & ignauia auertere: amore viuo, aut de viuẽte, aut vehementi: qa diceť in.iiii. Eſt mollis flamma medullas. Interea & tacitũ, viuit ſub pectore vulnus: animos reſides.i.ſegnes, & iacentes, nulloq; amore excitatos, iam pridẽ.i. iam à pluſculo tempore.ſ.à morte Sichæi, & corda deſueta.ſ.ab officio amoris: hoc eſt, incipit amouere amorẽ defuncti: qui eam ſegnem faciebat: & inſerere amorẽ Æneæ viuẽtis, qui eam agilẽ faciat, & acriter inſtiget, nec torpere ſinat.

PIERIVS.

Stratoq; ſuper diſcumbitur oſtro.) Apud.C.Iulium Ro.vbi de præpoſitionibus agitur, quæ à Suetonio Trãquillo in ordinẽ digeſtę fuerint, verſus citať ex Marone, ita ſcriptus: Structoq; ſuper diſcũbitur oſtro. Nã extruimusq; toros alibi dictũ, & inſtruimus menſas. Quanquã ſtrato, minime diſpliceat, quod de Tapetis intelligendũ eſt. Dant famuli manibus lymphas.) In Ro.in Long.& aliquot aliis codi.antiquis, trãſportatis dictionibus legere eſt, dant manibus famuli lymphas. Sed iſti lãbdaciſmũ euitare Voluerunt, quũ tamen authores plerũq; huiuſmodi ſyllabarũ cõcurſum venuſtati ducant. Tonſiſq; ferunt mantilia villis.) Romanus codex, & hic, & in Geor.mãtelia, ꝑ, e, tertia à fine ſyllaba legit, ac ne qs putet ex familiari quodã ſcribendi more: quo

plurima

plurima toto opere in eo codi.i.in e mutãt, ita hoc ẽt loco factũ eſſe: ſciendũ in aliis quoq; veteribus pleriſq; cod.mãtelia ſcriptũ eſſe. Nã in Oblongo apparet id manifeſte. In Longo. vero abraſa dictio eſt ſed enim mãtelia, oĩno prius ſcriptum fuiſſe diſcerniť, ſane, mantellũ, apud Plautũ: & apud Luciliũ, mãtella legiť, mappas, mantella, merũq;, atq; ita mantelia. Quibus ordine longo cura penũ ſtruere.) Eſt & vbi longã penum, legas, dictũ enim lõgã penum à Virgilio, Fla. Soſipater author eſt, Penũ, porro fœminino genere, Luciliũ quoq; dixiſſe cõſtat, eo carmine: Magna penus paruo ſpatio cõſumpta peribit. Eodẽ genere vſos Pomponiũ, & Næuium, ait Nonius, qui non probari ait, authoritatẽ eorum qui neutro genere dixerint, quanuis Feſtus, penora ponat. Quantũ vero pertinet ad vulgatiorẽ lectionẽ, quæ eſt longo ordine, ea in pluribus ex vetuſtis exemplaribus habetur, & agnoſcitur à Donato. Qui dapibus menſas onerent, & pocula ponãt.) In Roma.cod. & pleriſq; peruetuſtis, legere eſt vtrunq; verbum indicandi modo, numero etiam variato.ſ.hoc pacto. Qui dapibus, onerant mẽſas, & pocula ponunt, ꝙ neſcio quid picturatius habet, quũ res ipſa ita geri videatur: quod in priori illo indefinito modo, ſignificaret tantum paratos eos eſſe ad onerandas menſas, & ponenda pocula. Vnicuiq; tamen integrum ſit, quam maluerit lectionem ſequi. Et puero pariter, doniſq; mouetur. In antiquis pleriſque omnibus exemplaribus legere eſt, hoc dictionum ordine, & pariter puero doniſq; mouetur, mouebatur vero puero, quæ iam animo agitare cœpiſſet, poſſe ſe talem condipere ex Ænea, donis quia muliebre genus procliuius eſt in auaritiam: eſt enim magis ĩfirmum, ac perinde magis opum appetẽs, & auxilii. Inſideat quãtus miſeræ deus.) Sunt qui, inſidat, triſyllabum legant, & ita apud Ti.Donatum ſcriptum eſt. Id ego nuſquam alibi, neque in veteribus codi.inueni. Et Viuo tentat præuertere amore.) In Roma.codi.amorem, legitur: quod minime placet. Solet vero ea litera in fine ibi ſæpius abundare: tametſi in veterum monumentis, tale aliquid ſæpe legas, vt in æde Lateranenſi. Antiquo monumento pro ſalute Imperatoris. Quod in memoriam redigit Diomedis dictum, gauiſos nonnunqdã veteres quædam per barbariſmum proferre, hoc autem loco omnino, amore, legas.

Poſtquàm prima quies epulis, menſæq; remotæ,
Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant.
Fit ſtrepitus tectis, vocemq; per ampla volutant
Atria: dependent lychni laquearibus aureis
Incenſi, & noctem flammis funalia vincunt.
Hic regina grauem gemmis, auroq; popoſcit,
Impleuitq; mero pateram, quam Belus, & omnes
A Belo ſoliti, tum facta ſilentia tectis.
Iuppiter (hoſpitibus nã te dare iura loquũtur) DI.
Hunc lætum, Tyriiſq; diem, Troiaq; profectis
Eſſe velis, noſtroſq; huius meminiſſe minores.
Adſis lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno,
Et vos ò cœtum Tyrii celebrate fauentes.
Dixit, & in menſa laticũ libauit honorem, POETA
Primaq; libato ſummo tenus attigit ore.
Tum Bitię dedit increpitans, ille impiger hauſit
Spumantem pateram, & pleno ſe proluit auro,
Poſt alii proceres, cithara crinitus Iopas
Perſonat aurata, docuit quæ maximus Atlas.
Hic canit errantem lunam, ſoliſq; labores,
Vnde hoĩum genus, & pecudes, vnde imber & ignes
Arcturum, pluuiaſq; Hyadas, geminoſq; Triones,
Quid tantum Oceano properent ſe tingere ſoles
Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obſtet.

SERVIVS.

Quies epulis.) Propter regalem affluentiam. Contrà ſuprà ait, Poſtquam exempta fames. Menſæq; remotæ.) Licet ſub extranea perſona, Romanorũ tamen exequitur morem, apud quos duæ menſæ erant: vna epulárum, altera poculorum. Crateras. Græcum eſt, ab eo quod eſt hic crater. Nam latine hæc cratera diciť. Vnde Perſius, Si tibi crateras argenti incluſaq; pingui Auro dona ferã. Et vina coronãt.) Vina pro poculis poſuit, & eſt tropus ſynecdoche, vt Cererẽ dicimus ꝓ frumẽto. Sic Plautus, Vinũ precemur: nam hic deus præſens adeſt. Coronant autem eſt aut implent vſq; ad marginem, aut qa antiqui coronabant pocula, & ſic libabant. Vnde eſt, Magnum cratera corona induit, Impleuitq; mero. Fit ſtrepitus tectis.) Ideſt ad tecta, vt it clamor cœlo. Legitur autem & Fit ſtrepitus tecti. Atria.) Vt ſuprà diximus, tangit Romanam hiſtoriã. Nã vt ait Cato, & in atrio & duobus ferculis epulabanť antiqui. Vnde ait Iuuenalis, Quis fercula ſeptẽ Secreto cœnauit auus? Ibi & pecunias habebant. Vnde qui honoratiores erant, liminum cuſtodes adhibebãtur. vt Qui Dardanio Anchiſę Armiger antè fuit: fiduſq; ad limina cuſtos. Ibi & culina erat: vnde & atrium dictum eſt, atrum.n. erat ex fumo. Lychni.) Gręco ſermone vſus eſt: ne vile aliquid introferret. A lychno autem lucerna dicta eſt, vnde & breuis eſt

lu, vt

lu, vt Iuuenalis, Diſpoſitę pinguem nebulã vomuere lucernæ. Horatius, Vngor oliuo Nõ quò fundatis immundus nacta lucernis. Si enim à luce diceretur, non ſtaret verſus. Laquearibus.) Principaliter lacus dicitur. vt Lucillius: Reſultant ædesq; lacuſq;. Diminutio lacunar facit Horatius, Nec mea renidet in domo lacunar. Inde fit alia diminutio lacunarium, & per Antiſtichõ laquearium. Noctem vincunt.) Luminis eſt exaggeratio. Funalia) Sũt quæ ĩtra ceram ſunt: dicta à funibus: quos antẽ vſum papyri cera circundatos habuere maiores. Vnde & funera dicũtur, quod funes incenſos mortuis præferebant. Hic.) Tunc. eſt ergo aduerbiũ tẽporis. Quã Belus.) Primus rex Aſſyriorum: vt ſupà diximus: quos conſtat Saturnum quem & Solem dicunt, Iunonemq; coluiſſe: quæ numina ẽt apud Afros poſtea culta ſunt. Vnde & lingua Punica Bal dicitur. Apud Aſſyrios autẽ Bel dicitur quadam ſacrorũ ratione & Saturnus & Sol. Hoſpitibus nã te dare iura loquuntur.) Scilicet exemplo Lycaonis: qui cum hoſpites ſuſcęptos hoſpitio necaret: à ſuſcepto Ioue, poſtquam ei epulas humanas appoſuit, verſus in lupum, oſtendit hoſpitii iura non eſſe violanda. Troiaq; profectis.) Bene voluit profugis dicere. Eſſe velis.) Secundum Hetruſcam diſciplinam locutus eſt. Sic enim dicunt. Volẽs, propitiuſq; ſis. Adſit lætitiæ Bacchus dator.) Alij adſis legunt.

Secundum

Secundum quos Bacchus,aut antiptoſis eſt,aut antiquus vocatiuus.vt Socer Arma Latinus habeto.¶Dator.) Bene autem addidit dator lætitiæ:quia eſt & dator furoris . ¶Et bona Iuno.) Aut ꝓpitia , ideſt nō irata Troianis,vt,Sis bonus o felixq; tuis. Aut magis bona,cœleſtis eſt enim & inferna:vt Iunoni infernæ dictus facer. Laticum libauit honorem.) More ſacrorum,& tangit ritum Romanorum,qui paniceas,ſacratasq; mēſas habebāt, in quas libabant,vt eſt,Heus etiam menſas conſumimus inquit Iulus.¶Libato.)Delibato.¶Summo tenus attigit ore.) Et verecundiam reginæ oſtendit:& morem Romanum.Nam apud maiores noſtros fœminæ non vtebantur vino,niſi ſacrorum cauſa certis diebus.Deniq; fœmina quæ ſub Romulo vinum bibit,occiſa eſt à marito,Mezentius abſolutus,id enim nomen marito. Sic Granius Lucianus cœnæ ſuæ.¶Tum Bitiæ.) Per tranſitum Pœnorum ducum nomina introducit.Nam Bitias claſſis Punicæ fuit,præfectus:vt docet Liuius.¶Iopas.) vero rex Afrorum vnus de ꝓcis Didonis:vt Punica teſtatur hiſtoria. ¶Increpitās.) Inclamans:vt Æſtatem increpitans ſeram.Aut certe arguens familiariter ſegnitiem tarde accipientis,cum eſſet auidus in bibendo.¶Hauſit,) Modo accępit:nec poſſumus intelligere bibit,cū hoc ſequatur.¶Et pleno ſe proluit auro.) Alibi vidit:vt , Hauſit cœlum mentemq; recepit.Alibi audiuit:vt , Vocemq; his auribus hauſi.Alibi vulnerat:vt,Latus haurit apertum.Et multa alia pro loco ſignificat.¶Poſt alij proceres.) Ergo & Bitias vnus eſt de proceribus.Nam Exoche ſine ſimilitudine nunquam fit.Sane proceres de his eſt quæ nominatiuum in vſu non habent : vt ſuprà,Et victor ditione tenebat.Nam nec hoc in vſu habet nominatiuum:licet,in compoſitione dicamus conditio. ¶Proceres) autem ideo ſecundum Varronem,principes ciuitatis dicuntur:quia eminent in ea,ſicut in ædificijs mutuli quidam,hoc eſt capita trabium,quæ proceres nominātur.) Crinitus Iopas.) Aut puerum intellige:aut imitabatur Apollinis formam, cuius fuerat etiam artis imitator.¶Docuit quæ maximus atlas.) Quæ legendum, non quem,nec enim iſtum docere potuit,qui Didonis erat temporibus,ſed docuit Herculem. Vnde & dicitur ab Atlāte cœlum ſuſtinuiſſe ſuſcęptum,propter cœli ſcientiam traditam . Conſtat enim Herculem fuiſſe philoſophum. Et eſt ratio cur omnia illa monſtra viciſſe dicatur . Sane Atlas Græcum eſt,ſicut & Nilus. Nam Ennius dicit Nilum Melonem vocari:Atlantem vero Telamonem.¶Hic canit.)Bene philoſophica introducitur cantilena in conuiuio reginæ adhuc caſtę : contrà , inter Nymphas ait, Vulcani Martisq; dolos & dulcia furta.¶Errantem Lunā.) Quia ἑλικοειδῆ, ideſt obliquo īcedit curſu,non recto,vt Sol:ſcilicet ne incidat in centrum terræ,& frequenter patiatur eclypſim. Vicinus eſt enim eius circulus terræ.¶Solisq; labores.) Canit per omnia intelligimus.Planetæ ſeptem ſunt , Saturnus , Iuppiter, Mars,Sol,Venus,Mercurius,Luna.Sed quinq; cōtra mundum feruntur,& cum mundo quādo retrogradi ſunt:Sol vero & Luna ſemper contra mundum. Ideo ergo dixit,Solis labores. Laborat enim nitens contra ſphæræ venientis volubilitatem. Nec nos debet Homerus mouere qui ait ἥλιον ἀκάμαντα,Non enim eū dixit non laborare,ſed laborem nō ſentire.¶Vnde hominum genus.) Si fabulam reſpicis,à Prometheo intellige:vel à Deucalione & Pyrrha.Si autem veritatem requiris,varia eſt opinio philoſophorum.Alij enim de humore dicunt:alij de igne : alij de atomis:alij de quatuor elementis.¶Vnde imber.)Scilicet de nubibus,quę ſecundum Lucretium naſcuntur de terræ anhelitu , qui nebulas creat,quæ cum altius fuerint eleuatæ,aut ſolis calore reſolutæ,aut vi ventorum compreſſæ,mittunt leues pluuias , vel exprimunt concitatiores.¶Et ignes.) Scilicet ex nubium colliſione.Nam omnium rerum colliſio ignē creat:vt in lapidibus cernimus,vel attritu rotarum,vel in ſyluis arborum.¶Arcturum.) Stella eſt poſt caudam maioris Vrſę poſita in ſigno Boote. Vnde arcturus dicta eſt quaſi ἄρκτου οὐρα.¶Pluuiasq; Hyadas.) Hyades ſtellę ſunt in fronte Tauri,quę quotiens naſcuntur , pluuias creant. Vnde & Græce Hyades dictę ſunt ἀπὸ τοῦ ὕειν: Latine ſucculę à ſucco. Sic ergo ait pluuiasq; hyadas, vt Plemmyrium vndoſum.Alij dicūt hyadas dictas ab y litera,vel ἀπὸ τοῦ ὕος, ideſt ſue:in cuius formatæ ſunt faciem.Hę autem fuerunt,vt alij dicunt,Atlantis filię:vt alii, Liberi nutrices . ¶Geminosq; triones.) Septentriones ſunt boues aratorij.Non ergo incongrue dixit Triones:quia ſeptentriones plauſtra à nonnullis dicuntur. ¶Quid tantum Oceano properent ſe tingere ſoles Hyberni.) Quid,quam ob rem.Ratio hoc facit hemiſphærij , quia hyeme, breuiore Sol vtitur circulo.¶Tingere ſoles. ) Demergere . Soles vero pro diebus poſuit.vt,Tris adeò incertos cæca caligine ſoles Erramus.¶Vel quę tardis mora noctibus obſtet. ) Ideſt æſtiuis tarde venientibus.Vel,enim diſiunctiua eſt cōiunctio: nec patitur bis eandem rem dici.Ergo h[illegible]dicit,quæ cauſa eſt longorū dierum:ſed & hic ratio hemiſphę[illegible]eſt.

ASCENSIVS.

¶Poſtquam prima quies epulis.) Oſtendit morem exterarum gentiū,& cætera,quę in conuiuio dicta,& facta ſunt , de quibus Donatus diſſerit ſic.¶Poſtquam prima.q.) Cōuiuij prolixi,mos deſcribitur.Nam confectis epulis,ſtudium bibendi proſequuntur.¶Funalia.) Faces ex funibus procreatę.Grauem laudat à pōdere,& à materia.Deinde quod maiores Didonis vſi ſint, & durante merito tranſierit ad Didonem.¶Facta ſilentia.) Rem diuinam actura,ſilentium indixit.¶Iuppiter.) Rogat Iouem,& eius virtutem narrat:vt oſtēdat pleno voto Troianos excępiſſe. Quū initam ſocietatem,teſtimonio hoſpitalis Iouis confirmet . Quū autem ipſa eſſet Sidonia,quaſi mortis ſuæ præſagio.¶Tyriorū.) Solum & Troianorum meminit : & merito diei meminit , quo confirmabat ſocietatem per ſacra & conuiuium . Triſte autem fuit,tenebras nominare,vel noctem,vel maxime,quia continuationem diei,nocti coniunxerat nondum itum erat ad requiem. ¶Noſtrosq; huius.)Et ſic factum:vt etiam nūc duret de actibus Didonis fabula.¶Bacchus.) Vinum ſine quo lætitia in conuiuijs eſſe non poteſt. Nam ſi alibi eſt,Bacchus,& ad culpam cauſas dedit,id nō vini vitium eſt:ſed hoīs vino vti neſcientis.¶Bona Iuno.) Nam norat illam inimicam Troianis:ergo vt ſit bona & beniuola Tyrijs,ne eſſet aliqua incolarū aduerſus peregrinos emulatio.¶In menſa.) In conuiuiis enim quum huiuſmodi honorificentia numinibus exhibetur,pro ara,menſa ſuccedit.¶Prima.) Vel quia libabat:vel quia potior omnibus fuit , vtpote regina. ¶Summo tenus.) Summis labris,vt religionis,& non vini cupidam demonſtraret.¶Increpitans.) Clara voce exhortans.hūc autem elegit,quia ſciebat eum vini amatorem,vnde ſequitur, Ille impiger hauſit. ¶Et pleno.ſ.p.) Et pateram (inquit) vacuam fecit,& quum auide biberet,& tantum infunderet, quantum fauces tranſmittere non poſſent,perfudit etiam ſe.¶Poſt.) Intellige ritum:exequuti ſunt poſt acta conuiuia:poſt conſecrationem fœderum. ¶Cithara . ) Ludorum autem fit deſcriptio : quibus reges per voluptatem,ad producendam potationem, vtuntur. Ludi autem Didonis ,nihil turpe factu,nihil obſcœnum dictu habuerunt. Nam citharæ artem inter honeſtas numerari conſtat . Per hanc Orpheus plurimum potuit. Hāc graues, & prudētes amāt. Hanc diligunt muſę,quibus tradentibus in vſum hominum venit. Hæc in agonibus.i.in ſacris certaminibus coronatur. Ars ergo honeſta:conuiuium quoq; non diſſimile. ¶Ordo eſt . Poſtq; prima quies,ſup.facta erat epulis:& menſe.ſ.priores. hoc eſt,lances:aut quadræ priores erant,ſup.remotę:ipſi conuiuę, ſup.ſtatuunt.ſ.ante ſe crateras.i.vaſa potoria,magnos.i. valde capacia, & coronant vina.i.coronam imponunt poculis iam vini plenis. Strepitus.i.vehemens ſonitus pedum fit tectis,ideſt per tecta,ab his qui miniſtrando curſitabant & vina afferebāt,& ipſi volutāt i.iactant:vocem,ſcilicet lætitiæ ſignificatricem: vt fit in epiphania domini , dum reges bibunt:per atria ampla,ideſt magna,& ſunt quas vulgo ſalas vocant,lychni,ideſt lucernæ ardentes,aut lampades:incenſi pendent laquearibus aureis:quod plus eſt , q̄ ſi aurata diceret:& eſt hic ſynęreſis,qualem diximus illic:Aurea compoſuit ſponda:laquearia autem ſunt connexiones trabium, in cameris cœnatorijs ſępe inaurari ſolitæ:lychni igitur incenſi, dependent à laquearibus aureis,& funalia,ideſt funes,ſeu chordæ ceratæ,& incenſæ : vincunt flammis,ideſt lumine ſuo , noctem,ideſt tenebras,& caliginem noctis depellunt. Regina.ſ.Dido popoſcit,hic.i.hoc tempore:quo ſic omnęs indulgebāt genio ſuo:abundantius potando.pateram,ideſt vas potorium patulū, vulgo tarſia dicitur:grauem gemmis,& auro,quia gemmæ erāt auro incluſæ(quem morem Romanos accępiſſe dicit Iuuenalis.Nam vitro,vt multi,gemmas ad pocula transfert. A digitis.) & impleuit mero.i.puro vino:quā,ſcilicet pateram:Belus.ſ.magnus ille Aſſyriorum rex:& omnes,ſcilicet deſcendentes à Belo, videlicet,vſq; ad patrem Didonis,qui etiam Belus dictus eſt,ſoliti,ſup.ſunt implere ſic:tum.i.deinde ſilētia facta,ſupple ſunt tectis:(niſi ſint nominatiui caſus in deſignatione ſequelę,pro ablatiuis poſiti:quo modo ſępe ab eccleſiaſticis poſiti leguntur ) vt ſit,facta ſilentia,pro factis ſilentijs:aut dicamus vt,ſupple facta ſunt ſilentia,tectis.i.per tecta,Dido dixit,o Iuppiter:nam.i.quādoquidem:loquuntur.ſ.omnes mortales diuinarum rerum periti:te dare.i.quod tu das:hoſpitibus.i.recipiētibus,& recęptis hoſpitio,iura.ſ.hoſpitalitatis. Vnde Lycaona perfidū in lupum vertit,quia

Ordo.

tit: quia ergo, tu das iura hoſpitibus. ideſt quibus hoſpites iter ſe amicitiam colant, & fidem ſeruent, & ſe mutuo accipiant: precamur. ſ. vt velis: hunc. i. præſentem diem, eſſe lætum. i. hilarem, & felicem boniſq; ominis, atq; candido lapillo notandum. Tyriis, ſcilicet meis, quaſi recipientibus hoſpitio: & profectis Troia, id eſt Troianis (ſed forte religioſum, viſum ē dicere Troianis, quaſi Iuppiter, quum illis regnum auferre promiſerit, in illos iratus ſit: vnde maluit dicere profectis Troia. q. d. ſi locum illum odio proſequeris: iam hi amoti ſunt: & ſi hos proſequutus eſſes odio, non eſſent Troia profecti: ſed illic cum tam multis milibus extincti.) & velis noſtros minores. i. poſteros noſtros: meminiſſe. ſ. ob magnum bonum quod ex hac hoſpitalitate ciuitati obuenturum ſpero huius. ſ. diei, adſit Bacchus dator lætitiæ. i. vini, quod lætificat cor hominis: & adſit Iuno bona. i. placata, & benigna: & vos o Tyrij celebrate cœtum, ideſt conuiuium: & conuentum, ac coitionem amicitiæ. i. cum fauore, ſecluſa inuidia, quaſi in partem regni recipiantur Troiani dixit inquam Dido: & libauit. i. obtulit: & dicauit in menſa ne putetur derelicto conuiuio ad facellum, aut templum abſceſſiſſe: honorem laticum, ideſt vinum, quod principatum inter latices omnes obtinet: & ipſa attigit prima, tanquam ſacerdos, & regina: ſicut tunc iidem ſummi pontifices, & reges multi erant, attigit, dico, libato. i. poſtquam libauerat (vt ſit ablatiuus ab imperſonali, in deſignatione ſequelæ poſitus: niſi dicamus, attingo etiam datiuo poſſe cōſtrui.) tenus ſummo ore. i. ad ſumma vſq; labella, tum. i. deinde: ipſa increpitans. i. cum increpatione arguens moram, aut ſegnitiam illius, & id tamen læto: vt ſit, animo dedit Bitiæ principi. ſ. familiæ ſuæ, aut præcipuo vini amatori, ſup. pateram. ille. ſ. Bitias ſic admonitus: hauſit. i. auide accepit, exiſtens impiger. i. ſtrenuus & celer: hauſit, dico, pateram ſpumantem. ſ. ex vino infuſo, ad plenum vſq;, & proluit. i. porro inuoluit ſe: hoc eſt, totam faciem ſuam auro pleno. ſ. vini: ſed vinum ebibit: & ita pateram auream ſuper faciem ſuā inuertit: depingit ergo morem auide bibentis: & alij proceres. i. primores, & principes ciuitatis. (Ergo & Bitias vnus ex proceribus erat.) Poſt, ideſt poſtea ex ordine, ſupple idem fecerunt. i. ebiberunt pateram illam: Iopas: citharœdus ille: crinitus, aut longis crinibus, aut multis, perſonat cithara aurata. ſ. ea quæ Atlas, aſtrologus ille maximus, docuit. ſ. poſtquam inuenerat aſtrorū curſum, & rurſus iudicia certa cōſtituerat: hoc eſt, cecinit res graues, & non ludicras: vti tali conuiuio conueniebat. hic igitur canit: lunam errantem, ideſt oblique incedentem, & ſubinde eclipſantem & nos varietate ſua illudentem: & labores, ideſt defectus, & eclipſes ſolis, & canit vnde genus hominum, ſupple primum proceſſit, de quo quid gentiles ſentiant in Sileno viſum eſt: quid fides habeat, in Geneſi videndum eſt: vnde. ſupple ſint pecudes, & vnde imber: & vnde ignes, ideſt fulgura, & coruſcationes, cæteræq; impreſſiones igneæ, aut ignitæ, & canit arcturum ſydus illud pluuias excitans, & hyadas, ſupple ſtellas pluuias, ideſt pluuioſas, & excitatiuas pluuiæ: & Triones, ideſt boues plauſtra trahentes: geminos, ideſt duos qui in Septentrione ſunt, vbi & axis: & canit quid, ideſt ad quid ſoles hyberni, ideſt hyberno tempore lucentes, properent. i. feſtinent, tantum. i. in tantum: tingere ſe Oceano. i. magno mari, totum orbem circunfluente, in quod ſol incidere ruſticis videtur, id eum facere arbitrantibus, vt ſe in vndis ab æſtu diurno releuet: hoc eſt, igitur cur tam cito occidat ſol, tempore hyberno: & quæ mora. i. quæ cauſa tardæ moræ obſtet noctibus: tardis. i. æſtiuis, tarde venientibus, quū dies tantum perdurent: aut ſi de noctibus hybernis loquitur, dic noctibus tardis. i. tarde decedentibus, quum vix tertiam partem temporis ſoli concedat.

PIERIVS.

¶ Vocemq;, per ampla vo. Atria.) Nonnulli codic. antiqui, per ampla, vnica dictione legunt, ſed in Longobar. & aliquot aliis, per alta, legitur, vt in quarto Æneid. It clamor ad alta atria. vulgata tamen lectio receptior. ¶ Tum fa.) In Longo. dum: ſed, tum, melius. ¶ Adſis læ.) Antiqua omnia exemp. quæ verſamus, adſit, vel aſſit, perſona tertia legunt. ¶ Dixit &c.) In Oblon. co. quem Pōp. Læti delitias fuiſſe dicunt, immenſum, legitur. idem in Longo. & aliquot aliis peruetuſtis. in Roma. in Medi. & in nonnullis emendatioribus in menſam, habetur, accuſatiuo caſu, vt in octauo eadem eloquutione dictum, In mēſam læti bibant: eandemq; lectionem videtur Tit. Dona. agnouiſſe, dum in conuiuiis, quū huiuſmodi honorificentia numinib. exhibetur, pro ara menſam ſuccedere dicit. Sed enim vulgata exēplaria. Donat. loco hoc valde corrupta habentur. De libatione vero huiuſmodi, lege apud Macrobium tertio Saturna. ¶ Et pleno ſe proluit auro.) In codi. aliquot antiquis, pleno ſe proluit ore, legitur, non auro. Ti. Donat. ſuper hoc, ait: Bitiam ideo ſe etiam perfudiſſe quod auide biberet & tantum infunderet: quantum fauces eius tranſmittere nō poſſent. ¶ Docuit quæ ma. Atlas.) In Ro. co. & quibuſdam aliis legere eſt, Docuit quem maximus Atlas, ſed cur Atlans, dictum ſuperius, vbi de theſauro diſputatum. Quod vero legitur, docuit quem, mos eſt poetis præſtantis aliqua doctrina, viros à diis, vel ab heroib. doctos aſſeuerare. In quinto talis eloquutio, Tritonia Pallas, quē docuit Tit. Dona. quæ legit, ait enim videamus qualia canebat, docuit (inquit) quæ maximus Atlans, hoc eſt, non turpia, aut obſcœna, ſed venientia ex philoſophiæ fonte, quæ docuerat Atlans maximus, plenuſq; virtutum. ¶ Hic canit errātem lunam, ſoliſq; la.) Scripſere nonnulli: is canit, verum illi decepti ſunt ex paraphraſi, ſiquidem hoc loco Soſipater Cariſius, in ſolœciſmo præpoſitiuam particulam pro coniunctiua pronunciatam ait: Hic quidē: pro is. ¶ Vnde hominum genus, & pecudes, vnde imber & ignes.) In Med. co. legere eſt, Vnde hominum genus, & pecudes genus, vnde ferarum. Sed cum vulgatis exēplaribus, veteres pleriq; codices conueniunt. ¶ Se tingere ſoles.) In antiquis dubio pcul fere oībus tinguere, legitur u, iter g, & e, literas medias, ſita. ex inſtituto Attij, neq; grāmatici pleriq; ab hoc verbo, u literā reiiciūt, quū in vrgeo, & vngo, eā nequaq; admittant, vt apud Velium longū eſt. Aduerſus tamen cuius ſentētiam ſtat omnis pene veteris ſcriptionis conſuetudo.

Ingeminant plauſum Tyrii, Troesq; ſequuntur.
Necnon & vario noctem ſermone trahebat
Infelix Dido, longumq; bibebat amorem:
Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa.
Nunc quibus Auroræ veniſſet filius armis,
Nunc quales Diomedis equi, nunc quātus Achilles.
¶ Imo age, & à prima dic hoſpes origine nobis, DIDO
Inſidias (inquit) Danaum, caſuſq; tuorum,
Erroreſq; tuos, nam te iam ſeptima portat
Omnibus errantem terris, & fluctibus æſtas.

SERVIVS.

¶ Ingeminant plauſum Tyrij, Troeſq; ſequuntur.) Bono eſt vſus ordine, vt prius plauderent ciues. Nec enim poterāt aliter audere peregrini. Vnde & ſuprà, Et vos o cœtū Tyrij celebrate fauentes. ¶ Necnō & vario.) Arte poetica vtitur, vt præmittat aliquid, quo ſequens liber videatur eſſe coniunctus: quod in omnibus ſeruat. ¶ Bibebat amorem.) Alluſit ad conuiuium. ¶ Sup Priamo.) De Priamo. Nam eius præpoſitionis officio fungitur, pro qua ponitur, vt ſupra. Et ſub noctem cura recurſat. ¶ Rogitans.) Scilicet quo modo ſit venditus rex. ¶ Auroræ filius.) Memnon. Ideo autem dixit quibus armis, quia Vulcani armis vſus fuiſſe narratur. ¶ Quales Diomedis equi.) Non debemus eos equos intelligere, quos Aeneæ ſuſtulit: nec enim congruit, ſed de his iterrogat, quos ſuſtulit Rhœſo. Quales autem dixit: ac ſi diceret, nec ſi feroces vt illi à quibus ducebāt originem. Diomedes enim rex Thracum habuit equos, qui humanis carnibus veſcebantur. Hos Hercules, occiſo crudeli tyranno, abduxiſſe perhibetur: de quibus dicuntur ſuprà memorati equi originem ducere. ¶ Imò age.) Vidit ſpecialia cito poſſe finiri: & contulit ſe ad generalitatem. ¶ Et à prima dic hoſpes origine nobis.) Id eſt à raptu Helenæ. Quod quidem Dido cupit: ſed excuſat Aeneas. Et dicit ruinam ſe Troiæ breuiter eſſe dicturum habita ratione temporis: vt, Sua denteſq; cadentia ſydera ſomnos. ¶ Inſidias Danaum.) Hoc ad fauorem Troianorum, ne videantur virtute eſſe ſuperati. ¶ Caſuſq; tuorum.) Vt euentu Troia corruerit, non fati neceſſitate. ¶ Erroreſq; tuos.) Et reſponſio hunc ordinem ſequitur. Nam primo dicit Troiæ ruinā: poſt, errores ſuos. ¶ Septima æſtas.) Per æſtates annos intellige. Nam ſic ante Olympiadas computabant. Septem autem annos eſſe Dido cognouit ex Teucro.

ASCENSIVS.

¶ Ingeminant Tyrii, &c.) Facturus finem huius libri, aperit ingreſſum ſequenti: facit. n. Didonē multa ſup Priamo & Hectore rogitātem, vt ex ordine patebit. Sed Donatus præmittendus eſt, dicens ſic. ¶ Ingeminant.) Troiani enim neſciētes reginæ cōſuetudinem,

tudinem,nihil debuerunt priores efficere:ne in aliquo diſplicerent.Sed ſequi eos,qui ex more faciebant,non fuit temerarium. Vniuerſi interea occupati fuerant,cantando, plaudendo, bibendo.Regina autem quæ Æneæ conſpectu ſatiari non poterat,maiorem temporis moram deſyderabat:& alijs potantibus vinum ipſa bibebat amorẽ.Et ſuperflue quærebat,quę vel à Teucro audierat,vel picta viderat:ſed moram (vt dixi) quærebat. ¶Imo age.)Breuis propoſitio:ſed quæ non breuem narrationem eſſet habitura.Reſpondet ergo primis duabus propoſitionibus in.ij.libro quę ſunt: Inſidię Danaum,caſusq; tuorum.in.iij.de errorib. ſuis.quanquam & quædam de ſuis etiam ibi.Hæc ille. ¶Ordo eſt.Tyrij ingeminant,hoc eſt,multiplicant: plauſum,ideſt plauſum:& vocem congratulantium, & lætantium, vna cum manuum iactatione:& Troes,quibus verecundia,& pudor cõgruebat,eo quod externi,& aduenæ eſſent,ſequuntur,ideſt inſequuntur:Tyrios,hoc eſt,poſt Tyrios plaudunt quoque Troiani. Necnon,ideſt etiam,Dido infelix,propter futuram infelicitatem:trahebat,ideſt protrahebat noctem:ita vt priuſquam Aeneas narrare inciperet,ſuaderent iam cadentia ſydera ſomnos: & bibebat, ideſt imbibebat,quaſi peſtem,& contagionem:vnde pauloante, Peſti deuota futuræ,ſed iucundiſſime alludit ad bibentes,quaſi dicat cæteri quidem vina bibebant:at Dido infelix,bibebat amorem longum,ideſt diu duraturum,quia ad extremum vſq; vitę: ita vt per impatientiam amoris,quum ſe deſertam videret, ſibi vitam adimeret:bibebat,dico,longum amorem:rogitans, ideſt interrogans multa:ſuper,ideſt de Priamo:& rogitans,ideſt interrogans multa,ſup Hectore,ideſt de geſtis,& facinoribus clariſſimis Hectoris,& ſupple rogitans,aut rogat,nunc,ideſt aliquãdo: quib.armis:quia rumor erat armis à Vulcano fabricatis (vt dictum eſt)in pictura illic:& nigri Mẽnonis arma,quia ergo pingere fecerat arma Memnonis:bene interrogabat,quib.armis:filius Auroræ,ſcilicet Memnon, filius Tithoni,& Auroræ:veniſſet,ſupple Troiam:aut rogitãs:nunc,ideſt aliquando:quales,ſupple fuerint:equi Diomedis:aut quos à Rhœſo abſtulit (vt dictũ eſt),aut equi Diomedis Biſtonii,ideſt Thracum regis, vnde illi originem traxerunt,quos Diomedes rex Etoliæ,Tydei, & Theophilę filius,abſtulit Rhœſo Thracum regi,priuſquam pabula guſtaſſent Troiæ,Xanthumq; bibiſſent.& rogitans nunc:quantus, ſupple fuerat Achilles:imo age(inquit)o hoſpes,dic nobis à prima origine inſidias Danaum,pro Danaorum,ideſt gręcorum:& caſus,ideſt miſeram ruinam:& excidium tuorum. Bene ſignificat poeta mulierem amatricem loqui:nam de Achille nouiſſimo loco meminit:& rogitat quàm fortis,& animoſus fuerit:ſed quãtus,vt molem corporis,non robur animi,in eo mirari ſignificaret,& non dicit glorioſam victoriam, aut triumphos Danaum, ſed īſidias:nec damnat ignauiam,aut inertiam Troianorum:ſed dolet caſus eorum,qui non virtute minores,ſed dolo,& inſidijs circunuenti ceciderunt:& dic tuos errores,quos in.iij.libro enarraturus eſt:nam ſeptima æſtas portat, ideſt adducit nobis te cũ ipſa iam primum aduenīat:iam igitur,hoc eſt,cum aduentu ſuo: te errantem omnibus terris,& fluctibus:quod partim ex Teucro didicerat,partim ex ipſo Aenea,qui dixerat,Omnibus exhauſtos iam caſibus,&c.ſed quomodo non niſi ſeptima ſit æſtas,docebimus,in.v.huius.

PIERIVS.

¶Ingeminãt plauſum Tyrij.) In Ro.codice,in Medi.& aliquot aliis antiquiſſimis,plauſu,legit,caſu ſeptimo:quod nequaq; diſplicet.¶Omnibus errantem terris,& fluctibus æſtas.) In antiqs aliquot exemplarib.legere eſt:Omnibus errantem, & terris, & fluctibus:quod ſententiam reddit huberiorem.

PRIMI LIBRI FINIS.

IN.II.ÆNEIDOS LIBRVM MONOSTICHON.

Funera Dardaniæ narrat,fletusq; ſecundo.

IN EVNDEM MODESTINI IVRIS.ARGVMENTVM.

Conticuere omnes,tunc ſic fortiſſimus heros
Fata recenſebat Troiæ,caſusq; ſuorum,
Fallaceis Graios,ſimulataq; dona Mineruæ,
Lacontis pœnam,& laxantem clauſtra Sinonem.
Somnum,quo monitus accæperat Hectoris atrum.
Nam flammas cœli,Trouм,patriæq; ruinas.
Et regis Priami fatum miſerabile ſemper.
Impoſitumq; patrem collo,dextraq; prehenſum
Aſcanium,fruſtra à tergo comitante Creuſa.
Ereptam hanc fato,ſocios in monte repertos.

ALIVD IN EVNDEM.

Cogitur Æneas bellorum exponere caſus,
Graiorumq; dolos,& equum,fraudemq; Sinonis,
Exciſamq; vrbem,Priamiq; miſerrima fata.
Vtq; patrem impoſitum forti ceruice per igneis
Extulerit,charamq; amiſerit ipſe Creuſam.

ASCENSIVS.

Conticue.) Sicut Homerus īducit Vlyſſem ad Alcinoum, Phæacum regem,appulſum:& ab eo benigne ſuſcęptum hoſpitio: eidemq; caſus & errores ſuos in tercœnanudm narrantem: ita Maro noſter Aeneam hic inducit,ſimile facientem: quam rem excogitarunt diligentes poetæ,vt opportune quæ vellent,breuiter dicta percurrãt. Nam,vt ad hũc poetam reſpiciam,non eſt inſtituti eius excidium Troiæ ad vnguem perſcribere: ſed Romanæ vrbis originem, cum Cæſarum (vt dictum eſt)laude,altius repetere. Quia igitur quod Flaccus in de arte inquit. Ordinis hæc virtus eſt,& Venus. Vt iã nunc dicat iam nunc debentia dici,Pleraq; differat,& pręſens in tempus omittat. Ideo, congrue poeta,ad hũc locum recępit narrationem de excidio Troiæ.Nam ingruente nocte,nõ potuit prolixius narrari.Et reuera, niſi reginã nimis affectam ad audiẽdas res Troianas præmiſiſſet poeta:videretur recitatio longior,q̃ quæ cõuiuio congrueret. nam qua grauitate ab Ænea ꝓlatam decuit,multarũ horarũ ſpatio opus eſſet. Cęterũ,vt argumẽtoꝝ quoq; explanationẽ,ꝓmittã,monoſtichi.Ordo eſt.Poeta narrat,ſecũdo libro,funera.i.ſtragem Dardaniæ,pro Dardanidarũ:aut funera.i.excidium: ſed id abuſiue: Dardaniæ.i.Troiæ,quã Dardanus olim tenuit,& nobilẽ fecit:& fletus Dardaniæ.i.quos aut Dardanidę capti faciebant; aut quos de Dardania vaſtata fieri deceat: Æneasq; facturus eſt,dicturus, O lux Dardaniæ.&,O patria,o diuũ domus Iliũ.&, Inclyta Troiæ mœnia,&c.Maioris argumenti ordo eſt. Oẽs.ſ.tam Tyrij q̃ Phryges,cõticue.i.ſimul tacuerũt,& heros fortiſſimus.ſ. Æneas recẽſebat.i.enarrabat cum quadam cenſura geſtorum:fata.i. fatale excidium Troiæ, & caſus.i.aduerſitatem,aut cædem ſuorum.ſ.amicoꝝ neceſſarioꝝ, & familiarium, ac ſubditorũ, & recenſebat Graios.i. græcos fallaces:qui dolo, & non vi, Troiam expugnauerant,& dona Mineruæ ſimulata, ideſt equum quem Mineruæ ſe vouiſſe ſimulabãt,& tãmagnum fecerant,vt intromitti niſi ruptis portis non poſſet:& penã Laccoontis.ſ. ſacerdotis à ſerpẽte cum filijs intereẽpti. (Sed ſcribẽdum aut legendũ eſt, Lacontis:vt bis fiat ſinęreſis.i.cõtractio duarum vocalium in vnam ſyllabam:licet poſtea dicturus ſit poeta, Laoocõta petunt ſed hi, verſus poetæ non ſunt).& recẽſebat Sinonẽ:ꝑfidũ illũ hoĩem,ad hoc ſubornatũ,vt clauſtra equi laxaret:& armatos q ĩ eo erãt,emitteret, & recenſebat atrũ.i.funeſtũ:& triſtẽ ſomnum.i. inſomnium. quo accęperat monitus.i. admonitiones Hectoris.Nã, heu fuge,nate dea,teq; his,ait,eripe flãmis,& iã recenſebat.ſ.flãmas cœli:vnde dicetur de cœlo lapſa ꝑ vmbras, Stella facẽ ducens,multa cũ luce cucurrit:& ruinas Troũ,& patrię.ſ.Troię: & patrem.ſ.Anchiſen,ĩpoſitũ collo,& Aſcaniũ filium prehenſum i.arreptum,vt ſequeretur patrem:dextra.i.per dextrã:vnde dicetur,Dextrę ſe paruus Iulus ĩplicuit:ſequiturq; patrẽ nõ paſſibus æquis,& hoc Creuſa.ſ.cõiuge eius:hoc eſt,Aeneæ qui hæc recẽſebat:comitãte.i.inſequente tergũ.ſ.Aenę:quia dicetur pone ſubit cõiux:fruſtra,qa erepta erat,vnde recenſebat hãc.ſ.Creuſam ereptam fato,aut morte,aut diis ita volentibus vt nouum coniugiũ pararent Aeneæ:& ſocios repertos in mõte.ſ.in Ida:vnde dicturus eſt,Et ſublato montem genitore petiui.




# P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS LIBER SECVNDVS.

Conticuere omnes, intentiq́; ora tenebãt, POE.
Inde toro pater Æneas ſic orſus ab alto.
Infandũ regina, iubes renouare dolorẽ, ÆNE.
Troianas vt opes, & lamentabile regnum
Eruerint Danai, quæq́; ipſe miſerrima vidi,
Et quorum pars magna fui. quis talia fando
Myrmidonum, Dolopum ue, aut duri miles Vlyſſi,

SERVIVS.

Conticuere oẽs.) Quia ſuprà dixit, Fit ſtrepitus tectis. Conticuere autem pro cõticuerunt: quod metri cauſa fit, vel ratione clauſularum. Nec eſt, vt quidam dicũt, dualis numerus: qui apud Latinos nunquam penitus inuenitur. Et bene Omnes addidit. Poterant enim ſimul qdã, ſed non omnes, tacere. Intentiq́; ora tenebant.) Aut ora intuebantur loquentis, aut immobiles vultus habebant. vt, Tenuitq́; inhiãs tria Cerberus ora. i. immobilia habuit. Aut tenebant, habebant. vt Terẽtius, Nam Andriæ illi id erat nomen. teneo. Ideo autem hoc addidit: quia poteſt quis tacere, nec aduertere. Inde.) Aphæreſis eſt, pro deide. Toro Ab alto.) Summus enim ſemper eſt pontificalis locus: & Æneas vbiq; quaſi ſacratus inducitur. Dictus autem à tortis herbis eſt torus. Infandum.) Quia viro forti victum ſe dicere, & doloris eſt, & pudoris. Iubes.) Vis: vt, Iubeo Chremetem. Nam aliter hoc verbum Æneæ perſona nõ recipit. Troianas vt opes.) Sic Horati. Aut pingues Phrygiæ, Mygdonias opes. Et lamentabile regnum.) Id eſt magnũ, quaſi dignum multa lamentatione: vt, Hi multum fleti ad ſuperos. Danai.) Argiui dicti à rege Danao. Nam Græci proprie ſunt Theſſali à Græco rege.

Temperet à lachrymis? & iam nox humida cœlo
Præcipitat, ſuadentq; cadentia ſydera ſomnos.
Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros,
Et breuiter Troiæ ſupremum andire laborem,
Quāquam animus meminiſſe horret, luctuq; refugit,

rege. ¶ Pars magna fui.) Pro/
pter amiſſam cōiugem. Et hoc
ſe cōmēdat: vt paulopoſt, Aut
qd in euerſa vidi crudelius? vr/
be? ¶ Fando.) Dum ipſe dicit.
alibi dum dicitur: vt, Fādo ali/
quid ſi forte tuas peruenit ad
aures. Quia gerūdii modus ē.
¶ Myrmidonūq;.) Myrmidones ſunt Achillis ſocij. ¶ Dolopes.)
Pyrrhi, qui eū de Scyro ſecuti ſunt. Dicti autē ſunt Myrmidones
ꝓpter hanc cauſam: Aeacus cum in arbore fici formicas. i. μύρμη
κασ vidiſſet, optauit tot ſibi ſocios euenire, & ſtatim formicæ in
homines verſę ſunt: ſed hoc fabula eſt, Nam Erathoſthenes dicit
Myrmidonas à rege Myrmidono dictos. ¶ Aut duri miles Vlyſ/
ſi.) Duri, non laborioſi, ſed crudelis: vt Quē dat tua cōiunx dura.
Nā Virgilius pro negotioꝝ qualitate dat epitheta: quum Home/
rus eadē etiā in cōtrarijs ſeruet. Senſus autem eſt, Sine lachrymis
hæc nec à quouis hoſtium dicerentur. Illud autē quod Aſinius
Pollio dicit, caret ratione de Achemenide dictum Miles Vlyſſi.
Myrmidonas vero & Dolopas prȩſentes eſſe accȩptos ab Hele/
no. Si ſic enim dicit, frangitur dignitas. ¶ Præcipitat.) Pro præci
pitatur. Verbū pro verbo, vt diximus. ¶ Cadētia ſydera.) Aut epi
theton eſt ſyderū, quæ ſemper & oriuntur & occidunt: aut certe
maiorem noctis partem vult eſſe tranſactam. ¶ Caſus cognoſce/
re.) Cognoſcēdorum caſuum, & græca figura eſt. Et breuiter præ
ſcribit, qa Dido dixerat, A prima dic hoſpes origine nobis. ¶ Quā
quam animus meminiſſe horret.) Quanquam, melius præſenti
iungitur tempori: vt, Quanquam ſcio, quāquam lego. Quod au
tē dixit meminiſſe horret, defectiui verbi ratio eſt. Nec. n. potuit
dicere meminere. Et in his quȩ corrupta ſunt naturaliter, vt odi,
noui, cœpi, memini: & oīa tempora quȩ inueniunt̃, & ſuo & alio
rum funguntur officio: vt Memini, prȩteritū eſt. Legimus tamē
& Memini videre, quo æquior ſum Pāphilo. Et, Memini me tur
ribus altis Corycium vidiſſe ſenem. Quod ſi fit & in verbis inte/
gris: vt, Iuuat euaſiſſe tot vrbes: quāto magis in corruptis? ¶ Re/
fugit.) Propter metrū, pro prȩſenti prȩteritū poſuit.

DONATVS.

MEmor poeta ſuperiorum, quoniam dixit. Fit ſtrepitus
tectis, vocemq; per ampla volutāt atria, & cithara cri/
nitus iopas ꝑſonat, & igemināt plauſum tyrij, troesq;
ſequunt̃, necnō & vario noctem ſermone trahebat infelix Dido.
cœpit ſecundum librū. ¶ Conticuere oēs.) Tyrij. ſ. & Troiani, qui
ſtrepebāt vocibus & plauſu, iopas quoq; & Dido ipſa, addidit ēt.
¶ Intētiq; ora tenebāt.) Et tacuerunt, inquit, & deſiderio ducebā
tur audiēdi. Tacuerūt, partim ꝓpter eius honorificentiā, qui fue/
rat locuturus, partim quia mens hominū nouis fabularum con/
textionibus delectatur. Et regina volēte audire debuerat exhibe
ri ſilentiū, ne loquentē impediret, & deſideratū Didonis, auditū
clamoribus reuocarent. ¶ Inde to. pa. Æneas ſic or. ab alto.) Silē
tio facto inde, hoc eſt ex loco in quo diſcumbebat, atq; ex altitu
dine tori, vnde & videri potuiſſet, & melius audiri. ¶ Infandum
re. iu. re. do. &c.) Narrationis iſtius principia multas virtutes ora
torias cōtinent. nā & loci, & tēporis, & ꝑſonarum Virgilius me/
mor eſt, & Æneam ipſum inducit ꝓpoſita retinere. quod quum
vult oſtēdere ſimul ꝓlixa aſſerit & multa, quȩ nec loco, nec tem
pori, nec perſonis, cōuenirent. hȩc erant vel maxime relaturo cō
traria, nā audire triſtia, & proprios dolores referre non eſt par,
nec æquali morſu animū ferit, ſed qa hæc cupiebat regina cogno
ſcere, cuius voluntati pro ratione temporis relatio exacta nega/
ri nō poterat, cōfugit ad breuitatis remediū, vt neq; ipſe multis
dura referēdo lōgos cruciatus incurreret, neq; Didonem tēpore
quietis fugiente plurimum vigilare ꝓficeret, hoc loco ſupra ar/
tis prȩcȩpta Virgilius docet, qd in talibus cauſis obſeruandū ſit,
nā cum oīs narratio debeat breuitate ſuccingi, tum magis colli/
gēda eſt, cum ꝓpria mala narrant̃. nullus enim hæc referret, niſi
eſſet aliqua (vt Æneas) neceſſitate cōpulſus. Vnde ſentiendū eſt,
& cōtrario vitium nō eſſe narrantis, ſi in relatione lætarum re/
rum aliquantum fuerit cōmoratus. ꝓſpera quidem & referentē
iuuant, & erigunt audientē. Tractemus ergo, infandum regina iu
bes renouare dolorē. dolores oēs qui ex malis accidentibus oriū
tur nō habent parē cauſam, perindeq; æquales eſſe nō poſſunt,
ſunt igitur leues, ſunt medij, ſunt grauiſſimi, ſunt ex multis diuer
ſiſq; infortunijs cōgeſti, & merito infandi. Repetit ergo alijs ver
bis Didonis ꝓpoſitionē, vt oſtēdat multoꝝ & grauium maloꝝ re
lationē breuibus eſſe conficiendā, & tunc ſi tempus aut locus ad
mittat, vt aliqd inde referatur. Cȩterum in cōuētu cōuiuij lȩtiſſi
mi & cum iā cœlo nox præci/
pitaret ſomnos, nec triſte nec
ꝓlixum aliqd aſſerit eſſe dicē/
dum, perſonæ quoq; narratu
ri incongruū videretur, quæri
fabularum genus, qm̃ Aeneas
nō aliena mala ſed ꝓpria fue/
rat narraturus & cōgeſta ex in
finitis aduerſis, Idcirco ait, infandum regina iubes renouare do/
lorē Troianas vt opes & lamētabile regnū Eruerit danai. Quod
dixit Danai abiecte ꝓnunciandū, & quaſi hoīes ībelles & nullius
virtutis. Troianas aūt magnas & merito lugēdas, quæq; ipſe mi
ſerrima vidi, Et quoꝝ pars magna fui. perdiderat enim regnum,
vidit miſerāda in exitio Polytis & Priami, vidit interiſſe cum pa
tria oēs opes regni, vxorē quoq; amiſit, & patrē, & poſt oīa per
dita malis adhuc innumeris vexabat̃, certe nec ipſam Didonē in
tanta lȩtitia cōueniebat audire, ꝙ mala ſua fleret enumerās. idcir
co additum eſt. Quis talia fando? Myrmidonum, dolopūmue,
aut duri miles Vlyſſi Tēperet à lachrymis? Talia inquit deſideras
audire ab eo, qui paſſus eſt, quæ ſi hoſtes ipſi referant, vel audi/
ant, non poſſint à fletibus tēperare. Ibi enim fuit vnus ex græcis
Achemenides, quem fleturū aſſerit, ſi Troiæ caſus acciperet. Tem
pus quoq; quod qeti hoīum nō fabulis attributum eſt, non eſſe
multiloqo cōterendum, quod ait etiā nox humida cœlo prȩcipi
tat, ſuadent cadētia ſydera ſomnos, Nō nulli ſic intelligunt, nox
ꝑcipitatur cœlo, & prȩcipitat poſitum ꝓ prȩcipitatur, ſed nō ita
eſt, & magis ſic intelligat̃ oportet, etiā nox humida cœlo præci/
pitat ſomnos, ſuadentq; cadentia ſydera ſomnos, vt hoc idē ſua
derēt cadētia ſydera quod nox humida cœlo ꝑcipitabat. hoc vo/
luit dicere iā media nox abſumpta eſt, ſi qdē & aura humida iā
cȩpit, & ſydera in occaſum labunt̃. Hȩc enim nō fiunt niſi maxi/
ma noctis parte trāſacta, ſed ſi tantus amor caſus cognoſcere no
ſtros, Et hreuiter Troiȩ ſupremū audire laborē. Quanquam aīus
meminiſſe horret luctuq; refugit. Incipiam. ſi, inquit, res duras
amas audire, multiformes luctus meos relationis breuitate con
ſtringam, quod enim horret animus meminiſſe veloci debet ſer/
mone tranſiri. Incipit iam reſpondere primæ propoſitioni, & di
cere Iſidias danaum.

ACSENSIVS.

¶ Cōticuere oēs.) Opportune quidem poſt ſtrepitum & citha/
rȩ crepitum, indicat ſilentiū factum: in quo vtriuſq; & reginȩ &
Ænȩę demōſtrat dignationē & authoritatē. Nā vt reginæ rogitā
ti multa ſuper Priamo &c. morem gererēt: & vt Æneā dignum
quem audirent ſe cenſere, ſignificarent. Conticuere. verū priuſq;
verboꝝ poetæ ordinem poſuero: ꝑmittā verba Donati, quȩ hæc
ſunt. ¶ Conticuere.) Quia dixerat: Fit ſtrepitus tectis & citha. c. i.
perſonat aurata: & ingeminant plauſum Tyrij. Conticuere, par/
tim ꝓpter eius honorificentiā, partim quia mens hominis cupi/
da eſt, audiendi nouas res, & regina indixerat ſilentium. ¶ Inten
ti.) Deſyderio inducebantur audiendi. Incipiam, in hoc princi/
pio narrationis loci, tēporis, & perſonarum, memor eſt Aeneas.
Ergo, ꝓpoſita retinet: ſed oſtendit eſſe ꝓlixa, & multa, nec tēpo
ri, nec loco, nec ꝑſonis cōgrua, ſed quia cupiebat id regina, cuius
volūtas ꝓ ratione eſſet, recurrit ad breuitatem: vt neq; ipſe mul
ta dura narrando in dolores incurreret: nec Didonem multum
vigilare cogeret: hoc loco docet, quod q̃uis omnis narratio bre/
uis eſſe debeat: tamen illa breuiſſima, quum ꝓpria mala narran/
tur, niſi neceſſitas cogat. Ergo contra erit, quum narrant̃ bona:
nam ꝓſpera, & referre iuuant, & erigunt audiētem. ¶ Infandū.)
Quoniam grauiſſima erant in cōuiuio lȩtiſſimo narranda: & nō
aliena mala, ſed ſua narrabat. ¶ Troianas.) q. d. magnas. ¶ Danai)
Abiecte legendum, quaſi imbelles. ¶ Pars magna.) Quia ꝑdidit
regnum. Vidit miſerandā Priami, & Polytȩ mortem. Amiſit vxo
rem, & deniq; patrē. Certe neq; Dido deberet audire, quod ma/
la ſua flerēt. ¶ Quis t.) Quȩris me narrare, quæ ēt hoſtis: ſi audi/
ret, non abſtinerēt à lachrymis. Ibi enī fuit vnus ex Grȩcis Ache
menides, quem fleturum dicit. ¶ Nox h. c.) Prȩcipitat ſomnos:
nō præcipitat, pro præcipitatur, ſed lege. Nox humida cœlo. Prȩ
cipitat ſomnos, ſuadentq; cadentia ſydera. Nox. h. c. p. hoc voluit
dicere. Iam media nox abſumpta eſt. Si quidem aura humida iā
cœpir: & ſydera in occaſum labunt̃, hæc enim non fiunt niſi ma/ Ordo.
xima parte noctis tranſacta. Hæc ille. ¶ Ordo eſt. Omnes. ſ. tam
Tyrij, q̃ Phryges: qui plauſum, ſtrepitū, & citharȩ crepitū prius
fecerant: cōticuere. i. ſimul tacuerunt: & ipſi intēti. i. auidi ad au/
diendum res nouas tenebant. i. continebant ora, ne. ſ. quidquam
ſcreatus, aut ſternutationis emitterent, vnde plus eſt, ꝙ tenebāt

ora q; quod cõticuerunt:& bene habet rationem temporis poe/
ta,quia continuo tenebant ora,quandiu.ſ.ille loquebatur: Inde
i.deinde Aeneas pater.ſ.ab honore & principatu,vnde pro maie/
ſtate eius libentius conticuerunt,& ora tenebát:orſus eſt.i.ex or/
dine loqui cœpit ab alto toro.ſ.in quo diſcumbebat: nam & al/
tior ei locus q; cæteris cõgruebat;ſic.i.in hunc modum ſubſequẽ
tem.O regina,tu iubes.i.vis,aut modeſtiæ gratia quia reginá ap/
pellat:ét iubere dicit renouare.i.vt renouem,& quaſi refricẽ vl/
cus vetus(non aũt dixit iubes mihi,aut me:ne per hoc ſuperbã,
aut arrogantẽ inueret reginam,quæ maiori iuberet.Et ita hone/
ſtius ſæpe multa ſubaudiunť, q; exprimanť.)dolorem infandũ
i.quaſi ineffabilem,aut qui ĩdignus eſt quẽ vir fortis enunciet.ſ.
vt.i.qualiter Danai.i.Argiui & græci eruerint.i.euerterint eruen/
do theſauros obſtruſos,opes.i.diuitias & facultates Troianas &
regnũ lamentabile.i.lamẽtatione dignũ,quum diu virtute defen
ſum,tandẽ dolo captũ ſit:& iubes renouare miſerrima quæ ipſe
i.ego vidi(vnde quæq; duę ſunt partes)& quoꝝ ego fui magna
pars ꝓpter ſocerũ patriã,& coniugẽ amiſſam:qs Myrmidonũ.i.
duriſſimoꝝ hoſtiũ,quales ſunt Myrmidones populi Theſſaliæ,
& ſocij ĩmitis Achilli:ve ꝓ vel,qs Dolopum.i.ſocioꝝ Pyrrhi filij
Achillis truculentiſſimi:qppe qui Priamũ & liberos eius intere/
mit:aut qs miles.i.ſtipẽdiarius duri Vlyſſi,ꝓ Vlyſſis, aut Vlyſſi,
ꝓ Vlyſſei(nã qa græce dicit Odyſſeus,Latine declinať aliquãdo
Vlyxeus,aut Vlyſſeus:vnde Vlyſſei in genitiuo:ideo aũt potius
Vlyſſi,quã Vlyſſis dixit,vt vitaret frequentiã s literæ, quæ ſibilũ
pareret:)qs inquã horũ,tẽperet.i.abſtinere poſſit,& tẽperare ſe à
lachrymis:fando talia.i.dũ talia qs fatur,vt fando ſit gerũdium
ab imperſonali.q.d.nullus:& ſi hoſtis nõ poſſet nõ flere:quanto
minus ipſe,qui eoꝝ pars magna fuit?Et.i.inſuꝑ:aut pręterea nox
humida præcipitat,ſup.ſe:aut ꝑcipitat,pro ꝑcipitatur:aut abſolu
te,ꝑcipitat.i.præceps ruit cœlo:ſicut in Buc.dictũ eſt.Maioresq;
cadũt altis de mõtibus vmbræ.(Sed ſi nox eſt vmbra terrę:vide
tur potius aſcẽdere,q; deſcẽdere:niſi vt Dona.ſentit, ſummã no/
ctẽ ſignificet quę cœlo ꝑceps ruit:quũ ét ſuprema regio aeris ca/
ligine vincať:& tũc quoq; ſydera ꝑcipue cadunt:quando mediũ
orbem tranſgreſſa ſunt,quæ quum nocte primũ orta fuerant. Et
ſit cui

ſi cui indecoꝝ videať,ꝙ vltra mediã noctem recitatio ꝑdurauе/
rit:dicatq; poetã ſignificare principiũ noctis dicẽdo:& iã nox hu
mida cœlo præcipitat.q.d.iam primum cadere:& ſuadentq; ca/
dẽtia ſydera ſomnos.ſ.cũ ſole,aut circiter eius ortum orta,vt He
ſperus,& cætera in primo crepuſculo tm̃ apparentia,dicã,vt prę
miſſum eſt,ideo decorum ſeruatum,qa id Dido ſummopere ef/
flagitabat,regib.q; voluptati eſt,à vulgo diſſentire etiam mori/
bus,vt videlicet noctu agãt,quæ vulgus ĩterdiu:at nõ principiũ
noctis fuiſſe:docet quod præmiſſum eſt,in fine primi:& noctem
funalia vincunt.Iã enim tũc lychnis & funalibus, caliginem diu
tius expulerát:dicamus ergo ideo additũ eſſe epithetũ, quod eſt
humida:vt ſignificeť nõ prima pars noctis,quæ adhuc ęſtu diur
no aridior eſt:ſed plena nox quæ humida & ſydera cadentia.i.q̃
iam plus,q; medium orbem peregerunt:ſuadent ſomnos ſupp.
inire.Sed tantus amor,ſup.eſt tibi.i.tantum deſyderium cogno/
ſcere pro cognoſcendi:caſus noſtros:& audire breuiter.(q.d.nã,
vt ab origine dicam tempus nõ patitur.) ſupremum laborem.i.
excidium Troiæ,ergo incipiam,ſup.quanquam animus.ſ.meus,
horret meminiſſe.i.recordari:& refugit,ideſt vitauit,aut recuſa/
uit.ſ.ab eo tempore,quo id petitum eſt.(Eſt enim refugit præte/
riti temporis,quia mediam producit.)refugit ergo.i.ſignificauit
ſe refugere:aut ante hac ſæpe refugit:luctu.i.lugẽdo:aut propter
luctum,quia ſine luctu meminiſſe nequeã,hoc autem dicto.In/
cipit dicens,Fracti bello:vt in ſequentibus patebit,vnde verbum
incipiam,huc acciri debet.

PIERIVS.

¶Si tantus amor caſus cognoſcere noſtros.) In exẽplaribus ali
quot antiqs agnoſcere,legitur.Sed cognoſcere Ser.agnoſcit.neq;
nõ Dona.& reliqua literatorum collegia.¶Sic orſus ab alto.) In
Mediceo codice vna plus dictione ſcriptũ eſt,ab alto eſt.Sed ma/
gis Virgilianũ eſt,vt verbum id ſubintelligatur potius q; adſcri/
batur.¶Luctuq; refugit.) In codicibus nonnullis ſane q; vetu/
ſtis,luctum,habetur:quod ego factum credebam ob notam pro
ductę ſyllabæ ſignum,quæ fuiſſet antiquitus ſupra ſyllabam vl/
timam deiecta.Sed animaduerti Ti.Donatum quoq; luctum,le/
gere quarto caſu:& apud Cariſium,vbi verſus is citatur, luctus,
ſcriptum eſſe.

Incipiam.Fracti bello,fatiſq; repulſi
Ductores Danaum,tot iam labentibus annis,
Inſtar montis equum,diuina Palladis arte
Ædificant,ſectaq; intexunt abiete coſtas.
Votum pro reditu ſimulant,ea fama vagatur.
Huc delecta virum ſortiti corpora furtim
Includunt cæco lateri,penituſq; cauernas
Ingenteis,vterumq; armato milite complent.
Eſt in conſpectu Tenedos,notiſſima fama
Inſula,diues opum,Priami dum regna manebant,
Nunc tantum ſinus,& ſtatio male fida carinis.
Huc ſe prouecti deſerto in littore condunt.
Nos abiiſſe rati,& vento petiiſſe Mycenas,
Ergo omnis longo ſoluit ſe Teucria luctu,
Panduntur portæ,iuuat ire,& Dorica caſtra
Deſertoſq; videre locos,littuſq; relictum.

SERVIVS.

¶Fracti bello.) In hoc libro
duplex intentio eſt:ne vel Tro
iæ,ꝙ victa eſt:vel Æneæ tur/
pe videatur eſſe ꝙ fugit.¶Fa/
tiſq; repulſi.) Oraculis(ſecun/
dum Plautum) tribus, vita.ſ.
Troili, Palladij cõſeruatione,
integro ſepulchro Laomedon
tis:quod in Scæa portã fuit:vt
in Bacchidibus lectum eſt. Se/
cundum alios vero,pluribus:
vt de Æaci gente aliquis iter/
eſſet. Vnde Pyrrhus admodũ
puer euocatus ad bellum eſt,
vt Rhœſi eq tollerenť:vt Her/
culis intereſſent ſagittæ: quas
miſit Philotectes, quum ipſe
non potuiſſet afferre morte ꝑ/
uẽtus.¶Ductores.) Sonantius
eſt q; duces,vt regnatorẽ Aſię:
quod heroum exigit carmen.
¶Labentibus.) Velocibus, vt,
Labere nympha polo,& Labere pennis.Curſu enim lapſus cele
rior eſt.¶Inſtar.) Nomẽ eſt ĩdeclinabile:licet Probus iſtaris de/
clinauerit,vt Neſtoris.& caret præpoſitione ſicut peregre:quam
uis Serenus lyricus ad inſtar dixerit.Inſtar autem eſt ad ſimilitu
dinem.Vnde non reſtaurata,ſed inſtaurata dicuntur ædificia ad
antiquam ſimilitudinem facta.¶Equum.) De hoc equo varia in
hiſtorijs lecta ſunt:Vt Higinus dicit,machinamentum bellicum
fuit.vnde eſt,Aut hęc in noſtros fabricata eſt machina muros.Vt
alii,porta quã eis Antenor aperuit,equum pictum habuiſſe me/
morať:vel certe Antenoris domus quo poſſet agnoſci.Aut eque
ſtri prẹlio victa eſt Troia.Aut à monte Hippio poſt quem ſe ab/
ſconderant Gręci.Vnde & alludit,Inſtar montis equum.Aut re
vera fuit:quod Virgilius ſequitur.¶Palladis arte.) Aut ingenio/
ſe,aut doloſe:ac ſi diceret conſilio iratæ deæ: quæ fuit inimica
Troianis.¶Ædificant.) Tranſlatio à nauibus,vt Cicero,Nauem
tibi ædificatam eſſe Meſſanæ.Item.¶Intexunt.) Vt,Bis denas
talo

Italo texamus robore naues.
¶Abiete coſtas.) Non ſine cau
ſa Virgilius hoc loco abietem
commemorat, Item acerem,
& pinum paulo poſt. Nam ful
minata abies,interitum domi
næ ſignificat:& Troia per fœ/
minam perit.Acer vero in tu/
tela Stuporis eſt:& viſo equo
ſtupuere Troiani.vt Pars ſtu/
pet innuptæ donum exitiale
Mineruę.Pinus in tutela qui/
dem eſt matris deũ:ſed & frau
dum & inſidiarum: quia eius
poma cadẽtia per fraudem in
terimunt:& hic equus plenus
inſidiarum eſt.¶Abiete.) Solu
tio eſt dactyli nũc in proceleu
maticum, vt, Arma virum:
aliàs in anapeſtum,vt Fluuio/
rum rex Eridanus. Sciendum
ſane Virgiliũ vbiq; in ſolutio/
ne iſta ſeruare ſibi excuſationẽ
ſynalœphæ:quod alii contemnunt.¶Votum.) Oblatum. Nam
participium eſt.¶Ea fama vagatur.)Bene excuſat,ne reus ſit cõ/
ſcientiæ.huc,pro illuc.¶Delecta corpora.) Delectorum virorũ.
¶Sortiti.) Contraria ſunt delectos & ſortitos. Sed intelligimus
plures quidem electos:forte tamen ex ipſis ductos,qui include/
rentur.¶Virum.) Pro virorum:qua figura & in proſa vtimur.Di
cit ſane Plinius in naturali hiſtoria hoc in neutro non eſſe facien
dum,ſcilicet propter caſuum ſimilitudinem:niſi forte nimia me
tri neceſſitas cogat.¶Cæco lateri.) Pro cæcis lateribus. Et nota
aliter dici cæcum hominem,ideſt non videntem:aliter cęcum la
tus,ideſt obcęcaturum,abſconſurum.¶Ingentis.) Vt diximus,
epitheto leuauit tapinoſim.¶Vterumq;.) Vterus eſt mulierum:
quem modo ideo dixit,quia dicturus eſt fœta armis. Aluus, eſt
quo defluunt ſordes vt Salluſtius,Simulans ſibi aluum purgari.
Venter qui videtur.Iuuenalis,Montani quoq; venter adeſt ab/
domine tardus.¶Armato milite.) Vt ſuprà Ex hoſte.¶Tene/
dos.)

dos.) Tenes quidam infamatus, ꝙ cum nouerca concubuiſſet:
hanc inſulam vacuam cultoribus tenuit. Vnde Tenedos nomina
tur. Γ Diues opum.) Hic genitiuo iūgit. Statius, quod rarum eſt,
& ablatiuo, Vt ſatis oſtro diues & auro. Γ Statio.) Statio eſt vbi
ad tempus ſtant naues: Portus, vbi hyemant. Γ Male fida.) Aut
minus fida propter periculum nauium: quia ſtatio, eſt quam pla
giam dicunt. aut certe fida græcis. Γ Male.) Hoc eſt in noſtrā per/
niciem. vt Lucanus de ſyrtibus, Sic male deſeruit. Et hanc ſignifi/
cationem raro inuenimus. Sane male fidus, minus fidus intelli/
gitur. Male, enim minutionem habet, non negationem. Γ Abiiſ/
ſe.) Petiiſſe. Abiſſe & petiſſe dicimus: ſed propter metrum epen/
theſis facta eſt. Γ Omnis Teucria.) Subaudi gēs. Et abſoluta eſt elo
cuito. Γ Panduntur portæ.) Signum pacis eſt: vt Salluſt. Apertæ
portæ, repleta arua cultoribus. Γ Dorica caſtra.) Mala eſt compo
ſitio ab ea ſyllaba incipere qua ſuperior finitus eſt ſermo. Nā ple/
runq; & cacephatō facit, vt hoc loco. Sane Dorus, Neptuni filius
fuit: vnde Dori originem ducunt.

DONATVS.

¶ Fracti bel. fa. q. re. Ductores da. t. i. la. annis.) Satis ſubtilis & ar
tificioſa narratio hoīs ſcilicet victi, & eius, qui videatur ſibi, ſuis,
& patrię, adeſſe nequiſſe, eius, cuius auxilium Didoni metuenti
per omnia debuit videri neceſſarium, quod in ſpem certā venire
nō potuit, niſi Æneas primo perſonā ſuam iuſta defenſione pur
gaſſet. ſed hęc à ratione tēporis ſumitur atq; perſonę, nos, iquit,
quod magis dolori eſt non fortes vicerunt, nec bello ſtrenui. qđ
ipſum, vt citius oſtenderet & ꝓbaret, ſubnexuit argumentum à
perſona, vt dictum eſt, & tempore. à perſona ſic, fracti bello, nul/
lus enim bello frangitur, niſi imbellis, nullus bello frāgitur niſi
virtute reſiſtentis. à tempore ſic. Tot iam labentibus annis, quo/
niam in cōgreſſione aperta per annos plurimos obtinere nō po/
tuerunt, fatisq; repulſi. Quamdiu, inquit, Troiæ imperium fatis
conſentientibus ſtare potuit, repulſi ſunt virtute noſtra ductores
danaū. Γ Inſtar montis. e. d. p. arte Ædificant ſeq;. in. ab. coſtas.)
Ecce in bellum factum verterunt ſe ad inſidias, vt deſperatam in
aperto marte victoriam adminiculo fraudis obtinere potuiſſent.
Proinde ad inſtar montis equum Palladis ędificant, & diuina ar
te coſtas eius intexunt. Cur autē Palladis nomine ædificatus ſit,
datur color quo poſſent hoīes ab inſidiarum ſuſpitione tranſdu
ci. Γ Votum, iquit, pro re. ſi. ea fa. va.) Sparſa eſt plena fraudis opi
nio, vt & illos ſtudio bellandi depoſito redituros Troiani crede/
rent, & in munere, quod veluti redituri fuerāt relicturi, nulla ſol
licitudinis ſuſpicio remaneret. hoc autem idcirco gręci vltro pro
vero vulgauerāt, ne videntibus cauſa fabricati equi per multas
& diuerſas cōiecturas occurreret. hoc igitur cōmentum, quoniā
in occulto pro magnitudine ſua eſſe non potuit, accępit veriſimi
lē rationem, & diuulgatū eſt. quod autē potuit inſidias pręuerte
re ſi fieret cognitū, in occulto perfectū eſt, deniq; de equo dixit.
Ea fama vagatur. vbi venit ad aliā inſidiarū partem, quā latere cō
uenerat. ait. Γ Huc de. vi. ſor. cor. fur. Includunt. cę. la.) Quales vi
ri includendi eſſent in equi ſecretis, vel quo ordine de plurimis
reparari quoniam publica neceſſitas fuit, & pleno obtinendi ſtu
dio ducebantur, poeta pertractat, licet Æneam loquentem indu
xerit, vult. n. exemplum hinc naſci, qđ faciendū ſit in talibus cau/
ſis, vt paucoꝝ periculo vniuerſis ꝓueniat, quod ſperatur cōmo/
de profuturū. Eliguntur inquit egregia viroꝝ fortium corpora,
& vt ipſe (quum patefieret equus) docuit, non plebeioꝝ, ſed du/
cū hoc eſt potioꝝ. Et quia incerta vnicuiq; formidoloſa ſunt, nec
poſſunt ſpōte appeti, ſors, inquit, dedit ex fortibus primis & plu
rimis, quos equus capere atq; occultare potuiſſet. hos igitur in/
cludunt cæco lateri tenebroſo. ſ. & vndiq; verſum clauſo. Γ Pe/
nitusq; cauernas Ingentes. v. q;. a. mi. com.) Cauernas, inquit, &
vterū, cauernas debemus accipere loca quę pręter vterū eſſe po/
tuerunt, ceruicis. ſ. armoꝝ & fœmoꝝ. In hoc exemplo etiam hoc
diſcendum eſt, vnumquenq; in cauſis difficilioribus reipublicæ,
ſi ita res exigat, etiam ſalutē ſuā debere cōtemnere. Γ Eſt in cōſpe
ctu Tenedos no. fa. Inſula, di. op. pr. d. r. m. Nunc tā. ſi. & ſta. ma.
ca. Huc ſe ꝓuecti de. in lit. cō. Nos abiiſſe ra. & vē. pe. my.) Deſcri
ptio loci nō inaniter poſita. talis enim inuētus eſt, qui hoſtiles in
ſidias ſcelerare potuiſſet. & Troianoꝝ ſuſpitiones auertere, deſcri
bitur eius felicitas prior, ſequētis aūt temporis fortuna deterior.
hanc enim inſulā ſi arbitraretur Dido incolumem quam omnes
homines opinione diuitem nouerant, non crederet complendis
græcorum inſidijs opportunam eſſe potuiſſe. Omnis ergo eius
deſcriptio ad excuſationem tendit non intellectæ fraudis, Iccir/
co ait. In cōſpectu fuit tenedos, ſed inſula, quo facile tranſiri nō
poſſet, nec videri aliquid ꝑter ipſam. ipediebat enim mare, quo
fuerat clauſa. apta igitur græcis ad inſidias proximitatis etiā cau
ſa, diues opum, Priami dum regna manebant. magna, inquit, fu/
it, ſed cum ſtaret imperium Priami. hoc ideo poſitū eſt fuiſſe ali/
quādo magnā, vt Dido ab eius veteris felicitatis opinione diſce/
deret. ſi enim ſtaret eius fortuna per idem tempus, quo paraban/
tur inſidię, eſſet ſuſpicio, potuiſſe hoſtes illic eſſe habētes annonę
de celebritate ſubſtantiam. aſſignatur ergo illis annonæ & plena
defectio, vt vnuſquiſq; crederet, illic gręcos etiam ſi vellent ino
pię cauſa nō fuiſſe manſuros. Additur, & ſtatio malefida carinis,
vt magis eſſet verior fides, hoſtilē metū penitus receſſiſſe. Quū
littus illius inſulę periculoſam ſtationem nauibus daret. Malefi/
da autem ſtatio eſt, vbi ſtari quidem poteſt, ſed mala fide, hoc eſt
vbi deceptio poſſit exoriri, ſi aduerſa turbinum tempeſtatumq;
naſcantur. Hanc partē iccirco poeta poſuit, vt cōſtaret Troianos
nō vacua ſuſpitione arbitratos nauigaſſe hoſtes, cum venientes
locus ille ſine periculo tenere nō poſſet, nos abijſſe rati, & vento
petijſſe mycenas. Cum omnia, inquit, cōuenirent relictum. ſ. (vt
opinio pertulerat) donum Mineruę, egeſtas iſulę tenedos, & lit/
toris inſida ſtatio, abijſſe eos arbitrati ſumus, & tędio temporis
ſedes ſuas ventis iuuātibus petiuiſſe. (Ergo oīs lō. ſol. ſe. t. l. Pan/
duntur portę, iu. i. & do. ca. Deſertosq; vi. lo. lit. q. re.) Moralitas
plena hoc loco monſtratur, vbi enim creditum eſt, & multimo/
da ſuſpitione firmatum belli rabiē abſceſſu hoſtis eſſe ſubmotā,
ſolutus eſt longi temporis luctus, & reſerauimus portas, auſi qu
etiam ſumus procedere aliquantum, reuiſere loca, quæ hoſtis ob
ſederat. & deinceps licebat deſertos videre locos, hoc eſt vacuos
ab hoſtibus, quos dudum animus oppletos horrebat.

ACSENSIVS.

¶ Fracti bello, fatisq; repulſi.) Hoc ſi ordinem rerum geſtarum
attenderimus eſt totius Æneidos. i. huius operis initium. Nam
prius capta eſt Troia, q; Æneas profugit: & ſeptem annos erra/
uit. verum (vt dixi) à poetis virtus eſt, vt ab vltimis, ſicut Home
rus à decimo anno belli Troiani: & poeta nunc à ſeptimo anno
errorum Æneæ: aut à medijs (ſicut in comœdijs videre eſt) in/
choantes ad prima redeant, quę dicta velint, quam opportuniſſi
me, quia igitur per tranſitum voluit poeta deſcribere Troiæ exci
dium: & per compendium colligere Æneæ errores. id aptiſſime
hoc loco facit. vbi vt Serui. bene annotauit, duo intendit, & Tro
ię excidium, & Æneæ errores ab infamia purgare: nam ſi fatale
fuit Troiam decidere, & fata ſemper viam inueniunt. Et nihil in/
uitis fas quenq; fidere diuis: qs vitio det, quod victa eſt. Et ſi Ae/
neas dijs aurhorib. multorumq; monitis profugit, non illi dede
cori eſſe poterit, ꝙ data fata ſequutus: matre dea mōſtrante viā,
Italiam fato ꝓfugus Lauinia venit Littora. Incipit ergo hiſtoriā
non belli Troiani, ſed captionis Troianę: de qua re pręmittemus
verba Dona. quę huiuſmodi ſunt. Γ Fracti bello.) Subtilis narra/
tio hominis victi, & eius qui patriæ adeſſe nequiuerit. Cuius au/
xilium Didoni omnia metuenti videri debeat neceſſariū. Quod
in ſpem certam venire non potuit: niſi Æneas prius perſonā ſuā
iuſta defenſione purgaret: quod ab occaſione temporis & perſo
nę ſumit. Non nos ſtrenui, ſed imbelles vicerunt. Argumentum
ergo à pſona. Fracti bello. nullus bello frangitur niſi imbellis, &
niſi fortis ſit qui reſiſtit. At ipſi. Γ Tot iam labentib. annis.) Tam/
diu reſtitimus, quamdiu fata imperium ſtare conſenſerunt. Γ In/
ſtar mon. e.) Fracti bello ſe ad inſidias cōuerterunt Palladis: quo
poſſent ab inſidiarum ſuſpitione abduci. Γ Equum.) Maxime in/
ſidię: nam quod abſcondere non potuerunt ſpe religionis conte/
xerunt. Γ Delecta.) Non ergo plebea: & eſt ad excuſationem Tro Auden/
ianorum. Elegerunt ex ducib. plurimos, & quoniā periculoſa nō da, ꝓ pa
poſſunt ſponte appeti, ſors dedit plurib. fortibus, quos equus ca tria.
peret. oſtendit autem poeta, paucorum periculo prouidendum
omnibus: neq; debere homines refugere mortem pro ſalute pa/
trię. Γ Cauernas.) Loca quę pręter vterum caua eſſent: vt circa ar
mos, & collū, & Ilia. Γ Eſt in con.) Locus eſt qui hoſtiles iſidias
facile cęlaret: in cōſpectu erat, ſed inſula quo nō facilis eſſet tran
ſitus, & mare interiectum occultabat inſidias. Γ Male fida.) Ergo
credendum illos enauigaſſe. Γ Nos abijſſe.) Quum & littus reli/
quiſſent, & malefida eſſet ſtatio, non mirum ſi crediderunt abijſ/
ſe. Γ Ergo omnis.) Moralitas plena monſtratur. Vbi. n. creditū
eſt bellum amotum: ſolutus eſt ei longi temporis luctus. ¶ Or/ Ordo.
do eſt. Ductores ideſt principes belli, & qui cæteris præficieban/
tur vt Agamemnon, Menelaus, Diomedes, Neſtor, Vlyſſes, Pyr/
rhus, & cōſimiles: Danaum. i. Argiuorum, & cęterorum: fracti. i.
labefacti, & effœti, ita vt amplius nō poſſent: bello. i. virtute bel/
lica, quam in Troianis oſtenderant: & repulſi fatis. i. quia pficere
non poterant, quæ facta oportuit ante Troiæ excidium (de qbus

Seruium videto.& hoc tot annis,quia decē:labētibus.i. celeriter tranſactis:aut tacite pertranſitis,quia re adhuc infecta:ipſi ędificant.i.cōſtruunt.(Nā ſi ꝓprie accipiať ędificare, eſt ædes facere: ſicut eqtare,equū,cui inſideť agere:& tamē dicimur ædificare naueis,& machinas,& eqtare mulos,& aſinos:imo Hora.dicit,eqtare in harundine lōga:ſed pueri harūdinē equū vocāt.) equum i.ſtatuā equi:diuina arte.i.maximo artificio Palladis:aut qa Pallas,tūc Troianis inimica,ita factū voluit,aut qa docuit:iſtar.i.inſtatum,aut ſtaturā,& magnitudinē mōtis:hoc eſt tā magnum, vt mole ſua mōtem ęqpararet:& intexunt coſtas.ſ.equi:abiete.i. illa arbore de genere ſapinorum,quę in montibus libenter naſcitur:ſecta.i fiſſa:finditur enim faciliter:& ſimulant,ſup.equū,votū.i.voto ꝓmiſſum:pro reditu:& ita votū erit participium, aut ſi nomen eſt,ſimulant votum,ideſt quod equus ille habeat rationem voti,pro reditu:quia ſicut Sinon dicet, ſimulabant ſe non poſſe redire,donec Pallas placetur:ea fama vagatur,ſcilicet per vrbem:hoc eſt,vulgo dicunt illum equum Palladi votum:& ita ſi Sinoni id affirmanti,fides habita eſt:non ſunt propterea leues, & improuidi,dicendi Troiani:& ipſi ſortiti.(Nam tantum timebant oēs periculū illud obire,vt nec pretio,nec prece,nec minis, nec alia quauis ratione,quiſquam ad hoc induci potuerit,præter quā ſorte,in qua cum ęqua ſit omnibus & ſummis,& infimis cōditio:omnes ſe ſacramento aſtringunt,priuſquam ſortes trahantur:id ſe facturos,quod ſortes ſignificauerint:nec potuerunt imperio ad hoc aſtringi:nam vbi in manus hoſtium perueniſſent,inuiti potuiſſent,rem indicando,ſibi ſalutem comparaſſe. Eſt ergo laus obſeſſorum,quod non niſi ſortiti, poterant includi.)ſortiti inquam ideſt mittendo ſortes: quibus ſciant qui id periculum obire debeant.corpora virum pro virorum:delecta ideſt de toto numero lecta:huc.i.ad hoc munus quia delegerant plurimos ne pauci cōditionem ſortium refellerent:& deinde ſortiti ſunt ea corpora prius delecta:& ſortiti,includūt ea furtim.i.per inſidias. lateri.ſ.equi:cęco.i.tenebroſo:ita vt in eo nihil videatur:& complent cauernas:penitus ideſt valde ingenteis:aut complent penitus.i.pene intus:cauernas.i.latebras ingenteis:& vterū.i.aluum totā,milite armato.i.multis militibus armatis. Inſula Tenedos ſ.aut Tenedos,appoſitorie iſula notiſſima, fama.i.p famā, eſt in conſpectu.i.ꝓſpectu Troię:diues opū.i.diuitiaꝝ plena,dū regna Priami manebāt:nūc aūt,ſup.eſt:tm̄.i.dūtaxat.aut tantūmodo: ſinus.i.angulus maris:& ſtatio.i.recęptaculū,vbi naues ad tēpus ſtent:maleſida.i.nō ſatis tuta:carinis.i.nauibus,aut ventribus earū quæ illic illiduntur,ſup.ductores Danaum,aut oēs Danai,ꝓuecti.i.porro vecti,per naueis.ſ.)nam,vt profecti legatur,vix patitur verſus.)huc.i.in hanc,quam dixi,inſulam:ipſi condunt.i.abſcondunt,ſe in littore deſerto:quia quum regio eſſet vaſta, nulli eam colebant:nos,ſup.ſumus:rati.i.arbitramur,ſup.eos:abiſſe ſ.penitus:& in patriam ſuam rediiſſe:vnde ſeqtur:&,ꝓ.i. petiſſe Mycænas:patriā.ſ.Agamēnonis,vēto.ſ.impulſore.Ergo,quia ſ.id rati ſumus:omnis Teucria.i.regio Teucrorum:hoc eſt, tota Troia:ſoluit.i.liberat,& expedit ſe,luctu lōgo.i.triſtitia decēnali.Portę panduntur.i.reſerantur,quę tempore belli clauſæ erāt: iuuat.i.delectat.ſ.plurimos:ire.i.egredi:& videre caſtra,Dorica i.Doroꝝ,hoc eſt,Græcoꝝ:hoc eſt,quæ Dori illic dereliquerāt:aut ſi caſtra abſtulerant.(Sunt aūt caſtra in quibus milites degunt in in tentoriis:interdum Vallo munita loca.)qꝫ,pro.i.locos deſertos.i.quos græci deſeruerant:& littus relictum à Græcis.

PIERIVS.

¶Eſt in conſpectu Tenedos.) Quāuis nomina græca, preſertim locorum ꝓpria,multū in carmine venuſtatis habere ſuo idiomate poſita,non ignoremus:eaq́; de cauſa vulgatos pene oēs codices Tenedos,ſcriptitare cœpiſſe. In antiqs tamen aliquot, p̄ſertimq́; in Ro.ſcriptū eſt,Tenedus Latina voce.Et in antiquiſſimis Mar.Tullij codic.manu ſcriptis,Tenedus,legi eodē modo,vt in Verrinis,quod ad hunc locum facit lib.iij. Tenē ipſum,qui apud Tenedios ſanctiſſimus deus habetur,qui vrbem dicitur condidiſſe,cuius ex noīe Tenedus noīatur. Cęterū in reliquis exemplaribus,Tenedos,plurimū habetur. ⸢Huc ſe ꝓuecti deſerto in littore condunt.) In antiquo exemplari Longo.proiecti,legitur,qui mos eſt ſeſe occultantium,& in inſidijs latitantium. Sed melius de nauibus ītelligere,quum in aliis pleriſq; omnibus codicibus, prouecti,legatur.

Hic Dolopum manus,hic ſæuus tendebat Achilles,
Claſſibus hic locus,hic acies certare ſolebant.
Pars ſtupet innuptæ donum exitiale Mineruæ:
Et molem mirantur equi:primuſq́; Tymœtes
Duci intra muros hortatur,& arce locari,
Siue dolo,ſeu iam Troiæ ſic fata ferebant.
At Capys,& quorum melior ſententia menti,
Aut pelago Danaum inſidias,ſuſpectaq́; dona
Præcipitare iubent,ſubiectiſq́; vrere flammis,
Aut terebrare cauas vteri,& tentare latebras.
Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.
Primus ibi ante omneis magna comitante caterua.
Laocoon ardens ſumma decurrit ab arce.
Et ꝓcul.⸢ ò miſeri,quæ tāta iſania,ciues? LAOC.
Creditis auectos hoſtes?aut vlla putatis
Dona carere dolis Danaum?ſic notus Vlyſſes?
Aut hoc incluſi ligno occultantur Achiui,
Aut hæc in noſtros fabricata eſt machina muros,
Inſpectura domos,venturaq́; deſuper vrbi:
Aut aliquis latet error:equo ne credite Teucri.
Quidquid id eſt,timeo Danaos & dona ferenteis.
⸢Sic fatus,validis ingētem viribus haſtam ÆNEAS
In latus inq́; feri curuam compagibus aluum
Contorſit.ſtetit illa tremens,vteroq́; recuſſo
Inſonuere cauæ,gemitumq́; dedere cauernæ.
Et ſi fata deum,ſi mens non læua fuiſſet,
Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras,
Troiaq́; nunc ſtares,Priamiq́; arx alta maneres.

SERVIVS.

¶Tendebat.) Tentoria habebat.vt,Et latis tendebat in aruis.⸢Sęuus Achilles) Propter Hectorē tractū. Et talis vbiqꝫ inducendus eſt: vt Horatius, Iura neget ſibi nata. ⸢Claſſibus hic locus.) Magis ad equites referre debemus:vt & ortinæ claſſes.Vnde & claſſica dicuntur.⸢Hic acies.) Legitur & acie.Nam poteſt vtrunqꝫ.⸢Innuptę.) Quæ nunq̄ nubit.Nā virgo poteſt & nubere. ⸢Donum exitiale.) Quantum ad Troianos. ⸢Primuſq́; Thymœtes.) Vt Euphorion dicit, Priamus ex Ariſba filiū vatē ſuſcępit. Qui cū dixiſſet quadā die naſci puerum, per quem Troia poſſet euerti pepererūt ſimul & Thymœtę vxor & Hecuba,q̄ Priami legitima erat. Sed Priamus Thymœtæ filiū vxoréq́; iuſſit occidi. Inde ergo nūc dicit ſiue dolo:quia iuſtam cauſam proditionis habere videbatur.Alij volūt.⸢Dolo,)quo omnes decępti ſunt. ⸢Sic fata ferebāt.) Vt ēt ciues cōtra patriam ſentirēt.⸢At Capys.) Quidā:non pater Anchiſę.Et bn̄ nec ſe nec patrē,huic conſilio dicit interfuiſſe, per quod interitus patriæ imminebat.Quanquam Æneas quaſi obtrectator Priami non adſit, vt Homerus dicit:Anchiſes vero propter cęcitatē,vt docet Theocritus.⸢Subiectiſq́; vrere flāmis.) Que,copulatiua coniunctio eſt,aut diſiūctiua. Quomodo ergo has iunxit? Poetarum eſt partem pro parte ponere: vt toruū pro torue,voluentibus pro volubilibus. Coniunctionem ergo pro cōiunctione poſuit:vt,Saxum ingens voluūt alii,radiiſq́; rotarum. Que,ꝓ vel poſuit.Nam ſonantius viſum eſt.⸢Incertum.) Inſtabile. Vnde eſt. ⸢Studia in contraria.) Sane. Vulgus magis maſculini generis eſt, quàm neutri:quia in us exeuntia neutra,in ris,mittunt genitiuum: excepto pelagus:quod in hoc nomine creauit errorem.⸢Ante omnes.) Aut periſſologia eſt,quia dixit.⸢Primus.) Aut. Ante omnes,id eſt videntibus omnibus. ⸢Laocoon.) Omnia in on exeuntia tertiæ ſunt declinationis:vt Laocoontis, Demophoontis, Hippocoontis. ⸢Quæ tanta inſania?) Quia inſanorum eſt contra ſe ſentire.⸢Dona carere dolis Danaum?) Ordo eſt, Dona Danaum: non dolis Danaum. ⸢Sic notus Vlyſſes?) Quia vt ait Home.voluntate verberatus:& ſub habitu mēdici Troiam ingreſſus, explorauit vniuerſa.⸢In ligno.) Bene ligno, quaſi diſſuaſor: non ſimulachro,vt paulo poſt,Ducēdum ad ſedes ſimulachrum. Nam in ſuaſione vel diſſuaſione tā ſenſus quàm verba conſyderātur.⸢Error.) Id eſt dolus.vt,Et inextricabilis error. Et eſt figura ab eo quod præcedit,id quod ſequitur. Diſtinguendum ſane error:

error:& ſic dicendũ. ¶ Equo ne credite Teucri.) Itẽ. ¶ Quicquid ideſt, timeo.) Hoc melius eſt. ¶ Feri.) Quadrupedis: ab eo ꝙ toto corpore feratur. ¶ Curuam aluum.) Plautus maſculino ait genere, quo non vtimur. Percuſſum ſane intelligimus inter ventrẽ & latera. ¶ Vtero recuſſo.) Pro cõcuſſo: prępoſitio pro prępoſitiõe. ¶ Cauæ cauernæ.) Græca figura eſt: vt vitã viuere, mortẽ mori. ¶ Fata deum.) Fata modo participium eſt, hoc eſt quę Dij loquũtur: vt Statius, Et vocem fata ſequuntur. ¶ Lęua.) Modo contraria. Et ſciendum lęuum cum de humanis rebus eſt, eſſe cõtrariũ: quũ de cœleſtibus, proſperum, vt, Intonuit lęuum: quia ſiniſtra numinũ intuentibus dextra ſunt. ¶ Fœdare.) Dilacerare. Fœdum enim tam apud Virgiliũ, q̃ȝ apud Salluſtium non turpe ſignificat ſed crudele: vt, Sanguine fœdantem quos ipſe ſacrauerat ignes. Salluſtius, Fœdi oculi. ¶ Stares.) Si ſtares legeris, maneret ſequitur: propter ὁμοιοτέλευτον. Et eſt apoſtropha.

DONATVS.

¶ Pars ſtupet in.d.e.mi. Et.m.m.e.) Mirabantur aliqui & ſubtilitatem artis, & fabricæ magnitudinem. ¶ Primuſq; Timoetes. D. in.m.h.&.a.lo. Si.d.ſ.i.t.ſi.fa.fe.) Huius poſt exitum rerum ſentẽtia venit in dubiũ, & quia nihil ex aperto conſtiterat, partim ꝓditoris animo, partim innocenter ſentire iudicatus eſt. ideo ꝓditor quia primus cæteros hortatus eſt, vt equus perduceretur vſq; ad mineruæ templũ, ideo innocens quia maiore vi conſtabat interiſſe imperium Troiæ. ¶ At capys, &c.) Capis, inquit, & alij melius ſentientes, ſed nõ tunc iudicati ſunt melius ſenſiſſe, ſed poſt excidium Troiæ, conrta capys ſnĩam tractantes alia dicebant facienda. Ideo ait. ¶ Scinditur. in. ſt.i.c.v.) Cum totum.n. ſuſpitionibus ageretur, nihil potuit recte firmari, quid ergo dicebat pars, quæ cõtra timoetis arbitriũ ſenſerat? dona hoſtium debere eſſe ſuſpecta, proinde tradenda in præceps, ijdem aut cõſumenda incẽdio, aut terebrando tentanda. Interea omnium conſilijs in incertum adductis. ¶ Primus ibi a.o.m.co.c. Laocoon ardens.ſ.d.ab ar.) Laocoontem apparet inter illos non fuiſſe, qui diuerſa tractabãt, deniq; ſumma decurrebat ex arce cum caterua ingenti, excitatus vtiq; opinionibus incertarum ſentẽtiarum. quod incertum metuens ne in perniciem ciuitatis verteretur, pręuenire cupiebat. Ardentem autem hic non feſtinantem dixit, vt alij volunt, dixerat enim decurrit. Itaq; expreſſit feſtinantem, & plus eſt currere, q̃ȝ feſtinare. Supereſt ergo vt ardentem aliter dixerit.ſ. aut ingenio vigilantem, aut pro ſtatu publico cõmotum vehementer. certe non vrgeretur ad curſum niſi animi neceſſario metu fuiſſet excitatus. ¶ Et procul.) Tantum cõmotum tantumq; oſtendit poeta illum eſſe turbatum, vt adhuc longe poſitus clamaret. & anteq̃ȝ tractantibus miſceretur contradicens, ne ſuſpecta hoſtium dona ducerentur in patriam. ¶ O miſeri, quæ tanta inſania ciues?) Inuectio ardentis hominis non cõtumelioſa in ciues, ſed pro ſtatu publico neceſſaria, miſeri ſunt inquit qui ea ſentiunt, quibus miſeri efficiantur, deniq; creditis duo accidere ſine fraude potuiſſe. nam ſic poſuit. ¶ Creditis auectos hoſtes?) Qui enĩ tot per annos geſſerant bellum, nec fuerant optatum victoriæ præmium conſecuti, non longius abſcedebant. creditis etiam illud tutum eſſe poſſe vel vacuum fraude, donum.ſ. Mineruæ? quod reliquerunt inimici? hoc eſt quod ait. ¶ Aut vlla putatis dona carere dolis Danaũ?) Non tantum hoc ſuſpectum eſt, inquit, verũetiam omnia, quæ ſub beneuolentiæ ſpecie græcos arbitramur pręſtitiſſe. Danaum quod dixit non ſolum nomen gentis voluit demonſtrare, ſed hominum etiam genus verſutum, doloſum, callidum, atq;, vt hoc aſtrueret, traxit argumẽtum à perſona Vlyſſis, qui bona neſciret, & in malis fuiſſet ſatis iſtructus. ¶ Sic notus Vlyſſes?) Quaſi oẽs tales eſſent, quos etiam ſi cõſtaret eſſe diſſimiles, fieri potuiſſe, vt magiſterio eius peſſima ſemper & noxia cogitarent. Danaum, ſic pronunciandum eſt, atq; ſentiendum, quaſi oẽs eſſent verſuti & inſidioſi. quod ipſum generaliter poſitum ſpecialitate ſequẽti voluit comprobare. aliter.n. perſuadere non poterat raptis ad diuerſa conſilia, niſi euidentioribus argumentis perſuaſionis ſuæ intentionem notis & cognitis aſſertionibus roboraſſet. ſic notus Vlyſſes? Oratoria virtute vſus eſt, vt vnius Vlyſſis tergiuerſatione notiſſima, totã gentẽ macula tergiuerſationis aſpergeret. Incipit iam publicare, quid ſentiat, tracto.ſ. argumento, à perſona, & tempore, quoniam natura callidos dixerat, & belli vel maxime tempore factos eſſe peiores. ¶ Aut hoc.i.l.o.a. Aut hæc in no. ſ.eſt.m.m. Inſpectura domos, v.q;.d.v. Aut aliqs latet error.e.ne c.t.) Dixit euidenter qd primo & ſecũdo loco ſentiret, tertio vero dixit aut, & cũ non ſuppeteret ſequens dictũ confugit ad generalem ſuſpicionem, & ait. Aliquis latet error, equo ne credite. vt id cuius fuit incertus iudicaſſe videatur, quo genere firmauit, q̃cqd illud fuiſſet, eſſe debere ſuſpectum, quia originem ducebat ab hoſtibus. ¶ Timeo Danaos & dona ferentes.) Hoſtium, inquit, vel maxime græcorum etiam dona timenda ſunt, duplici ex cauſa aſſeruit eſſe metuendum. ꝙ eſſet hoſtis inſidioſus & callidus, & ꝙ eo tempore magis cauendus eſſet, quo ſimulabat bonitatẽ, atq; vt author eſſet tentandi equi, & non tantũ verbis verũetiã facto ad audiendum cæteros prouocaret. ¶ Sic fatus, validis ingentem vi. ha. &c.) Quia ſupra dixit penituſq; cauernas ingẽtes, vterũq; armato milite complent, hic poſuit omnia illa percuſſa victu validiſſimo, quid intus ageretur nunciaſſe. ¶ Et ſi fata deum, &c. Impulerat ferro argolicas fœ.lete.) Fatalem deorum voluntatem accipere debemus, non fatum. Si, inquit, dij non auertiſſent intentionẽ noſtram, eodẽ momento oẽs græcorum apertæ fuiſſent inſidiæ. Et facta apoſtrophe cum ingenti dolore animi addidit. ¶ Troiaq; nũc ſtares, P.q;.a.a. maneret.) Sicuti manſit, anteq̃ȝ dolus obtinuiſſet.

ASCENSIVS.

¶ Hic Dolopum ma. &c.) Cõtinuat narrationem ſuam, docetq; quid viderint egreſſi, iam patefactis portis Troiani. vnde Donatus dicit ſic. ¶ At Capys.) Sententia Tymœtæ ſuſpicioſe tractata eſt. Capys autem ſententia, non nunc melior, ſed poſt factum cognita eſt. ¶ Scinditur.) Nam quum totum ſuſpicionibus ageretur, nihil potuit recte firmari. ¶ Primus.) Vbi non erat Laocoon inter ambigentes: ſed deſcendit ab arce excitus, contrarietate ſententiarum: & cupiebat præuenire: ne quid in perniciem reipublicæ decerneretur. ¶ Ardens ſumma.) Vel ingenio vigilans: aut vehementer pro ſtatu publico commotus. ¶ Et procul.) Niſi adderet verba donec aduentaret, diſtuliſſet. ¶ O miſeri.) Inuectio ardẽtis animi, non cõtumelioſa in ciues: ſed pro ſtatu publico neceſſaria. ¶ Miſeri.) Qui ea quęrunt, quibus efficiantur miſeri. ¶ Auectos.) Qui per tot annos bellũ geſſerunt. ¶ Aut vlla.) q.d. creditis id tutũ, quod reliquerit hoſtes: aut aliud quidpiã, quod beniuolẽtię ſimulationẽ adferant. ¶ Danaũ.) Quaſi callidorum & verſutorum. ¶ Vlyſſes.) Quaſi ſi nõ eſſent doloſi, ab hoc magiſtro addiſcere potuerũt. Hoc oportebat oſtẽdere, ſi in contraria iã raptos, auertere à propoſito volebat, ergo notiſſima fraude vnius, vniuerſam gentẽ vituperat. ¶ Equo.) Quia originẽ ducit à fraudulẽtis hoſtibus, qui tũc maxime timẽdi ſunt, quũ beniuolentiã ſimulant. ¶ Sic fatus.) Non verbis ſolũ, ſed re, voluit affirmare ſnĩam. ¶ Fata deum.) Voluntatem accipere debemus. q.d. niſi dij auertiſſent intentionem noſtram, ſtatim inſidias has cognouiſſemus. ¶ Nũc.) Sicuti ſtetiſti ante has inſidias. ¶ Ordo aũt eſt: Manus.i. exercitus Dolopum.i. ſociorum Pyrrhi, ſupp. tendebat: hic.i. hoc loco. Achilles ſæuus.i. immanis, qui Troilum tam ĩmaniter occidit, & Hectora tã crudeliter traxit: tẽdebat.i. tẽtoria habebat: hic i. alio loco: hic locus, ſup. erat: claſſibus.i. ordinibus equitũ in claſſes, quas Liuius quinq; enumerat, diſtributoꝝ: hoc eſt, hic exercebãtur equites: & acies.ſ. ꝓliantiũ ſolebãt certare hic: aut ipſi ſolebãt certare hic: acie.i. ꝓlio, in aciem inſtructo: in oibus aũt ſubaudiẽdũ videtur, dum Troiam obſidebãt: aut quid ſimile, q̄a aliter potius diceret, tetenderat, quam tendebat: tum enim nõ tendebat, quum iam mortuus eſſet Achilles. Pars.ſ. Troianorum egreſſorum: ſtupet.i. cum ſtupore aſpicit: donum exitiale.i. equũ tam magnum, quem ad exitiũ Troiæ, ſimulabant græci ſe velle dare Mineruæ innuptæ: perpetuæ.ſ. virgini: quæ nunq̃ȝ nupſit. Significat enim puriorem ignem: cuius nõ eſt cõmixtio, nec pollutio, ideoq;, ex cerebro Iouis.i. ætheris nata dicitur: & pro.i. miratur molem equi (moris eſt Virgiliani, præcedentia ſequentibus declarare.) & Tymœtes, ille vir Troianus, hortatur primus, ſup. equũ duci: intra muros, & locari, ſupp. in arce.i. ſummo templo Palladis, quod in Ilio erat: hortabatur, dico, ſiue dolo: quia conſcius fraudis, & doli Græcorum, ſiue quia fata Troię.i. quę erãt de excidio Troiæ, tunc venturo: ferebant.i. cõſtituebãt: ſic.i. vt id hortaretur etiam bonus ciuis: in perniciem ſuam, & ſuorum. At.i. ſed Capys, & alij, quorum mẽti, ſup. erat ſententia, melior.i. quę poſtea melior comprobata eſt, quum tamẽ ignoraretur: iubẽt, aut præcipitare pelago.i. in pelagus: hoc eſt, ſubmergere inſidias Danaum: & pro.i. dona ſuſpecta.i. quæ ſuſpecta erant de dolo: quia à doloſis, & fraudulẽtis hoſtibus offerẽda: q;, pro vel (potuiſſet tñ poſuiſſe, ve, vnde opinor poetam accępiſſe, q;, pro &: vt ſit diuiſio bimẽbris: vt, videlicet alij iuſſerint oĩno delere: & id aqua, & igni, vt prius cremetur, & cineres cum reliquijs in pelagus p̄cipitentur: alij non delere, ſed aperire voluerunt, ad experiendum ſiquid in eo doli eſſet.) q; igitur, pro vel, vt ſentit Seruius: aut ꝓ &, iubent vrere.ſ. dona ſuſpecta, flammis ſubiectis: quia vis ignis aſcendit: aut ſi omnino delere nolint, iubent terebrare.i. perforare: &

re:& tentare.i.experiri penitus: cauas latebras vteri.i.alui equinę. Vulgus incertũ.i.inſtabile: aut potius dubiũ,& anceps in ſententijs: quia ignarũ,& imperitũ,ſcinditur.i.diuiditur, in cõtraria ſtudia: Laocoon,ſacerdos ille Neptuni,ardẽs.ſ.zelo patrię defendendę: decurrit.i.deorſum currit, ab arce ſumma: ibi.i.eo tpe,dũ nõnulli cẽſerent equum,in arce locandũ eſſe: decurrit, dico, primus ante omnes.i.coram omnibus:& hoc magna caterua.ſ.populi: comitante.ſ.eum: qui, videlicet idẽ ſentiebãt: aut cãm decurſus eius videre volebãt. Et procul.i.quũ adhuc procul eſſet,ſup. dixit: ò miſeri ciues, quæ tanta inſania,ſup.eſt vobis: ſed imprǽcipitãter agẽti,honeſta eſt eclipſis. Creditis hoſtes auectos: aut putatis vlla dona Danaũ, carere dolis.i.fraudibus, & inſidijs.q.d.ſi id facitis, deliratis omnes. Vlyſſes eſt notus ſic.i.vt audeatis eius dona, ruptis muris veſtris immittere in arcẽ.q.d.ex ſola calliditate,& fraude illius viri, ſatis noſſe deberetis, equum non eſſe accipiẽdũ: qa aut Achiui occultãtur, occluſi in hoc ligno.i.ligneo equo:& nõ dicit, voto, aut dono: ne id irreligioſe facere cẽſeatur: aut hæc machina fabricata eſt in noſtros muros.i.ad perniciẽ noſtrorum muroꝝ: hoc eſt, vt muri noſtri rumpãtur, & poſtea euertãtur: inſpectura.i.vt inſpiciat per eos qui in ea latent: domos.ſ. noſtras:& vẽtura deſuper.i.per graſſationẽ, aut duram dominationẽ, vrbi.ſ.noſtræ: aut aliquis error.i.dolus: ſup.alius: latet.ſ.in hoc equo:& ideo, ò Teucri, ne credite.i.ne cõfidatis equo. Quidquid.i.ſiue equus, ſiue machina, ſiue donum cenſeri debeat: ego timeo.i.formido Danaos.i.Gręcos:&.i.ẽt, dona ferentes.i.nõ ſolum dum nos hoſtiliter oppugnabãt, ſed ẽt nũc, quum dona ſe offerre ſimulãt: Laocoon fatus.i.loquutus ſic: contorſit validis viribus ingẽtẽ haſtã in latus,& in aluũ curuam compagibus: feri.ſ. equi quadrupedis. Illa.ſ.haſta: ſtetit tremens, ideſt micãs, aut vacillans:& cauæ.i.loca caua inſonuere,& cauernę dedere gemitũ: aut ſic, cauernæ cauæ inſonuere,& dedere gemitum, vtero recuſſo.ſ.ab armatis, qui intus cõcutiebãt, poſtq̃ vterus foris concuſſus fuerat. Et ſi fata deum non fuiſſent, læua.i.ſiniſtra, & inimica Troianis:& ſi mens.ſ.eius, qui ſonitum percæperat, nõ fuiſſet læua, ipſa impulerat.i.impuliſſet Laocoonta: fœdare.i.fœde dilacerare: ferro.ſ.haſtę: aut ẽt bipẽni, iam audito ſono armorum: latebras Argolicas.i.in qbus Argolici latitabãt:& ò Troia, ſi,ſup.hoc feciſſet: tu ſtares.ſ.incolumis:& alta arx Priami maneret,ſup.adhuc:

huc: aut,& tu ò alta arx Priami maneres.ſ.adhuc. Contra quod dicturus eſt Panthus: Fuimus Troes, fuit Ilium.

PIERIVS.

¶ Hic acies certare ſolebant.) Nõ diſplicet, quod in Romano codice, acie certare ſolebãt, legitur: quæ quidẽ eloquutio apud Cæſarem frequentiſſima eſt: ſicuti apud Liuium, Acie confligere, vt obiter locum apud eum ex veteri codice recognoſcamus, lib.iij. de ſecundo bello punico: Cum ſex conſularibus exercitibus acie conflixiſſe. Primus ibi ante omnes.) In vetuſtis aliquot codicibus, ante alios, legitur: ſed omnes, agnoſcit Seruius. Aut aliqs latet error, equo ne credite Teucri.) Vulgata omnia exemplaria, Seruio adſtipulata, ita legunt, vt ſententia ſit, equo non credẽdũ. ideoq́; ante dictionem, equo, puncta adlinunt. Ti. Donatus diſtinguendum monet ne credite, ab dictione, equo legendumq́; autumat, Aliquis latet error equo: neq; hoc tantum diſtinguit, verũ etiã ſuſpẽdit particulam. Aut, vtpote qui aſſerat Laocoonta euidenter dixiſſe, quid primo & ſecundo loco ſentiret, qppe aut græcos eo ligno incluſos occultari, aut eã machinã in Troianos muros fabricatã eſſe, tertio vero dixiſſe. Aut,& quum nõ ſuppeteret ſequẽs dictum, confugiſſe ad generalem ſuſpitionẽ, dixiſſeq́;. Aliquis latet error equo, ꝙ quũ ita ſit, ſeparandum eſt. Aut & ſic dicendum, Aliquis latet error equo: vt de eo quod fuit incertius iudicaſſe videatur, quo genere firmauit quidquid illud fuiſſet, eſſe deberẽ ſuſpectum, quia originẽ ducebat ab hoſtibus. Ex qbus Donati verbis, illud etiam colligitur, nę credite, affirmatiue legẽdũ. Næ, enim hic non prohibentis, ſed intenſionis particulam eſſe. Illud quoq; minime diſſimulandum, licet pauciſſimos habeat fautores, quod apud Probũ in arte, vbi agitur de, ne, particula: pro, ne credite veri quidquid.i.ſcriptum habetur: neq; quidem id ſemel, ne credite veri quidquid.i.id ne errore factum ſit: an quia ita legeret Probus, mihi non cõſtat: id magis apertum, quod, ne, acuto accentu ſcribendũ monet. Troia[illegible] nunc ſtares, Priamiq́; arx alta maneret.) In antiquis omnibus codicibus quotquot habui, maneres perſona ſecunda, legi, quanquam Seruius timet τὸ ὁμοιοτέλευτον, quare nõnulli, ſtaret, potius legunt:& maneres, in fine malunt: ſed enim præter antiqua (vti diximus) exemplaria, quæ vtrunq; perſona ſecunda legendum exhibent: apoſtropham hic,& cum ingenti dolore animi factam, Donatus ait.

SERVIVS.

Ecce manus iuuenem interea poſt terga reuinctum
Paſtores, magno ad regem clamore, trahebant
Dardanidæ, qui ſe ignotum venientibus vltro,
Hoc ipſum vt strueret, Troiamq́; aperiret Achiuis,
Obtulerat, fidens animi, atq; in vtrunq; paratus,
Seu verſare dolos, ſeu certe obcumbere morti.
Vndiq; viſendi ſtudio Troiana iuuentus
Circunfuſa ruit, certantq́; illudere capto.
Accipe nunc Danaum inſidias,& crimine ab vno
Diſce omneis.
Nanq; vt conſpectu in medio turbatus inermis
Conſtitit, atq; oculis Phrygia agmina circunſpexit.
Heu q̃ nũc tellus, (ingt) q̃ me ęquora poſſunt SIN.
Accipere? aut quid iam miſero mihi deniq; reſtat?
Cui neq; apud Danaos vſquam locus, inſuper ipſi
Dardanidæ infenſi pœnas cum ſanguine poſcunt.

¶ Manus reuinctũ.) Vt Oculos ſuffuſa. Trahebãt.) Cũ feſtinatione adducebant. vt, Cõuẽtus trahit in medios. Et modo trahebant ad deſideriũ ducentium, & Sinonis pertinet ſimulationẽ. Quis ſe.) Quibus ſe. Alij qui ſe legũt. Hoc ipſum.) Per M, quia vſurpatũ eſt ipſud: & eſt naturale ipſus: vt, Ipſus mihi Dauus. Dicim⁹ ergo ipſus ipſa ipſum, vt doctus docta doctum. Vt ſtrueret.) Confirmaret periuria,& dolorum ſemina. Et reſpexit ad ſuperiora vt Ædificãt. Fidens animi.) Vt, O pręſtãs animi iuuenis. Et eſt nomẽ. Deſijt enim eſſe participium: quia genitiuo caſui cohęret:& põt recipere comparationem. In vtrũq;.) In, modo ad ſignificat: alibi ꝓ contra: vt etiam ſupra diximus. Verſare dolos.) Dolo euertere:& ſubaudi Troianos: aut Dolos verſare.i.exercere. Viſendi.) Frequentatiuum eſt viſo, vt verſo, faceſſo: licet rarum ſit. Nam in To exeunt frequentatiua. Circũfuſa ruit.) Figura hypallage, ruit & circũfuſa eſt. Illudere capto.) Et illudo tibi dicimus, vt hoc loco:& illudo te, vt, Verbis virtutẽ illude ſuperbis. Et illudo te. Simile eſt inſulto. Crimine ab vno.) Hoc eſt cauſa, vt, Crimẽ amor veſtrum. Ab eo quod pręcedit, id quod ſequitur. Si enim ſimpliciter intellexeris Crimine: de negotio ad perſonã vitioſum tranſitum facis. Alij ſic legunt: Danaum inſidias & crimen. Turbatus.) Quaſi turbatus: vt, Exultat Amazon. quaſi Amazon. Heu.) Modo vna eſt ſyllaba: ſed interdum propter metrum duæ fiunt: vt, Heu quàm pingui macer eſt mihi Taurus in aruo. Sicut prendit & prehendit:& ſecundum Plinium multa ſunt

ta ſunt alia. Tellus & æquora.) Bene conciliat miſerationem: de cõmunibus duobus excluſus elementis. Sane Tellus, vs longa eſt:& ſunt pauca quæ vs ꝓducunt, vt ſenectus, iuuentus, ſalus, virtus, palus, ſeruitus, incus, tus, rus, mus, pus: tunc ſcilicet quum genitiuus in tis vel in ris exit. Et habet penultimam longã. Ideo autem tis & ris diximus: quia palus, licet paludis longa ſit Lu, Breuis tamen nonnunquã inuenitur, quia in dis exit genitiuus: vt Horatius, Sterilisq́; diu pal⁹ aptaq́; remis. Æquora.) Maria. Alibi campos: vt, Ac ꝑus ignotum ferro quàm ſcindimus æquor. Dictum.n. eſt ab æqualitate. Deniq;.) Aut vacat ſicut gentium: aut nouiſſime ſignificat. Et ſuper ipſi.) Et inſuper ipſi, quibus ſum præſtaturus ſalutem. Infenſi.) Infenſus proprie eſt plus quàm inimicus. Pœnas cum ſanguine poſcunt.) Ideſt & tormenta & mortem. Poteſt enim aliud eſſe ſine alio.

DONATVS.

¶ Ecce manus iuuenẽ.i.p.t.re.pa.ma.ad.r.clamore trahebãt Dardanidæ.) Ecce, vbicunq; Virgilius poſuit, aliquod malum repentinum & inſperatum ſignificat, vt hoc loco,& Ecce autem gemini à tenedo tranquilla per alta, item ecce aũt elapſus Pyrrhi de cęde Polytes. & ecce ſup mœſti magna Diomedis ab vrbe Legati reſponſa ferunt. ergo dũ illa inter Troianos gererentur, aliud accidit, quod ab equi tractu diſputantes auerteret. paſtores.n. Troiani veniebant ad regẽ trahentes iuuenem manibus poſt terga innexis, ꝓpter quod factũ dimiſſus eſt equus,& oẽs captiui illius curioſitate

rioſitate tranſducti,dũ nouitate,incertum noſſe contendunt,ma
nifeſtas inſidias dimiſerũt.⁋ Qui ſe.i.v.v.Hoc ipſum vt ſtrueret,
t.q.a.ac.Obtulerat,fid.a.atqꝫ i vt.pa.Seu verſare.d.ſ.c.oc.m.) Cõ
ſilium relinquendi Sinonis hoc fuit gręcis,vt repertus apud Tro
ianos equi occuleret fraudem,& oẽm ſuſpicionẽ auerteret, quæ
contra exiſtere potuiſſet. Sinonis vero conſilium fuit,vt omnia
præueniret offerendo pręſentiã ſuã,ne ſi interueniret mora,antẽ
ſecreta,proderentur,quàm ille quaſi latens fuiſſet inuentus. ex
his tamen quæ fuerant geſta,potuit apparere,quod in Troiæ pa
rabatur excidium. nam ille tanta mentis obſtinatione animum
ſuum ad partes ſuas implendas præparauerat,vt paratus ad vi/
tam,paratus eſſet ad mortẽ,vtpote qui ſe ſciret incognitũ, vltro
obuius venientibus fieret callidus magis q̃ cautus, tranſegerat
enim,vt dictũ eſt, animo ſuo aut acquirere cum periculo victo/
riã ſuis,aut pro cunctis occumbere morti.Et Terentiana ſentẽtia
hoc loquitur, non fieri ſine magno periculo facinus magnũ aut
memorabile.Hæc non ipſo tpe ſunt cognita,quo fiebant,ſed poſt
excidiũ Troię & interitum Troianorũ.Tamẽ niſi dij eſſent aduer
ſi impio Priami,Sinonis fraudes inter initia ipſa intelligi debue/
runt,quando incognitum ſe vltro ingeſſit,& eo tpe,quo ſuſpecta
oĩa fuerunt.⁋ Vndiqꝫ viſendi ſtudio.tr.i.Circũfuſa.r.ce.qꝫ.il.ca.)
Expreſſit hoĩum mores,quis.n.non cuperet hoſtẽ ſuum videre
captiuum? Capto interea omnes nitebãtur illudere.⁋ Accipe nũc
da.i.&.c.ab.v.Diſce.o.) Viri fortis animo deſtruit gręcorum per/
ſonam occaſione omni,& defendit ſuã,totum in deorum aduer
ſum ſtudium reuocans,vt oſtẽdat græcos inſidijs & deorũ iniu/
ſto fauore obtinuiſſe victoriã. ſibi vero Æneas & defenſionẽ ꝓ/
curaret & laudem,cum aſſeruit in Troiæ cladibus nõ græcos ſed
deos extitiſſe victores.ait ergo.Accipe nunc Danaum inſidias,&
crimine.Duplici gñe criminationis gręcos aſpergit ex perſona ca
ptiui,atqꝫ vt hoc magis demonſtraret,addidit,ab vno diſce oẽs.
Vnũ quippe notabile vult eſſe in viro forti,vt non congreſſu ſed
inſidijs certet.oſtenſurus aũt Sinonẽ mendacẽ,periurũ,& ſacrile
gum,ait,& crimine ab vno, vt nõ Sinon ſolus qualis eſſet ſed vt
tales eſſe oẽs græcos aſſereret.⁋ Cõſtitit.a.o.phrygia ag.cir.) Ad
cõmouendã miſericordiam oẽs,inquit,circũfuſos reſpiciẽs inge
muit,& hęc dixit.⁋ Heu q̃ nũc tellus,inqt,&c.Dar.in.pœnas.cũ
ſa.p.) Eſt.n.pœna,q̃ nõ adimat vitã.hoc ergo dixit & crucior ge/
neribus multis malorum,& ſanguis meus quæritur.

ASCENSIVS.

⁋ Ecce ma.&c.) Ad hanc vulgi dubitationẽ,& incertam ſñiam.
acceſſit fraus Sinonis,q vnus e græcis ad hoc ſubornatus,in ma/
nus paſtoꝝ.ſ.Troianorũ,qui cum pecore in agros vacuos ſe recæ
perant,inciderat,vt Troiam ductus, cohortaretur ad ſuſcipiẽdũ
equum illum illæſum patefactis portis:ad quod ẽt Troianos in/
duxit,non tamen tam facile induxiſſet,niſi & dij inimica porten
ta adieciſſent:nam Laocoon ſacerdos,qui haſtam in equum intu
lerat,cum liberis ſuis ante aras abſumptus eſt: creditumq́ꝫ eſt id
in vltionem læſi doni deam intuliſſe.Miro ergo artificio,omnia
pertractat poeta.Nam Troianos principes,vſqꝫ ad pœnitentiam
clementes inducit:citra tamẽ inſipientiam, & improuidentiam:
quæ virtus ſummopere in Iulio Cæſare,& in Auguſto:quos au
thor,præcipue à genere eorum, laudare prætendit.à Plinio, &
Suetonio:alijsq́ꝫ multis cõmẽdatur.Simulq́ꝫ ſemper ad hoc ten
dit,vt oſtendat Troiam fato deletã,vt ex reliquijs Roma conſti/
tueretur olim.Nam nihil potuiſſent mortaliũ fraudes in pruden
tiam Troianorum:niſi deoꝝ inimica portẽta acceſſiſſent,dijs au
tem iubentibus:aut certis indicijs,voluntatem ſuam ſignificanti
bus:pij animi,nõ quare id velint:aut iubeant,inquirũt:ſed quod
Ecce. velle intelligunt,faceſſunt.ſed audiamus Donatum.⁋ Ecce.) Sem
per ponit,ecce,Virg.vbi ſignificat aliquod malum repentinum.
Dum igitur illa diſputant,aliud interuenit,quod ab equi tentatu
auerteret.Primus autem aduẽtus efficit:vt res in pręſentia omit
teretur:ſimulata deinde oratio,penitus religiõe nos aſtrinxit:ne
Mineruæ dona fœdaremus.Accedente maxime,violatoris mor
te.Ecce,rem improuiſam exoriri oſtẽdit:quæ magis mouet,pre
ſertim quum adſint ſigna nocẽtis.⁋ Qui ſe.) Conſilium Sinonis
fuit pręuenire,ne equi fraudes auerterentur.⁋ Hoc ipſum.) Para/
tus etiã mortem ſubire:nam non ſit facinus magnũ, ſine magno
periculo.⁋ Vndiqꝫ.u.) Expreſſit hominũ morem:quis.n.nõ cu/
piat hoſtem ſuũ captum videre? ⁋ Accipe.) Deſtruxit græcorum
perſonã omni occaſione,& defendit ſuam.Nã totam rem in deo/
rũ,aduerſum ſtudiũ reuocat:vt oſtẽdat gręcos,tum inſidijs,tum
Ordo. deorũ iniuſto fauore,victoriam obtinuiſſe. ⁋ Ordo eſt.Ecce.q.d.
ex improuiſo:quum proceres ſic dubitarẽt cum plebe,an equus
inducendus ſit, qui pro portis ſtetiſſe videtur. Nam & Priamus

ipſum inſpiciebat,id non facturus decore, ſi tam diſtaret à por/
tis,vt quiſquã inſidias moliri poſſet:paſtores Dardanidæ.( Quę/
res,quomodo paſtores hic dicãtur Dardanidę,cũ glorioſi,& in/
clyti,ſoleãt Dardanidæ dici? verũ dicemus ẽt plebeios Dardani/
das vocatos,ſi modo Dardani,virtutem imitati ſint.Dicemus ẽt
interemptis paſtoribus ruſticis,vrbanos paſtorum munus obijſ
ſe,qui tunc pecus,diu intra ciuitatis muros incluſum eduxerant.
Nã & nobiliſſimi quiqꝫ paſtores habiti ſunt,vt Alexander,ſeu Pa
ris:vnde Statius,Soluerat Oebalio claſſem de littore paſtor,Dar
danus incautas blãde populatus Amyclas.& Anchiſes,qui paſtor
cũ Venere ad Simoenta coiuit,dum Æneã genuit.) Paſtores igit
Dardanidæ,aut vrbani:aut qui Dardani virtutẽ,diu patriã prote
gendo,imitati fuerant:trahebant interea.ſ.dum hęc fierẽt,ſupp.
cum magno clamore:iuuenem.ſ.Sinonem,reuinctum.i.iterum,
atqꝫ iterum vinctum:ne forte elaberetur:nõ ergo vacat,re,ſed ſi/
gnificat diligentiam ruſticorum,qui ſecuri nõ ſunt,etiam ſi ſemel
vinctus fuerit hoſtis:manus.i.habẽtẽ manus vinctas poſt terga:
qui fidens animi.i.habens animam confidentem.atqꝫ paratus in
vtrunqꝫ.i.ad vtrãqꝫ fortunam: ſeu verſare.i.euertere:dolo.i.per
dolum.ſ.Troiã:aut legẽdo,dolos:verſare.i.verſute pertractare,
& exequi:dolos.ſ.cœptos:ſeu obcumbere.i.ſubmittere ſe: morti
certe.i.indubitanter: obtulerat vltro.i.ſponte:& non exquiſitus
nec per inſidias captus:& venientibus.i.quos ad ſe capiendũ ve/
nire præuiderat:obtulerat,dico, ſe ignotum.i.quẽ nõ nouerant
eſſe Gręcum:aut qui bene latuiſſet,vel aufugiſſet,ſi voluiſſet:ſed
obtulerat ſe vltro,vt ſtrueret,hoc ipſum.i.vt caperet & captus,
aperiret Achiuis.i.Græcis:Troiam.ſ.per immiſſionem equi. Iu/
uentus Troiana.i.multitudo iuuenum Troianorũ: ruit.i.celeri/
ter accurrit; vndiqꝫ.i.ex omni parte:circunfuſa.i.per circuitũ cõ/
fuſe diſperſa:ſtudio viſendi.i.vt videret eum:& certant,ideſt cer/
tatim cõtendunt.ſ.iuuenes Troiani.(mutant autem numerum:
quia iuuentus collectiuum eſt) illudere.i.illuſionem,& cõtume/
liam facere capto.ſ.Sinoni iuueni:(ad hoc aũt,iuuenem, potius
q̃ virum,ſubornarunt græci:quia ſciebant ætati iuuenili, citius
ignoſcere,atqꝫ indulgere ſolere mortales q̃ virili, verum pueri,
improbi ſunt per ætatem.) Accipe.i.intellige: nunc inſidias Da/
naũ.i.Danaoꝝ,hoc eſt,Gręcorum:&,pro.i.diſce omnes inſidias
Danaum:ab vno crimine.i.audi hoc crimen diligentius,quia,eo
intellecto,noris etiam cætera à Græcis per inſidias acta.Nã vt.i.
poſtq̃ ipſe turbatus,& inermis:ſtetit in medio conſpectu.ſ.Pria/
mi,& cæterorum principum ei aſtantium:atqꝫ poſtq̃ circunſpe/
xit oculis,hoc eſt,circungerendo,& obuertendo,ægerrime ocu/
los aſpexit:(nõ ergo vacat oculis:qa & mente,rem circũſpicere
poſſumus;& nõ ſemper oculorũ motu,inſpicimus.Fecit autem
ſpõdaicum verſum poeta:vt ſignificaret animũ languidũ,& mœ
rore grauem.) Circũſpexit ergo oculis agmina Phrygia.i.Phry/
gum agminatim circũſtantium.& inquit, heu:(optandi aduer/
biũ,in malum:ſicut ò,& ſi,in bonum.) quæ tellus.i.terra:& quę
ęquora.i.maria:poſſent accipere.i.imergere,& deuorare me? q.
d.vtinã aut terra,aut mare, me ingurgitet:aut ſi,ſup.neutrũ da/
tur:qd reſtat deniqꝫ mihi miſero? q.d.nihil,niſi miſerrima quęqꝫ.
vel ſic:aut,ſi id optare non debeã,qd reſtat deniqꝫ mihi miſero?
q.d.(minus optandũ) cui.ſ.mihi miſero,neqꝫ locus eſt vſquã ſal/
tẽ tutus,aut vbi viuere permittar apud Danaos:inſuper ipſi Dar
danidæ.ſ.apud quos ſpem meã repoſuerã: infenſi.i.quos nunq̃
offendi:aut infenſi.i.infeſti,quaſi multum offenſi:poſcũt pœnas
cum ſanguine:quod nunc vulgo dicitur confiſcationem vitæ, &
rerum,hoc eſt,ſummum & extremum ſupplicium.

PIERIVS.

⁋ Fidens animi.) In Roma.quidẽ co.animo,legitur:ſed animi,
agnoſcit Serui.& eloquutionis figura,huiuſmodi apud authores
frequẽs.⁋ Seu verſare dolos,ſeu certe obcũbere morti.) In Lon.
co.legere eſt,dolo,caſu ſeptimo,quod Ser.nõ improbat, ſubau/
diẽdũq́ꝫ ait,Troianos. In eodẽ cod.vbi rarę admodũ diphthõgi
ſunt,hoc loco,certę,cum diphthõgo ſcriptũ eſt:vt morti adcom
modet,ergo firmę:& deſtinatę:alij tamẽ,certe,aduerbiũ malũt.
⁋ Circũfuſa ruit, certãtq́ꝫ illudere capto.) In Roma.cod.certat,
eſt,vnitatis numero,veluti ruit.Alij tamẽ figurã malũt.⁋ Accipe
nũc Danaũ inſidias,& crimine ab vno Diſce omnes.) Facile qdẽ
adduci poſſim,vt ex Ti.Dona.ſententia,crimẽ legẽdũ credã:quã
lectionẽ,omnino Ser.reſpuere nõ videtur:licet priorẽ magis ap
probet:dum exponit,crimine ab vno:hoc eſt:cauſa:vt, Crimen
amor veſtrũ.Præter vero Seruianã huiuſmodi interpretationẽ,
pleraqꝫ oĩa venerandæ vetuſtatis exemplaria,quę in manus no
ſtras deuenere vno exẽplo legunt,crimine ab vno Diſce omnes,
ſed.n.quia literatiſſimi pleriqꝫ viri,vltro in Donati ſentẽtiã eũt:

libuit

libuit ex iis, quę ille ſup hoc cōmẽtatus eſt, quod in vulgatis cod. deſyderaẗ, adponere, Accipe nũc Danaũ inſidias & crimẽ: duplici gñe criminationis, Græcos aſpergit ex perſona captiui, atq; , vt ſatiaret, addidit, Ab vno Diſce omnes: vnum qppe notabile vult eẽ in viro forti, vt nõ congreſſu, ſed inſidiis, certet. Oſtẽſurus aũt Sinonẽ mẽdacẽ, periurũ, ſacrilegũ, ait, Crimẽ: vt nõ Sinon ſolus ſed qualis eſſet, tales eſſe oẽs gręcos aſſereret. In hanc ſñiam, nõ nulli trahunt Catullianum illud, ex antiqui codicis lectione, Vatiniana meus crimina caluus explicaſſet: hoc eſt, poema in vatinii crimina. ¶ Inſuper ipſi Dardanidę infenſi.) In Ro. cod. & pleriſq; aliis antiquis, legere eſt, & ſuper ipſi: quæ lectio eſt codicis etiam Donatiani, neq; non Med. In nonnullis vtraq; lectio habeẗ, vna plus ſyllaba, verſu corrupto.

¶ Quo gemitu cõuerſi animi, cõpreſſus & oĩs  ÆNE.
Impetus, hortamur fari, quo ſanguine cretus,
Quidue ferat, memoret, quæ ſit fiducia capto.
Ille hæc, depoſita tandem formidine, fatur.
¶ Cũcta, equidẽ tibi rex (fuerit quodcũq;) fatebor  SIN.
Vera (inquit,) neq; me Argolica de gente negabo
Hoc primum, nec ſi miſerum fortuna Sinonem
Finxit, vanum etiam, mendacemq; improba finget.
Fando aliquid, ſi forte tuas peruenit ad aureis
Belidæ nomen Palamedis, & inclyta fama
Gloria, quem falſa ſub proditione Pelaſgi
Inſontem, infando indicio, quia bella vetabat,
Demiſere neci, nunc caſſum lumine lugent.
Illi me comitem, & conſanguinitate propinquum,
Pauper in arma pater primis huc miſit ab annis,
Dum ſtabat regno incolumis, regnumq; vigebat
Conſiliis, & nos aliquod, nomenq;, decuſq;
Geſſimus, inuidia poſtq̃ Pellacis Vlyſſi
(Haud ignota loquor) ſuperis conceſſit ab oris,
Adflictus vitam in tenebris, luctuq; trahebam,
Et caſum inſontis mecum indignabar amici.
Nec tacui demens, & me fors ſi qua tuliſſet,
Si patrios vnquàm remeaſſem victor ad Argos,
Promiſi vltorem, & verbis odia aſpera moui.
Hinc mihi prima mali labes, hinc ſemper Vlyſſes
Criminibus terrere nouis, hinc ſpargere voces
In vulgum ambiguas, & quærere conſcius arma.
Nec requieuit enim, donec Calchante miniſtro.
Sed quid ego hæc aũt nequidq̃ ingrata reuoluo?
Quidue moror? ſi oẽs vno ordine habetis Achiuos,
Idq; audire ſat eſt, iandudum ſumite pœnas,
Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ.

SERVIVS.

¶ Quo ſanguine cretus.) q̃bus ſit parẽtibus natus. Nam Græcum eſſe conſtabat. ¶ Ferat.) Afferat. ¶ Memoret: quæ ſit fiducia capto.) Aut dicat q̃ tanta ſit in captiuo fiducia, vt audeat dicere inſup ipſi. Aut certe memoret. ideſt meminerit: vt ſignificet meminerit in captiuo veriloquium, vitæ eẽ fiduciam. Vnde & reſponſio talis eſt. ¶ Fatebor vera.) Alii Memorem legunt, vt ſit ſenſus, Hortabamur ad loquendum memorẽ: hoc eſt qui diligenter factionis ſuæ meminerat. ¶ Fuerit quodcunq;.) i. quicunq; me ſequitur euentus. ¶ Hoc primum.) Hoc eſt maximum, apud me verũ dicere. ¶ Sinonem.) Auctolycus quidam fur fuit, q ſe varias formabat in ſpecies. hic habuit liberos, Siſyphum, vnde natus eſt Sinon: & Auctoliam, vnde Vlyſſes. Cõſobrini ergo ſunt. Nec immerito Virgilius Sinoni dat & fallaciam, & ꝓditionis officium: ne multum diſcedat à fabula: quia ſecundum Euphorionem Vlyſſes hoc fecit. ¶ Finxit.) Compoſuit, formauit. Vt, Et corpora fingere lingua. Et notandum qa omnis Sinonis oratio eſt diaſyrtica. Nam & negocium exprimit: & Troianorum inſultat ſtultitiæ, vt hoc loco. Finxit vanum.) Fallacem. Et vanus eſt qui etiam ſine vtilitate mẽtitur: Mendax, qui tantum ad decipiendum. Sane vanus, ſtultus apud idoneos inuenitur: vt Iuuenalis, Sic libitum eſt vano, q nos diſtinxit Othoni. ¶ Fando aliquid ſi forte tuas peruenit ad aures.) Dum dicitur. Et vtitur bona arte mendacii, vt p̃mittat vera, & ſic falſa ſubiungat. Nam quod de Palamede dicit, verum eſt: quod de ſe ſubiungit, falſum. Et ſciendum ex hac hiſtoria partem dici, partem ſupprimi, partem intelligentibus relinqui. Nam Palamedes, vt Apollonius dicit, ſeptimo gradu à Belo originẽ ducens, quum delectum militum per Græciam ageret, ſimulantem inſaniam Vlyſſem dixit inuitum. Quum enim ille iunctis diſſimilis naturæ animalibus ſalem ſereret, filium ei Palamedes oppoſuit. Quo viſo Vlyſſes aratra ſuſpendit: & ad bellum ductus, habuit iuſtam cauſam doloris. Poſtea quum Vlyſſes frumentatum miſſus ad Thraciam nil aduexiſſet, à Palamede eſt vehementer increpatus. Et quum diceret adeo non eſſe negligentiam ſuam. vt ne ipſe quidem ſi pergeret, quicq̃ poſſet aduehere: profectus Palamedes, infinita frumẽta deuexit. qua inuidia Vlyſſes auctis inimicitiis fictam epiſtolam Priami nomine ad Palamedem (per quam agebat gratias proditionis, & commemorabat ſecretum auri pondus eſſe tranſmiſſum) dedit captiuo: & eum in itinere iuſſit occidi. Hæc inuẽta, more militiæ regi allata eſt, & lecta ꝑncipibus conuocatis. Tunc Vlyſſes quum ſe Palamedi adeſſe ſimularet, ait, Si verum eſſe creditis, in tentorio eius aurum quæraẗ. Quo facto, inuento auro quod ipſe per noctem corruptis ſeruis abſcõderat, Palamedes lapidibus interẽptus eſt. Hunc aũt cõſtat fuiſſe prudẽtẽ. Nã & tabulã luſoriã ipſe inuenit ad comprimendas otioſi ſeditiones exercitus, vt Varro teſtatur. Secundũ quoſdam ipſe reperit literas. Quæ res ſi forte ſit dubia, tamẽ certum eſt θ φ χ ab hoc inuentas cum aſpiratione. ¶ Inclyta gloria.) Propter delectum & frumenta. ¶ Falſa ſub ꝓditione.) Sub falſo crimine proditionis. Et rem notam per tranſitum dicit. Vñ & paulo poſt, Haud ignota loquor. quãquã ibi poſſit intelligi, haud ignota nobis: ſed forte etiã ad vos potuit peruenire. Sciendum ſane factum hoc vere, & Troianos ſciſſe. Sed Sinon callide quaſi ignorantibus quæ vera ſunt, dicit: vt fidẽ ſequentibus faciat. ¶ Infando iudicio.) ꝓpter aurum clam ſuppoſitũ. ¶ Quia bella vetabat.) Iã hoc falſum eſt: ſed dicitur ad Sinonis commendationem. ¶ Caſſum.) Priuatum, vacuũ. ¶ Pauper.) Hæc enim fuerat cauſa militandi, vt Terentius, Cum hinc egens profugiet aliquò militatum. ¶ Dum ſtabat regno incolumis.) Quia & ipſe vnus de regibus fuit. ¶ Et nos.) Pluralis numerus ꝓ ſingulari ad euitandam iactantiam. ¶ Nomen.) Gloriam. vt, Nomen Echioniũ matriſq; genus Peridεæ. ¶ Inuidia.) Propter aduectum frumẽtum. ¶ Pellacis.) Per blandicias decipiẽtis. Pellicere enim eſt blandiendo elicere. ¶ Mecum indignabar.) Quomodo ergo Nec tacui demens? Intelligimus iſtũ quaſi tacuiſſe primo: poſt impatiẽtia doloris erupiſſe. ¶ Fors ſiqua.) Bene ſiqua: quia eſt & bona & mala. ¶ Promiſi.) Per contrarium ait, pro minatus ſum: quia minamur mala: promittimus bona. Sic Horatius contra, Atqui vultus erat multa & præclara minantis. Ideſt promittentis. ¶ Prima mali labes.) Quia ſecutum eſt poſtea oraculũ, & adſcita Calchãtis factio. Labes vero ruinam ſignificat à lapſu. ¶ Criminibus.) Cauſis, vt ſupra, Et crimine ab vno. ¶ Spargere voces.) Vt Cicero, Spargere venena didicerunt. ¶ Ambiguas.) Dubias: ne ſi aperte ageret, accuſatio eſſe videretur. ¶ Conſcius.) aut peracti ſceleris, aut dolorum ſuorum: vt eſt in tertio, Oblituſue ſui eſt Ithacus diſcrimine tanto. ¶ Arma.) Modo fraudes, vel dolos. Nam arma ſunt inſtrumenta cuiuſlibet rei, Vnde & inſidiantis fraudes arma nominauit. ¶ Nec requieuit enim.) Aut vacat enim: aut pendet ſenſus ex poſterioribus. ¶ Donec Calchante miniſtro.) Arte enim agit ſemiplena dicendo: vt interrogare cogat, & auidius audire Troianos. ¶ Calchante miniſtro.) Me deſtinat aræ, intelligitur: & eſt Apoſiopeſis. ¶ Ingrata.) Nec vobis placitura: nec mihi gratiam conciliantia. ¶ Quidue moror?) Veſtram ſcilicet feſtinationem. ¶ Omnes.) Et eos qui prodeſſe diſponũt. ¶ Vno ordine.) Vno reatu. Et eſt de antiqua tractum ſcientia: quia in ordinem dicebantur cauſæ propter multitudinẽ, vel tumultum feſtinantium, quum erat annus litium. Iuuenalis, Expectandus erit qui lites inchoet annus. ¶ Iamdudum.) Modo, quãprimum. ¶ Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ.) Callide hoc dicto impetrat vitam, aſſerens mortem ſuam illorum hoſtibus eſſe placituram. Ideo aũt dicit mercentur, quia ſacrorum eſt, Vt fugiens victima vbicunq; inuenta fuerit, occidatur.

daturːne piaculum committatur. Ergo Sinon qui victima fuerat, iure, & votis, & præmio Græcorum interimitur. Ithacus vero pro Ithacenſi, principale pro deriuatiuo. ¶ Magno mercentur.) Ideſt pretio. vt, Turno tempus erit magno quum optauerit emptum intactum Pallanta.

DONATVS.

¶ Quo gemitu. c. a. c. &. o. I m.) Bonitatẽ Troianorũ vult Æneas oſtẽdere, q pro ſupplicio vltimo, quod ſperabat Sinon, ſolo gemitu eius ꝓ pœna cõtenti flexi ſunt. ¶ Hortamur. f. q. ſ. c. Quidue. f. m. q. ſ. f. c.) In iſta interrogatiõe tria poſuit vim propoſitiõis cõtinẽtia, ad quę Sinonem rñdere conueniret. ¶ Cuncta equidem. t. r. (fu. qu.) fa. Vera, inquit.) Promittit ſe omnia vera dicturũ, q nulla in parte fuerat relicturus veritatẽ. Tibi inqt rex vera dicã oĩa, aſſumpta fiducia velut cõfitendi, quod apud regẽ fuiſſet locuturus, q & cognoſcendi & ignoſcẽdi facultatẽ habuiſſet, locutio aũt talis eſt. vtcũq; eſt, quod ſum relaturus, Cuncta dicã vera. ꝓmittendo veritatẽ cõmendauit perſonã ſuã, & dicendo regẽ, hoc eſt eũ, cui tanta reuerentia deberetur, bñuolũ fecit, eo magis quod promittebat narrationẽ q̃ fidem veritatis oſtenderet. hoc inquit primũ. qd. n. ante oĩa in hmõi cauſis quęrit, niſi veritas? fatebor & referã non eſt vnum, nam referã ſignificat cum indicatur aliqd ſimplex, & põt proferri ſine tormentoꝝ metu. fateri aũt eſt aliqd prodere, quod ſit contrariũ confiteri, & habeat crimen ac ſi fuerit fraude ſuppreſſum, & poſſit pœnis durioribus pectore negantis excludi. fuerit quodcunq;, cuncta, inquit, & qcqd fuerit fatebor. vt fatebor bis accipiatur, ne fiat per numeros vitiũ, vt ſit fatebor cuncta. itẽ fatebor quodcũq; fuerit. hoc primũ deniq; inqt quod negare debuerã, hoc primũ cõfitebor. ¶ Neq; me argolica de gente negabo.) Quod in aperta ꝓbatione eſſe potuit, ẽt ſi ipſe non diceret, hoc prĩo cõfeſſus eſt. vt putaretur cętera ſine fraude dicturus. neq; me argolica de gente negabo. græcus ſum, inqt, hoc eſt dicere, hoſtis ſum veſter. ¶ Hoc primũ. n. ſi. m. for. ſi. Finxit. u. e. m. q;. i. finget.) Et ſi cũ periculo inqt verum loquar, fortuna. n. ſtatũ mihi prioris felicitatis eripere potuit, non tñ mutare quod natus ſum. dixit ergo, quo ſanguine cretus, addidit etiã nomẽ ſuum, vt perſonã ſuã pleniſſime demõſtraret. hoc argumento quod ſuadebat impleuit, vt Troiani crederent reliqua vera eſſe dicturũ. Incipit cauſas oſtendere ceſſationis ſuę. non. n. vacuum fuit, vt recedẽtibus omnibus gręcis ſolus ipſe ſine aliqua ratione remãſiſſet, & ad hanc ipſam partẽ duxit ex alto principiũ, in quo ſine dubio fuit fabula oĩbus nota, perindeq; vera. ſed hac expoſita in prima parte ſubiunxit falſa, quo facile illud, quod compoſito mentiebatur credi potuiſſet. Itaq; coniungitur. ¶ Palamedis, & inclyta fama Gloria &c.) Palamedis vera fuit fabula, nã iter ipſum & Vlyſſem graues inimicitię extiterãt, vſq; eo vt argumentis Vlyſſis velut proditorẽ conſtet occiſum, ea vel maxime coniectura, ꝙ græcos reuocaret ab affectu bellandi, & in tentorio eius eſſet inuẽtũ aurũ, quod eundẽ Vlyſſem ferunt ſuppoſuiſſe. hoc ergo quod fuerat veꝝ de Palamedis morte, dedit occaſionẽ mẽtiẽdi, vt diceret. ¶ Illi me. c. &. c. p. Pauper in arma pr̃ &c.) Pater, inquit, meus ex ea cã ꝙ eſſet in arma pauper, hoc eſt imbellis ętatis, atq; ea contẽplatione, ꝙ Palamedi eſſet affinis, me ei ſociũ iunxit, deferebať. n. patri meo, quia in numero regũ fuit, & plurimũ viguit. hæc nobilitas gñis iccirco cõpoſita eſt, vt Troianorũ miſericordiã de præterita & præſenti fortuna prouocaret ad lenitatẽ. maiorem. n. miſericordiã mouent, qui ex opulentia in miſerias fuerint lapſi. redit rurſum ad fabulã cõmendans per oĩa perſonã ſuã, vt oſtendat ſe bonũ ſocium, bonum amicum, bonumq; propinquũ. cõmendat ẽt Palamedis memoriã, dicendo, quia bella vetabat, vt ex ea cauſa pręſtarent amico viuenti, quod Palamedi defuncto nõ poterant. ¶ Inuidia. p. pe. Vl. c. l. Ha. ſupis conceſſit ab oris.) Poſteaq̃; inquit, idem Palamedes (vt omnibus notũ eſt) receſſit à ſuperis, non dixit mortuus eſt, ſed cõceſſit, vt memoria eius digna eſſet, q̃ poſt hominis finẽ viuere mereretur. ego, inquit, poſt illius exceſſum, cui & comes fui, & cõmendatus à patre, cui me cõſtabat eẽ affinem. ¶ Afflictus vitã. i. t. lu. q. t. &. c. i. me. in. a.) Hoc vult intelligi, vt non ſic duceret vitã, quõ qui optãt viuere, ſed q cupiũt mori. hęc non erãt vera, ſed quęſita ad fallendũ, & vt maiorẽ moueret miſericordiã addidit præterea aliud, quo nimios velut dolores ſuos exprimeret, quibus quaſi ex Palamedis luctu fuerat preſſus. ¶ Promiſi vltorem, & ve. o. aſ. m.) Cogitabam, inqt, defendẽdum eſſe amicum vim paſſum ex criminibus falſis, & defendendum eſſe innocẽtẽ, ſed nimius dolor tm̃ potuit, vt me feciſſet inſanũ. deniq; quod tegendũ aĩo fuit, ac quod alto ſilentio retinendum non voluntate mea neq; integro ſtatu mentis potius effudi q̃ dixi, clamauiq; pietate cogente. nimius diſpoſuerat dolor. ſ. de morte inſontis in ſedibus patrijs me authorẽ futurum eſſe vltionis, neq; ipſum ſic affuturum cauſæ, vt admiſſi ſceleris vltio ꝓueniret, ſed oẽ illud quod incaute dolore diffuderam, inſidiantis inimici tergiuerſatione præuentũ eſt, odio. ſ. in me meis ꝓfeſſiõibus conſtituto, neq; ipſo leui, ſed exitiũ mihi ſalutis acquirenti. qd. n. cogitare poſſet inimicus? qui ſe ſperabat non eſſe victorẽ nec inultum, ſi ego incolumis ad patriã remeaſſem. ¶ Hinc mihi prima mali labes.) Notabilis perſona eſt eius, qui ſic vitam ſuam degit, vt ſibi contineat inimicos. hoc ergo Sinon inter multa falſa adſtruit, & purgat, vt dicat. ego quidem iuſto dolore cõmotus inimicitias profeſſus ſum, nec prouocaui alterũ, ſed ille me dum in amicum meum ſcelus admitteret, prouocauit, Ille iniuſtas aduerſum me inimicitias ſuſcępit, vt occiſo innoxio, me quoq; qui mortis eius vltor eſſe potuerã, putaret opprimẽdũ. Cum igiť me vltorẽ metueret, ſpargebat in vulgũ nouũ de me criminũ genus, & oĩa iactabat ambigua, quia vera quæ diceret non habebat, q̃rebat conſiliorum tela. quibus me confoderet, occaſionesq; captabat. ¶ Nec requieuit. e. do. cal. mi.) Cœperat referre ſequentia ſed hæc arte mira fallendi ſuppreſſit vt Troianos magis deſiderio audiendi accenderet, & hac ratione ſibi conquireret veniã. Idcirco ait. ¶ Sed quid ego. h. aũt ne. in. re. Quidue moror? ſi. o. v. o. habetis achiuos? Idq; audire ſat eſt, iãdudum ſumite pœnas, hoc ithacus velit, & magno mercentur atridæ.) Vbi ad ipſum cardinem venit, in quo mendaciorum conſiſtebat effectus, negauit ſe dicturum, ne vltro omnia referendo daret ſuſpicionẽ falſitatis. Ait ergo, iam ſcio me moriturũ, cũ retulero oĩa, melius eſt reticere, & atridę in lucro habeant, ꝙ ſecreta eorum non prodidi, neq;. n. ꝓpter vnum inimicũ debeo oẽs meos prodere. Ordinatur ſenſus ſic, & eius expoſitio talis eſt. ſed qd ego nequicquã reuoluo hæc? hoc eſt refero, quę apud vos erũt ingrata. Quidue moror? cur differo pœnas meas poſt relationis bñficiũ cõtinuo moriturus, vel quid mihi proderit meorũ ſecreta vobis reſerare, quos vicẽ mihi ſcio non eſſe reddituros, quin potius ſi oẽs achiuos pariter vno odio ꝑſequimini, profeſſus ſum iamdudum me veſtrum eſſe inimicum, ſumite de confeſſo ſupplicium, nec vobis hoc imputabo omne. n. malum mihi idẽ videbitur intuliſſe, qui me quolibet pacto quærebat occidere.

ASCENSIVS.

¶ Quo gemitu, &c.) Dat Troianis (vt dixi) vbiq; pietatẽ, & clementiã, quaſi illã ab origine traxerit domus Iulia q̃ vſq; ad pœnitentiã Clemens prædicaturːdat aũt græcis artificioſam ꝑfidiãː vt minus ſit dedecus circũuentis, & maius circũuenientibus. Sed Donatũ audiamus ita differentem. ¶ Quo gemitu.) Bonitatẽ Troianoꝝ oſtendit, q pro ſupplicio vltimo, quod ſperabat, ſolo gemitu eius, ꝓ pœna cõtenti ſunt. ¶ Hortamur fari.) Vim ꝓpoſitionis habetː& tria ꝓponit, ad quæ Sinonem rñdere cõueniret. ¶ Cuncta.) Promittit oĩa vera dictuꝝ, q nulla in parte fuerat veritatem detracturus. ¶ Tibi rex.) Aſſumit fiduciã confitendi, apud eũ qui & cognoſcendi facultatẽ haberet. Cõmendat aũt ſe, ꝙ vera polliceť, & ꝙ regem appellatːcaptat beniuolentiã. ¶ Fatebor.) Aliud eſt q̃; referã. Referimus, quũ dicimus aliqd ſimplex : & põt proferri ſine tormentoꝝ metu. Fatemur aũt, quũ prodimus id quod ſit contrariũ cõfitentiː& poſſit tormentis exprimi e pectore negãtis. & repete bis, Fatebor cunctaː&, Fatebor quodcũq; erit Argolica de genteːad id, quo ſanguine cretus, Græcus ſum : ac ſi dicat hoſtis ſum. ¶ Nec ſi miſerũ, &c.) Potuit eripere mihi fortuna priorem felicitatẽ. At nõ poterit, me mẽdacẽ fingere. Hoc argumento perſuaſit, vt Troiani crederent reliq̃ː& ne videatur incredibile, ꝙ ipſe ſolus ex omnibus Grecis remãſeritːad hanc partẽ, ducit ex alto principiũ, & narrat rem oĩbus notamː& magna ex parte verãːqua expoſitã, ſubiungit falſa. ¶ Palamedis.) Eadem dicit quæ Seruius de Palamede. Et nos aliquod, de ꝓterita eius florenti fortuna, & de pręſenti miſeria, ſibi cõparat beniuolentiam. Cõmendat etiam Palamedis memoriamːdicendo, quia bella vetabat, vt amico viuenti pręſtarent, quod defuncto non poterant. ¶ Superis conceſſit ab oris.) Non dixit, mortuus eſtːne eius memoria digna, poſt hominum finem, viuere minoraretur. ¶ Vitam in tenebris.) Vt illi qui cupiunt mori, & non viuere. Idq; aut ſat eſt, vbi ad cardinem venit, in quo mendaciorũ conſtitit adfectus negauit ſe dicturũ, ne vltro oĩa referendo. daret ſuſpitionem falſitatis. ait igitur, cũ ſciat ſe periturum melius eſſe, ne ſecreta Grę corum prodat. Neq;. n. propter vnum hominem, debeo omnes meos prodere. quidue moror? cur differo pœnas meas, poſt relationis beneficium, continuo moriturus? Vlyſſes. n. omne malum videbitur intuliſſe, qui me quolibet pacto quærebat occidere. Hæc ille. Cætera ex ordine patebunt, q talis eſt. ¶ Quo. ſ. Sinonis

Fateri. Referre

Ordo.

nonis gemitu,animi.ſ.Troianorum:cõuerſi,ſup.ſunt ad cõmiſe/ratione.ſ.& omnis impetus.i.moleſtatio,illuſio:& inſultus compreſſus,ſup.eſt:nos.ſ.primores & proceres. (In opere enim pio, perſonam ſuam cõmiſcet:qui hęc omnia loquitur Æneas.in illuſione aũt tantum iuuentutis Troianę meminit.) hortamur fari.i. damus animum,vt fertur:quo ſanguine cretus ſit.ve ꝓ vel:qd ferat.i.adferat,& memoret,q̃ fiducia ſit capto.i.cũ captus ſit,qd fiduciæ habeat, ꝙ ſpem ſuã apud Troianos repoſuiſſe videatur. (eosq; incuſet crudelitatis,ꝙ pœnas cum ſanguine poſcant.) Ille fatur,formidine depoſita.i.quam ſe ſimulabat deponere: tandẽ i.poſt aliquantulum moræ:quaſi non poſſet animum reſumpſiſ/ſe,quum tamen dictum ſit,ꝙ erat in vtrunq; paratus,ſeu verſare dolos,ſeu certe occumbere morti. Fatur igitur,& inquit, ô rex: Equidem.i.ego quidẽ:fatebor tibi:cũcta.ſ.quæ dicã:vera,quod/cũq; fuerit,ſiue pro me,ſiue cõtra me:neq; (quod primũ contra eſt.)negabo me de gente Argolica.i.Græca:ſed hoc primum,ſup. ſcire,& credere te velim: nec.i.& non:& ſi.i.quãquã fortuna fin/xit.i.effecit Sinonem:hoc eſt,me,qui ad te loquor:miſerum.i.iniqua ſorte,& conditione affectum,& ita miſeratione dignum: tñ ipſa improba.i.quantũuis improba:quæ bonis mala,& malis bona,retribuit:nunq̃ finget.i.efficiet etiam: vanumq; pro.i.mẽda/cẽ:quia in res ſuas.i.quas conferre põt habet fortuna imperium ſed non eſt in aĩos noſtros,animiq; vires.quocirca, nemo cogit eſſe vitioſus,nemo vanus,nemo mendax:& ſi mori cogant multi:& egeſtatem ferre plurimi. Incipit ergo fari,& rẽ detegere: & à veris incipit:eaq; quaſi ignorãtibus recitat:quũ certiſſime ſciat Troianos ea ſcire,vt per ea inducantur ad credenda,quę poſtea illaturus eſt falſa:moris enim eſt quoties audimus vera,enunciare ab eo qui neſcit,nos ea ſcire:bonam opinionẽ de fide illius,in his quę neſcimus,habeamus,dicit igitur: Si fando aliquid.i.cũ de aliqua re loqueremini.q.d.puto,ꝙ cum Troiani ſitis,parum audi/ſtis de hoc homine:ſed ſi fando aliqd.i.de aliqua re: nomẽ & in/clyta gloria(hoc nimium ſubtiliter addit:q̃ſi ſe illi viro bñ adhuc optare ſignificaret,ꝙ pacem perſuadere niſus ſit:quã quum accæptare nollet Gręci,ad hoc dedecus oẽs peruenerint,vt re infecta turpiter redire cogerentur.) Palamedis Belidæ.i.de gñe Beli,qui ſeptimus ab eo fuit:peruenit forte ad veſtras aures.q.d.tũc poteſtis ſcire,an vera dicam,quem.ſ.Palamedem pelaſgi.i.Græci,de/miſere.i.demiſerunt neci.i.ad necem depreſſerunt inſontẽ.i.licet eſſet inſons: ſed ſub proditione falſa.i.diſſimulata:(dicebant.n. eum proditorẽ:) indicio.i.teſtimonio proditiõis eius,infando.i. deteſtãdo:quia.ſ.vetabat bella:hoc eſt,ideo quia dehortabatur à bello,& cohortabatur ad pacẽ,Vlyſſes accuſauit eũ proditionis, ſicq; damnatus eſt:& quem lugẽt,nunc caſſum.i.priuatum lumine.i.aura vitali:aut ſupera regione,aut viſu, q non niſi viuẽtibus eſt,& per cõſequẽs vita. Pater.ſ.meus.q.d.non odio Troianorũ, ſed paupertate coactus:miſit me huc.i.ad hanc ciuitatẽ debellandam:in arma gerenda ab annis primis,ne aut ipſe ꝓprio odio veniſſe putetur. Miſit inquã,me comitẽ,illi propinquũ conſangui/nitate:per quod conciliat ſibi Troianos,quibus nomen Palame/dis gratum non dubitabat,cũ Vlyſſi inuidioſum eſſet. Miſit autẽ

Ordo. tunc dũ pater,aut Palamedes ſtabat incolumis regno.ſ.Grecoꝝ, non ſuo,& dum regnum.ſ.Græcorum vigebat conſilijs.i.per cõ/ſilia bonorum,& prudentium virorum:& nos.ſ.Gręca iuuẽtus: geſſimus aliquod nomẽ,& decus:quaſi,id oẽ amiſſum nunc do/leat. Poſtq̃ ipſe, ſup.Palamedes,conceſſit.ſ.ad regionẽ mortuo/rum,ad inferos:ab oris.i.regiõibus ſuperis:inuidia.i.per inuidiã: Vlyſſis Pellacis.i.quolibet:vt vult in perniciem,& fraudẽ, & in aſſenſum, tam nefandi facinoris pellicientis:haud.i.non loquor ignota.q.d.ne putetis me forſan mentiri: aut ex inuidia contra Vlyſſem loqui (quod dicit,propter ea quæ poſtea ab Vlyſſe paſ/ſus eſt:aut,qa ſignificauit iam ſe cõſanguineum Palamedis.)ego loquor non ignota:quia omnes Græci id nunc ſcimus,& poſſem id per omnes Græcos atteſtari (non autem dicit id Troianos ſcire:quia fruſtra prius dubitaſſet Fando aliquid,ſi forte tuas peruenit ad aures Belidæ,nomen Palamedis.) Ego afflictus.ſ.caſu amici,cõſanguinei,& ductoris,trahebam vitã in tenebris:& indignabar.i.ægre ferebam,mecum.i.in animo meo:nam publice nõ au/debat caſum.i.mortem amici:inſontis.i.innocentis. Nec ego de/mens.i.factus poſtea demẽs,ex impatiẽtia,aut dolore:tacui.i.nõ ſemper tacui:quanuis primũ mecũ dũtaxat indignabar:& ꝓmiſi i.minatus ſum(ſicut minari, eſt aliqñ ſuperbe ꝓmittere:)me vl/torem.ſ.fore:ſiqua.i.aliqua:fors.i.fortuna,aut caſus:tuliſſet.i.attuliſſet.ſ.occaſionẽ,& opportunitatẽ,& ſi ego victor.i.voti compos cum reliquis : remeaſſem vnquã.i.quouis tpe futuro ad Ar/gos patrios.i.quæ mihi patria eſt: (Declinatur aũt hoc Argos: & pluraliter,hi,Argi,Argorum.) & moui.ſ.in Vlyſſem:aſpera odia ſ.cõtra me:verbis.i.cõtumelijs,aut minis. Prima labes.i.occaſio mali:eſt ſup.aut prouenit mihi hinc.i.ex hac re:& Vlyſſes,ſup.cœpit:aut terrere.i.terrebat ſemper,hinc.i.ex hac re aut poſt hanc rẽ nouis.i.magnis,aut inauditis:criminibus.i.criminationibus : & ſpargere.i.ſpargebat.aut cœpit ſpargere hinc,voces ambiguas.i. dubias.quia nõdũ audebat manifeſte mortẽ minari.q.d.quaſi ẽt ipſe Sinon in pretio fuerit,ꝓpter virtutẽ,& fidem ſuã:apud græ/cos. Et ſpargebat voces ambiguas:non in proceres,qui factionẽ eius noſcitabant, ſed in vulgũ.i.vilem popellum(aut Latine lo/quutus eſt,apud quos nomina ſecundæ, in us,neutra non ſunt: præter pelagus,Græcum vocabulũ.nã & alij vulgum dixerunt: aut more Plautino,imperitum dat ſermonẽ, ei qui à primis an/nis,armis inſeruierat:ſicut Plautini ſerui,iubarem papauerẽ,gutturem pronunciant. Alij dicũt,poetam in vulgus protuliſſe:& s literã abſumpſiſſe,quomodo m abſumitur qui modus apud En/nium, Lucretium, Lucilium,cæterosq; vetuſtiores nimium fre/quens eſt:ſed Seruius,& alij grammatici,id in poetam corrigen/tes,immutauerunt:ſicut vbi ſcriptum (inquiunt) erat, Hic ſpecus horrendus:ſcripſerunt,horrendum.& vbi erat,inter ſe coiiſſe vi/ros,& decernere ferro:ſcripſerunt,cernere. Sed hæc controuerſia grammaticorum,nihil de ſententia poetæ immutat.) & ipſe conſcius.ſ.mali facti:quærere.i.quærebat,aut quęrere cœpit:arma.ſ. ſibi ſolita:hoc eſt,fraudes, qbus me quoq; deleret.nec.n.requieuit,donec compoſitam rupit vocẽ:& me deſtinat aræ:(quod hic non dicit:fruſtraq; ſe dicturum innuit:vt nõ videatur id velle dicere:aut ideo veniſſe,vt id dicat:ſed vt auidiores redderet Troia/nos, ſciendi quum dicere nollet:quod etiam effecit.) Calchante (vate illo diuino,quo plurima geſſerant græci:nam & Achillem (vt Statius docet) per eum in aula Lycomedis,regis Scyri,inue/nerunt inter puellas latitantem:) miniſtro.i.illi,ad hoc quod vo/lebat obſequente:volebat addere: deſtinauit me aræ:ſed quaſi id fruſtra diceret,renuit dicere. Sed quid ego autem reuoluo, ideſt commemoro, hæc.ſ.mala mea,& infortunia:nequidquam.i.in nullo,aut nullo modo ingrata, hoc eſt, ipſis qui ea libenter au/diunt,cũ mala noſtra ſoleamus libenter recitare,his quos ſpera/mus nobis condolituros:ve pro vel:quid.i.ad quid:moror.i.de/moror:& differo pœnas,& mortẽ meam: ſi habetis.i.reputatis omnes Achiuos.i.Græcos,vno ordine , ideſt æquali affectione: hoc eſt,capitali odio,& ſi ſat.i.ſatis eſt vobis audire,id.ſ.quod dixi:nec aliud commiſerantes facturi eſtis:ſumite iandudum,ideſt quamprimum : aut ab eo tempore,quo iam primum audiuiſtis me Græcum eſſe pœnas.i.ſupplicia de me. Ithacus,ideſt Ithacenſis Vlyſſes:ſæuiſſimus hoſtis veſter:velit hoc.ſ.vt ſumatis de me pœnas,& Atridæq; illi ſuffragantur.mercentur.i.emant,magno ſ.pretio.aut ideo ne(vt Seruius ſentit)piaculum, ſit victimam, poſtquam aufugerat,ſuperuiuere contra morem ſacrorum. Erat autem Sinon deſtinatus aræ: vt dicetur : aut ideo ne quæ dictu/rus eſt, Sinon Troianis dicat: dicturus enim eſt, quomodo per ſuſceptionem equi, Minerua placetur,& Troia incolumis maneret:& per eius violationẽ periret:ne ergo equum beniuolæ ſuſcipiant,cognita per Sinonem re omni optarent Atridæ, vt quam primum de eo ſumerent Troiani vltionem. Et licet Troiani non intelligant, cur id dicat : intelligunt tamen eum: ſignificare ſibi commodam fore Sinonis vitam,quum eius mortem tantopere cupiant hoſtes. Hoc autem dicto,ſubticuit,quaſi qui ſe verebatur fruſtra plura loquuturum.

## PIERIVS.

¶ Cuncta equidem tibi rex (fuerint quæcunq;) fatebor Vera.) Nonnullis in codi.peruetuſtis legere eſt,fuerit quodcunq;,ſingulari numero:quanquam nõ ſum neſcius plurimos eſſe,qui prio/ri faueant lectioni:quia.ſ.cuncta,præpoſitum eſt nomen multitudinis,ſed enim Seruius,fuerit quodcunq;,videtur agnouiſſe:dũ exponit,quicunq; me ſequatur euẽtus. Cum Seruio eſt Donatus qui apte,fuerit quodcunq;,interpretatur:hoc modo,cuncta (in/quit) & quidquid fuerit fatebor:vt,fatebor,bis accipiatur:ne fiat per numeros vitium,vt ſit,fatebor cuncta:itẽ,fatebor quodcũq; fuerit. In Med.cod.cuncta quidẽ legitur:ſed equidem ex eorum ſententia eſt,qui primam perſonam ei ineſſe aduerbio volunt,vt ſit,equidem,ego quidem,quum tamẽ Cato apud Salluſtium dicat: Quare vanum equidem hoc conſilium eſt niſi & Salluſtiani quoq; cod.corrupti ſunt. ¶ Regnumq; vigebat Conſilijs.) Sunt qui,regum concilijs,legendum autument. Sed id licet ego nuſq̃ in his veteribus legerim exem.inueni tamen apud Ti.Donatum, regum:interpretatum hoc modo,deferebatur.n.patri meo,quia in numero regum fuit,& plurimum viguit. Hęc nobilitas gene/ris idcirco

ſis idcirco compoſita eſt: vt Troianorũ miſericordiã, de præteritã, & pręſenti fortuna, prouocaret ad lenitatẽ. ¶ Inuidia poſtquã pellacis Vlyſſi.) In Longob. & in aliquot alijs antiquis cod. fallacis, legitur: quã ego paraphraſin fuiſſe puto, quãuis ita ẽt ſcriptũ ſit in cod. Cariſiano, quẽ Long. characteribus ſcriptũ, Ianus Parrhaſius mihi legendum cõmodauit, verſu eo loco citato, vbi de nominibus in, e, quæ ſine ratiõe genitiuum in, l, faciunt, differit. Nam codicum referre varietates, ſuper hmõi terminatione, iam ſuperuacuum eſt: ſed quantum pertinet ad epitheton, vtrũ q̃ppe pellacis, an fallacis, legendũ ſit, Velius Lõgus exemplum citat ex Virgilio, Pellacis Vlyſſis. Vbi ex præpoſitione, per, r, literã, in, l, abire dicit, quoties, l, altera ſubſequitur, neq; aliter vnquam legi apud Luciliũ affirmat, q̃; pellicere, quod eſt inducere. ¶ Superis conceſſit ab oris.) In cod. Longob. exceſſit, ſed conceſſit, Donato agnoſcitur, apud quẽ habes. Non dixit, mortuus eſt, ſed cõceſſit: vt memoria eius digna eẽt, quæ poſt hõis finẽ viuere mereretur. ¶ In vulgum ambiguas.) Sane, volgum, ea q̃ppe ſcribendi rõne, qua vſos veteres nemo inficiatur: nõ in Virgilianis tm̃ codicibus per o, prima ſyllaba notatum inueni, verũetiam in Liuianis manu ſcriptis, hiſq; peruetuſtis: vt li. iij. de ſẽ. bel. pu. Huic non apud volgum modo fides fuit. Quod vero ſup nominis genere diſputatur, Virgilium, Siſennam, Attium, & Varronem volgũ maſculino genere poſuiſſe, neutro Lucilium, atq; eo loco Virgiliũ, ignobile volgus. Soſipater, ex veterum grammaticorum opinione, ait, volgus maſculini generis, potius quàm neutralis, quia nullum neutrale biſſyllabum, u, s, literis terminatum, genitiuo in, i, vltima exit ſyllaba: ſic ille. ¶ Nequidquàm ingrata.) In codi. aliquot antiquis, & hic: & alibi, nequiquã, ſcribitur, abſq; vlla alia conſonante inter i, & q, Sed enim Victorini præcæptum eſt, in hæc verba, quidquam, & quidquid, & quodq;, prima ſyllaba, quoties habuerint, d, id vos producite, & ſupponite, c, ne duæ partes integræ eſſe videantur: ex hoc præcepto volunt, nequidquàm, interiecto, c, notari. Sed qui ſcriptionibus antiquis fauent, nequiquã, aduerbium, a caſu ablatiuo deſumunt, veluti etiam nequaquã, atque ita vtrunq; eodem modo ſine, c, ſcribũt, frigida hæc omnino, vel Fab. Quintilianus eſſe dicat: ſed hoc tẽporibus eruditis, nunc corrupta adeo loquendi ſcribendiq; ratione: minime vitio detur, ſi quis etiam talia perquirat.

¶ Tũ vero ardemus ſcitari, & quærere cauſas, POETA
Ignari ſcelerum tantorum, artiſq; Pelaſgæ.
Proſequitur pauitans, & ficto pectore fatur.
¶ Sæpe fugam Danai Troia cupiere relicta SINON
Moliri, & longo feſſi diſcedere bello,
Feciſſentq; vtinam: ſæpe illos aſpera ponti
Interclusit hyems, & terruit auſter eunteis,
Præcipue, quum iam hic trabibus contextus acernis
Staret equus, toto ſonuerunt æthere nymbi.
Suſpenſi Eurypilum ſcitatum oracula Phœbi
Mittimus, iſq; adytis hæc triſtia dicta reportat.
Sanguine placaſtis ventos, & virgine cæſa,
Quum primum Iliacas Danai veniſtis ad oras,
Sanguine quærendi reditus, animaq; litandum
Argolica. Vulgi quæ vox vt venit ad aureis,
Obſtupuere animi, geliduſq; per ima cucurrit
Oſſa tremor, cui fata parent, quem poſcat Apollo.
Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu
Protrahit in medios, quæ ſint ea numina diuum
Flagitat, & mihi iam multi crudele canebant
Artificis ſcelus, & taciti ventura videbant.

SERVIVS.

¶ Ardemus ſcitari.) Feſtinamus inquirere. ¶ Quęrere cauſas.) Cur à Græcis eius optaretur interitus. ¶ Artiſq; Pelaſgæ.) Ars, τῶν μέσων eſt. Ideo adiecit Pelaſgæ. ¶ Pauitans.) Quaſi pauitans. ¶ Ficto pectore.) Pectus ꝓ verbis poſuit. Nam nunq̃ fingitur pectus. ¶ Sæpe fugam Danai.) Hoc ſecundum Homerum verũ eſt. ¶ Moliri.) Parare. ¶ Feſſi bello.) Troianos laudando. Si enim fatigati ſunt Gręci, horum virtus probatur, & ſibi fauorem cõciliat. ¶ Vtinam.) Nec enim hic aræ deſtinabatur. ¶ Ponti hyems.) Bene addidit Ponti: quia eſt & temporis. ¶ Eũteis.) Ire cupiẽtes: vt, Quum canerẽ reges & prẹlia, i. cum canere vellẽ. & à Græcis figura eſt, vbi ſtatuiſſe aliqd pro inchoatiõe haberẽtur. ¶ Præcipue.) Contra illud ne diceretur numina nõ eſſe placata. ¶ Æthere.) Ætherẽ pro aere poſuit poetica licentia. ¶ Suſpenſi.) Aut ſolliciti: vt, Noſtroq; in limine pendẽs, quia nec tẽpeſtas poſt dona mutabaẽ. Aut ad Nimbos refertur diſtinctiõe mutata. ¶ Scitantẽ.) Participiũ pro participio eſt. i. ſciſcitaturum. Alij Scitatum legunt. i. inquiſitum. ¶ Oracula.) Templa, de q̃bus dantur oracula. ¶ Adytis.) Adytum eſt locus templi ſecretior: ad quẽ nulli eſt aditus niſi ſacerdoti. ¶ Triſtia dicta reportat.) More ſuo breuiter habitum futuræ orationis oſtendit. ¶ Sanguine placaſtis ventos, & virgine cæſa.) Quum primũ, hic diſtinguendum eſt; quia & ſemel ad Troiã ventũ eſt: & anteq; ad eam veniretur, de Iphigenia eſt ſacrificatum, cuius fabula talis eſt: Cum græci ad Aulidem veniſſent, Agamemnon Dianæ ceruum occidit ignarus. Vnde irata dea flatus ventorum remouit. Quamobrem cum nec nauigare poſſent, & peſtilentiam ſuſtinerent: oracula conſulta dixerunt Agamemnonio ſanguine Dianam eſſe placandã. Ergo quum ab Vlyſſe per nuptiarũ ſimulationem adducta Iphigenia in eo eſſet vt immolaretur, numinis miſeratione ſublata eſt: ceruaq; ſuppoſita: & trãſlata ad Tauricam regionem regi Thoanti tradita eſt. Sacerdoſq; facta Dictynæ Dianæ, quum ſecundum ſtatutam conſuetudinem humano ſanguine numẽ placaret, agnouit fratrem Oreſtem: qui accæpto oraculo, carendi furoris cauſa cum amico Pylade Colchos petierat: & cum his occiſo Thoante ſimulacrum ſuſtulit abſconditum faſce lignorum. Vnde & faſcelis dicitur: non tantum à face, cum qua pingitur, propter quod & lucifera dicitur: & Aritiam detulit. Sed quum poſtea Romanis ſacrorum crudelitas diſpliceret (quãquã ſerui immolarentur) ad Laconas eſt Diana tranſlata, vbi ſacrificij conſuetudo, adoleſcentum verberibus ſeruatur: qui vocabantur Bomonicæ: quia aris ſuperpoſiti contendebant quis plura poſſent verbera ſuſtinere. Oreſtis vero oſſa ab Aritia Romam tranſlata ſunt: & condita ante templum Saturni, quod eſt ante cliuum Capitolini, iuxta Concordiæ templum. ¶ Virgine cæſa.) Non vere: ſed vt videbatur. Et ſciendum in ſacris ſimulata pro veris accipi. Vnde cũ de animalibus quæ difficile inueniunẽ, eſt ſacrificandum: de pane vel cera fiunt, & pro veris accipiũtur. Hinc eſt etiam illud, Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni. Nã & in tẽplo Iſidis aq̃ ſparſa de Nilo eẽ dicebaẽ. ¶ Argolica.) quia occurrebat, Occidi potuiſſe captiuũ. ¶ Cui fata parent.) cui ꝑparẽt mortẽ. ¶ Magno tumultu.) Ad factionem tegendã. ¶ Numina diuũ.) Pro oraculis poſuit: & quęritur mõ non qd dicat (Nã planũ eſt) ſed quis debeat immolari. ¶ Multi crudele canebant.) Multi, bis intelligendum. i. multi videbant taciti, multi etiam dicebant: ne ſit contrarium, canebant taciti.

DONATVS.

¶ Tũ vero ardemus ſcitari, & q̃rere cauſas.) Hoc cõſilio nos accendit audiendi deſiderio. deniq; ſcitari cupimus, hoc eſt impenſius q̃rere & interrogare cauſas, cã eſt ꝓpter quã ſit aliqd. nihil. n. ſit, niſi quod pręcedat cauſa faciendi. ¶ Ignari ſcelerũ tantorum artiſq; pelaſgę. Nos), inquit, ex noſtra ſimplici & honeſta natura iudicantes gręcos vera Sinonem loqui arbitrabamur. Porro aũt illi oẽs doloſi ſunt omneſq; fallaces, & hoc eſt, quod ait ſupius, ab vno diſce omnes. ¶ Proſequitur pauitans.) Pauitantem debemus accipere, aut ſimulato pauore loquentẽ, aut vere pauitantẽ, ne titubante lingue curſu inſidiarũ deceptio naſceretur, quas iam videbat in tuto. ¶ Et ficto pectore fatur.) Pectore cœpit loq, hoc eſt, diſſimulata veritate aliud promebat officio lingue. quũ aliud pectore retineret. ¶ Sępe fugam danai. t. c. r. Moliri, & lo. f. di. bello.) Mendacium cum argumẽto, quo credibile videri potuiſſet, quod dicebat parauerũt, inqt, ſępe reditum gręci, hoc falſum fuerat, addidit cauſam veluti reditus maturandi, & argumẽtũ ſumpſit à tempore, longo feſſi diſcedere bello, vt qui annis tot victoriam conſequi nequiuiſſent crederentur diuturnitatis tædio affectum reieciſſe certandi. ¶ Feciſſentq; vtinam.) Bene optabiliter poſuit. hoc enim & Troiani libenter audiebant, & Sinoni proderat. huius conſilij non perfecti vltro rationem præſtat. potuit enim dici è diuerſo. ſi hoc diſpoſuerant cur factum non eſt. ¶ Sæpe, inquit, Illos aſpera ponti Interclusit hyems, & terruit auſter euntes.) Vt non conſilio factum, ſed euentus defuerit voluntati. ¶ Toto ſonuerunt æthere nymbi.) Nec ſoli venti, vel aſperitas

ſperitas maris volentes à nauigio reuocauit, Impedierunt, inqt, & ſigna cœleſtia. ☞ Suſpenſi Eurypilum ſci. ora. phœbi. Mitti. iſq ad. hæc t. di. re.) His, ait, quum omnes non immerito mouerentur, miſſum eſt ad Apollinem, vt quid illud portẽderet, vel quid facto opus eſſet, poſſemus addiſcere, ſed eurypilus remeans triſte admodum nunciauit & dubium. ☞ Virgine cæſa, Cum p. i. da. v. ad. o. San. qu. re. an. li. Argolica.) Cæſę virginis ferunt veram eẽ fabulam. hoc autem quod dicit Apollinem reſpondiſſe, ipſe ſinõ ad fallendum compoſuit, & more ſuo falſum veris admiſcuit, vt ea quæ fuerant compoſita mendacitate facilius crederentur, addidit, animaq; litandum argolica. quia dicturus fuerat ſe quæſitũ ad mortem. nam ſi ſanguis humanus diceretur neceſſarius, potuit quicunq; mactari, alienus. ſ. à natione græcorum. Ecce quomodo componit fuiſſe reſponſum, vt reuera videretur inimicus eius occaſionem reperiſſe, qua eum diceret occidendum. Cæſę, inquit, virginis ſanguine placaſtis ventos cum iretur ad Troiam, ſanguine quęrendi reditus, vtiq; alia virgo debuit occidi ob reditum, ſed quia in exercitu viri tantũmodo fuerant, dixit fuiſſe talẽ reſponſi partem, vt iam non ſexus ſed cuiuſlibet græci duntaxat prouideretur interitus. ☞ Vulgi quæ v. vt ve. ad au. Obſtupuere. a. g. q. p. i. c. Oſſa tremor. c. ſa. pa. q. p. ap.) Cum diceret aliquem ex omnibus occidendum, non inaniter ſubiunxit vniuerſos metuiſſe ſupplicium. generalitas enim quẽ fuiſſet ſpecialiter productura, habebatur incertum. ☞ Hic ithacus va. ma. cal. tu. pr. in. m. quæ ſi. e. n. di. Fla.) Ecce excuſat calchantem, nunc enim dicit vim paſſum, vt falſa pro veris diceret in quo ipſo & à perſona argumentatus eſt, quia Vlyſſem aſſeruit iperpetrandis ſceleribus eruditũ.

ASCENSIVS.

Tum vero ardemus, &c.) Notum eſt poetę verbũ, Nitimur in vetitũ ſemp, cupimusq; negata: quocirca cũ ſe Sinon ſignificaret nolle dicere: aut nõ optare id quod occœperat pdicere, cũ ſe fruſtra dicturũ vereatur, ardebant Troiani fraudis, & doli ignari rẽ oẽm peraudire: & quod innuitur, ſed nõ dr̃ admonebãt Sinonẽ, vt pgeret: ſed priusq̃ nos pergamus, Donati verba recitemus, q̃ hęc ſunt. ☞ Tum vero.) Hoc conſiliũ, noſtram cupiditatẽ audiẽdi accẽdit. ☞ Ignari.) Nã noſtra ſimplici natura pẽdẽtes græcos illũ vera dicere putabamus. Sed illi oẽs ſunt dolos: vñ ſociauit illud, Et crimine ab vno Diſce omnes. ☞ Pauitans.) Aut pauorẽ ſimulans, aut pauitans ne lingua titubãte in curſu inſidiarum defectio naſceretur, quã iam videbat in tuto eẽ. ☞ Sępe fugã.) Cũ hoc falſum eẽt, parat cãm qua ſit credibile. ſ. bello feſſi. ☞ Feciſſentq; vtinam.) Recte optare ſimulat. Nã & Troianos placabat, & ſibi cõmiſerationẽ captabat. ☞ Sæpe illos a.) Non conſiliũ facto, ſed euẽtus voluntati defuit. ☞ Sanguine.) Verum dicit de Iphigenia: falſum addit de pręcepto Apollinis: miſcet ergo vera vt credantur falſa. ☞ Argolica.) Ne credatur potuiſſe litari alienigena. Nec quęrẽda erat virgo cũ exercitus fœminis careret. ☞ Vulgi.) Quę vox, quũ. n. gñalitatẽ propoſuiſſet: quia res incerta erat, vnuſquiſq; timebat ſibi. Excuſat aũt Calchantẽ qui falſa dixerit. nam oſtendit vim eſſe paſſum. Remouet à ſe odium: quia Gręci aſſenſere de eo non qm̃ odiſſent, ſed vt ipſi interitu, qui incertus erat liberẽtur.

Ordo. Ordo eſt. Nos ardemus. i. ardẽter cupimus, tũ vero. i. maxime tũc: quaſi quũ prius negligẽter, & ſimulãter, tũ ad verũ ardemus ſcitari. i. ſciſcitari: & quęrere. i. inquirere cauſas. ſ. ob quas Ithacus velit, & Atridę magno mercẽtur mortẽ eius. Nos iquã ardemus id ſcitari, & inqrere exiſtentes ignari tantoꝝ ſcelerum. i. qui neſciuimus tm̃ ſcelus poſſe in quẽq; cadere, vt tantum mali ſub tali ſpẽ prętenderet, & ignari artis pelaſgæ. i. gręcanicę: cuius eſt mentiri & fallere. Ipſe ergo admonitus, aut videns eos id pcipere, pſequitur pauitãs. i. pauitanti ſimilis: tremens. ſ. ac palpitans: & fatur pectore ficto. i. ſimulato: qa videbatur pectore anxio, & mœroris pleno, & ab intimo pectore loq, quũ oĩa fingeret: non ergo dicã ficto pectore pro fictis verbis: nã verba non erãt ficta, ſed vera, licet falſum continerent pectus, aut ſimulatũ aliud ꝑtendẽs q̃ erat. Fatur ergo ſic: Danai. i. græci cupiere ſæpe moliri. i. cũ mole & difficultate, attentare fugã. i. turpẽ abitũ: & ita moliri, qa ſupbis animis, & generoſis, turpe eſt fugã facere: & hoc Troia relicta & ipſi feſſi, longo bello cupiere, diſcedere longo bello, aut Troia: & vtinam feciſſent. q. d. tunc. n. nec ipſis tantũ dedecoris, nec mihi tm̃ mali obueniſſet. ſed hyems. i. tẽpeſtas: aſpera. i. incõmoda, & procelloſa. ponti. i. maris: intercluſit. i. coercuit ab ingreſſu maris: illos. ſ. Danaos: & auſter. i. ventus impetuoſus, terruit eos: eũtes. i. ire volẽtes: aut iam ire incipientes. Præcipue iam quum hic equus cõtextus trabibus acernis. i. ex acere arbore aſſumptis: ſtaret. i. erectus eẽt: tũc. n. nymbi. i. nubes vẽtoſę, ſonuerũt toto ęthere. i. aere ſupiore aliquanto, q̃ res ſęuã tẽpeſtatẽ futuram indicat. (Callide aũt inducit mẽtionẽ equi: vt Priamus interrogaret, cur extructus eſſet. Nos ſuſpẽſi. i. dubñ & ſolliciti: mittimus Eurypylum, vatẽ illũ, & augurẽ Herculis & Caſiopes filiũ, qui Troiã venit, Homero teſte: inferior tñ Calchante fuiſſe dicitur.) ſcitatũ. i. inquiſitũ: oracula Phœbi. i. rñſa Apollinis: & is reportat adytis. i. oraculis, & ſecretis locis dei, quæ nemini præter q̃ ſacerdoti adire licet: hæc dicta. i. rñſa: triſtia. ſ. tunc omnibus græcis, & poſtea præcipue Sinoni. (Refert aũt verba, in forma quorũ hiſtoriã tangit Seruius. Iuuena. tñ & Hora. reuera, cæſam atteſtantur Iphigeniam.) O Danai, vos placaſtis. i. ſedaſtis vẽtos, placatis dñs q eos excitarunt: aut dea. ſ. Diana: ſanguine. i. effuſione ſanguinis. ſ. Iphigeniæ, & virgine. ſ. Iphigenia: cæſa. i. occiſa, aut reuera, aut ſimulatione quadã occiſa. ſ. loco eius cerua: reditus ſunt quęrẽdi. i. acquirẽdi vobis ſanguine: & litandũ eſt. i. oportet litare. i. optatũ à dñs impetrare: anima Argolica. i. oblatione animæ, aut vitæ alicuius Gręci: hoc eſt, ſicut non potuiſtis, pręſæuitia tẽpeſtatũ, claſſem appellere Troiam donec virginẽ Dianę mactaſtis: ita nec redibitis priusq̃ hoĩem Græcum obtuleritis: quæ vox. i. quæ ſnĩa oraculi: vt. i. poſtq̃, ꝑuenit. i. increpuit: & allata eſt ad aures vulgi (quia proceres parũ verebantur, cũ q̃uis anima ſatis foret.) animi. ſ. vulgi obſtupuere: & ſanguis gelidus. i. timore frigefactus, aut potius membra gelida, & pallida relinquẽs: cucurrit per oſſa ima. i. interiora circum pręcordia: verebantur. n. cui fata parent. i. deſtinẽt, aut præparent mortẽ: & quẽ Apollo poſcat: hic. i. hoc loco, aut hoc tpe: ſed potius hoc tpe: niſi locus pro tpe accipiatur: Ithacus. i. Ithacenſis: Vlyſſes protrahit Calchanta vatẽ. i. diuinatorẽ, & ſecretorũ diuinorum interpretẽ, ac futuroꝝ prophetam: protrahit, dico, in medios, ſup. cũ magno tumultu: ne, videlicet, aliqd inſuſurrare, ſed oĩa palã agere videatur: quę circũſtantia rei fidẽ facit, qa omnes intelligunt id eũ aſtu feciſſe, quẽ aſtutia cęteros añ ire noſcunt: & flagitat. i. cũ flagitatiõe, & murmure valido rogat quæ ſint ea numina. i. oracula: aut voluntas diuũ. i. qd, aut quẽ, ſibi dñ p talia oracula poſcant: & multi canebañt. i. apte annunciabant: ſcelus mihi. crudele. i. factionẽ artificis. ſ. Vlyſſis: hoc eſt, multi addicebãt mihi mortẽ: ex factione Vlyſſis: qa cognoſcebant, vbi ad Vlyſſem res relata eſſet: cum ille mihi inimiciſſimus eſſet, ꝙ ego is eſſem, qui morti addiceretur: &, ſup. multi: taciti. i. tacentes videbant vẽtura. i. quæ euenirent: & ita, (ſm Seruium) repetendum eſt vocabulum, multi. Ego tñ potius ſic expoſuero, vt canere non ſit vocale, ſed mẽtale: hoc eſt, prędicere animo: tracta metaphora à vaticinñs, quæ carmine eduntur. Vnde Hora. in arte: Dictæ per carmina ſortes, & cantor Apollo. vt ſit ordo: multi canebant. i. vaticinabantur animo ſuo mihi. iam crudele ſcelus i. facinus: artificis. ſ. Vlyſſis: & pro. i. ipſi taciti. i. nihil dicẽtes: videbant. i. conſyderabant: vẽtura. i. quæ euenirent. (Sed priusq̃ reliqua conſtruamus, præmittam, quæ de Calchante collegit Landinus, ea aũt hæc ſunt. Hic vates fuit Teſtoris filius ſic dictus) vt græci grammatici volunt ἀπὸ τῆς καλχῆς id aũt eſt πορφύρα. πορφυρεῖν aũt eſt μεριμνεῖν. i. accurate excogitare. Quoniam hic, accurate futura excogitaret. Hic apud Troiam, ex numero paſſerum à ſerpente voratorum, quot annorũ obſidio Troiæ futura eſſet, prædixit. Poſt vero Troianum bellum, aiunt illum cũ Amphilocho, Amphiarai filio, terreſtri itinere, Colophonẽ, quę vrbs Cariæ eſt, perueniſſe: & quum apud Phanum Clarñ Apollinis, quod ante eam vrbem eſt, in Mopſum augurẽ præſtantiſſimum incidiſſet: præ mœrore mortuum eſſe: Heſiodus ſcribit Calchantem, Mopſo propoſuiſſe, vt diceret quot ficus ea quæ aderat, caprificus ferret: ac Mopſum dixiſſe decies mille, vnaq; amplius: ac quũ vera de numero dixiſſet, continuo Calchantẽ è vita migraſſe: Pherecides aũt ſcribit, prægnante ſue oblata Calchantẽ, iterrogaſſe Mopſum, quot illa porculos in vtero gereret? & Mopſum reſpondiſſe tres, atq; ex illis vnam fœminam: & quum vera dixiſſet, illum præ dolore mortuum. Sunt qui dicunt, Calchantem ſuẽ propoſuiſſe: & Mopſum Caprificum, ac Mopſum vera dixiſſe: Calchantẽ vero minime: & pręmœrore mortuum: & Sophocles in quodam loco ſcribit, quũ Helena repoſceretur, tunc Calchanti fata mortẽ decreuerunt, quum præſtantiorẽ augurẽ oſtẽdiſſet. Sed hic Calchantis mortẽ transfert in Ciliciam. Refert præterea Strabo, ꝙ in agro Saunio, qui non procul à ponte eſt: circa tumulum, quẽ Drion vocant, Baſilicæ duæ monſtrantur: vna quidẽ Calchantis in ſummo vertice, cui petẽtes oracula, nigrantẽ ſacrificant arietẽ, & ſtrata in pelle dormiunt: altera Podalyrñ, in infima montis radice poſita.

PIERIVS.

Scitatum oracula Phœbi mittimus.) In Longobar. cod. ſcitantẽ, legimus: quod agnoſcit Seruius; & participiũ pro participio poſitum

poſitum ait, quippe, p ſcitaturum. Sed enim Soſipater Cariſius, ſcitatum, legit in ſolœciſmo: pro q; ſciſcitatum poſitum ait. Animaq; litandum Argolica.) In codice Longobardico legere eſt quarto caſu, Animamq; litãdum Argolicam, quod alij viderint. Nam hæc per ſeptimum caſum proferri potius conſueuerunt. Eſt etiam in Mediceo vna plus dictione, litandum eſt, quod quidẽ verbum etiam cum decoro reticetur.

SERVIVS.

Bis quinos ſilet ille dies, tectuſq; recuſat
Prodere voce ſua quẽquã, aut opponere morti.
Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus
Compoſito rumpit vocem, & me deſtinat aræ.
Aſſenſere omnes, & quæ ſibi quiſq; timebat,
Vnius in miſeri exitium conuerſa tulere.
Iamq; dies infanda aderat, mihi ſacra parari,
Et ſalſæ fruges, & circum tempora vittæ.
Eripui (fateor) leto me, & vincula rupi,
Limoſoq; lacu, per noctem obſcurus in vlua
Delitui, dum vela darent, ſi forte dediſſent.
Nec mihi iam patriam antiquam ſpes vlla videndi,
Nec dulceis natos, exoptatumq; parentem,
Quos illi fors ad pœnas ob noſtra repoſcent
Effugia, & culpam hanc miſerorum morte piabunt.
Quod te per ſuperos, & conſcia numina veri,
Per (ſiqua eſt, quæ reſtat adhuc mortalibus vſquam
Intemerata fides) oro, miſerere laborum
Tantorum, miſerere animi non digna ferentis.

Bis qnos ſilet ille dies.) Dicimus &, Bis quinis ſilet diebus. Tectus.) Aut multitudini ſe ſubtrahens, aut tegẽs conſilium ſuum. Vix tandem, aut iunge, & vacat tandem. Aut ſepara: & eſt exaggeratio à ſynonymis, vt, abijt, exceſſit, euaſit, euanuit, erupit. Compoſito.) Ex pacto. Rũpit vocem.) Hoc eſt erumpit in vocem & dictum eſt per contrarium. Nam ſi ſilentium rumpere, eſt loqui: vt, Quid me alta ſilentia cogis Rumpere? Vocẽ rumpere, eſt tacere. Sed aliqua interdum ſimpliciter, interdum per contrarium intelliguntur. Et quæ ſibi quiſq; timebat.) Ideo hoc addidit, quia dixerat Aſſenſere oẽs: ne videretur fuiſſe cũctis ſuę gẽtis inuiſus. Mihi.) Multi poſterioribus: multi prioribus iungunt. Vnus tamẽ eſt ſenſus. Parari.) Infinitus modus pro indicatiuo: & eſt figura propria hiſtoriographorum: vt Salluſtius, Equitare, iaculari, curſu cum æqualibus certare: Vt poetarum proprie eſt, Nuda genu & Toruum clamat. Quod aũt ait Cicero, bellicũ canit: non eſt figura, ſed ſermo naturalis. Eſt.n. ſoni nomen. Salſæ fruges.) Sal & far quod dicitur mola ſalſa: qua & frons victimę & focij aſpergebantur, & cultri. Fiebat aũt de horna fruge, & horno ſale. vt Horatius, Et horna fruge. Vittæ.) Quibus victimæ coronabantur. Letho.) Non ſacrificio. Inuidioſe locutus eſt. Vincula rupi.) Atqui ſolutæ ſunt hoſtiæ. Nam piaculum eſt in ſacrificio aliquid eẽ religatũ. Vñ eſt, Vnum exuta pedẽ vinclis in veſte recincta. Item, vittaſq; reſoluit Sacrati capitis. Ergo vincula religionis intellige. vt, Et vinclis innaret Lœlia ruptis. ſ. fœderis. Nec.n. obſides vnquã ligantur. Sed huic expoſitioni illud occurrit. Vñ iſte ligatus fuerit, quia eum Troiani non ligarunt. vltro.n. ſe obtulerat. Vñ intelligendum à Græcis magis ligatum ante tẽpus ſacrificij. Nam conſuetudo illa, quam ſupra diximus, erat in ipſo tẽpore ſacrifitiorum. Ante.n. ligabantur: vt Iuuenalis, Sed procul extenſum petulans quatit hoſtia funem. Limoſoq; lacu.) Vt veriſimilẽ fugam faciat, circunſtantijs vtitur. Notandum ſane Virgilium ſub aliorum perſona cãm exequi nobilium: vt hoc loco Marij. Itẽ paulo poſt Põpeij: vt Iacet ingẽs littore trũcus. Per noctẽ obſcurus.) Bona eloquutio eſt, rem tẽporis ad perſonam transferre: vt matutinus venit. Si forte dediſſent.) Medium ſe præbet. Nam nec negat. nec confirmat eos nauigaſſe: ne aut eis demat ſecuritatem: aut quod ſupra dixit, falſum ſit non poſſe nauigare Græcos, niſi homine immolato: vt illorum ſit quicquid elegerint: & artis eſt, in argumentorum anguſtia incertis vti ſermonibus. Antiquam.) Charam. Et bene commemorat liberos & parentem: vt oſtẽdat ſe, Vt vilem, ſed mortis fugiſſe terrorẽ. Fors ad pœnas.) Forte & pœnas. Alij iungunt fors &, vt ſit forſan. Et bene elicit miſericordiam: oſtenditq; non ſe habere cauſam redeundi poſt mortem ſuorum. Effugia.) Et fuga, & effugium dicimus, ſic lana & lanitium vt, Si tibi lanitium curæ. Hinc eſt ęquitas & æquum. Piabunt.) Expiabunt: & τῶν μέσων eſt. Nã plerunq; & impiare ſignificat. Per, ſi qua eſt.) Diaſyrtice ridet, vt diximus. Oro.) Ordo eſt, Quod te oro per ſuperos. Non digna ferentis.) Indigno luctu affecti.

DONATVS.

Vix tandem. m. it. cl. a. Compoſito rum. u. & me. d. a. Aſ. o. & q. ſi. qu. ti. Vn. in. m. e. co. tu.) In ipſo mendacio cautus fuit, ne dignus videretur, qui pateretur, talia. Si enim ita vixerat, vt omnes ſuos habuiſſet inimicos, nec à Troianis veniam meruit impetrare. ſolum ergo dicit infeſtum ſibi vlyſſem fuiſſe, quem iuſta ex cauſa ferat inimicum. calchas. n. & coactus fecit, & diu nihil voluit dicere. Ex his tamẽ quæ inſinuatione vlyſſis accæperat, magno inſolẽtis & pernicioſi hominis tumultu prouocatus dixit, ad illa ſacrificia ſinonis ſanguinem poſtulari. quo facto omniũ proceſſit aſſenſus, non ideo q apud omnes habuiſſet odium Sinon, ſed q vnuſqſq; metueret, ne in deſignati locum ſubderetur. Vlyſſis autẽ factionem fuiſſe manifeſtam apertiſſime comprobatũ eſt, ex eo quòd hæc per ipſum vẽtura multi prædixerant, & calchas per plurimos dies nullũ voluit deſignare mactãdum. Iãq; dies infan. ad. m. ſa. pa. Et ſal. fru. & cir. t. vi.) Iam inquit, dies aderat execrata, quę mihi lucem fuerat ereptura, vſq; adeo vt iam in me ſacrorum eſſet completa ſolẽnitas. ſolus ſuperat meæ ſalutis interitus. Certe & vittis meum caput fuerat nexũ, & libamina parata ferebantur, ad quæ ipſe aderat nefarius dies. Eri. (fa.) le. me. & u. r.) Fugi, inquit, non culpam alicuius admiſſi, ſed vt crudeliſſimæ mortis exitium innocẽs euitarẽ, fugi, ne morte mea gauderet inimicus, fugi, & me fugiſſe confiteor, potuit dici, quo potuiſti fugere, qui fueras vinctus? ait ipſe, rupi vincula, atq; ita meæ ſaluti proſpexi. Li. l. p. no. ob. in vl. De.) Singula nõ ſine ratione poſuit. nam omnia fugitiuo ſuffragari potuerũt. Limus, & lacus, quo non facile poſſent inſequẽtes intrare, poſuit & noctem, vt non tm̃ à loco verunetiã à tpe duceret argumentũ, ac tenebris quoq; videretur adiutus. Obſcurus in vlua delitui, timiditatẽ nimiã vult demonſtrare, vt cũ eẽt in illo loco, quo nulli aditus facilis putaret, addiderit alia, qbus eſſe ſecurior poſſet. In vlua delitui: vluã pleriq; eã dicũt eẽ, quã vulgo budã appellẽt. nos nihil dicimus intereſſe vtrũ ipſa ſit an alterius gñis ſpẽs dũmodo ſciamus in loco aquoſo non defuiſſe, quod cælare hoiẽm poſſet. Dũ vela darẽt.) Tãdiu futurus in occulto, q̃; diu nauigarent, vt ſuos magis q̃; Troianos metuiſſe videret. deniq; poſt hoc velut factũ vltro eũ ſe conſtat paſtoribus obtuliſſe. Si forte dediſſent. Nec mihi iam patriã antiquã. ſ. v. vi. &c.) Deliberationẽ ſuã fingit, quã velut in fuga poſitus habuit. cõſtitutus, inqt, in latebris, hæc aĩo voluebam, cõmodũ quippe ſaluti meę fore, ſi nauigarent illi quos fugerã, ſciebã. n. me & inquiri poſſe, & forſitan reperiri, propter incolumitatẽ aũt meam hoc eẽ tutum exiſtimãs, optabam, vt nauigarent, at ex altera parte occurrebant multa, omniaq; aduerſa & ſatis dura mihi, & luctuoſa. primo qppe cogitabã, nunq̃; me viſurũ patriã antiquã, aut magnã dixit vt alijs quoq; in locis poſuit, aut cuius affectũ diuturnitas tpis ac meritũ cumulauerat. Nec dulces natos, exoptatũq; parentẽ. Quos illi fors at pœnas ob noſtra repoſcent effugia, & culpam hanc miſerorũ morte piabũt.) Singula ſingulis dedit, patriam dixit antiquã, natos dulcis, & exoptatum patrẽ. ſenſus iſtius loci ſic colligitur, ſi nauigaſſent gręci. q nec patriã viſurus eſſet antiquã, nec natos dulces, nec patrem exoptatũ metum aũt occurrere peioribus coniectura currẽte, quos illi commoti ex fuga eius occiſuri eſſent oẽs, & hoc factũ miſerorum interitu penſaturi, piabunt aũt neceſſario poſuit propter piaculum, quod fugiendo admiſerat & deceperat neceſſitatem, propter quam victima parabatur. hæc dicta ſunt, vt omnia quæ fuerat mentitus confirmaret, ac facile crederent Troiani vera eſſe confeſſum. Quod te per ſuperos, &c.) Verba ipſius adhibentis ad teſtimonium deos dubia & incerta, & quę prẽmere nõ poſſent mentientẽ. per ſuperos te, inquit, rogo, qui ſciunt veritatem. quis neſciat poſſe omnia ſcire ſuperos? Nũquid dixit? per ſuperos te rogo, qui ſciunt me nulla in parte mentiri, per fidẽ, inquit, ſi tñ incorrupta põt alicubi reperiri. ſciebat enim apud ſe fidem non fuiſſe, & ideo arbitrabatur non eſſe apud quenquam. Miſerere laborum tantorum, miſerere animi non digna ferẽtis. Sciebat ſe odioſum vt pote hoſtis gerere perſonam & ex ea cauſa

dignum eē, qui mereretur occidi:tulit ſe ab hac parte,& veniam ſibi ex occaſione malorum præſentium poſtulauit.Vinctus enim crudeliter fuit vtpote captiuus. Idcirco ait Miſerere laborū tantorum,vtiq; offerebat vincula ſua,& captiuitatis miſerias teſtabatur,deniq; mox ſecutum eſt.

ASCENSIVS.

❡Bis quinos ſilet ille dies.)Proſequitur reliqua de ſe acta Sinon de quibus Donatus ſic:Fugi,non culpā criminis,ſed innocēs crudeliſſimam mortem:ne ea gauderet inimicus.Et ne quis quęrat, quomodo potuerit fugere,addit. ⸢Vincula rupi, Limoſoq; lacu.) Limus.n.& lacus ſuffragabantur,ne poſſent inſequentes intrare.Poſuit &,Noctē,nam & tenebræ adiuuabant. ⸢In vlua.) Timiditatē maximam ſimulat:vt quū in loco eſſet,ad quē nulli eſſet aditus:tn̄ in eo quęreret latebras.Vluam,dicunt rē quā vulgus budam,vocant:ſed nihil intereſt,quæ ſpēs ſit herbæ: modo illū occultare poſſet.⸢Vela darent.)Vt oſtendat ſuos plusq̄ Troianos timuiſſe.Nec mihi ponit conſultationem,quam in lacu habuit.Hinc.n.niſi nauigarent,erat periculū vitę.ſi nauigaſſent priuabatur antiqua.i.magna patria vel antiqua.i.cuius affectū,diuturnitas tp̄is accumulauerat & filijs,& parēte,& ſingula ſingulis dedit,patriam:dixit antiquā.⸢Natos dulces.)Expectatū patrē, in quibus rebus occurrunt peiora, ꝙ Græci illos eſſent occiſuri: propter ſuam fugam piandā:quod erat neceſſarium.Hæc autem omnia dicta ſunt,vt faceret veriſimilia quę fingebat.⸢Per ſuperos.) Quos nō latet veritas.⸢Per ſi qua eſt,quæ r.)Sciebat apud ſe non eſſe fidem,vñ arbitrabatur apud nullos eſſe.Et cū perſona ſua eſſet odioſa,quia hoſtis mouet miſericordiam à ſuis calamitatibus.Priamus aūt,vt omnia vera eliceret,depoſita regia authoritate,vt amicus cum hoſte loquutus eſt. ❡Ordo eſt:Ille.ſ.Calchas,ſilet dies bis q̄nos.i.decē: & ipſe tectus.i.ſecretus:recuſat.i. renuit:prodere:i.perdēdū pronunciare:aut indicare quēquam.i. quēuis,vnum ſua voce(id aūt callide fecit, ne ſi ſtatim pronunciaſſet,factio Vlyſſis apparuiſſet:ſed diu recuſando,ſignificauit ſe nullum morti addicturū, niſi præmonitus ſit à dijs.Aut egit ex conſcientia,quū nollet Sinonē,quem bonū & inſontem ſciebat, licet eum Vlyſſes odio proſequeretur,addicere morti:& id ita eē intelligendum manifeſtat ſequens verſus:vbi dicitur,nō ſua ſpōte,ſed actus magnis clamorib.Ithaci rupiſſe vocē. Callide ergo hoc recitatur à Sinone in cōmendationem ſui,quum etiam Calchas tam diu veritus ſit eū prodere:licet Vlyſſes maximopere efflagitaret.)aut opponere.i.obijcere morti, & ipſe actus.i.impulſus:tandem.i.poſt longam dilationem:& multā Vlyſſis expectationem:vix.i.cum difficultate:actus tn̄:magnis clamoribus.i.flagitationibus Ithaci.i.Ithacenſis:Vlyſſis rupit vocem:qui.n.cum pudore,aut remordente conſcientia loquuntur:rauceſcunt ita vt vocem rumpere videātur,& effractam efferre:aut dicamus cum Seruio,rupit.i.erupit vocem ſilentium rumpendo: compoſito, ideſt ex induſtria aut pacto,aut factione præcompoſita: & deſtinat.i. deuouet, & adiudicat me aræ.i.ſacrificio faciendo Dianæ: omnes.ſ.græci aſſenſere.i.aſſenſum præbuerunt,& tulere.i.libenter paſſi ſunt,ſup.ea quę quiſq; timebat.ſ.in ſe poſſe conuerti.conuerſa,ſup.eſſe:in exitium vnius miſeri.ſ.mei,qui miſer ſum:non ergo lætabantur de malo Sinonis,ſed de liberatione propria. Et iam dies infanda.i.deteſtanda, quo per proditionem & factionē litari ſperauerant:ſacra parari.i.parabantur mihi.i.in perniciem meam:aut de me:niſi ſint ſacra.i.præparatoria ad ſacrificium parabantur mihi:&.i.ſimul fruges ſalſæ.i.mola,ex farina & ſale facta,& vittæ.i.tenuia ſerta,ſupp.parabantur mihi circum tempora.i.ambitum capitis,inter auriculas & verticem.Ego fateor.i.licet piaculum videatur,niſi factioſe contra me proceſſum ſit: tamen verum dicam:ego eripui me leto.i.exitio & morti: non dicit ſacrificio,quaſi non verum ſit ſacrificiū,quod ex factione inſtitutum eſt:& rupi vincula: & ego obſcurus delitui per noctē obſcuram:aut quia rebus nox abſtulit atra colorē, omniaq; noctu fuſca videnť:ego quoq; obſcurus.i.ſubfuſcus,& in obſcuro verſatus,delitui per noctem, in lacu limoſo.i.cænoſo:in vlua.i.herba illa paluſtri:ad quam nemo acceſſit:quia fundus limoſus erat: delitui,inquit.i.m[illegible]ltum latui aut deorſum latui tantiſper,ſupp. dum darent vela:ſi forte dediſſent vela quod addit:quia dubitabat an nondum placato numine vela dare poſſent.Nec vlla ſpes eſt mihi iam videndi patriam,antiquam.i.charam:nec dulces natos.i.liberos:& parentem exoptatum,quem ſuperſtitē eſſe veriſimile fecit poeta,dum iuuenē dicebat.Quos.ſ.patrem,& liberos meos:illi.ſ.infenſi Danai:repoſcent.i.exigent:ad pœnas.i.ad ſupplicia,quia forte mactabunt patrem,aut liberos loco mei:ob noſtra effugia.i.quia nos effugimus:& piabunt.i.purgabunt:hanc.i. meam culpam quæ tamē culpa non eſt:morte miſerorū.i.innocentiū & miſeratione dignoꝝ:ꝙ.i.quocirca,aut ꝓpter quod:ego oro te.ſ.ò rex:qui ēt liberos habes, & ſentire potes q̄ ſit affectio in eos ꝑ ſuperos.i.per deos cœleſtes,obſecro:& ꝑ numina cōſcia veri.i.per deos,authores & cōſcios veritatis,quam nūc ꝓfiteor, q̄a authores veritatis deberent veridicū tueri.& oro te per,ſupp. fidē intemeratam.i.adhuc integram & inuiolatā: ſi qua.i.aliqua fides eſt quæ reſtat mortalibus: adhuc.i.vſquam.i.in quouis loco:intemerata.i.obſecro:& obteſtor per omnia hæc,miſerere animi.ſ.mei:ferentis.i.patientis:non digna.i.indigna.q.d.ſi noris q̄ fidelem, & integrum habeam in Troianos animum poſtq̄ tantum fraudis mihi à Græcis illatum eſt:dares vtiq; dextrā, meiq; miſerereris:& q̄a de factis nihil adducere potuit,oratorie ad animum.i.voluntatem confugit.Donatus aūt intelligit, ſiqua fides i.credulitas eſt vſquam quam ſciebat ſibi non adhiberi.ego tamē mallem de fidelitate intelligere.

PIERIVS.

❡Compoſito rupit vocem.) In codice Longobardico compoſitam,legas:ſed.n.cōpoſito aduerbium, eruditis magis auribus ſatisfacit. In Mediceo,rumpit,præſenti tempore eſt,quæ forma narrationi congruit.

⸢His lachrymis vitā dam⁹,& miſereſcim⁹ vltro. ÆNE.
Ipſe viro primus manicas,atq; arcta leuari
Vincla iubet Priamus,dictiſq; ita fatur amicis.
⸢Quiſqs es,amiſſos hinc iā obliuiſcere Graios, PRIA.
Noſtereris,mihiq; hęc ediſſere vera roganti.
Quo molē hāc immanis equi ſtatuere?quis author?
Quidue petunt?quę relligio?aut quæ machina belli?
⸢Dixerat.ille dolis inſtructus,& arte pelaſga, ÆNEAS
Suſtulit exutas vinclis ad ſydera palmas.
⸢Vos æterni ignes,& non violabile veſtrum SINON
Teſtor numen(ait)vos aræ,enſeſq; nefandi,
Quos fugi,vittæq; deum,quas hoſtia geſſi,
Fas mihi Graiorum ſacrata reſoluere iura,
Fas odiſſe viros,atq; omnia ferre ſub auras,
Siqua tegunt,teneor patriæ,nec legibus vllis.
Tu modo,promiſſis maneas,ſeruataq; ſerues
Tro[illegible]dem,ſi vera feram,ſi magna rependam.

SERVIVS.

❡Et miſereſcimus vltro.) Aut per ſe plenum:aut cohæret ſequentibus:quia non poteſt primis.Dicimus enim aut illam rem miſeror, aut illius rei miſereor:nō illis.⸢Vltro.) autem non eſt ſponte(nā iam rogauerat)ſed inſuper.Et venit ab eo quod eſt vltra: quia plus quàm rogauerat,præſtiterunt. ⸢Arcta vincula.)Aut epexegeſis manicarū eſt: aut vtrunq; habuit.⸢Quiſqs es.) Licet hoſtis ſis. Et ſunt,vt habemus in Liuio, Imperatoris verba tranſfugam recipientis in fidem, Quiſquis es, noſter eris. Item, Vigilaſne deū gēs: verba ſunt, quibus pontifex maximus vtitur in puluinaribus:quia variam ſciētiam ſuo inſerit carmini. ⸢Hinc iam.) Aut ex hoc tēpore:aut ex hac oratione:aut ex eo quod te dicis Vly[illegible] factione [illegible]boraſſe.⸢Ediſſere vera.)Hinc diſtinguēdū.Vera enim [illegible]derat. ⸢Quo molem.) Quam ob cauſam.& ad hoc re[illegible]non, Neu recipi portis. Et eſt color, qui in coniecturali ſtatu ſæpe requiritur. ⸢Quis author?)Ad hoc reſpondet, Calchas attollere iuſſit.⸢Quidue petunt?) Quid deſyderant?vtiq; vt placetur Minerua.⸢Ad ſydera.) Ad locum ſyderum:vel quia ſemper ſunt ſydera, ſed Solis ſplendore vincuntur. ⸢Æterni ignes.) Aut ararum, quas fugit: vt execratio ſit propter poſteriora.⸢Vos arę.)Aut certe Solem & Lunam ſignificat. Execratio autem eſt aduerſorum deprecatio: Iuſiurādum vero,optare proſpera. ⸢Teſtor.) Modo iuro. Alibi teſtificor: vt Teſtor in occaſu veſtro.⸢Veſtrum numen.) Quia ſecundum philoſophos dicuntur ſydera elementa eſſe: & habere ꝓprias poteſtates.⸢Enſeſq; nefandi.) Inuidioſe ad pluralem tranſit numerum.Terentius, Non perpeti meretricum contumelias.⸢Vittęq; deum.)Aut quę habentur in honore deorum:aut quas habēt ipſa ſimulacra.⸢Geſſi.)Pene geſſi.Nō enim vere

vere geſſerat:ſed quantum ad Græcos pertinet dicit. ¶ Fas mihi.) Subaudis ſit. Et bñ à dijs petit veniam: ne videatur proditor. Nã & hęc quę dicturus eſt, tacuit anteq̃ audiret, Noſter eris. Si.n. voluntate proderet, ſequebatur quod ait Cicero, Nemo vnquam ſapiens proditori credendum putauit. ¶ Sacrata reſoluere iura.) ſ. vt non incidat in ſacramenti pœnã, quia militię tria ſunt genera. Plerunq;.n. euocati dicuntur: & non ſunt milites, ſed pro milite. Vnde Saluſtius, Neu quis miles neue pro milite. Item, Ab his oẽs euocatos in Centuriones. Plerunq; tumultuarij, hoc eſt qui ad vnum militant bellum. Plerunq; ſacramento rogati: qa poſt electionem in rem publicam iurant: Et hi ſunt qui habẽt plenam militiam. Nam & viginti quinq; annis tenentur. Hæc tria genera tangit Virgilius: Sacramẽti, hoc loco. Tumultuarij, Simul omne tumultu Coniurat trepido Latium. Euocationis. Mittitur & magni Venulus Diomedis ad vrbem. ¶ Fas odiſſe viros.) Vt ſupra diximus, omnia Diaſyrtice loquitur. Nam & ad Græcos poſſunt & ad Troianos referri. ¶ Si qua tegunt.) Propter ea quæ latent in equo. ¶ Nec legibus vllis.) Si Græcorum: propter Noſter eris, ſi Troianorum, quia Græcus. ¶ Serues Troia fidẽ.) Quia quod rex promittit, videtur reſpublica polliceri.

DONATVS.

¶ His lachrymis vi. da. & mi. v. Ipſe viro primus. m. atq;. a. leua. Vin. iu. pr.) Vſq; adeo flendo ſingulorum animos flexit, vt hæc Priamus ſtatim remoueri iuſſiſſet, quibus fuerat nexus Sinon, vt ſecurior redditus cætera, quæ habere putabatur, fideliter enarraret. ¶ Dictiſq; ita fatur amicis.) Audiendi deſiderio ductus Priamus depoſuit authoritatem regis, & cum captiuo & hoſte amicis locutus eſt verbis. aliter enim non putabat ſolui animos eius, niſi in eum multimoda beneuolentia pręceſſiſſet. ¶ Quiſquis es, amiſſos. hi. i. ob. g. Noſter eris. m. h. e. v. ro.) Superioribus verbis breuiter & ſuccincte reſpondit. ſuſpectis enim rebus & neceſſario tractatu in medio poſito non debuit tempus multiloquio conteri. ait ergo quiſquis es, hoc eſt ſiue Sinon ſiue alius. dixit enim ille Sinonem ſe vocitari, amiſſos hinc iam obliuiſcere graios. ecce dixit græcus. neq; me argolica de gente negabo, & ſi vela darẽt, ſi forte dediſſent nec mihi iam patriam antiquam ſpes vlla vidẽdi. Noſter eris, aperta beneuolentia eſt in hac oblatione promiſſi, cum dicit noſter eris, obliuiſcere graios, deponamus, inquit, ſuperioris inimicitias temporis. eris vnus è noſtris, dimitte ex animo ciues tuos, quos iam dimiſiſti fugiendo. Mirum hic poetæ conſilium. cum. n. ad ſingula Sinonis dicta reſpõderet, ex perſona Priami credentis, ꝙ ille vera narrauiſſet, ſuppreſſit, nec mihi iam patriam antiquã ſpes vlla vidẽdi, nec dulcis natos, exoptatumq; parentẽ. ne Priamus hęc cõmemorando, quę affectũ maximũ retinebãt, exulceraret animum narraturi, qui debuerat eſſe compoſitus. ſolos graios, dixit, obliuiſcere, quod facile fieri potuit, extiterant. n. Sinonis inimici. cęterum patriam, filios, & patrẽ ſemel in obliuionẽ ducere non poterat, ſed & ille durus & impius poſſet iudicari, ſi hęc putaret eſſe ſuadenda. mihiq; hęc ediſſere vera roganti. Anteq̃ Priamus proferret, quæ volebat audire, inculcat Sinoni beneficia ſua, vt in nullo palleret, & ad interrogata vera potius q̃ ficta & cõpoſita rñderet. ait ergo, mihi, in ipſo ꝓnomine grande pondus eſt intellectus. mihi quippe poteſt intelligi, vt pote regi, qui cũ poſſem arctius inquirere veritatẽ, ſi fuiſſes in aliqua parte mentitus, ſimpliciter quęro, mihi, qui te liberũ à vinculis, qui ſalutẽ tuam ſeruaui, qui te recępi in meorũ numerum. Completis interea quę neceſſaria fuerunt pręmittenda, breuiter proponit, quę cupiebat audire. non enim (vt ſupradictũ eſt) adhibenda fuerat mora rebus pro ſtatu publico cognoſcẽdis. ¶ Quo mo. h. im. equi ſta. quis author? Quidue pe. quæ re. a. q. m. b.) Plena propoſitio & in ipſa breuitate verborum ſatis intellectu latiſſima. nam quęſitũ eſt, cur equus ille factus videretur, & cur tantæ magnitudinis, quoue authore fabrica eius inuenta atq; perfecta. & vtrum religionis alicuius curſu, an belli ratione dictante, quidue peterent, hoc eſt quid in ea cauſa diſponerent. ¶ Ille dolis in. & a. pelaſga Suſtulit. e. v. ad ſy. p.) Omni occaſione & vt pluri mis locis fecit, deformat poeta græcorum perſonam, ꝙ non virtute ſed inſidijs vicerint. Idcirco poſuit. Ille dolis inſtructus & arte pelaſga, inſtructus, inquit, natura ſua. itemq; inſtructus mandatis ſuorum. hoc ideo poſitum eſt, vt oſtenderet à perfidia & tergiuerſatione nullum græcorum eſſe immunem, docuit aũt poeta, ſe ſui eſſe memorẽ. nam vbi Sinonẽ dixit vinctum fuiſſe, oculis, inquit, phrygia agmina circumſpexit. hic poſtq̃ cœpit habere liberas manus, has peieraturus erexit ad ſidera. ¶ Vos ęterni ignes, & non. v. v. Teſtor. n. a. v. a. e. ne. Quos fugi vittęq;. d. q. h. geſ.) Iurauit quidem, ſed ſatis ſubtilis fuit, vt & Troianos falleret, & tamẽ ſuorũ ſecreta non proderet. nã tũc ſuorum proditor extitiſſet, ſi protuliſſet, quę reuera in ſecretis habuerũt. Hoc loco tractat Virgilius ciuẽ non tantũ naſcendo verum ẽt animo fieri. nã ciuis qui naſcendo prouenit, ciuis quidẽ eſt, ſed Sinon beneuolentia ciuis erga patriã & ſuos viuat, definit eẽ, quod natus eſt. Et ille q alienus eſt, ſi boni viri repręſentet affectum, eſſe incipit ciuis. Sinon igitur facilis ad prodenda velut ſuorũ ſecreta, & malum ciuẽ ꝓfitebatur, & Troianis ſe ſuſpectũ faciebat, nullus. n. crederet illũ ſine tormẽtis vera dicere. niſi cõmẽdaſſet primo perſonam ſuã. Inuocauit ergo ſydera omnia ſine ꝑiculo periurij, aras quoq; & ſupplicia, quę velut fugerat teſtatus eſt, non propter narrationis veritatẽ, ſed propter licentiam verę proditionis. In quo ipſe tuetur perſonam ſuam, & ſuorũ ciuium grauat, quos vult oſtẽdere extitiſſe cãm, vt ciuicę religionis naturalia vincula rũperet. cũ. n. Sinon vt dicebat nihil tale de ciuibus ob culpam, quę nulla fuerat, meruiſſet, iniuſto ſupplicio propter vnius Vlyſſis inimicitias deſtinari non debuit, ac per hoc videtur iuſtas cauſas habere proditionis, quẽ non iam ciuẽ ſed alienum eſſe conſtabat. cui. n. non eſt à ciuibus exhibita religio, cui vltimum ſupplicium præparatũ fuerat, deſijt habere religioſum ciuis nomẽ, illiq; oẽs in hoſtium numerum fuerant redigendi, qui omnẽ ciuis affectum nulla ex cauſa nulloq; exiſtente crimine abiecerant. cũq; tales extitiſſent in ciuẽ, non vt ciuis ſed vt reiecta proditione hoſtis officia meruerunt. ¶ Fas mihi graiorum ſacrata reſoluere iura, Fas odiſſe viros, atq; oia ferre ſub auras Si qua tegunt.) Ecce cũ ſummam deprecationis ſuę colligeret, oſtẽdit ſe à ſuis alienũ. Liceat, inqt, mihi graiorum ſacrata reſoluere iura, quaſi iam ipſe græcus nõ eẽt, vel illi eius ſocij non fuiſſent. Fas odiſſe viros atq; omnia ferre ſub auras, ſi qua tegunt, liceat, inqt, odiſſe vel prodere eos, qui ciues mei eẽ noluerunt. hęc ad deprecationẽ & cõmẽdationẽ Sinonis pertinẽt, cętera alium ordinẽ tenẽt. nam Sinon illi primę parti reſpondet, qua ſupra Priamus dixit. Amiſſos hinc iam obliuiſcere graios. noſter eris. Idcirco ait teneor patrię, nec legibus vllis, parũ. n. fuerat profeſſum ſe eſſe deſijſſe, niſi ẽt illud oſtẽderet, factum eẽ Troianũ, hoc eſt abieciſſe quod natus eſt, & eſſe quod prouenerat bñuolẽtia Troianorum. ¶ Teneor patriæ, nec legibus vllis.) Plus eſt. n. volũtate retineri q̃ legibus. Alterũ qppe ex ſtudio puræ mentis, alterũ ex neceſſitate deſcẽdit. ¶ Tu mõ promiſſis maneas &c.) Apoſtophrẽ ad ipſam ciuitatẽ fecit, qua ſe oſtẽdit ſuſpectũ eẽ, ne forte poſt narrationẽ omnẽ iuberetur occidi. Tu, inqt, Troia conſeruatori tuo fidẽ ſerua, mereor. n. vicẽ, qui prior ſalutis tibi bñficiũ confero. ¶ Si vera feram, ſi magna repẽdam.) Repẽdere dicimus erogare aliquid, vel quicq̃ cuilibet conferre. vſus eſt ergo Sinon tali verbo vt diceret repẽdã, quaſi tantum reciperet, quantũ dederat, hoc eſt vt ſalutẽ mereretur, qui ſe aſſerebat ſalutis bñficium præſtare. Icciroo poſuit, ſi vera & magna pro incolumitate tua feram, debeo patria repẽdere. Rñdit igitur ẽt illi parti & pollicitus eſt ſe vera dicturum, qm̃ Priamum meminerat dixiſſe. mihiq; hæc ediſſere vera roganti. Incipit ſequẽtia, quia quæſitum ex eo fuerat. Quo molẽ hanc ĩmanis equi ſtatuere? qs author? Quidue petũt, q̃ religio, aut q̃ machina belli? Sed qa in ꝓpoſitionis ordinatione rñſionis vitiũ nõ eſt, ſi non ſingulis ita vt ſunt propoſita pareatur, incipit iſte ab ea parte, quam nouiſſimã quęſierat Priamus, idẽ. n. & euẽtu poſtremũ poſuit. Si non vero vt fallẽdi promptior pateret occaſio, inter initia fuerat neceſſaria. incipit ergo, quę religio?

ASCENSIVS.

¶ His lachrymis vitam damus.) Oſtẽdit (vt dixi) ſummam clemẽtiã in Troianis principibus fuiſſe: quaſi eam ex ea traxerit domus Iulia: quomodo proditor ille in gratiã ſuſcæptus ſit: vtq; q́ maxime interrogari optabat, interrogatus ſit à Priamo de equicã: de qua re Donatus ſic. ¶ Noſter eris.) Aperta beniuolẽtia, cum recipiat eum pro ciue. ¶ Mihi.) ſ. regi qui poſſem tormẽtis inquirere veritatẽ: & ſimpliciter quæro: Mihi: qui te ſeruaui: & in meorum numerum recępi. ¶ Quo molẽ.) Breuiſſima ꝓpoſitio, ſed ꝑfecta. Quæſitum eſt: cur equus eẽt factus: cur tantæ magnitudinis: quo authore: vtrum religionis, an belli cauſa. ¶ Ille dolis.) q, d. natura ſua, & arte pelaſga, & mandatis ſuorum: & oſtẽdit nullum græcum carere dolis. ¶ Vos æter.) Iurauit, ſed ſubtiliter: nã Troianos fallit, & non prodit arcana ſuorum: adhibuit iuſiurandum: qa nõ videbat[illegible]ſimile illum ſuorũ ſecreta, ſine tormẽtis prodere. Te[illegible]r: non propter narrationis veritatẽ, ſed propter li[illegible] quaſi [illegible]oditionis. ¶ Fas mihi Graiorum.) Quaſi iam ipſe gręc[illegible] illi eius ſocij nõ fuiſſent. Et liceat eos odiſſe, qui ci[illegible] noluerũt. ¶ Teneor patrię.) Plus eſt voluntate, q̃ legibus retineri: alterũ eſt ex ſtudio puræ mẽtis: alte-

rum eſt neceſſitate. ⁋Tu mō ꝓmiſſis.) Tu Troia, cōſeruatori tuo fidē ſerua. ⁋Rependam.) Quaſi dicat tantū recipiet, quātum dederat. i. vt ſalutē mereretur ſalutis author. Hæc ille. ❡Ordo eſt.
Ordo. Nos damus his. i. huiuſmodi ſic ſimulatis lachrymis: veniam. i. ſalutem: & miſereſcimus. i. miſericordiam facimus: vltro. i. inſuper ab vltra, aut ingenua clementia: aut ipſe Priamus iubet vltro. i. non requiſitus a quoq̄ noſtrum, quāuis omnes cōſentiremus, iubet, dico, Priamus: manicas. i. ligaturas manuū: & vincula arcta idest cōſtricta, & arcte ligata: leuari. i. diſſolui: viro. i. ei q viriliter loquutus erat, & fatur ita dictis amicis. i. beniuolis. Quiſquis. i. quicunq; es, obliuiſcere iam Graios, tu eris hinc. i. ex hoc tempore: noſter. i. in clientela noſtra; & ediſſere. i. diſcute eloquere: mihi roganti. i. interroganti hæc quæ ſequentur: vera. i. veraciter, vt ſit aduerbium, ꝓ nomine; aut ſint duo accuſatiui diuiſim conſtruendi: non enim voluit dicere, ꝙ ea quæ interrogaret eſſent vera, ſed quòd ad ea vere, aut vera reſponderet. Senſus ergo eſt. ediſſere hæc vera. i. veraciter: aut ediſſerendo hæc, dic, ea vera. hæc dico, videlicet, quo. i. ad qd, & ad quem finē, ſup. Danai: ſtatuere. i. conſtruxerunt: hanc molem. i. ingentem magnitudinē: equi imanis. i. tam magni, vt imanis. i. inimicus, & ferox videat̄, (ſicut in. v. dicent̄, Immania cœte. imane aūt eſt, quod nō eſt magnū. i. bonū: qualia vident̄, quæ vi, aut mole ſua, omnia opprimere poſſunt.) qs author, ſup. eſt imanis equi: ve, ꝓ vel qd petunt. i. prætendunt per eū: quę relligio. i. religioſa oblatio: aut quæ machina belli eſt, ſup. in eo equo: hoc eſt, an religionis, an belli cauſa factus ſit: dixerat. ſ. Priamus: ille. ſ. Sinon: inſtructus. i. inſtitutus, atq; armatus dolis, & arte pelaſga. i. fraudulosa pelaſgis ꝓpria: ſuſtulit. i. ſurſum tulit, & extendit, atq; erexit ad ſydera: palmas exutas. i. exēptas: vinclis. i. manicis: & ſup. ait, ò ignes æterni. i. lumina cœleſtia: hoc eſt, ſydera: & vos aræ: & enſes nephandi. i. cultri nefarie mihi deſtinati, quos fugi. i. vitaui, & vittæ deū. i. deorū, quas geſſi, hoſtia. i. deſtinatus ad ſacrificium, vt eſſem hoſtia, ego teſtor. i. obteſtor veſtrum numē, nō violabile. i. poteſtates veſtras diuinas, quas peierādo, violare nephas eſt: ego obteſtor, ꝙ fas eſt mihi reſoluere. i. aperire, & reuelare iura Graiorum. i. Græcorum ſacrata. ſ. ſacramento iuramenti: ideo aūt fas dixit, qa nefas moliti erāt: aut ideo fas, quia in hoſtium poteſtatem venerat: & ab eis libertate, ac ciuitate donatus omni Græcoꝝ iuri vale dixerat: fas, ſup. eſt, odiſſe viros, qui. ſ. factioſe mihi mortem parauerūt, & fas eſt ferre ſub auras. i. ꝓmulgare, & oībus patefacere: ſiqua. i. aliq̄ tegūt. i. occulūt: nec teneor vllis legibus patriæ: quia neq; ſpes, neq; volūtas eſt eam repetēdi: modo. i. dūmodo, tu Troia quā. ſ. mihi, nunc ꝓ patria elegi, hoc eſt, tu gens Troiana: maneas ꝓmiſſis. i. nō recedas à promiſſa mihi ſalute: & tu Troia ſeruata. ſ. ab excidio, per ea quę dicturus ſum, ſerues fidē. i. fidelitatē mihi: ſi ferā. i. adferam, aut dicam vera: & rependam. i. reponam ꝓ ſalute mihi impēſa: magna. ſ. beneficia. incipit ergo narrare, vt credebatur ſecreta græcorum, dicens: Omnis ſpes, &c.

PIERIVS.

❡Atque arcta leuari Vincla.) Antiqui pleriq; codi. arta, habent abſq; c. Cūr q; id ita fieri ſolitum, grammaticorum veterum dictata alibi citauimus. ⁋Vittæq; deum, quas hoſtia geſſi.) In antiquis aliquot exemplaribus punctum obſeruaui ante, deum, vt ſit, Quas geſſi deum hoſtia. Seruius tamen, deum vittas mauult legere. ⁋Si magna rependam.) Sunt antiqui codic. in quibus, repandam ſcriptum, inueni: ſed id potius inſcitia librarij, quàm ꝓ manifeſtare ſit poſitum. Nam magna rependere pollicetur Sinon, qui iam vitæ, ac libertatis præmia, ſit conſequutus.

Omnis ſpes Danaum, & cœpti fiducia belli
Palladis auxilijs ſemper ſtetit, impius ex quo
Tydides, ſed enim ſcelerumq; inuentor Vlyſſes,
Fatale aggreſſi ſacrato auellere templo
Palladium, cæſis ſummæ cuſtodibus arcis
Corripuere ſacram effigiem, manibusq; cruentis
Virgineas auſi diuæ contingere vittas,
Ex illo fluere, ac retro ſublapſa referri
Spes Danaum, fractæ vires, auerſa deæ mens.
Nec dubijs ea ſigna dedit Tritonia monſtris.
Vix poſitum caſtris ſimulachrum, arſere coruſcæ
Luminibus flammæ abrectis, ſalſusq; per artus
Sudor ijt, terq; ipſa ſolo (mirabile dictu)
Emicuit, parmamq; ferens, haſtamq; trementem.
Extemplo tentanda fuga canit æquora Calchas,
Nec poſſe Argolicis excindi Pergama telis,
Omina ni repetant Argis, numenq; reducant
Quod pelago, & curuis ſecum aduexere carinis.

SERVIVS.

❡Omnis ſpes.) Danaum. More ſuo à veris incipit. Nā & fauet Minerua Gręcis, & conſtabat raptum eē Palladiū. ⁋Tydides ſed enim.) Hyſteron ꝓteron eſt, Sed. n. ex quo ipius Tydides. Nam Hyſterologia vnius ſermonis eſt: vt Tranſtra per & remos. Impium vero ꝓpter numina vulnerata. ⁋Scelerūq; inuētor Vlyſſes.) Propter Palamedē occiſum ipſius factione. ⁋Fatale.) τῶν μέσων eſt. Nā & quod cuſtodit, & quod interimit pro loco intelligit̄. ⁋Auellere.) Oſtēdit inuitū numen eſſe ſublatū. ⁋Palladium.) Helenus apud Ariſbam captus à Græcis eſt: & indicauit coactus fata Troiana: in qbus ēt de Palladio. Vñ dicit̄ à Pyrrho regna meruiſſe: quāquā pręſtiterit Pyrrho vt rediret p terrā, dicens omnes Græcos (quod & contigit) naufragio eſſe perituros. Tunc Diomedes & Vlxſſes: vt alij dicunt, cuniculis: vt alij, cloacis aſcenderunt arcē: & occiſis cuſtodibus ſuſtulere ſimulacrum. Ideo autem hoc negocium his potiſſimum datur: qa cultores fuerūt Mineruæ. Hoc quum poſtea Diomedes haberet (quod & Virgilius ex parte tangit: & Varro pleniſſime dicit) credens ſibi nō eſſe aptum, propter ſua pericula, tranſeunti Æneæ offerre conatus eſt. Sed quum ſe ille velato capite ſacrificans conuertiſſet, nauta quidam accæpit ſimulacrum. Vñ Mineruæ ſacra non Iulia gens habuit, ſed nautarum. Hinc eſt in qnto, Vnum Tritonia Pallas Quē docuit. Quanquam alij dicant ſimulacrum hoc à Troianis fuiſſe abſconditum intra extructum parietem, poſtq; agnouerunt Troiam eſſe perituram: quod poſtea bello Mithridatico dicitur Fimbria quidā Romanis inuentum indicaſſe: quod Romam conſtat aduectum. Et quum reſpōſum fuiſſet illic imperium fore, vbi & palladium: adhibito Mamurio fabro [illegible] ſimilia facta ſunt. Veruntamen agnoſcitur haſtæ oculor[illegible]bilitate. Vnde eſt, Vix poſitum caſtris ſimulacrum ar[illegible] coruſc[illegible]minibus flammæ. vel haſtamq; trementem. Sed ab [illegible] tantum ſacerdote: vt Lucanus, Troianam cui fas ſoli vidiſſe [illegible]. Dicunt ſane alij vnum ſimulacrum cœlo lapſum apud Athenas tantum fuiſſe. Alij,

ſe. Alij, duo volūt: hoc de quo diximus, & illud Athenienſe. ⁋Sacram effigiem.) Quaſi cœlo lapſam. ⁋Ex illo.) facto vel tēpore. ⁋Fluere.) τῶν μέσων eſt. Ideo addidit retro. Cōtra Salluſtius, Rebus ſupra vota fluētibus. ⁋Auerſa deæ mēs.) ꝓpter illud, Manibusq; cruentis. ⁋Tritonia.) Aut quaſi terribilis, ἀπὸ τοῦ τρεῖν. i. timere. Aut ſm Lucanum, Et ſe dilecta Tritonida dixit ab vnda. Sane Tritonia Antonomaſiū eſt. i. vice nominis ponitur, qa proprium eſt Mineruæ. Nam epitheta ſunt quæ varijs poſſunt, vel rebus, vel pſonis apponi. Et hęc caute obſeruanda ſunt, ſicut & ꝓpria nomina: q̄ plerūq; ex appellatiuis ſunt. vt eſt victor, vel felix. ⁋Vix.) Mō mox. ⁋Salſus ſudor.) Bñ addidit. ⁋Salſus.) Vt ſignificaret laborē futurū: ne forte aliter in ſimulachro humor intelligeretur. ⁋Emicuit.) Quaſi q̄ conſiſtebat inuita. ⁋Tentanda ęquora.) Si vel fugere poſſent poſt irā Mineruæ. ⁋Argis.) Aduerbium in loco eſt. Et reſpexit morē Romanum. Nam ſi egreſſi male pugnaſſent, reuertebātur ad captanda rurſus auguria. ⁋Reducant.) Reconcilient.

DONATVS.

❡Omnis ſpes Danaum &c.) Hoc falſum eſt, ſed illud verū. ⁋Impius ex quo &c.) Itē ſubiungit falſa, vt media veritas ſuperioribus & deinceps mēdacijs poſitis adderet fidē. ⁋Ex illo flu. a. r. ſu. re. Sp. da. &c.) Dixeramus iam quēadmodū verum græcorum factum poeta extulerit, quēadmodū more pcipui oratoris vnius inuidiā criminis, alijs quoq; ex eo venientibus criminibus cumulauerit. aliter. n. mineruam grauius iratam ſacrilegis perſuadere non poſſet falſus ipſe narrator, niſi oſtenderet, eā multiplici congerie ſcelerum prouocatā amorē priſtinum in acerbū odiū commutaſſe. Impius ex quo Tydides, ſed. n. ſcelerumq; inuētor Vlyſſes. Debuit primo admiſſa ſcelera narraturus, tales pſonas oſtēdere, quæ videre illicita & facere potuiſſent. iccirco ſingula ſingulis dedit, alterum appellans impiū q in illo ſcelere, & diuina iura & humana violaſſet, alterum dixit inuentorē ſcelerum, hoc eſt, qui nunq; inuenerit quod recte ꝓbari potuiſſet. Inuentor ſcelerum

proprie

proprie eſt, qui relictis vſitatis noua inuenit ſcelera. peior eſt inuẽtor ſcelerum ſceleratis, qa ipſe inuenit, vnde ex innocentibus ſcelerati reddantur. Fatale aggreſſi ſacrato auellere tẽplo Palladiũ. In ſingulis ſingula ſunt genera ſacrilegij. fatale hoc eſt in quo ſtaret fatum grȩcorum, dixerat.n. palladis auxilijs ſemper ſtetit. Eſt ergo ſacrilegiũ. aggreſſi auellere, vt cũ ſacrilegio cõueniret crimẽ violentiæ. nã aggredi & auellere violentorũ eſt. ſacrato auellere tẽplo. ſi diceret templo, leuius eſſet. multa.n. ſunt templa, quȩ ſacrata nõ ſunt, nec habẽt aliquam venerationẽ. perindeq́ʒ contempta nõ lædunt, cõſecrata vero ſi attrectata vel leuiter fuerint, grauiter cõmouẽtur. Auellere tẽplo palladiũ. palladiũ cũ pronunciamus põdus addendũ eſt. In ipſo.n. noie magnitudo numinis expreſſa eſt. Cȩſis ſummȩ cuſtodibus arcis. Sacrilegium cũ homicidio. & homicidio admiſſo in ipſa ſumma arce, hoc eſt vbi ſimulacri ipſius ſacrarium fuit, augumẽtũ criminis admiſſi homicidij in plurimos; & tẽpli cuſtodes, q humanitatis contemplatiõe, & reſpectu prȩſentis numinis, cui obſequebantur, cõtingi ne leui qdẽ iniuria debuerant. augetur aũt crimẽ homicidij ẽt ex merito perſonarum. cuſtodes.n. tẽpli non adhibiti fuiſſent niſi probatȩ vitæ hoies, & admodũ religioſi caſtiq́ʒ ac pudici, q deæ tantæ ac virgini inſeruire meruiſſent. Corripuere ſacrã effigiẽ, manibusq́ʒ cruẽtis Virgineas auſi diuȩ contingere vittas. Videamus ſcelus admiſſum in deũ quo cœperit, vel quemadmodũ fuerit exaggeratum, aggreſſi ſunt tẽplũ, inqt, & ſacratum tẽplũ, quod ingredi quẽquã ſine veneratione nefas eſſet. cuſtodes cæſi, & vſqʒ ad ipſum ſimulacrum gradatim ventũ viſumq́ʒ nefarioꝝ oculis, & pollutis ſanguine humano manibus impijs cõtrectatũ, vſqʒ eo vt non ſolum ſimulacri corpus verum etiã vultus eius & virginales vittas, q̃s in capite geſtabat, inceſtare auſi ſunt. Cõpleta narratiõe veri facti quod ẽt ipſis Troianis cognitum fuit, mendacio figmentũ artificioſe adiungit, dicẽs ex illo fluere, ac retro ſublapſa referri. Spes Danaum, fractæ vires, verborũ ſuperiorum memorẽ Sinonẽ poſuit. nam dixerat omnis ſpes Danaũ, & cœpti fiducia belli Palladis auxilijs ſemper ſtetit, hic dixit, ex illo fluere ac retro ſublapſa referri ſpes Danaum. Spes, inquit, græcorum ſtabat ꝓpitio Palladis numine, ſpes fluebat, & ſtabilitate perdita retrorſum labebatur, lȩſa tot ſceleribus dea. auerſa deæ mens. propter duorum ſceleratorũ impie nefarieq́ʒ cõmiſſum ab omnibus græcis numinis fauor abſceſſit. dixit ergo & lȩſam mineruã, & cauſas offenſionis expoſuit, memorauit ẽt hoc genere græcorum ſpem eſſe ſubuerſam, dicit argumentum multiplex, irata dea quomodo ꝑtuit apparere. Vix poſitum caſtris ſimulacrum, arſere coruſcȩ Luminibus flammæ arrectis. Hoc primum, inquit, indiciũ iracũdiæ ſuæ dedit, quũ eſſet cõmotum tot ſceleribus numen, mox.n. vt eius ſimulacrum in caſtris eſt poſitũ, ex oculis inanimalis materiȩ flãmæ non leues, ſed in modũ fulminis mittebantur, dicit etiã ſcdm ſignum, ſalſusq́ʒ per artus Sudor ex ſimulacro non põt profluere, niſi cum aliquid mali portenditur. tertium ſignum. Terq́ʒ ipſa ſolo (mirabile dictu) emicuit. hoc quoqʒ fieri nõ potuit, vt ſe moueret ſimulacrum, cui deerat ſubſtantia, qua id poſſet implere, niſi cum pernicies aliqua prænunciabatur. Parmamq́ʒ ferens haſtamq́ʒ trementem. Quartum ſignum grauiſſimum perniciem euidenter oſtendens. nam ſe hoſtem ſic profeſſa eſt erigendo ſcutum, haſtamq́ʒ quaſſando, quod non facit aliquod ſimulacri numen, niſi cum alicui comminatur interitum. Completo eo quod viſus eſt dicere, quæ relligio? incipit, qs author, exponere, & quo molem hanc immanis equi ſtatuere? quidue petunt. ꝩ Extemplo inquit, tentanda fuga canit ȩquora calchas &c.) Calchantem aſſerit vatem, læſam deam ab Argis ad Troiam reuocari iuſſiſſe, vt oſtenderet, quis author, dicit etiam quidue petunt, hoc eſt quid diſponant. Et nunc quod patrias vento petiere Mycenas, Arma deosq́ʒ parant comites, pelagoq́ʒ remenſo Improuiſi aderunt, ita digerit omnia calchas. Dixit quod Troianis eſſet contrarium, ſcilicet redituros græcos, vt cætera facilius crederent. Religionis ergo placandæ cauſa factum eſſe aſſerit, vt expiarentur, quȩ memorauerat per ſcelus admiſſa. exponit dehinc quo molem hanc immanis equi ſtatuere, hoc eſt cur tantæ magnitudinis. Idem (inquit) calchas iuſſit grandem molẽ fieri, ne portas veſtras poſſet intrare. hoc enim pacto aſſerebat fauorem deæ ad veſtrũ auxilium eſſe rediturum.

## ASCENSIVS.

Ꞓ Omnis ſpes Danaum.) Iterum à veris incipit, vt à Seruio diliḡeter annotatum eſt. de hac autem re diſſerit Donatus ſic. ꝩ Omnis ſpes.) Reſpondet vltimæ parti: vt fallendi: promptior pateret occaſio: & primo vnius criminis, inuidiã pluribus criminibus: maculat in Vlyſſe: & oſtẽdit Mineruã grauiter iratam ſacrilegis. ꝩ Inuentor ſcelerum.) Qui nunq̃ inuenit quod ꝓbari potuiſſet. ꝩ Fatale aggreſſi.) Sacrato à tẽplo: in ſingulis ſingula ſunt genera ſacrilegij. Fatale, in quo ſtaret fatum Græcoꝝ. Dixerat.n. Palladis auxilijs. ꝩ Auellere.) Vt cum ſacrilegio eſſet crimẽ violẽtiȩ. ꝩ Palladium.) Cum pondere pronunciandũ: in ipſo.n. noie, magnitudo numinis exprimitur. Quod vero de Mamurio dicũt quidam, nuſquã in Palladio legitur: ſed in Ancili cœlitus delapſo, de quo ſuo loco dicemus. ꝩ Cæſis.) Ad ſacrilegium accedit homicidiũ cũ illi humanitatis cauſa: & numinis veneratione, ne leui quidẽ iniuria cõtingi debebãt augetur homicidiũ ex merito perſonarũ, qa cuſtodes, neqʒ eſſent electi cuſtodes niſi probatæ vitæ. Vide aũt exaggerationẽ criminis: aggreſſi ſunt templum ſacratũ: quod ingredi quãdoqʒ ſine veneratione nefas eſſet. Cuſtodes cȩſi: & vſqʒ ad ipſum ſimulachrum gradatim ventũ. Viſum nefarioꝝ oculis, & pollutis humano ſanguine manibus tactum, neqʒ ſolum corpus, ſed vultus, & virginales vittas, quas in capite geſtabat, inceſtare ſunt auſi. ꝩ Ex illo fluere.) Nam ſupra dixerat Palladis auxilijs ſemper ſtetit. quũ irata eſſet, cœpit fluere. ꝩ Auerſa.) Diuorum ſceleratorum cõmiſſoribus irata eſt. ꝩ Vix poſitum.) Signa ſunt quibus oſtẽdit irã. Primũ: Flãmȩ in oculis inanimatis. ꝩ Sudor.) Secundũ ſignũ. Non poteſt ex ſimulachro fluere, niſi portẽdit malum. Idẽ dicas de motu ſimulachri. ꝩ Parmã.ſ.h.q.t.) Manifeſtũ ſignũ ſe hoſtẽ profiteri deam. Hæc Donatus. Ꞓ Ordo eſt. Omnis ſpes Danaũ, & ois fiducia belli cœpti.i. quod Danai incœperant: ſtetit.i. locata, & repoſita eſt, ſemꝑ, ſupp. in auxilijs Palladis.i. Mineruæ.ſ. quæ dea ſapientiæ eſt: qua tamẽ poſt habita, Paris ꝓ Venere, ſñiam protulerat: ꝑ quod videtur ſignificari, ꝙ Troiani non eſſent inferiores græcis opibus, aut viribus: ſed prudẽtia, & aſtutia, qua græci prȩſtabant. Vnde ois eorũ ſpes, in auxilijs Palladis ſtetit: ſed ſpes Danaũ fluere, ſup. cœpit: aut fluebat, & referri, ſup. cœpit, aut referebatur: ſublapſa.i. clam lapſa: retro.i. retrorſum: hoc eſt, nullũ habuit ſucceſſum, nullãq́ʒ proſperitatẽ ex illo, ſup. tẽpore.i. poſt illud tẽpus, ex quo Tytides.i. Diomedes, Tydei filius (legitur tñ etiã Tydides.) impius.i. violator numinis: ſed enĩ i. ſed etiã, ex quo Vlyſſes inuẽtor ſcelerũ.i. ſceleratiſſimorũ facinorum: & nullius bonæ artis, aggreſſi.i. attentantes auellere tẽplo ſacrato.i. deæ conſecrato: Palladiũ.i. ſimulachrũ Palladis: fatale, i. de quo in fatis erat, non poſſe capi Troiã tantiſper dum illud haberet: aggreſſi, dicit, cuſtodibus ſummæ arcis, in qua tẽplum hoc erat, cæſis.i. trucidatis: ipſi corripuere.ſ. pollutis, & ſanguinolentis manibus, quod nefas erat (vnde Æneas de ſacris Troianis, & dijs penatibus, dicturus eſt: Me bello ex tanto digreſſum & cæde recenti Attrectare nefas, donec me flumine viuo Abluero.) effigiem ſacrã.i. ſimulachrum diuæ, hoc eſt, Palladiũ: corripuere, dico, auſi, cõtingere.i. contaminare manibus cruentis (quas etiã, ſi impollutȩ eſſent: qa viriles, nefas erat attrectare virgineas vittas vñ exaggerat ſcelus.) vittas virgineas.i. virginales: diuȩ.i. quas diua virgo Pallas.ſ. in capite, quæ honeſtiſſima eius corporis pars eſt, gerebat: ex illo inquã tẽpore, cœpit res Danaum retro ferri: & vires, ſup. Danaum fractæ ſunt ſup. & mens.i. fauor, & beniuolẽtia deæ: eſt auerſa.ſ. à Danais: quum eis ſuccẽſa & indignata eſſet: nec Tritonia.i. Pallas, à Tritone Aphricæ palude, apud quam (vt in de ciuitate dei, diuus Auguſtinus ſcribit) regnante Ogygio apparuit. (Herodotus autem ſcribit, Tritonem fluuiũ eſſe in Aphrica, ex quo fit Tritonis palus, ex qua dicunt Neptunũ, Mineruam ſuſcæpiſſe: ſed quum pater illi aliquãdo ſuccenſuiſſet, ſe Ioui adoptandã dediſſe: cui virgines ſingulis annis ſacra faciẽtes, in duas acies diuiduntur, lapidibus, fuſtibusq́ʒ inter ſe decertantes: & ſi qua in pugna occubuerit, ea pſeudoparthenos, ideſt non vera virgo, nominatur. Cretenſes tamen in Creta, Tritonem fluuium eẽ dicũt, & apud illius fontẽ & ex Ioue natam affirmant, ibiq́ʒ eius templum oſtendunt. Diodorus autẽ Siculus, Mineruam in Tritone flumine natam ab Ammone coniuge Rheæ aduerſus illam cuſtodẽ poſitam, filio quem ex Amalthea ſuſcæperat: ipſamq́ʒ ꝑpetuam virginitatem ſeruaſſe: & propter animi ſolertiam, multas artes inueniſſe, & in bello plurimum valuiſſe. Ægyptij vero, Mineruam æthera eſſe interpretantur, & Iouis filiam, ac virginem volunt: quia æther, naturam ſemper habet incorruptam.) Nec igitur Tritonia, ideſt Pallas, dedit ea ſigna.ſ. indignationis & auerſionis ſuæ, monſtris.i. portentis, aut demonſtrationibus, ſub indicijs dubijs.i. incertis: imo certis & manifeſtis, quia non dubium certum eſt. ꝙ a[illegible] dubijs monſtris ea ſigna dederit, ꝓbat, qa ſimulach[illegible] ſup. erat (niſi dicamus nominatiuos in deſignatione ſeq[illegible] pro ab[illegible]tiuis poſitos.) vix poſitũ caſtris.ſ. grȩcorum ablat[illegible] Vlyſſem & Diomedẽ ab Ilio: &, ſup. aut dum flammæ.ſ. ocul[illegible] diuæ: coruſcæ.i. coruſcãtes, & micantes, &

quaſi ſcintillãtes,quod ſignum ferocientis animi etiam in beluis eſt:arſere.i.ardoris indicia emiſere:luminibus.i.oculis arrectis.ſ. ad firmiter inſpiciendũ:& ſudor ſalſus.i.amarus:iit.i.defluit: per artus.ſ.ſimulachri.quaſi ex indignatione laboraret: & ipſa.ſ.dea non ſolum eius ſimulachrum emicuit.i.reſplendẽs apparuit: ter ſolo.i.per terrã:mirabile dictu.i.quæ res mirabilis eſt dictu.i.dũ dicitur,emicuit,dico,ferẽs parmam.i.ſcutum breue,& haſtã tre/mẽtẽ,quia vibratã & quaſſam,ab irata & minitãte dea.Calchas ſ.princeps augurij:videns indignationẽ deæ,canit.i.vaticinatur, extemplo,ideſt ilico e veſtigio:æquora eſſe tentãda,fuga.i.fugiẽ/dum eſſe græcis per æquora:nec.i.& nõ,& canit Pergama.i.mœnia Troiana,nõ poſſe excindi.i.diſrumpi,telis.i.armis inuaſiuis, præcipue quæ de lõge iaciuntur:Argolicis.i.græcis:ni.i.niſi repetant,ideſt iterum petant:Argis.i.apud Argos,omina,aut omnia ſ.auſpicia & alia ad bellum faciẽtia:& niſi reducãt.i.reconcilient (ſm Seruium)aut niſi reducant.ſ.in locum ſuum,numẽ.i.ſimu/lachrum diuæ,quod aduexere ſecum pelago & curuis carinis.epitheton eſt carinarum.i.aluorum nauium:ſed videtur abũdare:&, nam ordo eſſe poteſt,quod aduexerãt ſecum carinis curuis:pelago.i.per pelagus:ſed ſi volumus intelligere,quod etiã verum eſt, pelagus et vexiſſe:nam niſi aquæ ferret nauem,non poſſit nauis ferre,aut vehere quæ in ea ſunt:quod ergo aduexerunt ſecũ pelago:& curuis carinis.i.adminiculo & auxilio aquarum & nauiũ. Et ita dat intelligere,Græcos etiã aduexiſſe ſecum ſimulachrũ aliquod ex Argis,quo numinis præſentia in auxilium belli haberet. nam ſi intelligẽdũ eſſet de Palladio,quod ex Ilio iam ſuſtulerat, nõ diceret Aduexiſſe Troiã,ſed auexeſſe:præterea quum hęc dicerentur nõdum aduexerãt Palladiũ in Tenedon. Sed priuſq̃ pergamus,addemus quæ in Seruiũ annotauit Beroaldus:& quę addidit Lãdinus. Beroaldi verba ſunt. Nemo ſcriptor idoneus, qđ equidem ſciã,tradit hoc.imo oẽs cõſono ore,referunt peltam de cœlo lapſam,in Numæ manus decidiſſe:ad cuius ſimilitudinem & formam,vndecim alias peltas,hoc eſt breuiora ſcuta, Mamu/rius,inter opifices ſolertiſſimus,fecit tanta arte,vt vera pelta vix dignoſceretur:hoc ſcribi: Plutar.in Numa.hoc Ouidius in faſtis: hoc Dionyſi.Halycarnaſſeus.in ſecundo.Hæc fuerũt illa celebra/tiſſima Ancilia,quæ per vrbem à tripudiantibus ſalijs:ad hono/rem Martis,circum geſtabantur: atq; id Seruius ipſe confinxit, ipſe peperit,ipſe ſolus excogitauit:nulla fretus authoritate:quod de Palladijs à Mammurio factis fabulatur. Lãdini autem verba ſunt. Quo tẽpore Ilus Trois filius Ilium cõdidit: quod fuit an/no fere ſeptimo ſupra tria millia & octingentos,poſt mundi ini/tium,aiunt:Breue ſcutum de cœlo lapſum in templum quod in arce cõdebat,idq; Palladium eſſe vocatum: & elegiſſe ſibi locũ in media æde:cui adhuc ſuperinductæ tegulæ nõ erãt:id ſignum ligneum fuiſſe, multi tradiderunt: hoc igitur allecto per illece/bras Theano cuſtode,Antenorem accæpiſſe volunt,& gręcis tradidiſſe: Caliſtratus aũt de Samothracia ſcribẽs,& Satyrus,vt re/fert Dionyſi.dicũt Cryſantem Pallantis filiam,quum nuberet Dardano,attuliſſe Palladis munera. Hæc autem fuiſſe Palladium & magnorum deorum ſimulachra. Deinde Dardanum,diluuiũ fu/gientem,Arcadia profectum,tuliſſe in Samothraciam: ibiq; illis templum ſtruxiſſe. Mox quum maiorem partem populi tranſue/xiſſet in Aſiam ſacrificia,ac ceremonias Samothracibus reliquiſ/ſe,Palladia vero & deorum imagines,ſecum auexiſſe,& ex ora/culo accæpiſſe vrbem illam duraturam:in qua hęc permanerẽt, ac propterea vrbem cõdidiſſe,& à ſe denominaſſe,& in ea collocaſſe. Cõdito deinde ab eius poſteris Ilio eſſe trãſlata. Poſtea ve/ro capta vrbe inferiore,Sicam dñm arcis factũ ſuſtuliſſe ex ady/tis ſacra,& quod ſuper erat Palladium. Nã alterũ Vlyſſes & Dio/medes furtim vrbem ingreſſi abſtulerant. Aretinus,eodẽ Dionyſio teſte,ſcribit Palladium à Ioue Dardano datũ:& locatũ in lo/co inacceſſibili:ſed fabricatum aliud ad eius ſimilitudinẽ, & po/ſitum palã:& hoc eripuiſſe grecos: aliud accepiſſe Æneam. Alij ſcribũt Palladium abſconſum ab Ilionẽſibus in cauernis,ne ho/ſtes eriperent:& poſt multas ætates ab fimbria,quæſtore quum Ilium expugnaſſet ablatum,ac Romã peruectũ. Seruabatur autẽ in templo Veſtæ,quod erat inter capitolium & palatiũ,quo incẽ/ſo L.Gellius Metellus illud liberauit:ipſe ignis ardore cęcus euaſit. Syluius aũt ſcribit, quum Diomedes in vrbe quam in Apulia condebat,Palladiũ collocare vellet,monitũ eſſe à dea nocturna quiete: vt in Latium vbi vera erat numinis,ſedes:illud deportaret. Detulit Diomedes,& Palladium tradidit.

PIERIVS.

¶Secum aduexere carinis.) In Mediceo codice,& aliquot alijs, auexere,legitur:vt ſit ex eodem loco, vnde digreſſi prius augu/ria cœperant.

SERVIVS.

¶Arma deoſq; parãt comi/tes.) Ingẽti arte de futuro ſollicitos facit:vt præſentem fir/met ſecuritatem. ⸢Improuiſi aderunt.) Sicut & factum eſt. ⸢Digerit omnia.) Interpreta/tur numinis commotionem. ⸢Antiqua ſub relligione.) Sub fauore priſtino. ⸢Nam ſi ve/ſtra manus.) Quia occurrebat exurendum eſſe equum,ſi in/troferri,vel prodeſſe non po/terat. ⸢Aſcendiſſet.) Vt, Scan/dit fatalis machina muros. ⸢Aſiam.) Aſiaticos: vt paulo poſt Vrbem ſepultam pro ciuibus poſuit. ⸢Pelopeia.) Argi/ua à Pelope. ⸢Noſtros nepo/tes.) Diaſyrtice. Nã iam qua/ſi,Troianus loquitur. ⸢Periu/ri.) In verbo,r non habet. Nã peiero vel peierant dicimus. ⸢Credita res.) Aut fides habi/ta, aut commiſſa reſpublica. ⸢Captiq; dolis.) Virtuti non cedit. Dolis dicit Troiam eſſe ſuperatam. non q̃ Troianis victos eſſe turpe nõ fuerit:ſed q̃ Græcis turpius viciſſe per dolos. ⸢Coactis.) Vt Terentius, Quam oculos terendo miſere, vix vi expreſ/ſerit. ⸢Lariſſęus Achilles.) A vicinitate. Nam Phthius fuit. Vtraq; tamen Theſſaliæ ciuitas eſt.

Et nunc, q̃ patrias vento petiere Mycænas,
Arma, deoſq; parant comites, pelagoq; remenſo
Improuiſi aderunt, ita digerit omnia Calchas.
Hanc pro Palladio moniti, pro numine læſo
Effigiem ſtatuere, nephas quæ triſte piaret,
Hanc tamen immenſam Calchas attollere molem
Roboribus textis, cœloq; educere iuſſit,
Neu recipi portis, aut duci in mœnia poſſit,
Neu populum antiqua ſub relligione tueri.
Nam ſi veſtra manus violaſſet dona Mineruæ,
Tum magnum exitiũ (quod dij prius omen in ipſum
Conuertant) Priami imperio, Phrygibuſq; futurum.
Sin manibus veſtris, veſtram aſcendiſſet in vrbem,
Vltro Aſiam magno Pelopeia ad mœnia bello
Venturam, & noſtros ea fata manere nepotes.
⸢Talibus inſidijs, periuriq; arte Sinonis — ÆNE.
Credita res, captiq; dolis, lachrymiſq; coacti,
Quos neq; Tydides, nec Laryſſæus Achilles,
Non anni domuere decem, non mille carinæ.

DONATVS.

¶Nam ſi veſtra.m.v.d.mi. Tum magnum &c.) Si læſiſſet equũ ipſum,qui in honorẽ tanti numinis factus eſt, multiforme exitiũ conflari poſſe Troianis ait,ſed hoc ne velut in maledictum pro/ficeret troianoꝝ,addidit,quod dij prius omen in ipſum conuer/tãt. In cõcluſione ait. ⸢Sin manibus veſtris,&c.) Satis illi profu/turum,ſi ipſoꝝ manibus in pa/triam duceretur,vſq; adeo vt Troianos firmaret ad excindẽ/dũ graioꝝ imperium vltro eſſe venturos,& in eorũ nepo/tes oẽ exitiũ eſſe rediturum. ⸢Talibus inſidijs, pe.a.ſi. Cre/dita res,c.q.d.l.a.q.c.) q̃a po/terat dici Æneæ,cur tam faci/les:cur tam creduli? cur in ve/ſtris periculis minus diligẽtes & cauti fuiſtis? cur belli tẽpo/re hoſtẽ iſta aſſerentẽ putaſtis vera ſimpliciaq; dixiſſe? ait credidimus cũ iuraret. Oĩs.n. religioſus ę periurus eſſe non põt,facile fidẽ iuratis admit/tit. Credidimus cũ fleret,exiſti/mantes illas lachrymas verõ morſu doloris nõ fraude mẽ/tientis effundi. quod ait. Ca/pti dolis & lachrymis coacti, poſt interitũ cognitum eſt,nõ illo tẽpore,quo Sinon loque/batur. dolis vero capti hãc ha/bet rationẽ. doli definitio eſt, quũ aliud agitur,aliud ſimulatur. aliud ergo in aĩo Sinonis fuit, aliud in verbis & lachrymis,& in equi mole tã magna,q̃ nõ religio (vt figmẽtis aſſertum eſt) ſed imperij Troiani pernicies fuit. ⸢Quos neq; tydides.n.la.ac. Nõ anni do.d.n.m.carinæ.) Vnius fraude decepti ſumus,qui fortiſſimoꝝ manibus,& ingẽtis nume/ri per annos decẽ nõ ſumus ſuperati. Cõplexus eſt hic perſonas ſpaliter poſitas per numerum mille carinarũ. Tp̃is vero ratione excuſationẽ prętexuit,mõſtrãs imperium Troię nõ virtute ali/qua ſed inſidijs & fraude eſſe ſuperatũ. Inſidiæ fuerũt in equi fa/brica,reliqua in perſona Sinonis. Interea videtur illi propoſitiõi Priami nõ reſpõdiſſe,quia dictũ eſt,aut quæ machina belli? Sed

quid

quid opus fuerat huic reſpōdere? quū aliorſum traxerit equi rōnem, quæ fuerat Troianis & ipſi regi ſuſpecta.

ASCENSIVS.

¶Et nūc, ꝙ patrias vento petiere Mycænas.) Finxit ſe reuelare arcana Græcorū, etiā quæ cōtra Troianos ſunt: vt probet quod prǽſumpſit: Cūcta, equidem tibi rex (fuerit quodcunq;) fatebor Vera. nam Talib. inſidijs, periuriq; arte Sinonis, Credita res. De q̄ Donatus ſic. ☞ Arma.) q.d. hoc contra Troianos: vt reliqua faciat veriſimilia. ☞ Captiq; dolis, lachrymiſq; coacti.) q.d. nō poterat obijci Troianis, cur ita creduli fuiſſent: qa iurauit, & quia lachrymas veras credidimus eſſe, ergo non virtute, non numero hominum, non diuturnitate belli, ſed inſidijs victi ſumus. ¶Ordo eſt.

Ordo. Et quod nūc petiere vento Mycænas patrias (id falſum eſt, quia adhuc in Tenedo latebant: ſed dixerat Æneas, Nos abijſſe rati, & vento petijſſe Mycęnas.) ſup. id ideo fecerunt: quia parāt arma, & deos comites: quia numen quod ſecū aduexerant, eo quod eēt læſum, erat reducendum, vt reconcilietur. ſicut dictum eſt. & ipſi aderunt improuiſi (quod etiam euenit ſecundum poetam, id aūt callide dicit, perfidus Sinon: & vt reuelare putetur arcana Gręcorum: & ſi forte in cuſtodia tentus fuiſſet, donec periculū feciſſent Teoiani: vt per hoc euadere potuiſſet, quia præmonuiſſet, etiam ſi milites in equo occultatos deprehendiſſent: quia dicere potuiſſet id ſe neſciſſe: quum veriſimile ſit incluſos in equo, iuraſſe, aut promiſiſſe, ſe eum purgaturos, vt confidentius negocium peragat.) Calchas digerit. i. interpretatur ſic omnia. ſ. numinis commotionem, & portenta: & ita legit Ser. & eſt præſentis temporis, à digero digeris: alij tamen legunt, degerit, à dego: quod compoſitum eſt à de, & ago: vt ſit p̄teriti temporis: & exponatur pro eo quod eſt, perfecte egit: & diiudicauit faciēda omnia ſic: & ipſi moniti. ſ. à Calchante: ſtatuere. i. erexerunt, vnde ſtatuæ dictæ, q̄ ſtatuūtur: & ſtant, hanc effigiē. ſ. equi ꝓ Palladio, & numine læſo: q̄ piaret. i. purgaret nefas triſte. i. pro quo triſtes effecti ſunt: tamen Calchas iuſſit attollere hāc molē, immenſam. i. ſane magnam: ita vt menſurā recæptaculi portarum excederet: textis. i. cōtextis roborib. & iuſſit educere hanc molē, cœlo. i. in cœlū vſq; neu. i. vel ne, poſſit recipi portis. i. per portas: aut poſſit duci in mœnia: neu. i. vel ideo, ne poſſet tueri. i. protegere populum. ſ. Troianorum: religione antiqua. i. priſtino fauore: quē pro religiōe olim rependebat dea: hoc eſt, ideo facere iuſſit tam magnam, vt quia in mœnia duci, ſaluis portētis non poſſet, recuſaretis eam recipere: qua recæpta, dea potius vobis more antiquo faueret, q̄ Græcis, à quibus recenter & grauiter offenſa eſt. Nam ſi manus veſtra violaſſet dona Mineruæ. (quaſi dicat, vt feciſſet niſi aduenniſſem.) tunc, ſup. degerit, aut cecinit magnum exitium futurum imperio Priami, & Phrygibus. i. populo Troiano: quod omē. ſ. excidij: dij ꝑus. i. potius cōuertant in ipſum. ſ. Calchanta, μάντι κακῶν, vatē malorum: (ſed loquitur dyaſirtice: nā poſſet ſic: ſm̄ mentē Sinonis cōſtrui: quod. ſ. excidiū dij conuertant prius in ipſum omen. i. dij faciant, quod ominor. i. excidiū eueniat Troianis.) ſin. i. ſed ſi, ſupple effigies equi: aſcendiſſet in vrbem, veſtris manibus. i. auxilio manuum veſtrarū, ſup. cecinit: Aſiam. i. Aſiaticam gentē: hoc eſt, Troianam venturam: vltro. i. inſuper: aut ſine obſiſtētia: magno bello. i. virtute bellica auxiliante Pallade: ad mœnia Pelopeia. i. Argiua. legendum autem eſt, Pelopea: aut ſi Pelopeia, non niſi tetraſyllabum erit: & ea fata manere noſtros nepotes. i. futura eſſe etiam noſtris nepotibus. (Cæterum, vt duplicia ſunt fata. ſ. bona victoribus, & mala victis: ita duplices nepotes. i. minores: ſi ergo, ſe nunc Troianū computat, ſenſus eſt: ea fata, q̄ de victoribus Troianis eſſent manere, & noſtros nepotes. i. poſteros Troianos, vt ſemper victores ſint: ſin, ſe adhuc Græcum cenſet, vt eſt natione quidē: ſenſus eſt, fata bona Troianorū, manere. i. ingruere: in perpetuū, in noſtros nepotes. i. in poſteros Græcos, vt ſemper vincantur à Troianis: nā manere ſæpe mala dicuntur: vt Statius in Achilleide: Quid maneat populos: vbi tāta iniuria primo degraſſata duces? (Res. ſ. de introducēdo equo: eſt credita talibus inſidijs, & arte Sinonis ꝑiuri: & hi, ſup. capti ſunt dolis, & lachrymis coactis. i. vi expreſſis (alij coacti, legūt.) quos neq; Tydides, nec Achilles Laryſſæus. i. Theſſalus: ſed ex Phthia, non ex Lariſſa oriūdus: (præponit aūt Tydidem, ſicut & prius, ò Danaū fortiſſime gentis Tydide, eo quod cōgreſſum cum eo habuerat.) & annī decē, & mille carinæ. i. naues (tot enī ab Homero quoq; enumerantur, licet poſſet dici numerus certus, pro incerto) nō domuere. i. domuerunt. Id quoq; imaginem habet laudum Iulij. Eum ſi quidē, nec Romana, nec externa virtus, nec Pōpeius magnus, nec Cato, cæteriq; coniurati, bello domare potuerunt: quē fraus coniuratorum extinxit.

PIERIVS.

¶Hanc tamen immenſam.) In Mediceo, Hane adeo immēſam, legitur: ſed, tamen, recæptum magis. ☞ Priami imperio, Phrygibuſq; futurū.) In codi. aliquot antiqs, Phrygis, legitur: ſed Phrygibus, emēdatior omnino lectio eſt. ☞ Captiq; dolis lachrymiſq; coacti.) Seruius, coactis, legit: remq; Terentij, teſtimonio ſuffulcit. Nuſq̄ tamen in veterib. exemplaribus id inueni, quāquam in Mediceo, neſcio quid huiuſmodi abraſum in eius dictionis fine diſcernitur. Quam vero Ouidij Synepeiam, huc nōnulli citant, Oculi lachrymis maduere coactis: longe diuerſa eſt à Virgiliana ſnīa. Nam ibi Ouidius de Prochne loquitur, quæ inſpecto Ity filio, coacta ſit maternæ pietatis impulſu, lachrymare, fœdæ immanitatis, quam in eum parabat, ſibi conſcia: atq; ideo dicit, inuitiq; oculi lachrymis maduere coactis. In Sinone vero, quum lachrymæ dubio procul fictæ eſſent, ideo cogi eas neceſſe fuit: quia neq; dolor, neq; affectus vllus erat, qui ſponte ſoleat lachrymas ciere: ſed & Ti. Donatus, coactis, legit: ſi modo codex fidelis eſt. Vtcunq; tn̄ alij, atq; alij ſenſerint, minime abſurdum mihi videtur, ſi legamus, capti dolis: & coacti lachrymis: quo ēt mō, ſi legas apud Donatum, nihil quidq̄ eius ſententiam immutaueris.

Hic aliud maius miſeris, multoq; tremendum
Obijcitur magis, atq; improuida pectora turbat,
Laocoon ductus Neptuno ſorte ſacerdos
Solenneis taurum ingentem mactabat ad aras.
Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta
(Horreſco referens) immenſis orbibus angues
Incumbunt pelago, pariterq; ad littora tendunt,
Pectora quorum inter fluctus arrecta, iubæq;
Sanguineæ exuperant vndas, pars cætera pontum
Ponè legit, ſinuatq; immenſa volumine terga.
Fit ſonitus, ſpumante ſalo, iamq; arua tenebant:
Ardenteiſq; oculos ſuffecti ſanguine, & igni,
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.
Diffugimus viſu exangues, illi agmine certo
Laocoonta petunt, & primum parua duorum
Corpora natorum ſerpens amplexus vterq;
Implicat, & miſeros morſu depaſcitur artus.
Poſt ipſum auxilio ſubeuntem, ac tela ferentem
Corripiunt, ſpiriſq; ligant ingentibus, & iam
Bis medium amplexi, bis collo ſquamea circum

SERVIVS.

¶Hic.) Tunc. ☞ Maius miſeris.) multoq;. Vt, Et ſale ſaxa ſonabāt. Et, Caſus Caſſandra canebat, Nam apud veteres à ſimilibus īcipere vitioſum nō erat. Et notandum quia, vt ſupra diximus, agit ne videatur vel Troia ceſſiſſe viribus: vel Æneas voluntate fugiſſe. Hāc autem rem oſtendit, ex accidentibus dolos Græcorum eē firmatos. ☞ Laocoon ductus Neptuno.) Vt Euphorion dicit, poſt aduentum Gręcorum ſacerdos Neptuni lapidib⁹ occiſus eſt: quia ſacrificijs, eorum non vetauit aduentum. Poſtea abſcedentibus Græcis quum vellent ſacrificare Neptuno, Laocoon Thymbræi Apollinis ſacerdos ſorte ductus eſt: vt ſolet fieri quū deeſt ſacerdos certus. Hic piaculum cōmiſerat ante ſimulachrum numinis cū vxore coeūdo. Et ob hoc īmiſſis draconibus cū ſuis filijs interemptus eſt. Hiſtoria quidem hoc habet. Sed poeta interpretatur ad Troianorum excuſationem. ☞ Sorte ductus.) Sic Salluſtius, Sorte ductus furti negat. ☞ Solēneis aras.) Anniuerſario ſacrificio religioſas. Dicimus autem & ſacrificium ſolēne, & aras ſolēnes: vt apricum & hominem, & locum: vt Aprici meminiſſe ſenes, Perſius. Cōtra Horati⁹, Cur apricū oderit cāpū. ☞ Taurum ingētē.) Nō prǽter rationem eſt hoc loco ingētē: alibi, Iam cornu petat. In victimis enim iſta requirūtur vt certis numinibus certæ ętatis aīalia mactētur. ☞ Gemini.) Duo & ſimiles. Gemini autē proprie ſunt duo fratres ſimul nati. ☞ Horreſco referēs.) Etiam referēs. ☞ Angues.) Angues, aq̄rum ſunt: Serpētes terrarum: Dracones templorū, vt in hoc indicat loco. ☞ Trāquilla ꝑ alta angues.) Paulo poſt, Ser

Terga dati,ſuperant capite,& ceruicibus altis.
Ille ſimul manibus tendit diuellere nodos,
Perfuſus ſanie vittas,atroq; veneno,
Clamores ſimul horrendos ad ſydera tollit:
Qualeis mugitus,fugit quum ſaucius aram
Taurus,& incertam excuſſit ceruice ſecurim.
At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones
Effugiunt,ſæuæq; petunt Tritonidis arcem,
Sub pedibusq; deæ,clypeiq; ſub orbe teguntur.

pens amplexus. Itẽ, Delubra ad ſumma Dracones. Sed hæc ſignificatio plerunq; cõfundi tur. ⸢Pelago.) Per pelagus. ⸢Iubę.) Aut criſtę,aut barbę. ⸢Sanguineæ.) i.ſanguinei coloris. ⸢Legit.) Trãſit,vt Littoraq; Epiri legimus. ⸢Sinuat.) Curuat: flectit in ſinus. ⸢Salo.) Dicimus & ſalum, vñ eſt ſalo:& ſal ſalis: vt Spumas ſalis ære ſecabat. Et, Sale tabentes artus. ⸢Suffecti.) Pro infectis: vt cõnixa pro enixa: & eſt figura, ſuffecti oculos. ⸢Sibila.) i. ſibilantia. Nam participium eſt. Cum enim nomen eſt, ſibilus dicimus. vt, Nam neq; me tantum venientis ſibilus auſtri. ⸢Vibrantibus.) Mobilibus.) Quia nullũ animal tanta celeritate linguam mouet, adeò vt triplicem habere videatur, quum vna ſit. ⸢Depaſcitur.) Vt diximus ſupra, & paſco & paſcor vnius ſignificationis ſunt: vt, Atq; artus depaſcitur arida febris. ⸢Spiris.) Nodis. Vnde & baſes columnarum, ſpirulæ dicuntur. Nam proprie ſpira eſt volubilitas funium. ⸢Squamea.) Pro ſquamoſa: vt frondea pro frondoſa. ⸢Perfuſus vittas.) Perfuſas habẽs vittas: & eſt interpoſitus verſus. Nam poteſt tolli ſaluo ſenſu. ⸢Atroq; veneno.) Vt pallida mors: vel triſtis ſenectus. ⸢Quales mugitus tollit.) Facta aũt comparatio eſt propter ſacerdotis perſonã. ⸢Incertam.) Dubie illiſam: quæ non haberet mortis effectum. ⸢Lapſu.) Labi proprie ſerpentum eſt. ⸢Delubra.) Delubrum dicitur quod vno tecto plura complectitur numina: quia vno tecto diluitur, purgatur: vt eſt Capitolium in quo eſt Minerua, Iuppiter, Iuno. Alij dicunt delubrum eſſe locum ante templum, vbi aqua currit, à diluendo. Eſt autem ſynecdoche, hoc eſt à parte totum. ⸢Sæuæq;.) Fortis, aut nobilis. ⸢Sub pedibusq; deæ.) Scilicet maioris ſimulachri: quod à cunctis videtur. Nam quod colitur & breue eſt: & latet: ſicut palladium fuerat. ⸢Clypeiq; ſub orbe.) Vt maxima pars in ſpiram collecta ante pedes ſit. Colla vero cũ capitibus erectis poſt clypeum, ideſt inter ſcutum & ſimulachrũ deæ latebant: vt eſt in templo vrbis Romæ.

DONATVS.

¶Huc aliud.m.mi.m.q.tremẽ.Obijcit.) Omni occaſione purgat Æneas crimen perditæ ciuitatis & regni, & in eo ipſo, in quo reprehendi poterat, partes laudis exquirit, oſtendens (vt ſuperius poſitũ eſt) græcos nõ virtute ſed dolis & fraudibus conſecutos eſſe victoriam, adiũgit hoc quoq; dolos ipſos atq; ipſas fraudes potuiſſe Troianorum aſtutijs auerti, ſi ſtudium ſuperum diuerſæ partis conſilia non intantum fouiſſet, vt Troianorũ ẽt mẽtes omni errore confunderet. deniq; annectit, quod hoc ipſum oſtendat & probet. ⸢Laocoon ductus ne.ſo.ſac.) Laocoon, inquit, nõ ſua nec cuiuſlibet volũtate, ſed iudicio ſortis neptuno ſacerdos ordinatus erat, quod munus proculdubio nõ ſine arbitrio diuino per ſortẽ Laocoonti apparebat iniunctũ. Debuit ergo ipſorũ fauore tutus eſſe aduerſus oẽm vitæ ſuę perniciẽ, quorũ volũtate fuerat ordinatus, ſed nihil hoc valuit, vbi per ſacrificantis interitum ad omnium Troianorũ & ipſius patriæ diſpoſitũ tendebatur exitium, intantũ vt ipſe Neptunus ſacerdotẽ ſuum ſacrorũ ſolennia gerẽtẽ in ipſo adhuc actu conſtitutũ mactantẽ ingentem Taurũ, hoc eſt optimum, cuius forma ampliſſima ſperauerat ſeſe numini placiturum, nec iuuerit aliquo auxilio, & magis eius hoſtibus hoc eſt geminis anguibus, quo facilius perueniret placidũ pbuerit mare, hoc eſt quod ait. ⸢Ecce aũt.g.à te.tr.per alta.) Potuimus hoc ſigno pręuidere manifeſtã imminere perniciẽ, ſignificabãt.n. hoſtes vẽturos à tenedo, & maximos duces & geminos. Vbicũq; ponitur ecce aũt, res horrẽda & repentina ſignificatur. vt ecce aũt telis Panthus elapſus achiuũ, & ecce aũt elapſus Pyrrhi de cæde polytes, & multis alijs locis eſt poſitũ. ⸢Horreſco referẽs.) Quãto cũ tremore viſum eſt, cuius relatio ſine pturbatiõe animi non potuit explicari. deſcriptio veniẽtiũ ſatis aperteq; terribilis. nã feſtinatio, & oculi ardentes, & linguæ ſępe cõtinueq; vibrãtes demõſtrabãt alicui allaturos interitũ, hoc oſtẽdit dicẽdo. ⸢Diffugimus viſu exangues.) Põtũ pone legit. i. trãſmittit, trãſit, vt alio loco, littoraq; epyri legimus, quod eſt pterimus, quod ait in reliqua veniẽtũ deſcriptione eius ſolũ hoc cõtinet, quia diuerſis terroribus fuerat plenũ. veniẽtibus vero anguibus ad terrã diffugimus, inqt, exangues viſu ipſo cõſternati, qm̃ de anguibus loquebatur, alluſit, vt diceret, diffugimus exangues. Exangues tñ proprie ſignificãtur ſine ſanguine. Calor n. quo cõſtat ſanguis in corpore, ſi metus interuenerit, q frigore nõ caret, excludit. pindeq; cõualeſcente gelida paſſiõe cõſumitur, quod calebat. ⸢Illi agmine.c.la.pet.) Agmẽ dicit actus ſerpentũ. curſus.n. & iter pedum eſt, quos cõſtat nõ habere ſerpẽtes, perindeq; impropriũ eſt, ſi hoc dicamus ambulare vel currere. Laocoõta petũt certo agmine, ipſum ſ. ſacrificantẽ. ⸢Et primũ parua duorum Corpora natorum ſerpens amplexus vterq; Implicat, & miſeros morſu depaſcitur artus.) Impietatẽ hic ſuperũ vehementer expreſſit. primo.n. ſacerdos in ipſa adhuc ſacrorũ ſolennitate cõſtitutus appeti pernicie tanta nõ debuit concremari, nec cum filiorũ exitio occidi, cum pater filijs ſubuenire niteretur inſontibus, ipſi ẽt paruuli, qui in illa ætate nihil audere aut committere potuiſſent, vt crudeli morte interire meruiſſent. Reliqua deſcriptio ſerpentũ ad demõſtrãdã ſęuitiam facti pertinet, & ad crudelitatẽ numinum confirmandã. Interea necatis liberis, cum ipſe quoq; pari curſu vrgeretur ad mortem. ⸢Clamores (inquit) hor.ad ſi.t. Quales mugitus.f.c.ſa.a.Tau.& in.ex.ce.ſe.) Quales tollit mugitus, cũ aris Taurus admotus non pleno ictu pcutitur, & aras effugit, tales emittebat Laocoon clamores ad ſydera reprehendẽtis.ſ. aio, tollebat, ꝙ nec ſubueniret tã ſęua perferẽtibus, & indigna fieri paterẽtur. alluſit aũt de mugitu tauri, qm̃ i illo ſacrificio taurum fuiſſe memorauerat. Tollit bis accipiẽdũ eſt, vt ſit, tollit mugitũ taurus, tollit Laocoon clamores ad ſydera, vt illo vel vox perueniret vnde inſontibus nõ potuit ſubueniri. ⸢At gemini la.de.ad.ſ.dracones Dif.ſe.q;.pe.tri.a. Sub pe.q;.d.clypeiq; ſub orbe teguntur.) Cõfirmatur iſta coniectura, quod non inertia ſua, neq; ſola Sinonis fraude, ſed inimico etiam deorum ſtudio & vel maxime ipſius Mineruę, cuius donum Laocoontis manu conſtabat eſſe pulſatum, Troiani decepti ſint. Cum dracones ambo perfecta Laocoontis ac liberorũ pœna, ad templum Mineruæ contenderunt, nec ſolum fuerunt cõtẽti parietibus templi ſed ad ipſam quoq; arcem, hoc eſt vbi deæ ſimulachrũ ſtabat, celeri lapſu puenerũt, veſtigijsq; eius & clypeo contecti ſunt, mirandũ nõ eſt, clypeo & ſimulachri veſtigijs tegi potuiſſe, quos ſupra & lõgos & validos dixit, & multiplici ambitu circũdediſſe Laocoõtis corpus ac liberorum, & fuiſſe ſuperfluã partẽ. Interea amplexus dixit ſerpentũ, cum pueri & Laocoon necarentur, vt oſtenderet Virgilius blãdos eſſe aliqñ etiã pernitioſos amplexus, vulgatum aũt cõſtat & omnibus manifeſtum, in mari angues, in terra ſerpentes, in templo dracones poetam dixiſſe.

ASCENSIVS.

¶Hic aliud, &c.) Ne indecorum videatur vni homini, in tanta re fidem habitam: & vt non improuidi, ſed pij deorum cultores cenſeantur Troiani: addit poeta deæ portentum, quod acceſſit etiam, ideo vt fato delatam Troiam (vt ſæpe dictum eſt) comprobet. vnde Dona.ſic. ⸢Hic aliud ma.) Nam vehementer dolos poterat confirmare hoc monſtrum. ⸢Sorte.) In qua fuerat arbitrium diuinum. Ergo debuit, niſi fuiſſet futurum exitiũ publicum ſeruare ſacerdotem, diuina voluntate ductum: non arbitrio humano mactantem taurum ingentem, ideſt excellentem hoſtiam. ⸢Ecce autem.) Per hoc ſignificabatur hoſtes venturos à Tenedo. Ecce, ſemper ponitur, vbi res horrenda & repentina ſignificatur. Feſtinatio autem, & oculi ardẽtes, & linguę mobilitas, demonſtrabãt alicui illos laturos interitum. ⸢Agmine.) Agmen dicitur, actus ſerpentum. Curſus enim, & iter pedum eſt quibus carent ſerpentes. ⸢Laocoonta.) Exprimitur deorum impietas. Sacerdos enim in ipſo ſacrificio petitur: ſed primo in eius conſpectu, filij crudeliſſime interficiuntur paruuli, & inſontes. Cætera ſerpentum deſcriptio crudelitatem deſignat. ⸢Qualeis mugi.) Alluſit ad taurum: quia ſacrificabatur taurus. ⸢Tollit.) Bis accipe, Tollit Laocoon, tollit taurus. Arte, non inertia ſua decępti ſunt à Sinone: ſed iniquo deorum ſtudio preſertim Mineruæ. Petitus eſt Laocoon, qui equum vulnerauerat: & dracones ad ſimulachrum deę refugerant. ¶Ordo eſt. Aliud, ſcilicet portentum, aut facinus maius: & tremendum. i. in tremore & timore excipiẽdum: magis multo quàm illud, prius obijcitur: hic, ideſt hoc tempore: hoc eſt, paulopoſt miſeris. ſ. Troianis: & turbat, ideſt commouet pectora improuida, ſcilicet contra deorum inſidias: nam (vt ait Statius) Quis diuum fraudibus obſtet? Laocoon ductus ſorte. i. per ſortem nuncupatus Neptuno ſacerdos:

Ecce
Agmen
Ordo.

nam

nam qui ante eum erat, obierat: elegerant ergo quodammodo (ſi liceat prophana ſanctis comparare) ſic ſacerdotem, vt apoſtoli coapoſtolum: ſorte, videlicet, ſed ſors cecidit dijs ita volentibus. (Vnde non homines, ſed dij euertiſſe Troiam, dicuntur in principio.iij.huius, vbi dicitur. Poſtq̄ res Aſiæ, Priamiq́ue euertere gentem Immeritam, viſum ſuperis.) ſuper eum qui ſimulachrum percuſſurus erat: vt ſequens portētum in eo daretur: Laocoon ergo ductus ſorte Neptuno ſacerdos: mactabat.i. ſacrificabat: mactando, quod aptum eſt ſacrificijs verbum, deductum à magis, & augeo: quaſi, magis aucto: taurum ingentem ad aras ſolenneis: nihil ergo in ſacrificio prætermiſſum, ne ob id pœnas dediſſe putetur, autem, pro ſed: ecce, quaſi ex improuiſo: gemini angues, imenſis orbibus.i. habentes orbeis, & gyros, ſeu annulos valde magnos, ſup. venientes à Tenedo, per alta.ſ. maria: tranquilla: vt dij eis facilem tranationem præſtare putentur: incumbunt i. ſe toto conamine ingerunt: pelago.i. mari, & tendunt pariter.i. pari modo: ad littora, vbi.ſ. Neptuno, qui deus maris eſt, ſacrificabatur: quorum pectora arrecta inter fluctus, & iubæ.i. criſtæ: ſanguineæ.i. ſanguinei coloris, aut diræ, aut ſanguinolentæ: ſuperant.i. excedunt, vndas: ita vt extra vndas eminerēt, cætera pars, legit.i. molliter tranat: pone.i. cōtinuo: ſed à tergo pontum.i. mare: & ſinuat.i. in ſinus, & annulos, ſeu ſpiras colligit: volumine.i. inuolutione: terga immenſa.i. valde magna: & modum, ſeu menſuram iuſtam excedentia: ſonitus.ſ. aquarum, fit.ſ. ex celeri annatatu anguium: & hoc dicit, ſalo.i. mari: ſpumāte.i. ſpumas facien te, aut emittente: &, ſup. angues: tenebant iam arua.i. terram aridam, & arabilem: & ipſi ſuffecti.i. ſubinfecti oculos ardēteis.i. habentes oculos ardenteis, ſuffectos ſanguine & igni.i. partim colore igneo, partim ſanguineo: lambebant linguis vibrantibus.i. micantibus: & in varias parteis iactis ora ſibila, pro eo quod eſt, ſibilantia: aut lambebant.i. lambēdo edebant ſibila: & hoc linguis vibrantibus.i. ferientibus ora. Nos.ſ. id videntes: diffugimus.i. in diuerſas parteis fugimus: exangues.i. mortui, aut morientes: ſed melius, exangues: quia ſanguis, ad præcordia timentium conuolutus, reddit eorum facies exangues.i. ſine ſanguine viſu.i. ſolo aſpectu: illi.ſ. ſerpentes: petunt.i. hoſtiliter aggrediuntur: agmine i. impetu certo, ideſt deliberato: vt ſignificent ſe, non ad alium, q̄ ad eum, ad eum, & eius liberos miſſos. Laocoōta.ſ. ſacerdotem, quem nō peracto ſacrificio, nephas, & piaculū fuiſſet fugere: & vterq; ſerpens amplexus, primum parua corpora natorum.ſ. Laocoontis: implicat, ſup. ea.i. inuoluit: & depaſcitur.i. paſcēdo abſumit morſu.i. mordicus: miſeros artus.ſ. eorum: & corripiunt.i. ſimul rapiunt, & inuadunt: poſt.i. poſtea: ipſum.ſ. Laocoōta: quaſi caput culpę: ſubeuntem auxilio.ſ. natis: & ferentē tela, quibus.ſ. angues feriat, aut depellat: & ligant.i. circumplicant, & iuoluunt ipſum: ingētibus ſpiris.i. annulis, ſeu nodis, & ipſi iā amplexi ipſum mediū: & dati terga ſquamea.i. ſquamoſa, hoc eſt, habētes terga ſquamoſa data, collo.ſ. eius: circū.i. per circuitum: ſuperant.i. eminēt, aut emicant: capite & ceruicib. altis.i. in altum erectis: ille.ſ. ſacerdos: perfuſus vittas.i. habens vittas perfuſas: ſanie.i. corrupto ſanguine, & atro.i. tetro, & inimico veneno: tendit.i. conatur ſimul diuellere manib.ſ. ſuis: nodos.i. ſpiras, & cōplicationes anguiū: & tollit.i. iactat ſimul clamores horrendos: ad ſydera.i. ad cœlū, ſup. taleis, qualeis.i. qualeis mugitus, ſup. tollit taurus: quum ipſe ſaucius.i. vulneratus, à volente eum mactare, fugit aram, & excuſſit ceruice ſecurim incertam.i. dubie incuſſam, nec quam volebat partem ferientem. At.i. ſed dracones gemini.i. duo, aut pares, effugiunt lapſu.i. celeri motu: ad ſumma delubra.i. templa Palladis: &, p.i. petunt arcem, Tritonidis.i. Palladis, ex Tritone genitæ, ſm vnam opinionum prius dictarū: & teguntur ſub pedibus deę: & ſub orbe.i. vmbone clypei ipſi⁹, quē tenet: ſic vt ad pedes vſq; demittatur: quia ergo ad deam, quaſi ad protectricem, fugerunt, ſignificauerunt ſe ab eo, quaſi in vltionem Laocoontis violatoris equi, miſſos: vt ſequentia indicabunt.

PIERIVS.

¶ Iubæq́; Sanguineæ exuperant vndas.) In veteribus aliquot exempla. legere eſt, ſuperant vndis. In Med. ſuperāt vndas. Sed enim exuperant longe maius quiddam oſtentat. ¶ Sinuatq́; immenſa volumine terga.) In codi. pleriſq; peruetuſtis, legitur, ſinuant: pluralitatis numero. Quippe angues toti, quæ lectio carminis, etiam tonum reddit canorum magis. ¶ Tendit diuellere nodos.) Vetera quædam exempla. deuellere habent, ſed id vitio temporum. ¶ Fugit cum ſaucius aras.) Antiqui cod. pene omnes cum Medi. aram vnitatis numero legunt: quæ quidem lectio mihi caſtior videtur.

Tum vero temefacta nouus per pectora cunctis
Inſinuat pauor, & ſcelus expendiſſe merentem
Laocoonta ferunt, ſacrum qui cuſpide robur
Læſerit, & tergo ſceleratam intorſerit haſtam.
Ducendum ad ſedes ſimulachrum, orandaq; diuæ
Numina conclamant.
Diuidimus muros, & mœnia pandimus vrbis.
Accingunt omnes operi, pedibusq; rotarum
Subijciunt lapſus, & ſtupea vincula collo
Intendunt: ſcandit fatalis machina muros
Fœta armis, circum pueri, innuptæq; puellæ
Sacra canunt, funemq; manu contingere gaudent.
Illa ſubit, mediæq; minans illabitur vrbi.
O patria, o diuum domus Ilium, & inclyta bello,
Mœnia Dardanidum: quater ipſo in limine portæ
Subſtitit, atq; vtero ſonitum quater arma dedere.
Inſtamus tamen immemores cæciq; furore,
Et monſtrum infelix ſacrata ſiſtimus arce.
Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris
Ora, dei iuſſu, non vnq̄ credita Teucris.
Nos delubra deum miſeri, quibus vltimus eſſet
Ille dies, feſta velamus fronde per vrbem.

SERVIVS.

¶ Nouus.) Magnus: vt Pollio & ipſe facit noua carmina. ¶ Inſinuat.) Pro inſinuatur. ¶ Scelus.) Supplicium: ab eo quod præcedit, id quod ſequitur. ¶ Expendiſſe autem tractum eſt à pecunia.) Nā apud maiores, pecuniarias pœnas conſtat fuiſſe. ¶ Sacrum robur.) Non vt ſuprà, lignum. ¶ Sceleratam.) Pro ipſe ſceleratus, vt Inutile ferrum: & eſt hypallage. ¶ Sedes.) Per hoc oſtendit domum Mineruæ. ¶ Oranda.) Placanda. ¶ Muros.) Superpoſitos Scęæ portæ. Nam ſequitur. Quater ipſo in limine portę. ¶ Mœnia pandimus vrbis.) Non eſt iteratio. Nam dicit, patefacta porta, vel diruta interiora ciuitatis eſſe nudata. ¶ Accingunt operi.) Præparant ſe ad opus. ¶ Intendunt.) Ligant: vt intēditq́; locum ſertis. ¶ Scādit.) Tranſcendit propria magnitudine. ¶ Fatalis.) Mortifera. ¶ Sacra canunt.) Hymnos dicunt. ¶ Minans.) Vel eminens, vt Minæq́; murorum. Vel minitans. ¶ O patria.) Verſus Ennianus. Sane exclamatio eo pertinet, quòd tanta fuerit vis conſecrationis: vt etiam poſt prophanationem, ab ingreſſu hoſtes vetaret. Nam nouimus ſepulchro Laomedontis, quod ſuper portam Scæam fuerat, tuta fuiſſe fata Troiana. ¶ Inclyta bello.) Quia ſuperauit Myſiam totam. ¶ Quater.) Sæpius. ¶ Immemores.) Improuidi: aut non memores oraculorum. ¶ Mōſtrum infelix.) Poſt rem probatam dixit. ¶ Tunc etiam.) Sicut ante ante hac ſæpius. Nam Helena veniente prædixerat futura bella & mala. ¶ Dei iuſſu.) Præcepto Apollinis: qui ſpe ꝓmiſſi coitus, cōceſſa diuinitate fruſtratus, ſuſtulit fidem vera dicēti. ¶ Non vnquam.) Nō aliquādo, ideſt nunq̄. Nam ſi non nunq̄ eſſet duæ negatiuæ facerent vnam confirmatiuam. licet Terentius Græco more dixerit, Agrum in his regionibus meliorē neq; ꝓtii maioris nemo habet. ¶ Feſta frōde.) Quę feſtos indicat dies: vt laurus, oliua, hedera. ¶ Velamus.) Vt, Victori velatum auro, vittisq́; iuuencum.

DONATVS.

¶ Tum vero tremefa. no. per pectora cunctis. Inſinuat pa.) Tum vero, tum magis, ſupra enim dixit, horreſco referens. & diffugimus viſu exangues. nūc vero perfecto Laocoontis & filiorum exitio, & draconibus conditis ſub ſcuto & pedibus deę, magis magisq; creuerat pauor. ¶ Et ſcelus expēdiſſe merētem Laocoōta fe. ſ. q. c. r. Læſerit, & ter. ſce. in. ha.) Ex augmento eiuſmodi timida omniū coniectura ducebatur, omnes quippe arbitrabantur Laocoontē merito pœnas dediſſe, vtpote eum, qui donum Mineruæ violaſſet. de pœna filiorum Laocoontis, qui inſontes necati ſunt, qui nec quicquam admiſerant, nihil hoc loco dixit. natorum enim duorum interitum, quem ante ſuam mortem Laocoon viderat inter paterna ſupplicia numerauit. ¶ Ducendum ad ſedes ſimula. orandaq́; diuæ Numina cōcla.) Omnium vna fuit eademq; ſententia,




tentia,atq; ab vniuerſis concordanti voce clamabatur,ducendű
in patriam ſimulachrum equi,& numinibus læſis atq; offeſis ſa
tis eſſe faciendum.¶ Diuidimus muros,& mœnia pan.vrb.Accin
gunt.o.o.p.ro.Subiiciunt la.& ſtu.vin.col.Intédunt.) Plena de
ſcribitur amentia Troianorum,nam eo tempore,quo nec finitű
bellum fuerat,nec poſitum,neq; aliqua coniunctione ſopitum,
muniri magis q̃; patefieri ciuitas debuit.Scindimus,inquit, mu/
ros,& hoc pacto totá prodimus hoſtibus ciuitatem.maris.n.in/
cőſulte patefactis,interiora mœnia pandebantur.Ecce & augmé
tum ſceleris,accingunt ſe omnes operi,nequis ab illo nefario &
impio facinore eſſet ímunis,pedibusq; rotarum Subijciunt lap/
ſus & ſtupea vincula collo Intendunt. Quærebantur celeritatis
remedia,vt mature in patriam mitteretur iteritus.nam pedibus
ingentis machinæ ſubijciebant rotarű lapſus,& funes intendebát
collo,vt rotarum mobilitas & tractus funium,& ciuiű atq; æta
tum omnium & ſexuum conatus,exitiale illud malum celerius
in patriam ducerent.¶ Scádit fatalis ma.mu. Fœta ar.pue.cir.in.
q;.puel.Sacra cu.fu.q;.ma.con.gaudent.) Ibat in patriam vlti/
mum fatum,& puerorum vtriuſq; ſexus imprudens ætas ſecu/
ta errores noſtros religioſa cantabat,exercebant innoxij parrici/
dales

dales manus patriæ,ſimul parentibus ac ſibi ducentes exitium.
quiſquis funem cőtigiſſet,vel rotarum lapſus adiuuiſſet,lætaba/
tur,exiſtimans ſe diis fore talibus officijs placiturum.¶ Illa ſu/
bit,mediæq; mi.il.vr.) Mira admodum deſcriptio ingredientis
equi.cum enim traheretur tanta magnitudo,cum quodá tremo/
re mouebatur.hunc tremorem Virgilius ratione temporis dictá
te vertit in cőminationem,vt non tá moueri videretur magnitu
dine ſua,q̃; minari.Mediæq; minans illabitur vrbi.Niſi ordina/
tio verborum competenter accipiatur,remanet poeta in vitio.
Quomodo enim equus in media vrbe labebatur,qui portas nő/
dum fuerat ingreſſus? poſterius enim dictum eſt,quater ipſo in
limine portæ ſubſtitit.Ordinemus ergo ſic,vt nec vitium ſit,&
manifeſtior intellectus appareat.illa ſubit,& illabitur,& nondű
ingreſſa,iam mediæ vrbi minari videbat.¶ Quater ip.in li.por.
Subſtitit,atq; vte.ſo.quater arma dedere.Inſtamus tamen im/
memores cæciq; furore &c.) Non,inquit,in hac cauſa dii patrii
defuerunt,nam omne malum,quod mox fuerat venturum,ip/
ſis.per ſigna monſtrantibus euidentiſſime proditum eſt,ſed més
impedita plenis erroribus, id quod pro noſtra ſalute facie/
bat,non curauit aduertere.In ipſa enim porta & frequenter
ſubſtitit,

ſubſtitit, hoc eſt lapſus eius impediti ſunt, & quoties id factũ eſt, toties ex eius vtero armorum ſonitus dati ſunt. Cumq́; hæc fierent, & res manifeſtę nec mente intelligerentur, nec viderentur oculis, inde magis gliſcente amentia. vnde potuit inſidiarũ ꝓdi cõmentum. factum eſt, vt in ſede religioſa crudelis fabricæ latebrę cõderentur. quod autẽ ait. O patria, o diuum domus iliũ, hoc adſtruere voluit, illam ciuitatẽ nõ iam plurima templa multoꝝ eoꝝ habuiſſe, ſed vniuerſam templũ fuiſſe cunctorum. ¶ Tũc etiam fa. apę. caſ. fu. Ora, dei iu. nõ. v. c. t.) Acceſſit, inquit, his omnibus etiam denuntiatio Caſſandræ, quæ accępta nõ eſt, quia reſpõſa eius fuerant Apollinis iuſſione damnata. ¶ Nos delubra. d. m. q. vl. e. Ille. d. f. v. f. p. vr.) Tanta, inquit, nos per idem tempus dementia preſſerat, vt iminente noſtrõ & ciuitatis exitio, lætis frondibus templa oĩa tegeremus. nõ dixit coronauimus templa ſed teximus. vt oſtẽderet, ſatis officioſos fuiſſe iuxta deos, qui in illa clade cum ipſis eſſent cultoribus perituri.

### ASCENSIVS.

¶ Tum vero, &c.) Plus (inquit) pauoris ex portento illo, quàm ex Sinonis arte, ſtuporis obuenerat Troianis: qui putantes Laoconta meritas dediſſe pœnas, vno ore conclamant, ſimulachrum, iuxta ſententiam Sinonis, & Tymœtæ in vrbem inducẽdum, quod & factum docet poeta: vnde Dona. dicit ſic. ¶ Tum vero.) Tum magis: nam ſupra dixerat: Horreſco referẽs. ¶ Et ſcelus.) Nam ex hac coniectura, argumentum ducebant. ¶ Ducendũ ad ſedes.) Eadem omnium ex cæde Laocoontis fuit ſententia: & concordi voce clamabant. ¶ Diuidimus muros.) Plena deſcribitur Troianorum dementia. Nam quo tempore bellum, nec poſitum fuerat, nec ſopitum muros diuidebant. ¶ Omnes.) Ne quis à nefario opere abeſſet. ¶ Pedibusq́; rotarum.) Querebatur celeritas: vt quàm primum immitteretur interitus. ¶ Nos delubra.) Tanta amentia fuit, vt quo exitium imminebat lætis frondibus, templa non coronaremus ſolum, ſed tegeremus. ¶ Deum.) Qui vna nobiſcum perituri erant. Hęc ille. ¶ Ordo autem eſt: Pauor nouus. i. magnus, & inſolitus: inſinuat. i. ſe implicat: & quaſi per ſinus illabitur cunctis, tum vero. i. præcipue tunc: aut tunc ad verum, per pectora tremefacta. i. tremore concuſſa, & ferunt, ideſt dicunt. ſ. omnes: Laocoonta merentem. i. qui meruit expendiſſe i. perſoluiſſe: aut expiaſſe per mortem: ſcelus. i. impietatem commiſſam, in concutiendo equo, qui. i. vtpote qui lęſerit. i. violauerit, aut lędere voluerit: cuſpide. i. haſta: robur ſacrum. i. rem fortem, & ſacram, quia deę deſtinatam, & qui intorſerit. i. violenter impulerit: haſtam ſceleratam. i. qua ipſe ſceleſtus abuſus eſt: tergo. i. in tergum equi: & conclamant ſimulachrum ducẽdum ſup. eſſe: ad ſedes. ſ. templi: ad quas deſtinatum erat: & numina diuæ ſ. Palladis: oranda. i. ſupplicationibus, & orationibus placanda, ſup. eſſe. Nos igitur: hoc eſt, Troiani, quamuis ipſe Æneas, nõ interfuerit: diuidimus muros: & pandimus mœnia vrbis. i. patentem viam, & tranſitum per ea facimus omnes: accingunt, ſup. ſe i. diſponunt, & præparant: ſe operi. i. ad opus, hoc eſt, ad equum inducendum: & ſubiiciunt. i. ſubſternũt pedibus. ſ. equi lapſus: rotarum. i. rotulas, per quas faciliter labatur. i. molliter promoueatur: & ipſi intendunt. i. alligant: collo. ſ. equi ad protrahendũ: vincula ſtupea. i. funes ex ſtupa: & canabe contortos, & machina fatalis. i. exitialis: aut in qua ſuprema fata Troianorum cõſiſtebãt: ſcandit muros. ſ. Troianos: hoc eſt, altior ingreditur exiſtens fœta. i. pręgnans & grauida (alludit ad aquam) armis. i. armatis viris pueri. ſ. impuberes: & puellæ innuptæ. i. adhuc intactæ: canũt circum. i. per circuitum: ſacra. i. hymnos deę ſacratos: & gaudent contingere funem. ſ. quo machina fatalis trahebatur manu, ſcilicet ſua. (Eſt ergo pathos ad miſerationem excitandam, vt in animum cadat q̃; miſera ſit mortalium cõditio, qui etiam dum pietatem colunt, temporaliter affliguntur.) illa. ſ. machina: ſubit. i. paulatim infertur: &, pro. i. illabitur mediæ vrbi. i. in mediam vrbem minans. i. ſm Ser. eminens, aut ex motu caput cõcutiens: & ita quaſi minans: quam rem nequiẽs ſine dolore, comminiſci exclamat Ænea. O patria. ſ. dulcis & nobilis, o Ilium domus diuũ, ideſt diuorum: & o mœnia Dardanidum, pro Dardanidarum: inclyta. i. glorioſa, & nobilis, bello. i. virtute bellica: ipſe ſup. equus: ſubſtitit. i. ſubſiſtere coactus eſt: quater in ipſo limine. i. in primo egreſſu portę, & arma dedere quater ſonitum vtero (quũ enim equus obſtaculũ inueniens, & ſubſiſtere coactus concuteretur, arma dederunt ſonitum: ſed poſtea aĩaduerſum eſt, ſonitum armorum fuiſſe: quum tunc forte à trahentibus equum putatus ſit, ſonitus ferramentoꝝ machinę.) nos tamẽ imemores. ſ. ſalutis noſtrę: aut fraudis Græcoꝝ: & cæci furore: aut immiſſo à dijs, aut à gaudio ob fugam Gręcoꝝ: inſtamus. i. inſtanter laboramus introducere equum: & ſiſtimus. i. conſtituimus: monſtrum infelix. i. infelicitatem, & exitium nobis afferens ſede ſacrata. i. in tẽplo: Caſſandra filia Priami: & vates: aperit etiam tunc, quum ſæpe prius idem feciſſet: ora fatis futuris. i. loquẽdo de fatis futuris: hoc eſt, de excidio Troię: aperit, dico, ora: nõ credita vnq̃; Teucris. i. Troianis: iuſſu. i. voluntate dei. ſ. Apollinis, qui quod promiſerat donum vaticinandi illi contulit: ſed quia ab ea ſtupro compromiſſo fraudatus erat, credulitatẽ & fidem abſtulit vaticinio eius, vt licet vera diceret, ei non crederetur. Nos miſeri: vtpote quib. ille dies eſſet vltimus: velamus delubra deum, ideſt templa deorum fronde feſta per vrbem, ideſt indicto feſto per vrbẽ ſuſpenſa: hoc eſt, diem feſtum agimus, qui nobis vltimus eret: quo quid aliud catholico viro depingitur ab Ethnico quàm ꝙ extremum gaudij luctus occupat: & ꝙ ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt.

### PIERIVS.

¶ Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris, Ora dei iuſſu, non unq̃; credita Teucris.) In Oblong. codi. peruetęri, iuſſo, legitur: à recto, iuſſum: vt illud, Et iam iuſſa facit. Sed iuſſu magis placet, vt ſuaue magis. Eſt vero illud animaduerſione dignum, ꝙ in codicibus aliquot antiquis, oratio eo loco pũctis diſſita eſt, Aperit Caſſandra futuris Ora dei iuſſu, vt ſit ordo, Caſſandra non vnq̃; credita Teucris. Tunc iuſſu dei, aperit ora futuris fatis: non autẽ illud. Non vnquam credita Teucris iuſſu dei, cuius rei cauſam, Seruius ex commodo ſuo comminiſcitur, & Donatus ait, reſpõſa Caſſandrę Apollinis iuſſione, fuiſſe dãnata. At qui magis pium eſt dicere, deum ſemper conſulere humanis rebus, qui diuinationem mortalibus elargitus eſt, vt mala cauere poſſemus, cũq; ea lectione legere, iuſſiſſe deos, vt Caſſandra tũc vaticinaretur. Pręterea ſententia hæc ita explicata, rem auget, & fatorum vim maiorem oſtẽdit: quum dicat neq; quidem deorum admonitu fieri potuiſſe, vt quæ fata decreuerant infortunia, vel ſcientes potuerint euitare.

Vertitur interea cœlum, & ruit Oceano nox
Inuoluens vmbra magna, terramq́;, polumq́;.
Myrmidonumq́; dolos, fuſi per mœnia Teucri,
Conticuere, ſopor feſſos complectitur artus.
Et iam Argiua phalanx inſtructis nauibus ibat
A Tenedo, tacitæ per amica ſilentia lunæ,
Littora nota petens, flammas cum regia puppis
Extulerat, fatiſq́; deum defenſus iniquis
Incluſos vtero Danaos, & pinea furtim
Laxat clauſtra Sinon, illos patefactus ad auras
Reddit equus, lætiq́; cauo ſe robore promunt
Tirſandrus, Steneluſq́; duces, & dirus Vlyſſes,
Demiſſum lapſi per funem, Athamaſq́;, Thoaſq́;,
Pelideſq́; Neoptolemus, primuſq́; Machaon,
Et Menelaus, & ipſe doli fabricator Epeus.
Inuadunt vrbem ſomno, vinoq́; ſepultam.

### SERVIVS.

¶ Vertitur cœlum.) Atqui epitheton hoc cœli perpetuum eſt: ſed vertitur, nunc ideſt in aliam faciẽ cõmutatur: quod more ſuo explanat ſequentibus. ¶ Ruit Oceano.) Naſcitur de Oceano. vt, ruit atram Ad cœlum picea craſſus caligine nubem. Ideo aũt Ruit, quia altius mare q̃; terra, vt diximus ſuprà. ¶ Vmbra magna.) i. terræ: & definitio ẽ noctis. ¶ Myrmidonumq́; dolos.) A generalibus ad ſpecialia venire vitioſum eſt: niſi forte redeatur ad cauſſã, vt hoc loco. ¶ Per mœnia.) Per domos: vt ſuprà, Et mœnia pãdimus vrbis. Mœnia enim & publica & priuata dicuntur. ¶ Phalanx.) Lingua Macedonum, Macedonũ, legio. Et eſt à parte totum: hoc eſt ſynecdoche. ¶ Ibat.) Veniebat: vt Nunc primũ à nauibus itis. ¶ Amica.) Sibi grata. Sciẽdũ aũt ſeptima luna captam eſſe Troiã: cuius ſimulachrum apud Argos eſt conſtitutum. Hinc eſt quod dicit: Oblati ꝑ lunã. & alibi, Per cæcam noctẽ. ¶ Tacitę lunę.) Aut more poetico noctẽ ſignificat: aut phyſicam rationem dixit. Nam circuli ſeptem ſunt. Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, Lunę. Et primus, hoc eſt Saturni, vehemẽter ſonat: reliqui ſecundum ordinem minus, ſicut audimus in cithara. Ergo tacita luna eſt, cuius circulus terræ vicinus immobili, minus ſonat aliorũ comparatione.

Cęduntur vigiles, portiſq; patentibus omneis
Accipiunt ſocios, atq; agmina conſcia iungunt.

cōparatione. ¶ Flammas cum regia puppis.) More militiæ: vt, Dat clarū ē puppi ſignū. Eſt aūt tropus: per puppē, nauē, per nauē, eos qui in naui ſunt, ſignificat. ¶ Fatis iniquis.) Voluntate numinum, nam illi ꝓpitia, ſed in nos iniqua: vt Lucanus, Non ille fauore Numinis ingentis ſuperum ꝓtectus ab ira. ¶ Reddit.) Quaſi debitos, vt Redditus his primū terris. Sic Hora. Nauis quę tibi creditū debes Virgilium, finibus Atticis reddas incolumen precor. ¶ Cauo robore.) Equi Epexegeſis. ¶ Theſſandrus.) Polynicis & Argię filius. ¶ Stenelus.) Capanei & Euadnes. ¶ Vlyſſes.) Laertæ & Antidiæ.) Neoptolemus.) Qui ad bellum ductus eſt puer. Pyrrhus vero à capilloꝝ qualitate vocitatus eſt, Achillis & Deidamiæ filius, Pelei & Thetidis nepos ex patre: ex matre vero Lycomedis regis Scyriæ inſulę. ¶ Priamuſq; Machaō.) Aut princeps, aut numeri ſui, nam per ternos diſtinxit. ¶ Vrbem.) Ideſt ciues. ¶ Cæduntur vigiles.) Non actus nomen eſt: ſed officij. Vigiles autem, Capitolij ſignificat. Nam paulopoſt, Vix primi prelia tentant Portarum vigiles. ¶ Conſcia.) Coniurata. Bene autem in inſidiis conſcientiam nominauit.

DONATVS.

¶ Vertitur in. cœ. &. r. o. n.) Vertit̃ cœlū, & ruit nox. hoc vult alludere, ꝙ verſata aliqua re cadat ex ea, quod itrinſecus tenet. verſato ergo cœlo, quod ꝑbebat lucem, tenebræ ex eo cōtinuo ceciderunt, hoc eſt nox diei ſucceſſit, vt inſidijs græcorū ſuffragium quoq; nocturni tpis iungeret̃, inuoluens vmbra magna terraq́; polumq́;, Myrmidonumq́; dolos. Inuolutum dicimus, quod quū apparet primitus, dehinc opertum penitus oculoꝝ cōſpectibus abiuratur. Inuoluta igit̃ dixit, oīa vtpote, quæ nō viderent̃ obſiſtentibus tenebris. ¶ Fuſi p mœnia teu. Con. ſo. f. cō. ar.) Neceſſitate, inquit, laboris ac temporis, ſilentium factum eſt oīum, oēſq́; dormierunt, fuſi labore ꝓpter equi tractum concępto, tpe vero, quo hoīes natura vrgente coguntur in ſomnum. ¶ Et iā argiua pha. in. na. ibat A te,) Iter p terram dicimus fieri, hoc tamen loco ibant, inquit, hoc eſt nauibus ferebantur, qm̄ inſulam dixerat tenedon, ne ſi nauium nō feciſſet mentionē, putaretur immemor ſui, vt terrā poneret, quam ſecundum deſcriptionem ſupiorem nullam eſſe cōſtabat. ¶ Tacite p amica ſi. lu. Lit. no. pe.) Multi vitiū putant ſcribentis, vt q dixit, & ruit oceano nox Inuoluēs vmbra magna terramq́; polūq́;, Myrmidonūq́; dolos hic diceret, tacitę p amica ſilentia lunæ, nullū in hoc vitium eſt. ſiquidē nōnullæ noctes habent primas partes tenebroſas, ſequentes vero luna ſuperueniente illuſtres. Tale ergo noctis tempus elegerāt græci, quod tenebras haberet opportunas complendis īſidijs, & & quod ſomni quietem daret, & dehinc aliqd luminis ex radijs lunæ, vt ſine periculo vel errore venirent à tenedo ad ciuitatis excidium. Littora nota petēs, vt duo veniētibus ſuffragarent̃, luna & litoꝝ notitia. ¶ Flāmas cum re. pup. ex.) Quia ſi veniētes ſinō videre nequibat, flāmaꝝ lumine aduentum ſuoꝝ poterat noſcere. quo cognito idem ſinon. ¶ Fatiſq́; de. de. ini.) hoc eſt voluntatę deoꝝ ad Troianoꝝ aduerſa ſeruatus. qui ſolus peruigilans & ꝓpter cōplendas inſidias. Laxat. c. ſinō, il. pa. ad. au. Red. equ.) hos inquit auris reddidit equus, quos tenebat incluſos, bono verbo vſus eſt, reddit quos (inquit) latebris occultādos accęperat, reddit aeri, nō potuit dici reddit luci eductos ex tenebris, quoniam nox fuerat. ¶ Lætiq́; cauo ſe robore ꝓmunt.) Læti vel ꝓpter cōſeruationem ſalutis ſuę, vel quia ꝑuenerant, quo deſperatā multo tempore victoriā cōplere potuiſſent. Incipiunt enumerari, q fuerant clauſi, vt ſpecialiter eorum noībus & meritis expreſſis, oſtendatur in cauſa reip. hoc & publici cōmodi optimum quęq; ſalutem ſuā debere cōtemnere. ¶ Tiſandrus, ſthenelusq́; duces, & dirus Vlyſſes.) Ecce oſtēdit & noīa & dignitates, ſed licet Vlyſſis nō dixerit dignitatem, intelligitur tamē etiam de ipſo dixiſſe. cū enim dicit duces, & his Vlyſſem adiungit, etiam ipſum videri poteſt ducē poſuiſſe, poteſt etiā ſic, vt iccirco de Vlyſſis dignitate tacuerit, quoniā fuit nota pſona. Tribus euidēter oſtenſis ne continuatio noīum faſtidium pareret, quemadmodum vniuerſi p eq altitudinem deſcenderint ad terrā, in medio poſuit. ¶ Demiſſum (inquit) lapſi per funem,) hæc deſcriptio, & ad ſuperiora nomina pertinet, & ad ea quæ poſterius poſuit. ¶ Doli fabricator epeus.) Doli fabricatorem non fabrum intelligere debemus, quoniam tanta moles ab vno fieri non potuit, ſed inuentorem fraudis ipſius. Omnes (vt dictum eſt) demiſſum lapſi per funem. qd' ipſum ingenioſum fuit, vt taciti per funem laberentur, ne ex altitudine ſaltu venientes in terram, aut læderentur, aut ſtrepitu ſuo dormientes facerent excitari. Deniq; etiam hoc profecit ad effectum fraudis, vſq; adeo vt hec ipſis vigiles armatos ſubito emerſiſſe ſenſiſſent. ¶ Inuadūt vrbem ſomno vinoq́; ſepultā.

Cęduntur vigiles.) Inſperatum malum vigiles primo pertulerunt, & ante omnes occiſi ſunt, ne nuntiarent ſuis quæ gererentur. ¶ Portiſq́; patentibus.) portas patentes dixit & illam, quæ vere porta fuerat, & illam quæ propter equi tranſitum fuerat ꝓcurata, ordinatur autem ſenſus ſic. Cædūtur vigiles portiſq́; patentibus omnes. Accipiunt ſocios, atq; agmina conſcia iungūt, & inuadunt vrbem ſomno vinoq́; ſepultam, vt ſit vitium poetę, quod primum fraude expugnatam vrbem poſuit, ac poſtea deſcripſit, ſocios oēs recęptos eſſe per portas. nō. n. ſoli, qui in equo fuerant conditi, omnem poterant inuadere ciuitatem, ſed prudēter agendi ordo ſeruatus eſt, nec aliquid temere factum, nam primo patefactus eſt equus, dehinc vigiles occiſi, nę hoc ipſum nuntiarent vniuerſis, ſuſcępti quoq; omnes ſocii. Tunc p totā vrbem ſparſi ſunt, & ad vicem mortuoꝝ dormientes cædere cœperunt, quippe quos duplex oppreſſerat malum, vinum plurimū, & ex fatigatione altior ſomnus. Ecce laus bonorum ciuiumq; periculo quippe paucorum procurata victoria eſt, quę annis decē, & mille nauibus, & infinito armatorum numero quęri nō potuit.

ASCENSIVS.

¶ Vertitur, &c.) Poſt introductum equum, docet excidium Troiæ: de quo Dona. ſic: Vertitur. Verſa re aliqua, funditur quod in ea erat. Ergo verſato cœlo quod præbebat lucem, tenebræ ex eo ceciderunt. ¶ Inuoluens.) Nam quæ inuoluta ſunt, non Vident̃. ¶ Fuſi per mœ. T. Cō.) Et labore trahendi equi, & tempore nocturno inciderunt in ſomnum. ¶ Ibat.) Improprie dixit, de nauigatione: ſed adiunxit nauibus. ¶ Tacitæ per ami. ſ. l.) Nullum eſt ſcriptoris vitium, ꝙ nunc dicat ſilentia lunę, & ſupra meminerit tenebrarum: nam elegerunt eam noctem, quæ partim tenebroſa occultaret inſidias, partim adueniente luna illuſtris eſſet: vt ſine errore venirent. Ergo & notitia littoris, & luna ſuffragabatur. ¶ Flammas.) Quo ſigno aduentum Græcorum cognoſcens. Sinon rem ageret. ¶ Reddit.) Vſus eſt bono verbo: nam quos occultandos tenebris accęperat, reddit aeri. ¶ Vlyſſes.) Et ipſe dux intelligitur. ¶ Inuadunt.) Ordo eſt: Cæduntur vi. po. q. p. o. Accipiunt. ſ. a. a. c. iu. & deinde inuadunt vrbem. ſ. u. q. ſ. Ne ſit vitium: vt primum inuadant vrbem, & poſtea recipiant ſocios per portam. Primo enim patefactus eſt equus, deīde vigiles occiſi: & poſtremo, per vrbem ſparſi ſunt: & potuerunt ciues latere: qui duplici malo eſſent affecti vino, & profundo ſomno. ¶ Ordo eſt. Cœlum ſcilicet lucidum, lumine ſolis vertitur, ideſt obuertitur occidente ſole. interea, ſcilicet dum hæc fierent, dum omnes feſtiuitati indulgerent, & lætum diem agerent: vnde factum eſt, vt fatigati & vino exhilarati profundius dormirent: & nox ruit, ideſt terram obruit: aut (quia aqua maris altior eſt terra) præcipitatur Oceano. i. à mari oceano, præcipue orientali: inuoluens terram & polum: ſed prius terram: vnde etiam priorem poſuit: magna vmbra, ideſt caligine ſua: hoc eſt, noctis, & inuoluens, ideſt occultās etiam dolos Myrmidonum. i. Theſſalorum, & reliquorum Græcorum: Teucri fuſi. i. proſtrati, & recubantes ſopiti per mœnia. i. paſſim per ciuitatem: conticuerunt. i. oēs ſimul tacuerunt: & ſopor. i. ꝓfundus ſomnus: cōplectitur artus feſſos. i. fatigatos ex labore inducēdi equi, & forte choreæ ducendæ, & delubrorum exornandorum ramis. Et iam phalanx. i. acies, vt ſit ſpecies pro genere: Argiua, ideſt Argiuorum ibat. i. veniebat Troiā, à Tenedo inſula illa in qua occultabantur: nauibus inſtructis; ſcilicet more militari: per ſilentia amica, ideſt fauorabilia: lunæ tacitæ. i. ſilentis & celantis, quum minime luceret: quaſi in fauorē Græcorū lumina ſua occultaret: ſtatim per Politianū latius aperiemus; ibat, dico, petens littora nota: vbi decenniū fere iam ſteterat: quum. i. quando: puppis regia, ideſt in qua rex erat, extulerat flammas: in ſignum aduentus (id enim ſignum dederant Sinoni: vt ſubtili breuitate innuit poeta.) & quum Sinon defenſus fatis, ideſt voluntatibus & prædeſtinationibus deum. i. deorum: iniquis. ſ. quantum ad iudicium hominum: quia videbantur piis mortem & impio ſalutem ferre. laxat, ideſt diſſoluit Danaos incluſos vtero. ſ. equi: & laxat furtim. i. ſecrete, clauſtra: pinea, ideſt clauſuras equi, ex pinu factas. (Erant ergo in equo, abies, acer, & pinus: de quib. Seruius prius argute diſſeruit) equus patefactus, ideſt apertus: reddit, ideſt edit quaſi partu. (dictum eſt enim de machina, ꝙ eſſet fœta armis.) illos ad auras, ideſt in lucē: & ipſi læti. ſ. qa tanto periculo eriperent̃: promunt. i. proferūt ſe robore. i. robuſta mole equi: cauo. i. concauo. Therſandrus & Sthelenus duces:

nus duces:& Vlyſſes dirus (qui ſe tali periculo nõ cõmiſiſſet niſi ſortitus: vnde prudenter prius dictũ eſt, huc delecta virum ſortiti corpora &c.) lapſi.i.deſcendentes per funem demiſſum.i.deorſum miſſum.& Athamas,& Thoas,& Pelides.i.Pelei nepos Pyrrhus Neoptolemus.i.nouus miles dictus:& Machaon primus.ſ. in ordine ſuorũ,& Menelaus,& ipſe Epeus fabricator.i.opifex, & effector doli.i.equi doloſi:nam dolum.i.fraudẽ:magis Vlyſſes excogitaſſe videt̃:inuadunt vrbem.ſ.Troiam:ſepultã.i.ſopitã & obrutam (vnde videtur accipere vrbem pro ciuitate:nam oppidum & vrbs neq; dormit,neq; bibit.) ſomno & vino: vigiles ſ.ab officio,non ab opere,quia nõ vigilantes,ſed vigilare debentes,& vigiliæ deputati,cæduntur.i.occidũtur ab his qui ex equo deſcenderant,& ipſi qui eos occiderant:accipiunt omneis ſocios portis bipatentibus.i.vtrinq; & intus & foris patentibus,tam ingredientib.q̃; egredientibus,& iungunt agmina ſocia.i.iam ſociata:& ita collecta manu adoriuntur omnes,& regiam inuadunt, vt poſtea dicetur.Donatus (vt vidimus) vult ordinem eſſe. Cæduntur vigiles,& accipiunt portis bipatentib,omneis ſocios,& iũgunt ſocia agmina,& iuadunt vrbem,ſomno,vinoq; ſepultam: qui ordo neceſſario tenebitur:ſi intelligamus oẽs iã collecta manu inuaſiſſe vrbẽ.Sed ſi poeta vult dicere,eos qui in equo erant inuaſiſſe primũ,& vrbem cucurriſſe,per omneis vicos explorantes,an quos offenderẽt:poterit ordo quẽ poſuimus teneri:vero ſimile tamẽ eſt primum ad portas acceſſiſſe,& ſuos accepiſſe,& deinde vrbẽ inuaſiſſe.Bero.in Ser.vbi dicit:ꝙ phalanx eſt,lingua Macedonũ,legio:dicit ſic: Diligens & curioſus Cõmentator in enarratione phalãgis,copioſius enarrare debuerat,& eruditius, quum phalanx ab omnibus dicatur:à pauciſſimis quid ſit intelligatur:nãq; phalangem,priſci ſcriptores,vt mihi magiſtra lectione cõpertum eſt:appellarunt non proprie legionem,vt autumat Seruius,ſed cuneum militarem:quando.ſ.pes pedi,clypeus clypeo,vir viro,in acie cõſerebantur,& hoc peculiare fuit Macedonum inſtitutum: vt author eſt Liuius,& meminit Curtius:cuius hæc ſunt verba.Macedones,phalangẽ vocant,peditũ ſtabile agmen.Vir viro,armis arma,cõſerta ſunt,idem traditur à Cæſare: qui in primo cõmentario refert,Heluetios feciſſe phalangẽ:hoc eſt,clypeorum cõnexionẽ:quæ ẽt teſtudo nuncupatur à doctis: idẽ Cæſar paulopoſt inquit,milites noſtri è loco ſuperiori, pilis miſſis,facile hoſtium phalangem perfregerunt:vbi proculdubio accipitur phalanx pro armorum cõnexione,atq; teſtudine:hinc per metaphorã à Satyrico poeta dictum eſt: Iunctoq; vmbone phalãges:& phalagãti,appellati ſunt milites,q erãt in phalange, quales habuit ad imitationem Alexandri magni,Alexander Syrus,Romanus imperator vt author eſt Lampridius. Phalãgia vero ſunt ex genere araneorum: vt alibi docuimus ex authoritate Plinij,Celſi,& Ariſtotelis.Hoc in loco potiſſimum referendum eſt illud,quod à Plinio traditur li.vij. Phalangas etiã ſignificare fuſtes,quibus Aphri p̃lium contra Ægyptios primi fecerũt.Nonius ſcribit,Phalangas dici fuſtes teretes:qui nauibus ſubiiciuntur.Angelus autem Politianus dicit in eundẽ ſic:Virgi.Aeneid.ij. Tacite (inquit) per amica ſilentia lunæ.Serui.igitur:ſciendũ autẽ eſt (ait) ſeptima luna captã eſſe Troiã,cuius ſimulachrum apud Argos eſt conſtitutum:hinc eſt ꝙ dicit,Oblati per lunam, & alibi:Per cæcam noctem tacitæ lunę,aut more poetico noctem ſignificat:aut phyſica ratione dixit:nam circuli ſeptem ſunt, Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, Lunæ.Et primus, hoc eſt Saturni vehementer ſonat:reliqui ſm ordinem minus. Sicut audimus in cithara,cuius vltima chorda minus ſonat,hactenus Serui.Libenter igitur ab eo quæſierim:cur amica luna, latere ac fallere conantib.aut num lunam quoq; ſilentẽ apud M.Catonẽ: & item apud Plinium,ad eandẽ referat armoniam planetarum: quod aũt citharæ vltima chordam ſonare ait minus,hoc ita deniq; procedet,ſi vltimam,non iam pro ima,ſed pro ſumma capiat:quę Græce,Hypate vocatur,vnde grauior excitatur ſonus. Sicuti ab extima altera & tenuiſſima:quã equidem libentius vltimam dixerim,acuta vox profertur:quæ plus ſonare ob id videtur:qa ꝓrſum tẽditur: vt in libro de muſica.ij.ſcribere, ait Theophraſtũ Porphirius in cõmentarijs illis,quos in armonica Ptolemęi ſcriptos reliquit.Sicuti grauis ob id (inquit) minus audit̃, quia circa diffunditur.Quod autem & apud Macro.legimus:& item apud alios Saturni orbem,cuius conuerſio ſit concitatior: edere acutiſſimum ſonum:minime hoc arbitror à Platone,vel in Tymæo,vel in republica ꝓbabitur:qui tardiſſimum ſcribit eſſe Saturni orbem,quanquam hoc fortaſſe ad longiorem ſui curſus ambitum referetur:ſed Ariſtoteles certe in li.ij.de cœlo.tardiores ob id ait,eſſę ſuperiores orbes,ꝙ ĩpetu ſtelliferi octaui orbis,

magis retardentur:vt ergo vel Alexandri:vel Simplicij:vel item iuniorum,de eo opinionem prætermittam,ſi veram plane Macrobij ſententiam vis colligere:ad curſum referas diurnum, qui ſine dubio,celerrimus in ſupremis & cõcitatiſſimus inuenietur: ſed nos hac ablegata cõmentitia (vt arbitror) Seruij, minimeq; neceſſaria ſubtilitate:potius accipimus tacitæ lunæ ſilentia,lunã ipſam quã vocant ſilentem:hoc eſt,minime:tum quidem lucentẽ,vt latere ĩſidiæ magis poſſent pulchra nimium & elegãti trãſlatione ab auribus ad oculos:nam ſicuti ſilentio nihil auditur:ita nihil tenebris cernitur.Plin.igitur lib.nat.hiſt.xvj.Diem, (inqt) coitus lunæ.ab alijs,ſilentiũ lunę:ab alijs,interlunium, appellari.Tum idẽ lib.duodeuigeſimo:& hoc ait,ſilente luna ſeri iubẽt M.Cato ẽt in li.de re ruſtica.Nũc ſtercus euehi luna ſilenti:nunc itẽ ſilente luna,ficos,oleas,malos,piros inſeri.Poſtremo ẽt prata,primo vere iubet eadem luna ſilẽte ſtercorari:ridiculũ autem fuerit,aut hęc Catoniana,Plinianaq; referre ad ſyderũ muſicã: aut in vetuſtiſſima, vſuq; recęptiſſima loquutione deſyderare iſtiuſmodi ambages:equidẽ lunã hic ſilentẽ (vt dixi) ꝓ minime, tum lucente accęperim,fuerat tẽpus Græcis obſeruandũ. Neq; ita tamẽ interpretor,vt ad viuum reſecẽ,atq; ipſum deniq; lunę coitum plane intelligam,quũ nox tota tenebricoſa:nã hoc vtiq; refellitur,q̃m poeta mox ait,Oblati per lunã.Nõdum igitur luna lucebat:quũ illi à Tenedo ſub veſperã nauigabãt:ſed lucere tũ cœpit,quũ iam vrbẽ occupauerãt.Nõ igit̃ aut ſera fuerit,aut per nox luna tum,nec lunę qdẽ oĩno coitus,ſed tẽpus:arbitror potius,quãdiu illa nõ luceret.Etenim plura ſępe, q̃; videatur nox, apud poetas aliqua cõplectitur.Ob hoc igitur illud in noſtro ruſtico.Quidq; ſilens moneat,quidq; inter menſtrua Phœbe.Nec abſurde tñ pręter epitheti rõnem temporariam lunę accęperis, amica ſilentia q̃m in auſpicijs quoq; ſilentiũ vocari,Cicero,ſcribit:quod omni vitio caret: iã apud Acronem,q̃; pulchrum,quã ingenioſum,qui enarrans Horatij locum li.carmi.ij.Dum capitoliũ ſcandet cũ tacita virgine pontifex.Tacitã virginem intellexit, quaſi clarã ſacerdotij nobilitate:& vt hoc ineptis perſuadeat:authoritate ẽt abutit̃ Maronis,qui dixerit:Tacitæ per amica ſilẽtia lunę.Cęterũ tacita luna,ſit hic ẽt pro clara accipienda: videlicet nõ & apud Dionyſiũ ſaltẽ Romanæ hiſtoriæ authorem,& apud Plutarchum,alioſq; permultos,acro legerat ignorari ꝓrſus ab oĩbus,quibus deniq; vel ſacris,vel ſimulachris veſtales virgines tuendis pręforent:vt ob hoc ipſum ꝙ p̃ſtabat ſilentiũ,tacita vocetur virgo Troianã ſoli,cui fas vidiſſe Mineruam.

PIERIVS.

❡Etiam Argiua phalanx inſtructis nauib.ibat.) Vetera quędam exemplaria,ibant,legunt:numero multitudinis,quam lectionẽ agnoſcas apud Ti.Donatum,ſi in integra eius incidas commentaria.Ita enim illic habetur: Iter per terram dicimus fieri. Hoc tamen loco,ibant,inquit:hoc eſt nauibus ferebantur: quoniam inſulam dixerat Tenedum:ne,ſi nauium nõ feciſſet mentionem: putaretur immemor ſui,vt terrã poneret,quam ſecũdum deſcriptionem ſuperiorem nullam eſſe cõſtabat.❡ Lætiq; cauo ſe robore promunt.In Lõgo.codi.produnt,legitur quod minime diſplicet.Sed enim promere de his dicitur,quæ condita fuerint:de his autem ſuperius dictum eſt: Nota conduntur in aluo. ❡Et dirus Vlyſſes.) In codice Longo.durus Vlyſſes,legitur:quẽ Horatius, patientẽ:Homerus, πολυτλάντα vocãt:id vero duri hominis: vt,Durum à ſtirpe genus.&,Dardanidæ duri. Inferius vero omnino legitur,dirus,videturq; proprium epitheton apud Maronẽ Dirus Vlyſſes:vt, Immitis,& ſęuus Achilles.Sunt etiam antiqui codices in quib.diuus,habeatur:nẽpe quia toties apud Homerum legere eſt, δῖοσ ὀδυσσεὺσ, καὶ θεῖοσ.Sed enim in hoſtili perſona,vbi preſertim improbatur res geſta,non congruit epitheton illud honorificum.Quãuis Flac.Soſipater, vbi de tropis agit,hæc ita.Epitheton dictio eſt,vocabulo adiecta,ornandi,aut deſtruendi, aut indicandi cauſa. Ornat,ſicut Dirus Vlyſſes. Ita enim in veteribus Soſipatri codicibus habetur. In aliquot,& diuus,deſtruit,ſicut,Scelerumq; inuentor Vlyſſes. Indicat, ſicut Lariſſæus Achilles.Sed hoc exemplum ita poſitum,loco nõ citato,nõ mihi tanti eſt,vt propterea lectionẽ,dirus,loco hoc ĩmutare velim.Cariſius enim ad id reſpexit,quod (vti diximus) Homerus Vlyſſem θεῖον vocat.❡Therſandrus, Stheneluſq; duces.) Quidam codices ex proximioribus editionibus, Tiſandrus,legũt:quũ tamen paſſim apud gręcos celebre ſit,Therſandri Polynicis filij,nomẽ. In Ro.cod.Vaticanæ bibliothecę deſyderantur paginæ,verſuſq; oẽs à captura Sinonis,vſq; ad verſum,qui lib. iiij.incipit: Inſtaurat q; choros mixtiq; altaria circum. ❡Athamaſq;,Thoaſq;.) In logo.in Mediceo, & quibuſdam alijs codicibus

dicibus antiquis legere eſt, Acamas. Quod quidem nomen, inter Græcorum proceres cenſeri apud Quintum Smyrneum inuenias, qui uenias, qui τὰ παρ᾽ ὁμήρου ſcripſit. Fuit & Acamas Theſei. F. à quo Demoſthenes agnoſcit tribũ Acamantida, ἐν τῷ πρὸσ βοιω τὸν περὶ τοῦ ὀνόματοσ: quod obſeruat Harpocration.




Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono diuum gratiſſima ſerpit.
In ſomnis ecce ante oculos mœſtiſſimus Hector
Viſus adeſſe mihi, largosq; effundere fletus,
Raptatus bigis, vt quondam, aterq; cruento
Puluere, perq; pedes traiectus lora tumenteis.
Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit, exuuias indutus Achillis,
Vel Danaum phrygios iaculatus puppibus igneis,
Squalentem barbam, & concretos ſanguine crineis,
Vulneraq; illa gerens, quæ circum plurima muros
Accæpit patrios, vltro flens ipſe videbar
Compellare virum, & mœſtas expromere voces.
O lux Dardaniæ, ſpes o fidiſſima Teucrum,
Quæ tantæ tenuere moræ? quibus Hector ab oris
Expectate venis? vt te poſt multa tuorum
Funera, poſt varios hominumq;, vrbisq; labores
Defeſſi aſpicimus? quæ cauſa indigna ſerenos
Fœdauit vultus? aut cur hæc vulnera cerno?
Ille nihil, nec me quærentem vana moratur,
Sed grauiter gemitus imo de pectore ducens,
Heu fuge, nate dea, teq; his (ait) eripe flãmis HECT.
Hoſtis habet muros, ruit alto à culmine Troia.
Sat patriæ, Priamoq; datum, ſi Pergama dextra
Defendi poſſent, etiam hac defenſa fuiſſent.

SERVIVS.

Tẽpus erat quo prima qes) Hoc loco noctis deſcribit initium. Alibi totã noctẽ: vt Nox erat, & placidum carpebãt feſſa ſoporẽ Corpora per terras. Deſcriptiones ſane pro rerum qualitate vel tendũtur vel corripiuntur. Illo enim loco protetio ad inuidiã pertinet Didonis, aut vigiliarum. Sunr autẽ ſolidę noctis partes ſecundum Varronem hæ, veſpera, conticinium, intempeſtiuum, gallicinium, lucifer. Diei: mane, ortus, meridies, occaſus. De crepuſculo vero, quod eſt dubia lux (nam creperũ, dubiũ eſt) quęritur. Et licet vtricq; tẽpori poſſit iungi, vſus tamen vt matutino iungamus, obtinuit: licet Lucanus dixerit, Lõga repcuſſo nituere crepuſcula Phœbo. Manum vero vnde eſt mane, bonũ dixere veteres. Serpit.) Latenter membris infunditur. In ſomnis.) Aut per ſomnos: aut ſi inſomnis legeris, erit ſynęreſis. Ecce.) Hac particula vtimur quotiens aliquid repentinum volumus indicare: vt, Ecce manus iuuenẽ interea poſt terga reuinctum. Viſus adeſſe.) Bene viſus: qa ſomnia videntur tantum, non ſũt naturaliter vera. Quod aũt paulo poſt dicit, Effer penetralibus ignẽ: cõfirmantis. Nam illud verum fuiſſe contendit. Raptatus.) Frequẽtatiuo vtit, vt ſuprà. Bigis) ſecũdũ artẽ modo dixit: quę exigit vt quę de pluribus conſtant, plurali tm̃ numero dicam⁹: vt bigas, quadrigas, mappas. Sed hæc plerunq; corrũpit authoritas, vt; Horat. Ne ſordida mappa. Itẽ Statius, Rorifera gelidũ tenuauerat aera biga. Traiectus lora. Traiecta lore habẽs. Hei mihi.) Ennii verſus. Exuuias ĩdutus Achillis.) Celauit mortem Patrocli ad laudis augmẽtum. Indutus autem accuſatiuo iungitur, vt hoc loco: & vt magis in vſu eſt, ſeptimo, quo nunc vtimur. Exuuias aũt dicimus numero tantum plurali. Phrygios ignes.) Flammas Troianas, qbus Proteſilai nauis incẽſa eſt. Barbã.) Singulari numero hominũ, plurali quadrupedum dicimus. Vnde dubitatur de qbus dixerit, Stiriaq;

Sacra, ſuoſq; tibi commendat Troia penates.
Hos cape fatorum comites, his mœnia quære
Magna, pererrato ſtatues quæ deniq; ponto.

riaq; impexis induruit horrida barbis. ¶ Plurima muros.) Quia vt Homerus dicit, in Hectorem extinctum omnes tela iecerunt more maiorum. Vnde eſt, Bis ſex thoraca petitum Perfoſſumq; locis. Propter duodecim populos Tuſciæ. Duodecim enim lucumones, qui reges ſunt lingua Tuſcorum, habebant. Vnde eſt, Gens illi triplex populi ſub gēte quaterni. ¶ Vltro.) Quia ratio exigebat vt loqueretur ille qui venerat. ¶ Cōpellare.) Alloqui. ¶ Spes ò fidiſſima.) Bene per contrarium. Spes enim ſemper incerta in Hectore fidiſſima. ¶ Expectate.) Antiptoſis eſt: pro expectatus. ¶ Fœdauit.) vt Sanguine fœdantem. Et bene permanſit in trāſlatione, quia ſuprà dixerat. O lux. Ideo & ſerenos, & ideo fœdauit. Nam Salluſtius de nubibus, Fœdauere lumen. ¶ Ille nihil.) Scilicet ad interrogata, Pleraq; enim verba ex negotiJ accipiunt ſignificationē. ¶ Vana.) Falſa. ¶ Gemitus.) Nec enim paruus dolor eſt viro forti fortem virum fugā ſuadere. Et nota omnes ſuaſoriæ partes hoc loco contineri. ¶ Fuge nate dea.) Propoſitio eſt. ¶ Eripe flammis.) Vtile. His autem δεικτικῶς. ¶ Sat patriæ, Priamoq; datum.) Honeſtū. nam contra fata venire conſtat neminem poſſe. ¶ Etiam.) Multi diſtinguūt, vt ſit adhuc: vt iam arma tenentem. Sed melius eſt, ēt hac: vt & particeps gloriæ ſit Aeneas, & Hector vitet ſuperbiam. ¶ Sacra ſuoſq; tibi cōmendat Troia penates.) Neceſſariumn, am ſacrilegium eſt non liberare cōmendatos penates. ¶ Fatorum comites.) Poſſibile. Quia occurrebat, Hoſtis habet muros, dat ei comites deos. ¶ Pererrato.) Vna pars orationis. Hoc autem verbo oſtendit erroris longinquitatem.

DONATVS.

¶ Tempus erat &c. (Ne crimē eſſet ipſius Æneæ q ipſo dormiēte ciuitas interiſſet, iuſta & multiplex prætendatur excuſatio. omnes (inquit) quieto ſilentio tenebantur, & dormiebant. bene diceretur, ſi ſomno tm̄ & nō etiam vino videretur oppreſſi, ſed tamen Æneas aſſerit ea hora quietum fuiſſe, qua omne amantium genus reficit ſomnus, cuius initia tantum pōderis habent, tātaq; vi mentes opprimunt, vt oīum cogitationum cura ſummota altius ſopiantur. cumq; ſit ſomnus diuinum munus, & ad refectionem hoīum dijs volentibus attributum, crimen nō eſt, ſi cōceſſo tēpore dormiatur. ¶ In ſomnis. e. a. o. m. h. Vi. ad. mi. lar. q. ef. fle.) Hic Virgilius tractat nō veras ſed veriſimiles imagines videri, cum aliquæ dormientibus offeruntur. idcirco dixit ex Æneæ perſona viſus adeſſe, quia Hector illi nō verus, neq; ipſe qui fuit, ſed veriſimilis viſus eſt, incipit iā imaginatio ipſa, deſcripſit triſtia oīa atq; aduerſa ſignificās, mœſtus (inquit) fuit, largoſq; fletus videbatur effundere. ¶ Vulneraq; illa gerens.) Gerens ad oīa pertinet, vt ſit ſqualentem barbam gerens, & concretos ſanguine crines gerens. vulneraq; illa gerens, vt etiā ſi nihil verbis nūtiaſſet, cōiectura colligeretur funeſta portendere, vtpote quæ eſſent victi, occiſi, triſtis, ac ſordidi. ¶ Vltro flēs. i. v. Com. vi. & mœ. ex. vo.) Ecce & hic aſſerit poeta nō veras eſſe imagines, ſed veriſimiles, quæ videntur in ſomnis. deniq; nō dixit Æneas, fleui, aut locutus ſum, ſed mihi viſus ſum flere vel loqui triſtia ſine dubio, quia talis perſona videbatur adſtare. ¶ O lux dar. ſp. o. ſi. teu. Quæ tā. te. mo. &c.) Errorem dormientis voluit poeta deſcribere, vt quod optime nouerat quaſi neſcius interrogaret, deinde eo tempore, quo manifeſto diſcrimine tenebatur, eo tempore, quo non ad inanes fabulas, ſed ad inſinuandum interitum Troiæ & ad excitandum dormientem fuerat ventum, deniq;. Dum vana ſuper fluaq;, perquireret, nō ille ad interrogata reſpondit, ſed cur veniſſe videretur, ductis ex alto gemitibus expreſſit, qui tamen, vel ex qua cauſa fuerint ipſi gemitus, ipſe in ſequentibus euidenter oſtēdit. Fugam qppe ſuadebat viro forti imago viri fortis, ciui optimo optimus ciuis. quod ipſum nō ſuaderet ſi ſupereſſet aliquid cui poſſet ope aliqua vel auxilio ſubueniri, denique mox conſequitur cauſa, quæ omnem vim deſperationis oſtenderet, ipſaq; omnis ſtricta breuitate concluditur, vt periculum præſens & mox ineuitabile futurū vitari potuiſſet ait enim. ¶ Heu fuge nate dea, te. q. h. a. e. flā.) Scilicet nō venturis īteriecto ſpatio temporis, ſed quæ in præſenti, & monſtrari & videri potuiſſent. Recte autem cœpit à doloris ſigno dicens. heu fuge. dolebat enim duo. Qui enim ad auxilium debuit hortari virum fortem magis dicebat fugiendum ei, & quod ſic interierat totum, vt non ſupereſſet aliquid, quod poſſet boni ciuis adiumento fulciri, additur ſecunda deſperatio. ¶ Hoſtis habet muros.) Poſſedit hoſtis, vnde is reijci potuerat. Tertia deſperatio. ¶ Ruit alto à culmine Troia.) Hoc eſt concidit iam, cui poteras ſubuenire. hi igitur fuere gemitus admonentis q omnia in vnum mala nefariaq; conuenerant. Fuga (vt dictum eſt) indicta viro forti, & iteritus Troiani imperii. Verum ne deſertæ patriæ genitalis incurſurum ſe culpam arbitraretur Æneas, ſi id feciſſet, augmentum pleniſſimæ deſperationis adiungit, vt hunc modis omnibus ſubmoueret. Nulla eſt quippe ſi relinquatur, quod ſic perijt, vt nulla poſſit opitulatione fulciri, quod ipſum vt apertius ſignaret, addidit. ¶ Sat patriæ Priaq; datum.) vt plenum veniſſe interitum demōſtraret. ¶ Si per. de. de. poſ. e. h. d. f.) Quia poterat Æneas dicere auxiliabor captæ vrbi, ille præuenit: & ait, contra tantā vim humanam nihil poſſe virtutem. & ſubnexuit huius rei probationem. Si poſſent īquit, pergama humano auxilio communiri, etiam, hoc eſt adhuc & mea potuit dextera defendi. Si, ergo pronuntiandum eſt, vt dicamus, ſi pergama dextera defendi poſſent etiam. Sic enim & alio loco poſitū legimus. placido ne etiā pugnabis amori? hoc eſt adhuc ipſo verbo hic quoq; vſus eſt, ſcilicet potuiſſe ſua dextera defendi patriam. Si ei adhuc incolumitas relinqueretur. Sacra ſuoſq; tibi cōmēdat Troia penates, Hos cape fa. co. his mœ. quæ. Magna per. ſta. quæ de. pō.) Ecce oſtendit & fugiendum eſſe, & non eſſe flagitium, ſi fugerit, cum ipſa patria defendi nō poſſit, inducit Æneā velle liberari per fugam, & ſacra, & deos, atq; eo magis petendā fugam, q conſtaret regnum illud ope hominis vlterius defendi non poſſe, quod nec dij ſui tueri potuerunt, quātum autem Aeneæ addatur ad meritum, ex hoc datur intelligi, cum illi ſacra & deos ſuos intercepta Troia commendat, aut enim nimium religioſum probare voluit, aut ipſis religionibus cōſeruandis aptiſſimum, aut dijs ipſis certe potiorem. Nullus enim commendatur, niſi qui ſit eo cui commendatur inferior. Hæc autem dicit ſacra, & eos commemorat deos, quorum poeta in themate mentionem fecit, dicens, Inferretq; deos latio, ecce etiam hic agitur cauſa fugituri, ne vllam ex eo contrahat culpam, ſuadet fugam imago viri fortis, ſuadet ipſa etiam patria, quæ in auxilium ſui viri fortis animū debuit inuitare, datur fugituro deoꝝ ſocietas, omniumq; ſacrorum, quid enim Aeneas poſſet in ea cauſa? in qua dij ipſi nec ſuis nec ſibi adeſſe potuerunt? Verum quia ſacrorum & deorum debuit expreſſius oſtendere rationem, à generalitate tranſit ad ſpeciem dicens.

ACSENSIVS.

¶ Tēpus &c.) Docet quō ab Hectore excitatus ſit, & ad fugā faciēdā admonitus: in qua re īgenioſus poeta, miro vtit̃ artificio: nā ſic Aeneā à ꝑditione purgat, vt & fugā illi glorioſam faciat. Purgat̃ quidē à ꝑditione, q cū cæteris, eadem fraude deceptus, ſomno indulgebat: & ſi quærat̃ cur non ēt cū cæteris perierit, reſpōdet, qa ab Hectore admōitus, exurrexit, & virtute, qua plurimū potuit, ꝑcipue ducēte deo, per tela, ꝑ hoſteis, euaſit. Fugā autē inclytā facit, qa ſolus ad hoc à dijs electus eſt, vt deos & ſacra ꝑ fugā ſeruet, vñ dicet Hector Sacra, ſuoſq; tibi cōmēdat Troia penates, Hos cape fatoꝝ comites, his mœnia quære Magna, &c. Donatus aūt dicit ſic. ¶ Prima qes.) Excuſat̃ Æneas, ſi ſomnū ea hora capiebat, qua oīa animātia reficit ſomnus: cuius initia tm̄ pōderis habēt: & tāta vi mētes opprimūt, vt oī cura ſubmota, altius ſoporent̃: & quū munus deoꝝ, ſit ſomnus ad refectionē nobis datū, crimē nō eſt, ſi cōceſſo tēpore dormiat̃. Viſus adeſſe.) Oſtēdit poeta, nō vera, ſed veriſimiles imagines videri cum dormiētibus afferunt̃. Ex mœrore aūt, & ſqualore imaginis, ēt ſi nihil verbis nūciaſſet, cōiectura colligeret̃, funeſta portēdere videbar. Et hic oſtēdit imagines nō eſſe veras. ¶ O lux.) Errorē deſcribit dormiētis vt quod optime norat, quaſi neſcius interrogaret. ¶ Heu fuge.) Viro forti fugā ſuadet, quā nō ſuaderet, ſi ſupereſſet aliqd cui poſſet ſubueniri. Mox ſubnectit cām q̃ oēm vim deſpationis cōtinet. Heu fuge: īccipit recte à doloris ſigno. Dolebat. n. q qui debebat hortari ad auxilium, fugā ſuaderet viro forti. Et q ſic īterierat tota res vt nihil ſupeſſet quod auxilio fulciri poſſet. ¶ Hoſtis ha. mu.) ſecūda deſperatio. ¶ Muros.) Quibus ſe tutari potuiſſet. ¶ Ruit al. c. T.) Tertia deſpatio. i. cōcidit iā cui poteſtas ſubuenerat. ¶ Sat patriæ P. q;. d.) Vt Priamo veniſſe interitum denotaret. ¶ Si pergama d. ) q. d. contra tantam vim nihil valere humanam virtutē: & probat q ſi poſſent defendi, defenſa fuiſſent. ¶ Hac.) ſ. mea. ¶ Sacra.) Quaſi dicat non eſt ergo flagitium q fugiat: quū patria ſuos deos fuga liberdaos velit. Nimiū etiam religioſum probare voluit, quū ipſis religionibus conſeruandis ſit aptiſſimus, aut etiam dijs potiorem. Nullus enim commēdatur inferiori. De his dijs meminit in themate: Inferretq; deos Latio.

Omni

Omni ergo culpa vacat fugiturus: ſi fugam ſuadet imago viri fortis, & patria cocedit fugam: & deoꝝ, ſacrorumq́ȝ ſocietas. ⁋ Fato rũ co.) Adiuuabũt tua fata, quum tui comites fuerit. Quid enim potuit Æneas, ſi dñ ipſi non potuerunt? ⁋ Magna.) Quia magni ſunt dñ, & ꝓponit ſpem futuri tẽporis, vt ſit toleratio præſentis calamitatis. ⁋ Pererrato põto.) Vt oſtẽderet ſe vera ĩſinuare, prædixit proſpera & his laborioſa addit.

Ordo. ¶ Ordo eſt. Tempus erat. ſ. quum vrbem inuaderent Græci, quo, prima quies. i. qeta dormitio: incipit mortalibus ægris. i. imbecillibus, qui continuas vigilias perferre non poſſunt, ſed alterna requie refocillandi ſunt: & ſerpit. i. molliter diffunditur per mẽbra: dono. i. beneficio, diuũ i. deoꝝ: exiſtens gratiſſima. i. cõmodiſſima, & accęptiſſima: & ecce. q. d. ex inſperato, & ĩprouiſo: vtpote in ſomnis. i. dum dormirem & ſomnum caperẽ, Hector mœſtiſſimus, viſus eſt adeſſe mihi ante oculos, & effundere largos fletus raptatus. i. frequenter tractus, bigis. i. curru biiugis equis ducto: vt quõdã. i. vt dudum, aut pauloante raptus fuerat. (In ea enim ſpecie apparent qui noſci cupiunt in qua notiſſimi ſunt. Sed etiam ad rem phyſicã alludit: qa terribilia, ac dira aſpectu in ſomnis occurrere ſolẽt, & terrore quodã excutere. quos prius exterruerant) raptatus ergo bigis vt quondã: & ater puluere cruẽto. i. ꝑfuſus puluere intermixto atro cruore: & traiectus lora. i. habẽs lora traiecta, ꝑ pedes tumẽteis. i. inflatos propter lora. Hei mihi: dolẽtis eſt, qualis erat. ſ. Hector tunc, & quantũ mutatus ab illo Hectore. i. à ſpecie illius Hectoris, vnus. n. erat q redijt indutus exuuias. i. manubias, aut ſuperiora indumẽta q̃ tunicę armoꝝ, hoc eſt, inſigniũ, vulgo dicuntur Achillis (nõ tñ qbus Achillẽ, ſed quibus Patroclum exuerat, quod tacet poeta ex præcępto rhetorico, quo ꝓcipimur ea, q̃ ad laudẽ ſunt dicere, ſupprimẽtes quæ laudem noſtram imminuant. Hoc aũt (teſte Homero) habet hiſtoria quum Græci ingẽtia ſpolia diuiderent, & Agamemnoni, Chryſeis filia, ſacerdotis Apollinis obueniret, & Achilli Briſeis venit ad Agamẽnona in ſacerdotali habitu pater filiã deo authore repetẽs: quã negatã primũ, poſtea ĩmiſſa peſtilẽtia coactus eſt reſtituere quidẽ Agamẽnon: ſed Briſeida Achilli ꝓcipuo eius violẽtiæ authori abſtulit ſibi: quo facto indignatus abſtinuit bello, eoq́ȝ ceſſante Gręci paſſim fuſi ſunt, nec auſi ſunt cũ Troianis cõcurrere, præcipue cum Hectore: donec Patroclus ſocius & amicus Achillis, qui cum eo ſub Chirone eruditus fuerat, impetratis armis Achillis Hectori iampridẽ notiſſimis Troianã pubem fugaret, quaſi iam Achilles iterũ in bellũ redierit: quo viſo, Hector eo aĩo quo in Achillẽ ſæpe cõcurrerat, inſilit, & victũ ſpoliat: ſpolijſq́ȝ quaſi ſęuiſſimi hoſtis indutus ingreditur in ciuitatem, vbi miro applauſu ab oĩbus excęptus eſt: eo aũt facto, ſummopere indignatus Achilles, non potuit noctẽ illam quieſcere appetẽs vindictæ: ſed grauiter conqueſtus, poſtridie in arma proſilit: vnde Iuuena. Patiť noctẽ lugentis amicum Pelidæ. Legendũ aũt videť mihi quidẽ: qui exuuias redijt indutus Achillis: nam legendo, qui redit exuuias, ponitur tempus pro tempore: & legendo, qui exuuias redijt indutus, ꝓduciť vltima in verbo rediit, (ſyncopæ gratia) vt qui redijt iaculatus. i. poſtq̃ iaculatꝰ erat: ignes Phrygios. i. Troianos: puppibus. i. ĩ puppes: Danaum. i. Græcorũ, (ꝓcipue Proteſilai, q primus in littus Phrygium deſcendit, & interfectus eſt ab Hectore: eiuſq́ȝ nauis incenſa: & ſi tũc Hector in cęteras perrexiſſet totam claſſem exuſſiſſet.) gerens barbam ſqualentẽ. i. ſitu obſitã, & immundã, & crines. i. capillos cõcretos ſanguine: & gerens illa vulnera q̃ accępit, pro accęperat: plurima circum muros patrios. i. patrię ſuæ, Troię videlicet. Ipſe. i. ego flens videbar (ergo viſio, non res geſta) vltro. i. priuſq̃ me alloquereť: cõpellare. i. alloqui cum quadã dignitate: virum. i. quẽ viuentẽ putabam: vnde illud ad ſomniantẽ refertur: & expromere. i. proferre expectore voces mœſtas. i. mœſtitiæ indices: o lux Dardaniæ. i. Troiæ à Dardano nobilitatæ, o fidiſſima ſpes Teucrũ. i. Teucroꝝ hoc eſt, à Teucro ortorum: q̃ tãtæ moræ tenuere, ſup. te: o Hector expectate. i. diu deſyderate, & expectate ab qbus oris. i. regionibus venis: vt nos defeſſi aſpicimus te poſt multa funera tuoꝝ, & poſt varios labores hoĩum, & vrbis q̃ cauſa ĩdigna. ſ. viro forti & bono: fœdauit i. deturpauit vultus ſerenos. i. alioqui ſerenos: aut cur cerno hæc vulnera? (Loquitur ergo, quaſi ſomnians, & immemor eoꝝ quę ſciuerat, nam nõnunq̃ mortui occurrunt ſomniãtibus, quaſi viuerẽt: quod ergo prius dixit, Vulneraq́ȝ illa gerens, &c. nunc q̃rit vnde ſint ea vulnera? nõ eſt contrariũ: nã prius dixit Hectora talem occurriſſe, qualẽ ante ſomnũ, & poſt ſomnum nouerat: nũc vero recitat qualẽ fantaſiam ſomnians de eo habuerat: oblitus. ſ. mortis, & vulnerum eius.) Ille. ſ. Hector: nihil, ſup. reſpondit ad hæc, nec moratur me q̃rentẽ vana, hoc eſt, q̃ nõ ſomnians norã ſed ipſe ducens grauiter gemitus de imo pectore (quia, vt diceť in. vj. eadem affectio manet defunctis q̃ fuerat viuis: vnde dicit, Quæ gratia currũ, Armorũq́ȝ fuit viuis, q̃ cura nitẽnteis Paſcere equos, eadẽ ſequitur Tellure repoſtos.) ait heu, o nate dea, fuge & eripe te his flammis: hoſtis habet muros: Troia ruit. i. ꝓceps cadit ab alto culmine: ſat patriæ datum, ſup. eſt Priamoq́ȝ. q. d. noli ſolicitus eſſe vt Priamo patriã ſalues, quia parum victurus eſt: ea. n. nocte interimẽdus erat: occurrit ergo ei quod dicere potuiſſet Æneas, at qui, vis ne fugiã, & ſocerũ deſerã, patriamq́ȝ proſtituã? ad quod Hector: ſat patriæ datũ eſt Priamoq́ȝ: qui iam iã moriturus eſt: noli ergo ſollicitus eſſe: quia fata vetant: noluntq́ȝ patriã defendi. Quia tñ hoc ordine dixiſſet poeta: Satq́ȝ datum patriæ & Priamo eſt, ordo videtur melior, vt ſit, Sat datũ. i. ĩdultũ eſt à nobis patriæ & Priamo. Nam ſi Pergama. i. mœnia Troiana poſſent defendi dextra. i. virtute bellica. i. viri fortis: fuiſſent defenſa, ẽt hac. i. mea: nõ ſolũ tua: & ita participẽ glorię facit Æneã ꝙ Aeneas q̃ſi ab alio prolatũ citra arrogantiã recitat: nõ dicã tñ, hac. i. tua: quia hic, hęc, hoc, ad primã perſonã ſpectant, ẽt melior eſt ſententia: propter cõiunctionem, etiã: quia ergo defendi non poſſunt nolentibus fatis: nec eſt te præſtantior alter, Troia commẽdat tibi. i. fidei tuæ: ſua ſacra, & ſuos penates. i. deos domeſticos, & peculiares: cape hos comites fatoꝝ. i. adiutores rerum per fata tibi recęptarũ: & quęre his. ſ. penatibus magna mœnia quæ in Italia cõſtituit: quę tu ſtatues deniq́ȝ. i. tandem (per quod innuit longos eius errores) ponto. i. mari pererrato, quia dictũ eſt, Maria oĩa circũ erranteis, &c. De penatibus autẽ dicit Landinus ſic: Suos, recte ſuos. Nã ſi illos ex Samothracia in Phrygiã tranſportauit Dardanus: & vt addam aliquid ad ea q̃ in ſuperioribus dixi de penatibus, refert Dio. Penates qui in Græcã linguã tranſferunt alios patrios: alios Genethlios: alios Etheſios: alios Mychios, quaſi Arcanos, alios Ercios, fortaſſe ꝙ in occulto concluſi eſſent, appellaſſe. De figura aũt & forma eorũ, refert Timęus hiſtoricus, Lituos ferreos, & Aeneos, & Troianũ vas quoddã fictile eſſe, ea q̃ in occultis & recõditis Lauini iacent ſacra. Dionyſius aũt ſcribit, ſe Romæ vidiſſe templũ, apprime tenebroſum: neq́ȝ tñ magnũ, in quo ſitę ſunt deorum Troianorũ ſimulachra, quæ inſcriptionẽ habebãt. Dñ penates. Sunt aũt duo adoleſcentes qui ſedent, pila tenentes, militari habitu. Refert idẽ Diony. cõſtructa iam Alba tranſlatos fuiſſe Lauinio Albã, deos ipſos quos Aeneas ex Troia aduectos illic collocarat. Verum ſequenti nocte, quãuis clauſo tẽplo ad ſuas Lauinias ſedes rediſſe, atq́ȝ ſecũdo Albam reportatos, ſecundo quoq́ȝ Lauiniũ rediſſe. Quapropter illos, illic relinqui placuit, miſſis Alba ſexcentis cũ duce Egeſto qui Lauinij habitantes ſacra curarẽt. Beroal. aũt in Seruiũ dicit ſic: authoritatem Seruij, eruditoꝝ refellit authoritas: nãq́ȝ barba quadrupedũ in ſingulari numero apud idoneos reperitur. Hora. in primo ſermonum: Vtq́ȝ lupi barbam varię cum dente colubræ, &c.

PIERIVS.

¶ Largoſq́ȝ effundere fletus.) In Mediceo codice, refundere, legiť: ſed effundere, accęptius. Quinetiã nõnulli codices fluctus, habent: ſed nulli fletus, nõ caſtior lectio videtur. ⁋ Exuuias indutus Achilli.) In antiquis exemplaribus Achillis habetur, recta declinatione: nõ enim hic ὁμοιοτέλευτον, illud Seruianũ timendũ eſt. Suntq́ȝ aliquot exẽplaria, in quibus exuuiis, legatur ſeptimo caſu: vtrũq́ȝ Latinum eſt: ſed exuuias, q̃rto caſu placere magis video eruditis viris. Demũ & inductus, ab induco, in ꝑuetuſtis aliquot exẽplaribus habetur. Sane ſcriptũ ab Auguſto Tranquillus ait: Si mane ſibi ſiniſter calceus pro dextro induceretur: & apud Plinium Diuus Auguſtus ꝓdidit ſibi calceum ꝑpoſtere inductũ: placet tñ indutus, ab ĩduo, vt vulgo habetur. ⁋ O lux Dardanię.) In antiquis aliquot codicibus legere eſt, Dardanidũ. Tametſi nõ neſcimus ex Mnaſea Dardaniam regionem appellatã: quę Teucris prius vocabatur. Dardanus porro Troadis oppidum eſt Stephano. ⁋ Spes o fidiſſima.) Vt prætercam quod in antiquis codicibus ſcriptum eſt ex ĩſtituto Auguſti, Spes o fidiſſima. Illud me magis mouet: quod in vetuſtiſſimo quodã codice literis ꝓpter vetuſtatem codicis difficile eſt diſcernere vtrũ fortiſſima, an firmiſſima ſit adſcriptum. Sed enim vt firmiſſima non ĩprobari: ita fortiſſima, nunq̃ admiſerim, decenter enim ſpes aut firma, aut fida poniť. ⁋ Ruit alto à culmine Troia.) In Mediceo cod. non eſt à prępoſitio: ſed ſupra alto, ab κατὰ παράφρασιν notatũ. vulgata tamen lectio, q̃ eſt, Alto à culmine, ſatis pluribus facere videť. ⁋ Pererrato ſtatues q̃ deniq́ȝ põto.) In codice Longobardico, & aliquot alijs, qui, nõ quę, legitur: vt ſit: Qui deniq́ȝ ſtatues ea magna pererrato ponto: ſed enim magis placet, quod in vulgatis habetur exemplaribus: quæ mœnia.

Seruius

¶Sic ait,& manibus vittas,Veſtāq; potētē, AENE.
Æternumq; adytis effert penetralibus ignem.
Diuerſo interea miſcentur mœnia luctu,
Et magis,atq; magis(quanquam ſecreta parentis
Anchiſæ domus,arboribusq; obtecta receſſit)
Clareſcunt ſonitus,armorumq; ingruit horror.
Excutior ſomno,& ſummi faſtigia tecti
Aſcenſu ſupero,atq; arrectis auribus aſto.
In ſegetem veluti cum flamma furentibus auſtris
Incidit,aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros,ſternit ſata læta,boumq; labores,
Præcipitesq; trahit ſyluas,ſtupet inſcius alto
Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor,
Tum vero manifeſta fides,Danaumq; pateſcunt
Inſidiæ,iam Deiphobi dedit ampla ruinam
Vulcano ſuperante domus,iam proximus ardet
Vcalegon,Sygæa igni freta lata relucent.
Exoritur clamorq; virum,clangorq; tubarum.
Arma amens capio,nec ſat rationis in armis,
Sed glomerare manum bello,& concurrere in arcem
Cum ſociis ardent animi,furor,iraq; mentem
Præcipitant,pulchrumq; mori ſuccurrit in armis,

SERVIVS.

¶Veſtam.) Deam ignis, quæ vt ſupra diximus, Terra eſt. ¶Diuerſo interea.) Hęc eſt ꝑ œconomia. Ait enim Æneam non fuiſſe proditorē, ſed propter longinquitatem domus & tarde bella cognouiſſe, & facilius euitaſſe diſcrimen. ¶Magis atq; magis.) Iteratione ſermonis fecit augmentum, ac ſi diceret, magis ac plus: ſed propter metrum nō potuit. ſic etiam & in diminutione, veluti ſic dicat: & minus atq; minus, & vt pro vtcunq;. ¶Anchiſę domus.) Satis religioſe locis oībus quādiu viuit Anchiſes, ei vniuerſa cōcedit: vt alio loco, Et pater Anchiſes dare fatis vela iubebat. ¶Arboribusq; obtecta.) Laus domus. ¶Receſſit.) A frequētia ſe remouit, & eſt ſpecioſa tranſlatio, quotiens rei mobilis ad immobilem, vel econtra transfertur officium. ¶Ingruit.) Inuadit: vt, Ingruit Æneas Italis, & prę lia miſcet. ¶Excutior ſomno.) Vt appareat terroris eſſe, nō ſatietatis. ¶Arrectis auribus.) Trāſlatio ab animalibus. ¶Flumine.) Fluxu, vt Humectat flumine vultum. ¶Torrens.) Fluuius qui æſtate ſiccatur: vnde & nomen accepit. Cui Græci per cōtrariū dedere vocabulū. Nam χείμαρρον dixerunt à tempore quo creſcit: ſicut æqnoctiū & ἰσημέριον. ¶Præcipitesq; trahit ſyluas.) Hoc ſpeciale fluuii eſt: ſupra dicta vero etiam ignis. ¶Inſcius.) Non ignarus. Nā videt: ſed qui non valde ſit cauſarum peritus, ideſt ſimplex. Saxi de vertice.) Pro montis. Contra in ſexto, montem pro ſaxo poſuit, vt, Prenſantemq; vncis manibus capita aſpera montis. ¶Manifeſta fides.) Non ſomnii, vt quidam volūt, ſed fraudis Græcorum. Nam & hoc ſequitur. ¶Danaūq; pateſcunt inſidiæ, Deiphobi.) Quia ipſe poſt mortem Paridis Helenā duxit vxorem. ¶Proximus ardet Vcalegon.) Rem domus ad perſonam tranſtulit, & eſt τὸ ἄιτιον, vt Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ. ¶Sigæa.) Duo ſunt Troiæ promontoria, Rœtheum & Sigæum, quod dictum eſt propter Herculis taciturnitatem, qui prohibitus hoſpitio ſimulauit abſceſſum, & inde contra Troiam per ſilentium venit, quod dicitur σιγὴ. ¶Freta lata relucent.) Incendii magnitudinem voluit ſignificare. non hoc deſcribere. Lata autem ideo, quia ſe anguſtię Pontici oris illic dilatant: vt Salluſtius dicit. ¶Clangor.) Gręcū eſt. Nam κλαγγὴ dicitur. Illud ſane ſciendum eſt, quia morem tetigit expugnationis. Plerunq; enim ad tubam euertunt ciuitates: ſicut Albā Tullus Hoſtilius iuſſit euerti. ¶Amens.) Qui nec ſomniis credidit, nec rebus aſpectis. ¶Bello.) Ad bellum. ¶Furor, iraq; mentem præcipitant.) Poteſt quidem ſpecialiter accipi, ideſt mentem meam furor & ira præcipitauerunt: ſed melius eſt generaliter, Non mirum eſt me arma cepiſſe ſine ratione: furor enim & ira mentem præcipitant.

DONATVS.

¶Sic ait, & ma. vit. Veſt. q; po. Æ. q; ad. ef. p. ig.) Sacra dixit q̄ ad conſecrationem pertinebant, vittas ſcilicet, & æternū ignē, deos dixit penates & Veſtā ipſam. hos cape fatorum comites. qui commendatur alicuius meriti debet oſtendi, vt ipſe quoq; monſtretur profuturus ei, cuius auxilium ſenſerit. Iccirco ait. hos cape fatorum comites. adiuuabūt, inquit, fata tua. cum tui comites fuerint. his mœnia quære magna, magni ſunt, inquit, magnum debes parare, hoc quum dicit, ſpem maximam futuri temporis pollicetur, vt calamitatis pręſentis incommondū, venturæ proſperitatis vtilitate penſetur. His ait, ſtatues mœnia hoc eſt perficies. pererrato ponto, vt oſtenderet vera ſe inſinuare, prædixit pro pera, & his laborioſa coniunxit. ¶Diuerſo interea &c.) Complexus, inquit, admonitionibus hectoris, malorum omium vis diuerſis generibus cumulata eſt. nuntiabant quippe cædes, & educto fragore armorū, & lamentabilibus vocibus, Incendia vero ingruere ſignificabant ingruentes ęſtus, quorum

quorū iā pulſabar ardoribus, nunc illud ſaltē profuit, quod domus patris mei lōgius fuerat ſub mota. ¶Excutior ſomno.) Non dixit expergfactus ſum, hoc enim aut ex ſatietate ſomni contingit, aut de tranquillitate animi ac ſecuritate mentis poteſt prouenire, qes ergo dormientis abrupta eſt. ¶Et ſummi faſti. te. Aſc. ſu. at. ar. au. a.) Volui, inquit, quid cauſæ eſſet explorare de ſummo. aſcenſu igitur meo ſuperaui ſummū tectū, & attentis auribus ſingula cœpi captare, cōprehenſurus. ſ. ex alto, quæ videri ꝑ incendia poſſent, vel audiendo cognoſci. mittit ſimilitudinē, vt oſtendat quēadmodū ciuitas ardebat, vel quēadmodū ſtrepitus, vel clamores diuerſi veniebant ad aures eius. comparans ſibi paſtorem, ſegetes vero ardētes incenſæ patriæ, maiorē vim maiori violentię, furētes auſtros ſæuientibus gręcis. Iccirco ait. ¶Tum vero ma. fi. da. q; pa. Inſi.) Tūc, inquit, incertis & dubiis recedētibus manifeſta veritas patuit. tunc græcorū inſidiæ dominantibus iam malis noſtris euidentiſſime claruerūt. narratis interea, quæ auribus acceperat, incipit referre quod pertinebat ad viſum. ¶Iā deiphobi d. a. rui. Vulcano ſuperante do. ia. pro. a. Vcalegon, ſi. i. f. la. rel.) Iam, inquit, ardebat quicquid noſtris parietibus proximū fuit. deiphobi & vcalegonis domus & iam funeſtis incendiis patriæ illuminatum fuerat mare. ¶Exoritur cla. q; vi. cl. q; tu.) Eo pertinet, qa dixit, Tum vero manifeſta fides, Danaūq; pateſcunt Inſidiæ. Tantū quippe profecerant græcorū doli, vt nihil iam ſupereſſet, quod occulte molirentur, viq; adeo vt nec clamare metuerent, nec ſuorū animos tubarū clangoribus excitare. Videamus hic qualis Æneæ tractatus inducatur, cui imago hectoris fugiendū eſſe dixerat, & cuius affectibus interitus patriæ ſubiacebat. Audito, inquit, tubarū clangore, & aperto excidio ciuitatis accenſus non fugi, vt hectori viſum eſt, ſed, Arma amens capio. hoc eſt oībus aduerſis mente turbata non in fugā ſed in arma cōuerſus ſum. ¶Nec ſat ra. in a. Sed glomerare m. b. & co. in a. Cū ſo. ar. a.) Non. n. inquit, integrā mentis intentionem habere potui, quem tubarū. ſ. hoſtiliū clangor, & excidium patriæ genitalis accenderat. Secutus igitur, quod amat, armatus, & dimiſſo tutiore conſilio, quod amentia confuderat ardente patria, ipſe quoq; ardebā furore bellandi, viq; adeo vt glomeratā ſociorū manū quærerē bello, vt ſi fieri potuiſſet, arcem ſaltē tueremur ab hoſtibus. ¶Furor iraq; mentē præcipitant.) Iracūdia, inquit, & furor cōſilio deficēte mentē præcipitabant, hoc eſt, nō quo volebā impellebar, ſed quo vellet amētia. Hoc loco egregie potius, mentē pręcipitant. quicquid. n. pręcipitanter vrgetur maiore impulſu, non quo voluerit, ſed in eā partē cadit, in quā ruinæ pondus adduxerit. ¶Pulchrumq; mori ſuccurrit in armis. quia victoriæ cōquirendę nō fuerat ſpes, non vt vincerem, ferebar in bellum, ſed armatus volui mori, & interire cum patria.

ASCENSIVS.

¶Sic ait, &c.) Docet quę reliqua ſubſequuta ſint: & quō excuſſus ſomno in arma ruit: vnde Dona. ¶Excutior.) Nō dicit, expgiſcor: quod eſſet aut ex ſatietate ſomni, aut animi trāquillitate. Quies ergo dormiētis abrupta eſt. ¶Et ſummi f. t. Aſ. ſupero.) Vt poſſet vel videndo per flāmas, vel audiēdo cuncta ꝑcipere. ¶Iam Deiphobi.) Narratis quæ audierat, ponit quæ videbat. ¶Exoritur c. q; u.) Eo pertinet, quia dixit: Tū vero manifeſta fides, Danaūq; pateſcūt inſidiæ, quātus aūt fuit affectus Æneę, q nec ſomnio Hectoris admonitus, neq; manifeſta captiuitate vrbis deterritus arma cœpit? ¶Amens.) Oībus aduerſis, mente turbata, nō in fugā, ſed in arma conuertitur, & q̄rit manū ſociorū, qbus arcē amiſſis iam mœnib. defendat. ¶Furor itaq;.) Optime poſuit: quidquid enim ꝓcipitāter vrgetur, nō quo ani

mus voluit,ſed in eã partẽ cadit, in quã ruinæ põdus adduxit. ¶ Pulchrũq; mori.) Nõ erat ſpes victoriç:ſed armatus,q̃; inermis pulchrã mortẽ ignominioſæ vitæ pponebat. ¶ Ordo eſt. Ordo. Hector ait ſic:& effert manibus.ſ.ſuis : vittas.i.redimicula crinium deæ:& Veſtã.ſ.deã potentẽ : q;,pro.i.effert æternũ ignẽ qa Veſta eſt purus & inextinguibilis ignis:adytis.i.ſacrariis,ſine aditu & acceſſu:penetralibus.i.penitus intrabilib.à ſacerdoto ſummo:aut q̃ adytus prius nũc penetralia fiebãt.Mœnia miſcenẽ interea diuerſo luctu,& ſonitus clareſcũt.i.clarius audiri incipiunt,magis & magis:& horror.i.horribilis cõcuſſio armorum:ingruit.i.increpat aurib.meis,magis:atq; magis q̃;uis domus Anchiſę parẽtis.i.patris mei:receſſit.i.lõge poſita ſit:ſecreta.i.in ſecreto loco:& obtecta arborib.q̃ res effecit , vt nõ tam cito obruereẽ Æneas:ſed haberet ſe armãdi, & patrẽ exportandi cũ filio & cõiuge ſpatium:ego excutior.i.violẽter deturbor ſomno:quã rẽ res incõmoda ſeq ſolet:& ſupo aſcenſu faſtigia.i. culmina ſummi tecti:atq; aſto auribus arrectis.vt melius.ſ.audiã quod à feris tractũ eſt:&,ſup.accipio ſonitũ, veluti cũ flamma incidit in ſegetẽ.ſ.maturã:auſtris.i.vẽtis illis violẽtis:furẽtibus.i.magnũ impetũ,vt furioſi ſolẽt:faciẽtibus,aut cũ torrẽs rapidus.i.oĩa ſecũ rapiẽs,flumine mõtano.i.amne de mõte pcipitanter defluẽte,ſternit agros,& ſternit ſata.i.lætas herbas habentia,& agricolã ob ſpem amplæ meſſis lætificantia :& labores boũ.i.fructus multi cultus & laboris:& trahit ſyluas pcipites.i.pcipitãter cum impetu detractas:ipſe inſcius.i.neſcius cauſæ:quia nec ignẽ nouit immiſſum:nec amnẽ ita auctũ quũ pluuia vehemẽs ſæpe in vicino fiat,atq; apud nos nulla : ipſe ergo inſcius,vnde talis ſonitus genereẽ, ſtupeẽ: accipiens ſonitũ de vertice ſaxi.i.rupis,aut ſcopuli.Fides.i.fidelitas Danaũ.i.Græcorũ,quç nulla eſt:hoc eſt,perfidia eoꝝ eſt manifeſta.ſ.mihi : tũ vero.i.pcipue,tunc quũ iam periculũ videretur:ſed in animum integrum nõ potuit prius tantũ fraudis cadere:&,pro.i.inſidiæ Danaũ:pateſcunt.i.per ſe patefiunt,tũc pcipue: domus Deiphobi,filii Priami,cui Helena nupſerat:& ita domus eius fere pma petita eſt:ampla.i.magnifica,dedit iam ruinã:Vulcano.i.igni:ſuperante.i.vincente,& inuoluẽte eã:& Vcalegon proximus.i.domus Vcalegonis,quæ proxima erat:ardet iam.i.quum domus Deiphobi ceciderat:freta.i.maria:Sygæa.i.in quæ Sygæum promontoriũ declinat:relucẽt lata.i.late:aut relucẽdo apparẽt lata:igni.i.per ignẽ:& clamor virum,& clangor tubaꝝ exoriẽ:& ego amens.i.ſine mente,& prudentia , qui ſperabã armis poſſe quidquã cõmodi adferre:capio arma:nec ſat rationis in armis, ſup.erat mihi,hoc eſt,ex amẽtia quadã cæpi arma:nec quũ iam armatus eſſem,adhuc furorẽ depoſuerã: ſed animi ardent.i.ardenter cupiunt:glomerare.i.cõſerere manũ bello:& cõcurrere in arcẽ.i.vbi res ſacræ erant:cũ ſociis,aut domeſticis:aut quos illuc cõcurriſſe nõ dubitabat,aut cõcurrere e vicino videbat:furor,& ira pcipitant.i.pcipitãter obruũt, mentẽ.i.exardeſco furore Martio,& ſuccurrit.i.in mẽtẽ venit:pulchrũ,ſup.eſſe mori,in armis.i.in ipſa pugna,& bellico actu. Donatus tamẽ legit quaſi ſit inermis,hoc ordine:& ſuccurrit:inermis mori.i.etiam inermes mori,pulchrũ eſſe:mallẽ tñ legere,in armis, diuiſis dictionibus:iuxta quod dictũ eſt in.j.huius. O terq; q̃terq; beati, Quis an̄ ora patrũ Troię ſub mœnibus altis Cõtigit oppetere.

PIERIVS.

¶ Clareſcunt ſonitus.) In antiquiſſimo codice legere eſt,cõcreſcunt ſonitus,ſuperaddita etiã paraphraſi, ſpiſſantur. Creſcere enim & concreſcere de ſonitu,non ſine horrore dici poteſt. Hic vero nõ clamores tantum:ſed & armorum concurſationes , & corruentium ædium fragores audiebantur:vt opus eſſe videatur verbo plenius aliquid reſonante.¶ Iã proximus ardet Vcalegon.) Ne quis dicat nos ſuper antiqua ſcriptiõne curioſos nimis,ſi proxumus,in antiqui.codi.ſcribi dixerimus. Apud Cariſium quoq; ita ſcriptum inuenimus antiquo codice.Vbi locum citat Criſpi.ex.iii.vnde Virgilius locũ deſumpſerit, non tu ſcis, ſi quas ædis ignis cœpit acriter , haud facile ſunt defenſu , quin & comburantur proxumę.

Ecce autem telis Panthus elapſus Achiuum,
Panthus Otriades,arcis Phœbiq; ſacerdos,
Sacra manu,victosq; deos,paruumq; nepotem
Ipſe trahit,curſuq; amens ad littora tendit.
Quo res ſumma loco Panthu?quã prendimus arcẽ?
Vix ea fatus eram,gemitu quum talia reddit.
¶ Venit ſumma dies,& ineluctabile tẽpus PANTH.
Dardaniæ,fuimus Troes,fuit Ilium,& ingens
Gloria Teucrorum,ferus omnia Iuppiter Argos
Tranſtulit,incenſa Danai dominantur in vrbe,
Arduus armatos mediis in mœnibus aſtans
Fundit equus,victorq; Sinon incendia miſcet
Inſultans,portis alii bipatentibus adſunt,
Millia quot magnis nunq̃ venere Mycænis.
Obſedere alii telis anguſta viarum
Oppoſiti,ſtat ferri acies mucrone coruſco
Stricta,parata neci,vix primi prælia tentant
Portarum vigiles,& cæco Marte reſiſtunt.

SERVIVS.

¶ Arcis Phœbiq; ſacerdos.) Aut ſubrogatũ intelligimus : aut(quod melius eſt)morem Romanum tetigit.In Capitolio.n.oĩum deorũ ſimulacra colebantur. ¶ Sacra manu.) Hoc eſt propter qđ ſupra ait. Sacra ſuosq; tibi cõmendat Troia penates.¶ Victosq; deos.) Qui egebant ſacerdotis auxilio.Simul & Æneæ excuſaẽ abſceſſus. ¶ Ipſe trahit.) Septima ſyllepſis .Trahit.n.licet nepotis tãtũ ſit,tñ & ſuperiora cõcludit. ¶ Curſu.) Legiẽ & curſum. ¶ Ad limina.) Æneæ & religio laudatur, & virtus. ¶ Quo res ſumma loco Panthu?) Admirantis eſt: non interrogantis.Et Panthu vocatiuus eſt. ¶ Res ſũma.) Reſpublica. Quã prendimus arcẽ? Quũ tu eam relinquas. Nõ.n.plures erãt arces. Vnde admirantis eſt.Et notanda ſimul orationis breuitas,quç in periculis cõgruit.¶ Dardaniæ.Troiæ:aut à Dardano Iouis & Electræ filio:aut ſecundũ Salluſtium , à rege Dardanoꝝ Mida,qui Phrygiã tenuit.¶ Ferus Iuppiter. Summæ neceſſitatis eſt, quũ etiam ſacerdos in conuitia ruit deoꝝ:quod ſeruat Virgilius ne vnq̃ tradat Æneæ.¶ Ferus.) Inuidioſe dictũ eſt : nã æquus eſt oĩbus,vt,Rex Iuppiter oĩbus idẽ.Hinc & paulo poſt, Ipſe deos in Dardana ſuſcitat arma, Hoc eſt qui æqualis eſſe cõſueuit. ¶ Mediis in mœnibus.) Vbi arx fuerat. ¶ Aſtans.) Pro ſtans:& eſt Protheſis.¶ Victor.) Propoſiti effector:vt, Rapidusq; rotis inſiſtere victor.¶ Miſcet.) Scilicet cædibus. ¶ Bipatentibus adſunt.) Quia geminæ ſunt portæ.¶ Millia.) Subaudi tot & ἀνακόλουθον.Nam dixit quod,quum nõ premiſerit tot.¶ Anguſta viarũ.) Vicos: vt eſt,Et ſtrata viarũ. ¶ Ferri acies.) Bene addidit ferri,quia homonymum eſt acies.¶ Stricta.) Nuda.Vnde & deſtringere dicimus.¶ Cæco Marte.) Aut nocturno prelio:aut epitheton Martis eſt,cuius exitus ſemper in certus eſt.

DONATVS.

¶ Ecce autem telis Panthus elapſus Achiuũ &c.) Ego,inquit, animo ardebã vt collectis q̃; plurimis vel arcẽ defenderẽ, ſed iam etiã ipſa fuerat capta.i.deniq; Panthus arcis eiuſdẽ ſacerdos & Phœbi, violentia inde periculi pſentis excluſus,repẽte apparuit, & licet telis hoſtilibus fuiſſet elapſus, quia tantæ fuit pietatis ac religionis , officii ſui ẽt in vltimo diſcrimine non eſt immemor factus.nã ſecũ auexerat oĩa , quæ in illa arce colebantur. portabat quippe ſuis manibus ſacra , portabat & deos victos, vt oſtẽderet humanũ auxiliũ aduerſus eam vim non fuiſſe neceſſariũ. cui ipſi quoq; dii pro ſe reſiſtere nequiuerũt. Paruũq; nepotẽ ipſe trahit.qm̃ fugientis paſſibus no valebat occurrere,trahebatur,curſuq; amens ad limina tendit. tutis excluſis ad non tuta cõfugiẽs,plenã teſtabaẽ amentiã , quũ eo fugiẽs curreret, vbi cũ ipſis diis potuiſſet incẽdi.¶ Quo res ſu.lo. Panthu? qu. pr.ar?) Interrogatio breuis pro rõne tẽporis ſumpta,q̃ſita etiã pro pſona fugiẽtis,qui ſe ac deos ac nepotẽ hoſtili violẽtiæ ſubtrahere cupiebat,pro eius quoq; pſona,qui aduerſa licet celeriter volebat audire,ait ergo, Quo res ſumma loco Pãthu?ſumma reꝝ eſt malaꝝ vel bonaꝝ,cõcinna definitio, qua celerius exprimi poſſint aduerſa,vel pſpera.quã prendimus arcẽ? arx eſt ſecunda defenſio,inuẽta iccirco,vt euictis muris ipſa ſuccedat. recte ergo q̃ſitũ eſt,quã prendimus arcẽ, videbat.n.fugientem Panthũ ab arce cũ ipſis diis,eum dẽter excluſum,& ſciebat nullã eſſe alia pter ipſam.nouerat quoq; ex inſinuatione pterita Hectoris,hoſtili multitudine iam muros eſſe poſſeſſos. ¶ Vix ea fatus eram,ge.q.t.re.Venit ſumma dies.) Miram in reſpõdendo celeritatẽ poſuit,extitiſſe pro ratione temporis ſupradicta , & pro ratione pſonaꝝ fugientis.ſ.& audire cupientis , antequã interrogationi

terrogationi meæ ſtūc feci. ille mixto verbis gemitu, talia reddidit. Cū propoſitionibus oībus reſpōderi cōueniat, hoc vel maxime loco prædicanda uehementer eſt poetæ noſtri artificioſa ſubtilitas. iiſdē.n. verbis eadēq; breuitate & inſtruxit inſcium, & quę ſumma eſſet rex, plene perdocuit. Ille dixit, quo res ſumma loco, hic dixit venit ſumma dies. ¶ Et ineluctabile tempus dar.) Hoc eſt, quod luctando ſuperari nō poſſit. Venit, bis accipiendum eſt, ut ſit uenit dies, uenit tēpus. ¶ Fuimus troes &c.) Interiit, inquit, totū quicquid apud nos fuit. Expreſſa rex ſumma incipit dicere quid geraſ, vel quid uiderit, q̄uis & hoc poſſit ad ſummā rex pertinere. ¶ Ferus oīa Iuppiter ar.tr.) Ferus Iuppiter moraliter poſitū. In aduerſis.n. nimio malo, uel certe ut putamus iniuſta ex cauſa cōmoti, etiā deos male tractamus. unde ergo ferus, ipſe oſtēdit dicēs, oīa quæ apud nos fuerant læta, tranſtulit in græcos, & ſic nos nimia feritate proſtrabit, ut cui noceret poſtea nō haberet, nullis.ſ. reſeruatis. Argos oīa trāſtulit, hoc eſt, felicitatē ilienſem Argos trāſtulit. Argos nō ad Argos quaſi ad græcos, ſed ad ciuitatē quæ Argos diceretur. ¶ Incenſa Danai d.in u.) Nō pugnāt adhuc græci, ſed ſecuri de uictoria dn̄antur utpote ardēte uniuerſa ciuitate. Arduus armatos m.in m.a. Fun.e.) Magna perturbati hoīs & metuentis proſecutio. quum.n. iam equus fudiſſet armatos, omiſſis rebus perfectis, quaſi adhuc gererenſ, quæ tranſierant, fundit, inquit, nō fudit, modus.n. imperfectus maiorē terrorē facit. ordinaſ autē ſenſus ſic, arduus equus in mediis mœnibus aſtans fundit armatos. ne incipiat eſſe uitiū, ſi dicamus in mediis mœnibus fundit. ¶ Victorq; ſinon in.m. In.) Quū tenereſ inter initia ſinō. Inſultabant captiuo Troiani, uni oēs, nunc ipſe uniuerſis & patriæ ad cuius interitū fouebat incendia hoſtis magno animo, qui neceſſarie faciebat tunc inſultationem. hoc fuit, quod dicit. ¶ Portis alii bipatētibus ad. Mil.q.m.n.u.m.) Ecce etiā hic portarum bipatentiū ſignificatio eſt. ſupra.n. dixit, portiſq; patentibus oēs accipiunt ſocios, atq; agmina ſocia iungunt. oſtēdit unā portā, quæ ingredientibus atq; regredientibus muris incolumibus fuerat p̄parata. alterā dicit, quæ diruta murorū parte fuerat patefacta, ut equi moles immenſa poſſet induci. per has ergo portas cum pauloante Poeta dixiſſet. oēs accipiūt ſocios atq; agmina conſcia iungunt, hic quoq; illo imperfecto modo utitur Panthus, ut metum maximū referēdo cōfirmet, adſunt, inquit, millia quot magnis nunq̄ uenere mycenis. quaſi nō tenedo remeaſſent, quos habuit Troia. Dicitur iam cauſa, ꝓpter quā nec Panthus fugere extra patriā potuit, nec Æneas ſecūdū Hectoris ſn̄iam ualebat exire. ¶ Obſedere alii telis an.u. Op.ſt. f.ac.m.co. St.pa.n.) Oīa, inquit, aduerſa ſunt, & in eū deſperationis cardinē ducta, ut nec cōſiſtere in patria quiſq; ſine pernicie poſſit, nec ſaluti fugiēdo cōſulere. ¶ Vix primi p̄lia tentāt &c.) Cum ſupra dixerit cædunſ uigiles, qūo hic dicit? uix primi prælia tentant portax uigiles, & cæco marte reſiſtunt? aut non oēs cæſi tunc fuerant, quū hoſtis muros intraret, & reliqui reſiſtebant. aut illis oībus cæſis aliax portax uigiles utcūq; certabāt.

ASCENSIVS.

¶ Ecce aūt telis, &c.) Deſcribit occurſum ſacerdotis ex arce decurrentis, abs quo & ſacra recępit, & vrbē captā verius didicit, de qua re diſſerit Donatus ſic. ¶ Ecce aūt.) Aduentu Panthi, ſpē cōcæptā arcis defendēdæ amittit. At ille, nō metu hoſtili deterritus erat: vt nō ferret ſecū qdqd deorū in arce colebaſ. Portabat enim ſacra, & deos victos, vt oſtēderet humanū auxiliū aduerſus eā vim, nō fuiſſe neceſſariū: cui ipſi quoq; dii reſiſtere ꝓ ſe nō potuerant. ¶ Amens.) A tutis excluſus, ad intuta fugiens, oſtēdebat plenā amentiā. ¶ Quo res ſumma.) Interrogatio breuis pro ratione tēporis ſumpta. Quęſita ēt pro pſona fugiētis, & pro eius q licet a duerſa maturet, tn̄ ſcire cupiebat. Sūma rex eſt bonox & malox. Concinna definitio, qua celerius exprimi poſſint aduerſa vel proſpera. ¶ Quam prendimus arcē.) Arx eſt ſecūda defenſio, vt euictis muris ipſa ſuccedat. Recte ergo q̄ſitū quā prēdimus arcē. Intelligebat enim ex fuga Panthi arcē captam, neq; aliā p̄terea eſſe. Vix ea fatus. Prædicanda artificioſa ſubtilitas poetę in reſpōdēdo. Iiſdē enim verbis: & eadē breuitate inſtruxit inſciū: & quæ ſumma eſſet rex pdocuit. Ille enim, Quo res ſumma loco Pāthu? Hic venit ſumma dies & ineluctabile. Quod luctādo ſuperari nō pōt. ¶ Ingens gloria Tencrox.) Periit quidquid apud nos floruit. ¶ Dardaniæ f.) Periit qdquid apud nos erat. ¶ Ferus.) Nā in aduerſis, ēt deos male tractam⁹. Ferus: quia oībus ad Græcos traductis, nihil nobis reliq fecit. ¶ Argos.) Nō ad Argos.i. Græcos, ſed in eā vrbem. ¶ Dn̄antur.) Non pugnant: ſed ardente vrbe, ſecuri de victoria domināt ur.

¶ Fundit.) Nā quāuis iam fudiſſet: tn̄ ex pturbatione animi adhuc equū fundere armatos putabat. ¶ Inſultās.) Refert gratias nā interuētu eius, Troiani certabant illudere capto. ¶ Portis bipatētibus.) Oſtēdit vnā portā, q̄ ingredientibus, atq; regreidiētibus in muris, pręparata fuerat. Altera, quæ dirutis muris, fuerat patefacta: vt equi moles ímēſa poſſet induci. Per has portas dixerat poeta, imiſſos hoſtes: vt oēs accipiūt ſoci.a.a.c.m. Verū Panthus eadē rōne adhuc imitti dicit. ¶ Obſedere.) Cauſa ponit, cur Æneas & Pāthus fugere nō poſſent. ¶ Ordo eſt, Autē, pro ſed: ecce.q.d. p̄ter ſpem, dum ad arcē defendēdā accederē, Panthus ſacerdos ille (quod nomē, vltimā producit, diphthongo Græca.) elapſus telis Achiuū.i. Grecox: Pāthus, dico, Otriades.i. Otrii filius, ſacerdos arcis, & Phœbi.i. tēpli Phœbi, quod erat in arce: ecce inquā ipſe.i. ipſemet, nō p miniſtros: trahit manu nepotē paruū, & ſacra, & deos victos, merito ridet hoc diu⁹ Auguſtinus: nā ſi dii, qūo victi? verūtamē gētiles poſuerunt ſuperiora & inferiora numina: deoſq; etiā ſimulachra vocabāt: q̄ quia transferēda erant, victa dicit poeta: & paruū nepotē: Seruius dixit, ſeptimā eſſe ſyllepſim.i. cōcęptionē, q̄ reuera in accidentibus nō eſt, ſed in ſenſu: nō trahebat ſacra nec deos: ſed ferebat deos manu qua paruum nepotem poſt ſe trahebat: & ipſe amens.i. ſine mente, perplexus & attonitus: tendit ad limina.ſ. mea, per quod oſtendiſ Æneas, oīum cōſenſu vir optimus habitus, quū ad eum & mortui & viui, ſacra Troiana referrent: & ſup. inquā (ſed vt rem p̄cipitē depingeret poeta: verbū reticet: etiā in interrogatione) o Panthu, quo loco.i. quo ſtatu: aut reuera: quo loco eſt, ſup. res ſumma.i. ſacra, & diuina. q.d. quo fugis, dimiſſa re diuina? quā arcem prendimus, ſi hāc deſerimus? q.d. hanc potius tutandā. Vix fatus erā ea.ſ. pauca verba: quū, ſup. Panthus: reddit.i. reſpōdet talia, gemitu.i. gemēdo, aut cū gemitu. Summa.i. nouiſſima, aut vltima dies.i. tēpeſtas Dardanię.i. regni Troiani: venit.i. tranſacta eſt: & tp̄s.ſ. fatale: ineluctabile.i. nulla lucta ſuperabile venit: nos Troes fuimus.i. actū eſt de nobis: quia nō amplius futuri ſumus: & Iliū.i. p̄cipua vrbs in Troia fuit: & ingens gloria Teucrorū fuit. Iupiter ferus.ſ. in Troianos: qui ēt progeniē ſuā nō defendit: tranſtulit oīa.i. oēs res.ſ. imperium, ac regnū Argis.i. Argos: Danai dominantur in vrbe incenſa: equus.ſ. Palladi deſtinatus: aſtans in mediis mœnibus: fundit.i. abūde emittit armatos: & Sinō.ſ. perfidus ille, cui vita data eſt: victor.i. voti cōpos, miſcet incendia: qui dixerat, Seruataq; ſerues Troia fidē: nec ſatis eſt quod miſcet.i. mixtim facit ſine diſcrimine incendia, ſed id facit inſultans.ſ. in nos victos: q̄ res indigniſſima eſt, adſunt dico. Alii, adſunt portis bipatentibus.i. vtrinq; patentibus.i. p portas bipatentes; recępti, ſup. ad tot millia, quot millia nunq̄ venere magnis Mycænis: quod dicit, quia ita viſum eſt: aut qa nunq̄ tot apparuerunt bellaturi, quot nūc vrbē depopulaturi: aut vt Æneā à cōgreſſu deterreret: alii oppoſiti.ſ. iis qui ad defenſionem forte occurrere tentarēt: obſedere telis qbus eminus inuadere poſſent & q̄ quū nox eſſet, euitari nequirent, vnde dementiæ eſſet moliri, in eos cōgreſſum obſedere: dico.i. obſederunt. (Eſt.n. p̄teriti perfecti tēporis: & ita obſedere, nō obſidere, legendū.) anguſta.i. anguſtias viax. acies ferri: ſtat.i. horret: ſtricta.i. nudata, & parata neci.i. ad necādū, aut ad necē inferēdā: & vix primi vigiles portax.ſ. aliax, nō eax per quas ingreſſi erant Græci (de illis.n. dictum eſt, Cædūtur vigiles, nec tn̄ intelligā propter hunc locum illud dictum eſſe de vigilibus arcis, vt Ser. illic.) Vix tentant prælia: & reſiſtunt Marte.i. bello cęco.i. nocturno: aut furore Martio, qui excæcat: quū dementię ſit tam paucos cū tot concurrere.

Ordo.

PIERIVS.

¶ Curſuq; amens ad littora tendit.) In Oblōgo codice pueteri, & in Mediceo, & pleriſq; aliis, ad limina, legiſ. Quā lectionē Seruius agnoſcit, attēdēdaq; eſt Ænę virtus, ad quē ſacerdos cum ſacris, & nepote paruulo cōfugeret, eadē lectione ſn̄ia diuerſa, Donatus ait, Curſuq; amēns ad limina tēdit: tutis excluſus ad intuta cōfugiens, plenam teſtbatur amentiam, quum eo fugiens, curreret, vbi cū ipſis diis potuiſſet incendi. ¶ Obſedere alii telis anguſta viax oppoſiti.) In codicibus antiquis, Mediceo, & aliquot aliis legere eſt, oppoſitis quippe telis: & ita etiā eſt in Donatiano codice. Inuenio tn̄, s, literā ſuperfluā, ſępe alicuius dictionis, fini adiectam, ſi preſertim dictio ſequēs ab eadem incipiat, dictantiū celeritate librariis decęptis, verum hic nihil eſt, quod offendat, ſi oppoſitis telis, legere, antiqs magna ex parte codicibus adſtipulantibus cuiquā viſum fuerit. ¶ Stat ferri Acies mucrone coruſco ſtricta.) Sūt cod. in quibus legere eſt, Stat pernicies mucrone coruſco: quod quia nonnullis alie



UNIVERSITA DE

num à Virgiliana phraſi videbatur, eram diſſimulaturus, ve- rum vbi in Ti. Donati commentaria incidi, animaduerti homi- Ordo. nem lectionem hanc agnouiſſe, longa etiam adiecta paraphra- ſi, ita enim eſt: Stat pernicies, omnia aduerſa ſunt: & in eum de- ſperationis cardinem ducta, vt nec conſiſtere in patria quiſquã ſine pernicie poſſit, nec ſaluti fugiendo conſulere. Sed enim lon ge magis placet, Stat ferri acies: vt agnoſcit Seruius: & aures adprobant eruditæ.

¶ Talibus Otriadæ dictis, & numine diuum   AENE.
In flammas, & in arma feror, quò triſtis Erinnys,
Quò fremitus vocat, & ſublatus ad æthera clamor.
Addunt ſe ſocios Ripheus, & maximus annis
Iphitus, oblati per lunam, Hypaniſq; Dymaſq;.
Et lateri adglomerant noſtro: iuueniſq; Corœbus
Mygdonides: illis qui ad Troiam forte diebus
Venerat, inſano Caſſandræ incenſus amore:
Et gener auxilium Priamo, Phrygibuſq; ferebat
Infelix, qui non ſponſæ præcepta furentis
Audierat.
Quos vbi conſertos audere in prælia vidi:
Incipio ſuper his. Iuuenes fortiſſima fruſtra
Pectora, ſi vobis audentem extrema cupido
Certa ſequi, quæ ſit rebus fortuna videtis.
Exceſſere omnes adytis, ariſq; relictis
Dii, quibus imperium hoc ſteterat, ſuccurritis vrbi
Incenſæ, moriamur, & in media arma ruamus,
Vna ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.
Sic animis iuuenum furor additus, inde, lupi ceu
Raptores atra in nebula, quos improba ventris
Exegit cæcos rabies, catuliq; relicti
Faucibus expectant ſiccis: per tela, per hoſtes
Vadimus haud dubiam in mortẽ, mediæq; tenemus
Vrbis iter: nox atra caua circumuolat vmbra.

SERVIVS.

¶ Numine diuũ.) Subaudis tali, hoc eſt mala iniiciente de ſyderia. ¶ Erinnys.) Impatiẽtia animi hoc loco. ¶ Et ſublatus.) Et vñ ſublatus. ¶ Adglomerant.) Adglomerantur. ¶ Mygdonides.) Patronymicũ eſt. Nã ſi gẽtis eſſet, Mygdonius diceret. Nullũ.n. gẽtis nomẽ in des, exit. Hunc autẽ Chorœbũ ſtultũ inducit Euphorion, quẽ & Virgilius ſequtur: Dans ei, Dolus an virtus qs in hoſte requirat? Quũ ſit turpis dolo quęſita victoria. ¶ Et gener.) Gener dr̃ & q eſt, & qui eſſe vult, vt hic indicat locus: ſicut ẽt maritus. Vnde eſt, Quos ego ſim totiẽs iam dedignata maritos. ¶ Præcepta.) Propter illud, Tũc ẽt fatis aperit Caſſandra futuris. ¶ Furẽtis.) Vaticinãtis. ¶ Incipio ſup his.) His incipio. ¶ Super.) Inſup: qa iam audebãt, vñ paulo poſt, Furor additꝰ. ¶ Iuuenes fortiſſima fruſtra.) Ordo talis eſt, Iuuenes fortiſſima pectora, fruſtra ſuccurritis vrbi incẽſæ, qa exceſſerunt dii. Vñ ſi vobis cupido certa eſt me ſequi audẽtẽ extrea. ¶ Moriamur, & in media arma ruamus.) Obſcuritatẽ aũt facit hoc loco & ſyncheſis, ideſt hyperbati lõga cõfuſio, & falſa lectio. Nã multi audiendi legũt, multi audẽdi. Sed neutrũ ꝓcedit. Ergo audẽtẽ legendũ eſt. ¶ Exceſſere.) Quia ante expugnationẽ euocabãtur ab hoſtibus numina ꝓpter vitanda ſacrilegia. ¶ Quibus.) Subaudimus auxiliantibus. ¶ Vna ſalus victis, nullã ſperare ſalutẽ.) Plerũq; deſperatione robur augeť. vt Statius; Eſt vbi dat vires nimius timor. Itẽ ſcimus mortẽ captiuitatis eſſe remedium. Hoc ergo ſuadet, vt aut deſperatione vincant: aut vitetur morte captiuitas. ¶ Salus.) Nunc remedium. ¶ Lupi ceu.) Hoc ad ferocitatem pertinet. ¶ Nebula.) Ad noctẽ. ¶ Catuli.) Ad liberos, cõiugeſq;. ¶ Exegit.) Excluſit, de latebris ſcilicet: vt Terentius, Spectãdæ an exigendæ ſint vobis prius. ¶ Caua vmbra.) Bonũ epitheton. Naturale enim eſt vt obſcurum ſit omne concauum.

DONATVS.

¶ Talibus Otriadæ dictis &c.) Cum talia, inquit, mihi Panthus inſinuaſſet, quaſi quodã deoꝝ numine ſic fui accenſus, vt deſiderarem mori. dixerat.n. pulchrũq; mori ſuccurrit in armis. ecce hic dixit, in flãmas & in arma feror, vt oñderet in tanto diſcrimine ciuitatis & deſperatione oĩum reꝝ mori ſe maluiſſe, q̃; viuere. ¶ Quo triſtis e. Quo f.u. & ſu. ad æ.cl.) Illo ibã, inquit, vbi maximus fuerat clamor, hoc eſt vbi maximũ piculũ fuit, & facilior mortis occaſio. ¶ Addũt ſe ſocios rhipheus &c.) Dicturus plurimoꝝ noĩa, ne oĩum facta continuatione odioſam faceret narrationẽ, interpoſuit q̃ deſperatiõe facta faſtidiũ remouerẽt. vñ ordinať ſenſus hoc mõ. addũt ſe ſocios & lateri agglomerãt noſtro oblati p lunã rhipheus, Iphitus, hypaniſq;, dimaſq; corœbus. hic quęriť cur dixerit oblati p lunã. quũ ipſe ſupius poſuerit. Vertiť iterea cœlũ, & ruit Oceano nox, Inuoluẽs vmbra magna, terrãq; polũq;, myrmidonũq; dolos. hoc ne ſit vitiũ, talẽ vt ſupradictũ eſt noctẽ debemus accipere, quales ſunt plerunq; cũ luna non per omne ſpatiũ noctis apparet. ¶ Quos vbi conſertos &c.) Multũ quippe perſuaſio valet, vbi iam ineſt voluntas perſuaſioni ipſi conſentiẽs. ſi enim poſſunt inuiti, quo velis tranſduci ſententia, eo magis facilius trahitur vniuſcuiuſq; mens, ſi perſuaſio eã volentẽ paratãq; reperiat. ¶ Iuuenes fortiſſima fruſtra Pectora &c.) Senſum loci iſtius, quo facilius intelligatur, ordinamus hoc modo. Iuuenes fortiſſima pectora quæ ſit rebus fortuna videtis, exceſſere oẽs adytis ariſq; relictis dii, qbus imperium hoc ſteterat, fruſtra ſuccurritis vrbi incenſę. ſi vobis audẽdi extrema cupido certa ſeq, moriamur, & in media arma ruamus. vna ſalus victis nullã ſperare ſalutẽ. Intellectus ſic accipiendus eſt, iuuenes qdẽ eſtis fortiſſimi, & de fiducia virtutis ĩ bellũ prõpti, cupitis aduerſis patrię ſubuenire, ſed auxilium veſtrũ incenſæ vrbi quid proderit? Non eſt igitur fruſtra laborandũ vel maxime cũ ea, quã dii ſui deſeruerunt, qui eius imperium tuebantur, & q̃m in oĩbus præuenti ſumus, moriamur ſi nõ pro ipſa, vel poſt eius interitum, & in armatos ruamus voluntate promptiſſima. Vna enim ſalutis via eſt victis, ſi ſalutem quã tueri non poſſunt deſperãdo contemnant. ¶ Sic animis iuuenum furor additus.) Tantũ inquit valuit perſuaſio mea, vt ætatis iuuenũ voluntatiſq; intentio furore quodã ferretur accenſa. ¶ Inde lupi ceu Raptores &c.) Secundum neceſſitatẽ temporis mirã cõparationẽ induxit. lupus enim improbiſſimũ genus eſt aĩalis, ſæuũ ſatis, & in prædã ſemper ac vehementer intentũ; & tunc magis quando catulos habet, cui nihil aliud aptũ ſit ad cõplendas inſidias, quã caligo ac tenebræ, ſalutẽ ſic contemnens vt ſine eius deſperatione viuere nõ poſſit, cõtraria iugiter cogitãs, vt quod optat inueniat. Ita, inquit, & nos aperta in pericula ruebamus. neq;.n. dubia pernicies fuit. Cũ ferremur per mediã vrbẽ, per conſertos hoſtes, & armatas ſtrictis mucronibus dexteras, vnum habẽtes in ſubſidio, quod tenebroſæ noctis auxilio iuuabamur. noctis iſtius, qua interitus extitit Troiæ, varietatẽ Virgilius poſuit. In prima.n. eius parte dixit, Vertiť interea cœlũ & ruit Oceano nox, inuoluens vmbra magna terrãq; polũq; myrmidonũq; dolos. ſequẽti in parte dixit, Tacitæ p amica ſilentia lunæ. Itẽ ait, oblati p lunã, nunc nox atra caua circũuolat vmbra. Diuerſitas iſta hoc genere videť poſſe diſſolui, vt iam diximus, vt nos illa nec tota habuerit tenebras, nec oĩs ex radiis lunę fuiſſe videať illuſtris. ſi ergo primũ noctis tẽpus fuit tenebroſum, ſequens vero ſuperueniẽte luna probať illuſtre, atq; ita vt in diẽ quoq; durare potuiſſet. qũo hic diciť nox atra caua circũuolat vmbra. debet enim cõuenire in iſta lupoꝝ cõparatione, etiã noctis ſimilitudo. quę tunc inſidiis apta eſt, quũ denſať tenebris. hic accipere poſſumus perſeueraſſe quidẽ lunã, ſed fumo obſcuratũ eius lumen, qui ex magno ciuitatis incendio vomebatur.

ASCENSIVS.

¶ Talibus Otriadę, &c.) Docet Æneas qũo dictis Panthi, quaſi numine quodã accẽſus in flãmas, & in arma ruit; vtq; ſocios Troianos quos offenderat, cohortatus eſt. In qua cohortatione, mirus artifex poeta, animum furore raptum, prorſus depingit: ita vt non ſeries, ſed furor in verbis cõſpicetur: neq; ea verborum implicitas, & confuſio vitio, ſed ſummæ laudi danda eſt poetæ. Solẽt enim peritiſſimi talem cuiq; ſermonem dare, qualis ipſe qui loquitur eſt: vnde Flaccus in de arte. Format.n. natura prius, nos intus ad omnem Fortunarũ habitũ iuuat, aut impellit ad iram: Aut ad humũ mœrore graui deducit, & angit: Poſt effert animi motus interprete lingua. Quia ergo Æneas animum furore percitũ, & non ſat rationis in armis habuit, bene datur

ne datur illi ſermo implicitus & intricatus. de quo Donatus dicit ſic. ¶ Numine diuũ.) Nã ſic ſum acceſus verbis Panthi: quaſi deoꝝ numine ſim adflatus. ¶ Clamor.) Ergo ibi maior erat cædes, vnde mors facilior. ¶ Addũt ſe ſocios.) Ne narratio multorum noĩum, ex ſimitudine fiat odioſa, mirifice diſtinguit interpoſitione verboꝝ. Sed ordina: Addunt ſe ſocios, & lateri adglomerant noſtro, oblati per lunã, Ripheus, Iphitus, Hypanis, Dymas, Coroebus, per lunã, nã principium huius noctis, luna caruit, ſequẽtia habuerũt. Iuuenes. ordo eſt, Iuuenes fortiſſima pectora, Quæ ſit rebus fortuna videtis, Exceſſere oẽs adytis, ariſq; relictis Dii, q̃bus imperiũ hoc ſteterat fruſtra ſuccurritis vrbi, Si vobis audẽdi extrema cupido eamus, moriamur, & in media arma ruamus, Vna ſalus victis, nullã ſperare ſalutẽ, ergo iuuenes fortes eſtis, & prõpti: ſed auxiliũ veſtrũ incenſæ vrbi quid ꝓderit? ſed vna eſt ſalus victis: ſi ſalutẽ quã tueri nõ poſſent, deſperãdo cõtemnant. ¶ Inde, lupi ceu.) Mira cõparatio. Lupus enim improb. & ſęuus eſt, & in prędã intẽtus, preſertim quũ catulos habet: cui quidẽ aptiſſime tenebræ ſint, ad cõplendas ĩſidias: ſic & nos auxilio vnico noctis in hoſtes ferebamur. ¶ Oblati per lunã.) Nã luna iã exorta erat, ſed quo paulo infra: Nox atra caua circũuolat vmbra, intellige debere conuenire in lupoꝝ cõparatione, etiã noctis ſimilitudinẽ: ſed hic accipiamus perſeuerare lunã: ſed fumo ex incendio proueniente obſcuratũ eius lumẽ eſſe. ¶ Ordo eſt. Ego (inq̃t Æneas) feror. i. ĩpetu trahor in flãmas, & arma. ſ. vrbis incẽſæ, & hoſtiũ incẽdentiũ: talibus dictis Otriadæ. ſ. Panthi Otrii filii: & numine diuũ, ſup. tali: hoc eſt, iniiciẽte mala deſyderia: vel tanq̃ numine: eo quo Erinnys triſtis. i. ĩpatiẽtia animi, & fremitus, & clamor ſublatus. i. ſurſum latus: ad ęthera: vocat. ſ. me. Ripheus & Ephitus (alii tñ Iphitus legũt) maximus armis. i. aut rebus bellicis, aut quũ armatus eſſet: oblati ꝑ lunã, q̃ tunc exorta erat, ſed parũ lucebat propter fumũ & puluerẽ, ac vmbras muroꝝ adhuc extantium addũt ſe ſocios, & etiã Hypanis & Dymas: & adglomerãt, ſup. ſe. i. aſſociant noſtro lateri: & Coroeb⁹ iuuenis Mygdonides. i. Mygdonis filius: qui venerat illis diebus. i. pauloante forte ad Troiã: incenſus: inſano. i. valde magno amore Caſſandræ, filiæ Priami, & uatis, & gener. i. ut gener eſſet, aut tanq̃ gener, q̃a gener eſſe cupiebat: ferebat auxiliũ Priamo, & Phrygib⁹. ſ. reliq̃s ſed more ſuo ſeparat ducẽ ab exercitu, & regẽ à populo, exiſtẽs infelix qui. i. utpote qui nõ audierat (audierat quidẽ, ſed nõ crediderat uera eſſe.) i. nõ perfecerat obediendo: p̃cæpta, ſponſę. ſ. Caſſandrę: furẽtis. i. uaticinantis: nã uaticinantes, eo quod ſpiritus in eis p̃dominaretur, furore rapiebantur: furore aũt diuino percita præcępit, ut in patriã rediret, eo quod Troia propediẽ peritura eſſet: ſed nõ credidit: quia (ut dictum eſt) Apollo fidẽ uaticinio Caſſandræ abſtulerat: quos. ſ. uiros dictos ubi ego uidi cõſertos. i. inſtructos in p̃lia: audere. i. audentes eſſe: incipio his. ſ. verbis ſequẽtibus: ſuper. i. inſuper: & vltra audentiã eoꝝ. O iuuenes, appoſitorie, fortiſſima pectora vos ſuccurritis fruſtra vrbi incẽſæ, quia oẽs dii quibus imperiũ hoc ſteterat. i. authores & cõſetuatores imperii noſtri, exceſſere adytis. i. ſacrariis arcanis: & aris relictis. ſ. à ſe: & numine ſuo. (q. d. non opus eſt eos euocare q̃a ſpõte ſua exierũt: id aũt nouerat ab Hectore & Pantho. Moris aũt erat (vt docet Liuius) iis qui vrbẽ aliquã expugnare volebãt, deos in quoꝝ tutela ea vrbs eſſet prius euocare, huiuſmodi carmine. Si deus, ſi dea eſt, cui populus, ciuitaſq;. N. eſt in tutela: teq; maxime ille qui verbis huius popu-

liq;

liq; tutelam recæpiſti præcor, veneror: ueniamq; à uobis peto, vt vos populũ, ciuitatẽq;. N. deſeratis: loca, tẽpla, ſacra, vrbemq; eorum relinquatis: atq; ab iis abeatis, eiq; populo, ciuitatiq; metum, formidinem, obliuionẽ iniiciatis, proditeq;. N. ad me, voſq; veniatis, noſtraq; vobis loca, tẽpla, ſacra vrbs accæptior, probatiorq; ſit. Mihiq; po. N. militibuſq; meis præpoſiti ſitis, vt ſciamus, intelligamuſq;. Si ita feceritis, voueo vobis templum, ludoſq; facturum. hoc aũt carmen, conditum erat in euocatione deoꝝ Carthaginen. à Romanis, vnde pro. N. poteſt poni Carthagineñ. & Roma.) exceſſere ergo oẽs dii adytis & aris relictis: ſed ſi certa cupido audendi (ſic Donatus legit) extrema. ſ. pericula mortis: aut ſi certa. i. oĩno deliberata cupido. i. cupiditas, eſt uobis ſequi: me audentẽ extrema. i. ſumma pericula: nihilominus videtis quæ fortuna ſit rebus. (q. d. peſſima: quia dii exceſſere adytis ſed ſi uobis ea cupido eſt: moriamur, & ruamus in media arma. ſ. hoſtium. i. irruamus in hoſteis armatos morituri: vna ſalus eſt uictis: hoc eſt id ſolum nobis ſaluti eſſe poterit, nullam ſperare ſalutẽ. i. ſi ut deſperantes de ſalute, & certi de morte audaciſſime irruamus in hoſteis. Furor (inquit Æneas) additus eſt: ſic. i. per talem cohortationẽ meam: animis iuuenum, qui cohortandi ſunt: & nos uadimus inde. i. deinde in mortẽ: haud. i. nõ dubiam. i. certã, per tela, per hoſteis: & tenemus iter mediæ urbis, ubi plurimos hoſteis offendere ſperabamus: & nox atra. ſ. fumo, & nubibus, circunuolat umbra caua: aut domoꝝ cauatarũ incendio quum ſoli muri aut parietes lapidei extarent: aut quæ ſemper caua eſt, quũ corpus non habeat, licet à corpore producatur. uadimus (inquã) inde, ceu tanquã eſſemus: aut ſicut uadunt lupi raptores. i. p̃datores in atra nebula: quos cęcos. i. excęcatos furore: rabies uentris. i. fames: ĩproba. i. inducens ad dira & improbãda facinora exegit. i. extra luſtra & latebras ſuas expulit: q; pro &: quos catuli relicti expectãt: ſiccis. i. ſitibũdis: aut eſuriẽtibus faucibus . i. quos catuli famelici expectant: & eſt aptiſſima comparatio.

BIERIVS.

¶ Et maximus armis Iphytus.) In codicibus omnino pleriſq; armis legitur. In aliquot uero aliis, maximus annis, habetur: quod inferiori ſententiæ reſpondet. Quorũ Iphytus æuo iam grauior. In nõnullis etiam ex his antiquioribus, & hic & inferius, Epytus, ſcriptum eſt, per, e, prima ſyllaba: & abſq; aſpiratione. In aliquot, Ephytus, cum aſpiratione, ſed, Iphytus, recæptum magis. ¶ Illis qui ad Troiam forte diebus venerat.) In Mediceo, & codicibus antiquis pleriſq; omnibus, abſq; relatiuo, qui, legere eſt. Illis ad Troiam forte diebus uenerat: quę loquendi figura, etiã alibi eſt apud Virgilium, relatiuo pręterito: ut, Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni: ſubintelligitur quã . ſ. Tyrii coloni tenuere. ¶ Quos ubi conſertos.) Quãuis, confertos, in codicibus aliquot antiquis habeatur. Ex codice tamen Mediceo, & ex Lõgobardico, atq; ex aliquot aliis, neq; ex Donatiano exemplari, & Aruſiano, conſertos, legerim, eo ſignificato: quo apud Salluſtium legitur. Catilina memor generis, atq; priſtinæ ſuæ dignitatis, in confertiſſimos hoſtes incurrit: & ita apud alios frequentiſſime, ¶ Si uobis audentem extrema cupido eſt Certa ſequi. Donatus, audendi extrema, uidetur agnoſcere: & in ordinatione ſenſus ita digerit ſtructuram. Si uobis audendi extrema cupido Certa ſequi. Sed enim exemplaria uetera pene oĩa, audentẽ, legunt, ut animoſitatis laus Æneæ p̃cipue deferatur: audentẽ, quidẽ prius etiã in Mediceo ſcriptũ fuit: inde aliena manu & atramento, audẽdi, gerũdii uoce factũ.

Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet? aut poſſit lachrymis æquare labores?
Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos,
Plurima perq; vias ſternuntur inertia paſſim
Corpora, perq; domos, & relligioſa deorum
Limina, nec ſoli pœnas dant ſanguine Teucri,
Quondam etiam victis redit in præcordia virtus,
Victoreſq; cadunt Danai, crudelis vbiq;
Luctus, vbiq; pauor, & plurima mortis imago.
Primus ſe Danaum magna comitante caterua
Androgeos offert nobis, ſocia agmina credens
Inſcius, atq; vltro verbis compellat amicis,
Feſtinate viri, nã quę tam ſera moratur ANDRO.
Virgi.

SERVIVS.

¶ Quis.) Etiam Græcoꝝ: ut, Quis talia fando. ¶ Lachrymis ęquare labores?) Hypallage, pro, laboribus ęquare lachrymas, ut Dare claſſibus auſtros. ¶ Vrbs antiqua.) Vel nobilis: uel q̃a duobus milibus octingẽtis annis regnaſſe firmatur. ¶ Sternuntur inertia paſſim.) Aut nõ repugnantia, ut Pecora inter inertia uotis Optat aprũ. Aut inertia dum occidunt, ut Imbellẽ auertis Romanis arcibus Indũ: hoc eſt auertẽdo oſtẽdis imbellẽ. ¶ Relligioſa.) Gradatim aſcẽdit. Sane relligio geminatur

l propter

l propter metri neceſſitatem. ¶ Pœnas dant.) Moriunt indigne: hoc enim proprie ſignificat. ¶ Redit in præcordia uirtus.) Atqui ait Horatius, Nec uera uirtus quum ſemel excidit, curat reponi deteriorib⁹. Sed ſniẽ nõ ſemper generales ſunt: ſed interdũ pro negotiorum qualitate formant. ¶ Victoreſq; cadũt Danai.) Generaliter dixit uictores. ¶ Plurima mortis imago.) Aut definitio timoris eſt, aut uarietas mortis oſtenditur. ¶ Androgeos.) Græca eſt & Attica, declinatio. Vñ eſt, In foribus lethũ Androgeo. Facit enim ὁ ἀν-

 δρόγεως




ϑράγιως τοῦ ἀνδρόγεω. ⸿Viri.) Increpantis eſt. ⸿Sera ſegnities.) Quę ſeros facit.i.tardos: vt, Mors pallida. ⸿Feruntq́ꝫ Pergama.) ἐμφατικῶς: vt, Iliũ in Italiã portãs. ⸿Itis.) Pro venitis.& contra Terẽtius, Niſi ego ad mercatũ venio: ꝓ eo. ⸿Fida ſatis.) Bene addidit fida, vt oñderet ſymbolũ, quo vtebanť in bello. ⸿Medios.) Manifeſtos; vt, Medioq́ꝫ ex hoſte recepi. Et, Quãq́ꝫ in media iam morte teneť. ⸿Aſpris.) Synæreſis eſt, vt Cõpoſtus. ⸿Anguem.) καταχρηστικῶς. ⸿Humi nitens.) Incedẽs ꝑ humũ. & eſt aduerbiũ. ⸿Abibat.) Bene im perfecto vſus eſt. Nõ.n.abiit. ⸿Ignarosq́ꝫ loci.) His circũ-

ſtantiis

Segnities? Alii rapiunt incenſa, feruntq́ꝫ
Pergama, vos celſis nunc primum à nauibus itis.
⸿Dixit, & extẽplo (neq́ꝫ enim reſpõſa dabanť AENE.
Fidas ſatis) ſenſit medios delapſus in hoſtes.
Obſtupuit, retroq́ꝫ pedem cum voce repreſſit.
Improuiſum aſpris veluti qui ſentibus anguem
Preſſit humi nitens, trepidusq́ꝫ repente refugit
Attollentem iras, & cœrula colla tumentem.
Haud ſecus androgeos viſu tremefactus abibat.
Irruimus, denſis & circunfundimur armis,
Ignarosq́ꝫ loci paſſim, & formidine captos
Sternimus, aſpirat primo fortuna labori.
Atq́ꝫ hic exultans ſucceſſu, animisq́ꝫ Corœbus.
⸿O ſocii, qua prima (inqt,) fortuna ſalutis COROE.
Monſtrat iter, quaq́ꝫ oſtendit ſe dextra, ſequamur,
Mutemus clypeos, Danaumq́ꝫ inſignia nobis

ſtantiis oñdit à paucis plures potuiſſe ſuparı. ⸿Aſpirat.) Fauet, vt, Aſpirãt auræ in noctẽ. Vnde & fauor, aura diciť: vt, Gaudens popularibus auris. ⸿Succeſſu exultãs.) Fœlicitate: quod eſt ſtultitiæ. ⸿Qua prima, inqt, fortuna. Nõ quæ prima, ſed qua primũ. Eſt aũt hypallage, vt, Ibãt obſcuri ſola ſub nocte: pro ipſi ſoli. Quę fit nõ ornatus cauſa: vt, Pars in fruſta ſecãt: ſed neceſſitatis. ⸿Clypeos.) Maiora ſcuta, qbus latemus, ἀπὸ τοῦ κλέπτειν τὸ σῶμα. ⸿Inſignia.) Arma omnia. ⸿Arma.) Subdiſtingue, vt ſit quaſi interrogãtis. ⸿Comantẽ.) Aut criſtatã, qã de caudis aĩalium habebanť criſtas; vt Criſtaq́ꝫ

hirſutus

Aptemus, doluſ, an virtus, quis in hoſte requirat?
Arma dabunt ipſi. ſic fatus deinde comantẽ AENE.
Androgei galeam, clypeiq; inſigne decorum
Induitur, lateriq; Argiuum adcommodat enſem.
Hoc Rhipheus, hoc ipſe Dymas, omniſq; iuuentus
Læta facit, ſpoliis ſe quiſq; recentibus armat.

hirſutus equina. Aut comas habentẽ, vt Statius, Non ego in terga comates Abatiadas.. Inſigne decoꝝ.) Ornamẽtũ decoꝝ. Nõ enim ſunt duo epitheta, quod apud Latinos vitioſum eſt. Fecit hoc tñ Virgilius in paucis verſibus, qui tñ emendati ſunt, vt Lenta quibus torno facili ſuperaddita vitis. quũ ante, Facilis fuerit. Induitur.) Quia multa inerant in ſcuto lora, quibus manum inſerebant, vt Clypeoq; ſiniſtram Inſertabam aptans. Hoc ipſe.) Multi hic diſtinguunt, & ad Æneam referunt.

DONATVS.

Quis cladem illius noctis &c.) Meminerat ſe dixiſſe, quis talia fando Myrmidonũ, dolopũue, aut duri miles Vlyſſi, Tẽperet à lachrymis? hoc ipſum hic quoq; repetiuit, multiplices, inquit, dolores & uel maxime proprios, cuius animus põt referre ſine lachrymis? aut labores tantos verbis ęquare? hanc generalitatẽ incipit enumerare per ſpecies, aſſerens in ipſa relatione perſonã p̄cipui ciuis & deoꝝ religioſi cultores, ſpeciesq; ipſius diuidit in ea, quæ maiores poſſent gemitus excitare. Vrbs antiqua ruit m.d.p.a.) Cecidit, iquit, urbs antiqua, ruit doloq; periit patria, quã vtiq; religioſus ciuis optabat ſibi eſſe ſuperſtitẽ. periit, cuius ĩperiũ ꝑ ãnos ĩfinitos floruit, ruit antiq. antiquũ nobile & maximi meriti veteres poſuerũt. nihil. n. poteſt eſſe diuturnũ, niſi quod ſit firmũ & dignũ, quod debeat etiã futuris ſæculis reſeruari. huic igitur nobilitati patriæ ſuæ cõparat tẽpus, quo ipſa cum ciuibus atq; vniuerſo imperio & opibus ſuis abſumpta eſt. felicitas, inquit, tantoꝝ tempoꝝ vnius noctis ſpatio aduerſante ſubuerſa eſt, fuit ergo etiã cõſideratione tẽporis dolor. Cum. n. perdita gemerent, quæ inimicæ noctis vnius anguſtis, excluſa latitudine longæuæ felicitatis exciderant, adiecit miſeranda, quoꝝ alia ſignificabant indignitatẽ reꝝ, alia crudelitatem hoſtiũ, poſtremo alia, quæ in deos quoq; admiſſa ſacrilegia teſtarentur. Indignitas fuit ꝙ interfectoꝝ corpora oppleuerant vias, quæ aliter vici appellant, & cõtra ſuũ decus nõ meruerant hunc exitum talemq; mortis caſum ſubire cũ caderẽt. Ecce exequitur, quod præter ciuis affectũ etiã de contẽptis numinibus dolet, vtpote deoꝝ antiſtes ꝓclarus & cultor. Perq; deos, inquit, Et religioſa de. li.) Vt nõ tantũ vici verumetiã priuatæ domus, tẽpla quoq; humanis corporibus plena & cæſoꝝ hoĩum ſanguine redundarent. tantum hic addidit, vt relationis inuidiã gradatim faceret grauiorẽ. quid. n. deterius dici potuit accidiſſe? q̃ illo vſq; Troianoꝝ mala fuiſſe progreſſa, vt hoĩes, qui hoſtiaꝝ ſanguine placere cõſueuerant deos, hos cruore proprio funeſtarent? Ita in vnum colligit oĩum infelicitas, vt periret primo patria cũ regno atq; opibus ſuis. ciues cæſi iacerent in publico, aut in domibus ſuis, aut certe in tẽplis ſub deoꝝ occiſi cõſpectibus, nihilq; iam reliqui foret, quod ſine magno luctu videri potuiſſet. Quondã etiã victis r. in p. ui. Victoresq; cadunt d.) Dicitur aliquid, quod à crimine victos excuſet, cadebant etiã græci certantibus nobis, ſed nihil proderat. iam enim cõſtabat eos plenã victoriã cõſecutos. fuit tñ ſolatiũ in aduerſis victi manibus cecidiſſe victorem. Crudelis vbiq; L. u. pa. & pl. m. i.) Quacũq; oculoꝝ iſſet intentio ſola lugenda cernebãtur, & lachrymę. Androgeos offert no. ſo. ag. cr.) Inferiore in parte oſtendit Virgilius auſpiciũ dimicantibus Troianis oblatum, ꝙ errauit Androgeus. nã hoc Corœbus cõiectura collegerat. idẽ Androgeus ſocios ſuos exiſtimans inertiæ & tarditatis obiurgans, ſic arguebat, vt tñ in obiurgatione ipſa perfectã victoriã nuntiaret. Prima enim diſciplina bellãtium eſt obtinere gloriã, tunc demũ venire in prædã cum totius gloriæ ſecuritas fuerit procurata. Androgeus igitur ait. nos cõfecimus bellum, nos prædas egimus de hoſtibus victis, & incenſa omni ciuitate opes Troianas in noſtra lucra cõuertimus, & vos tanquã nihil interea geſtũ ſit, nunc primũ venitis moris oĩbus implicati. ad hunc tractatum pertinet. Feſtinate viri &c.) Cum hęc dixiſſet neq; reſponſum acciperet. cõſulto enim tacitum eſt, ne diſſimilitudo linguaꝝ corrigeret eius errorẽ, intellexit ſe ſe in manus hoſtium veniſſe. deniq; ſtupefactus cũ ſe ſubtrahere niteretur, nõ valuit, quum eſſet noſtro circundatus cætu. Improuiſum aſpris veluti &c.) Cõparatio facta eſt quomodo ſenſit Androgeus hoſtilem ſe incurriſſe congregationem per imprudẽtiam, & quomodo ſe ſubtrahere voluit. Iccirco addidit. Haud ſecus Androgeus &c. Vt oſtenderet errore confuſum ſe fugiẽdo

explicaer

explicare neqſſe. & dicit quomodo factum ſit. Irruimus dẽſis & ci. a. Ig. q. lo. p. & for. ca. Ste.) Quum vidiſſemus, inquit, errore captos hoſtes metu, & ignoratione quoq; loci cõfuſos irruimus, inquit, denſis & circunfundimur armis, hoc eſt in circulum fundimur, & vniuerſos occidimus. Solum induxit loquẽtem Androgeum, ſolumq; ſe ſubtrahere voluiſſe. dixit tantũ, ignarosq; loci & formidine captos ſternimus. i. occidimus, vt oſtenderet non ſolum eum fuiſſe ſed plurimos. licet & ſupra dixerit, primus ſe Danaũ magna comitante caterua. quod autẽ dixit grecos metu & locoꝝ ignoratione cõfuſos. hoc proculdubio proficiebat Troianorum commodo, qui nec metu premebantur neq; locoꝝ cognitionem pleniſſimã retinebant. Primo labori.) Primo labori, quod ait, intellectũ duplicẽ poteſt demonſtrare. vt primus labor habuerit proſperã fortunã, quam ſequens nõ habuit, aut certe quia in primo oſtendit, auſpicium fortunę ex hoſtis errore poſſe cæteros diuerſis erroribus ſuperari. Atq; hic ſucceſſu e. a. q; corœbus, O ſocii, qua prima, inquit, for. ſa. &c.) Propter amorem Caſſandræ corœbum veniſſe ad Troiæ auxilium ſuperius dixit, propter eandem cauſam poſuit etiam ex præſenti euentu gratulatũ. deniq; primus ſuſpicione ductus eſt, proſpera eſſe poſſe futuræ dimicationis auſpicia, ſi quod oſtenderat exitus rerum, Troiani ſequerẽtur. ait. n. errore deceptus eſt hoſtis, errore cæteros poſſumus ſuperare. deniq; hoc nobis fortuna monſtrauit, ſatis proderit, ſi diuinũ beneficium & intelligere velimus & ſequi. Error cũ ſuis decepit Androgeum. erroris ſunt tenenda cõſilia, vt vniuerſi mactent. ſuadentis autẽ more ſubnectit conſilium & poſſibilitatẽ faciendi, fruſtra. n. vnicuiq; ſuadetur aliquid faciendũ, niſi & via monſtret, qua fieri poſſit, & eſſe facile & cõmodum, fuerit demonſtratũ. Turpe autẽ nõ eſſe inſidiis hoſtẽ vincere, & periculum pręſens docere debuit, & captum de græcis exẽplum. Mutemus clypeos da. q; inſi. no. Aptemus.) Conſilium Corœbi nõ quæſiuit nec difficulter inuenit. Offerebat. n. ꝓſperitas arma retrahenda proſtratis, ecce vnũ ſubſidiũ, maturandi vero nullũ afferebat impedimẽtũ, cũ induere aliena arma expoſitis propriis nõ eſſet tardum, vel certe difficile. Dolus an virtus q. in h. re. Arma dabunt.) Optemus, inquit, vt ſequat victoria, quis poſtea quæſiturus eſt fraude an virtute vicerimus. Accõmodat enſem.) Accõmodat, dixit, cõmode apponit. Hoc Ripheus, hoc i. d. o. iu. læ. f.) Deſcriptio Corœbi oĩbus ſeruit, qui hoc idem fecerunt, fecit. n. & Ripheus, fecit, inquit, etiã ipſe, fecit & Dymas. & ne ſinguloꝝ nomina ſpecialiter enumerãdo morã faceret, tranſiit ad generalitatem, ſimul etiam vitauit longæ dictionis horrorẽ, quẽ poſſet incurrere, ſi oĩum percurreret noĩa. Ait. n. hoc fecit etiã cætera iuuentus læta. nec immerito poſuit læta, videbat. n. poſſe fieri, vt hoc fraudis genere obtinerent. Spoliis.) Spoliis ideo recẽtibus, quia mox fuerant retracta mactatis.

ASCENSIVS.

Quis cladem, &c.) Recitat cladem & ſtragem, quã & ipſi iuuenes ſic incenſi ederant, & Græci victores: vt videbimus ex ordine: ſed pręmittamus Donatum qui ita differit. Quis cladem illius noctis?) Vt ſupra: Quis talia fando m. d. u. aut d. m. u. Vrbs anti.) Dolet quid periit patria, Antiquã, nobilẽ: & maximi meriti veteres poſuerunt. Cõparat ergo tempus, quod felicitas tot annoꝝ, vnius noctis ſpatio, abſumpta eſt: ergo quum perdita gemeret, vehementer mouebat tam longum ſpatium vna nocte abſumptum, Adiecit miſeranda: quorum alia ſignificabant indignitatem rerum: alia, crudelitatem hoſtium: alia, ſacrilegia in deos. Indignitatem, ꝙ cęſi opplerẽt uias, quod proprias domos, quod per templa, quod pertinet ad ſacrilegium. ergo eo proceſſerunt Troianoꝝ mala: ut qui hoſtiarũ ſanguine deos placare conſueuerant, ii ſuo cruore eoꝝ templa fœdarẽt. Nec ſoli excuſantur Troiani.) Hoc tamen ad uictoriã non poterat eſſe, ſed erat ad ſolatium. Alii rapiunt incẽſa.) Obſeruat militarem diſciplinam, quæ eſt ut primũ uictoria, gloriaq; obtineatur: deinde, in prædã eatur. Ait igitur Androgeos, iam bellum confecimus, nos qui prædam egimus de hoſtibus uictis. Recentibus.) Quia nuper erant detracta mactatis. Hæc ille. Ordo eſt. Quis explicet. i. explicare: & conſequi poſſet: fando. i. loquendo: hoc eſt, uerbis cladem & funera illius noctis? q. d. nullus, quãtauis eloquẽtia pręditus: aut quis poſſet æquare. i.

re.i.ad æquitatem, ut meriti ſunt proſequi:labores.i.miſerias, & erumnas illius noctis:lachrymis.i.plorando, & lachrymando:q.d.quod etiam nullus:quia vrbs antiqua.i.nobilis & dominata per multos annos:quia (ſm Seruiũ,per bis mille,& octingentos annos,fuerat tamẽ pauloante eam tempeſtatem, capta ab Argonautis:ruit.ſ.in excidium & deſolationem ,:& plurima corpora inertia.i.inertium,nullã virtutem bellicam habẽtium, vt ſenum,femellaꝝ,& impuberũ:ſternuntur paſſim.i.quaſi per ſingulos paſſus:per vias.ſ.publicas: hoc eſt, per plateas,qui incenſis domibus coacti ſunt,effugere : & per domos quas prædaturi inuaſerant,priuſq̃ incenderent: & per limina deoꝝ religioſa.ſ.Phrygibus olim,ſed nunc à Græcis prophanata:(Solẽt enim,dum vrbs capitur, etiam nunc imbelles ad templa confugere.)nec ſoli Teucri dant pœnas.i.plectuntur ſanguine.i.effundendo ſanguinẽ,quia virtus redit:quondã.i.aliquãdo , aut ſubinde:in ꝑcordia.i.ad ſedes animoꝝ etiam victis ,aut virtus redit etiam victis:quondã.i.aliquãdo:prius,hoc eſt,viciſſim, vincunt,& vincũtur Troiani,& Danai.i.Græci : victores.i.qui erãt de exercitu victoꝝ:licet nõ iidem ſimul & ſemel,vincere & vinci poterant : ſed quia victoria adiudicatur iis , qui ſummo loco voti cõpotes ſunt:& locum tutantur licet plures ex ſuis amiſerint Græci,ergo victores ſi ad totã aleã belli reſpexeris:cadunt .ſ.per quoſdam ex ſuis:luctus crudelis, ſup.fit vbiq; : & pauor & plurima imago mortis,ſup.eſt Vbiq;:Androgeos ꝓmus Danaum.i.Danaoꝝ,hoc eſt Græcoꝝ , offert ſe nobis:magna caterua.i.magno agmine Danaum (poteſt enim bis conſtrui ) comitante.i.inſequente eũ: credens , ſup.nos eſſe:aut agmina noſtra eſſe:agmina ſocia.i.ſocioꝝ exiſtẽs inſcius.i.ignarus rerum:vel, atq; ipſe inſcius:cõpellat.i.alloquitur nos: vltro.i.inſuper: verbis amicis.i.quibus alloquatur amicos. O viri, feſtinate.i.feſtinanter accedite,ad diripiendã vrbem: nã quæ ſegnicies.i.pigrities & deſidia:tam ſera.i.tam tarda:moratur.i.detinet vos:alii .ſ.Græci,ſocii noſtri:rapiunt & ferunt.i.aſportant : Pergama.i.res Troianoꝝ:incenſa.i.quoꝝ vrbs incenſa eſt:vos itis.i.venitis nũc ꝓmũ a celſis nauib⁹: dixit.ſ.Androgeos(vel Androge⁹: ſed vt ſyllabam producat,maluit Androgeos dicere.) & ipſe delapſus in medios hoſteis ſenſit extemplo.i.illico:enim,pro quia: quia neq;.i.nõ fida:ſatis.i.quibus cõfidere poſſet reſponſa dabantur ei:& ideo obſtupuit:& repreſſit.i.traxit: retro.i.retrorſum,ꝑmendo pedem cũ voce: veluti.i.quẽadmodũ is qui nitẽs .i.figens pedem:humi.i.per terrã præſſit anguẽ ſentibus aſpris pro aſperis,cauſa metri.i.habentẽ ſentes aſperos,hoc eſt,ſpinas aſperas & acutas:& qui trepidus .i.feſtinus cũ tremore:refugit repẽte.i.eueſtigio,ſup.anguẽ,attollẽtẽ.i.attollẽdo caput prę ſe ferentem,& colligentẽ iras, & tumentẽ.i.habentem tumentia: colla cœrulei coloris: haud.i.non ſecus.i.aliter: ergo eodẽ modo:Androgeos tremefactus viſu.i.dum nos videret hoſtes. abibat.i.abire parabat:ſed nos irruimus.ſ.in eum , & circunfundimur denſis armis.ſ.cateruæ eum comitantis:& nos ſternimus eos paſſim ignaros loci,& captos formidine: fortuna aſpirat.i.fauet & annuit,atq; adridet primo labori, atq; id quidem fortuna ſolet in eos quos perdere vult:atq; Corœbus.ſ.iuuenis captus,amore exultans:hic.i.hoc loco,& tempore.i.in hoc facto: ſucceſſu & animis.ſ.ex ſucceſſu captis:inquit,o ſocii,ſequamur, ſup.ea qua prima fortuna monſtrat iter ſalutis:& qua dextra.i.virtus noſtra bellica oſtendit ſe, ea enim duo ad victoriã neceſſaria ſunt,fortuna, & virtus. Mutemus clypeos.i.ſcuta noſtra: & aptemus nobis inſignia.i.arma,certis indiciis inſignita,& nobilitata:Danaum.i.Græcoꝝ iam interfectoꝝ,aut qui reiectis clypeis aufugerant:& ſiquis dicat, id non eſſe virtutis,ſed doli reſpõdet,quis requirat.i.diſcutiat:in hoſte.i.in facto,quod fit cõtra hoſtẽ,dolus,ſup.ſit,an virtus.q.d.nullus. (Et id dicit,vt iuuenis & cęcus amore: vnde male merentur de poeta,qui hanc ſniam de mente eius dictã cenſent:quia (vt prius dixi) ſnię dandæ ſunt ſm affectionem loquentiũ,nõ ipſius poetæ, qui loquẽtes inducit) ipſi.ſ.Danai:dabunt arma.ſ.contra ſe:aut qbus eos inuademus:& ipſe fatus.i.loquutus ſic,induitur galeam Androgeo (ſm Atticam linguã,genitiuus eſt : vt atteſtatur Ser.etiã in vj.ad illud, In foribus letum Androgeo.) Latine Androgei:comantẽ.i.criſtis,aut coma ornatã: & induitur inſigne.i.ornamẽtum decorũ:clypei.i.clypeum,decore inſignitũ: & accõmadat lateri enſem Argiuum.i.Græcanicum. Ripheus facit hoc.i.conſimile:& ipſe,ſup.facio hoc,ſm quoſdam,ſed videtur indecoꝝ, vnde licet dicturus eſt,Vadimus immixti Danais , haud numine noſtro:& licet Martio furore ſe percitum dixerit: nec ſat rationis in armis, tamen non dicerem eo dolo tantum virum voluiſſe: vnde non diſtinguam ſed cõſtruam ſic: & ipſe Dymas facit hoc:& omnis iuuẽtus (per quod ſe ſatis excludit.) læta.i. exultans ſucceſſu:facit hoc.i.accomodat ſibi arma Grecorum: hoc eſt,quiſq; armat ſe ſpoliis:recentibus.i.armis,quibus recẽter hoſtem ſpoliauerat.

PIERIVS.

❡Et plurima mortis imago.) Veteres aliquot codices , noctis imago,legunt: ſed,mortis, oĩno melius iudicio doctoꝝ habet. ❡Androgeos offert nobis.) Vetera exẽplaria pleraq;,cũ Mediceo,Androgeus:idiomate Latino ſcribũt , in quo tritimemeris obſeruãda: vt, Pectoribus inhians,ſpirãtia cõſulit exta. Qui vero ſyllabę timuerũt,Androgeos p ω,Atticoꝝ more ſcribere maluerunt:quod ẽt,nulla cogente neceſſitate , inferius factũ:haud ſecus Androgeos viſu tremefactus abibat. Alii ſatis ĩperite , ſe, ꝓnomen intruſere ſuperfluũ, Androgeus ſe offert nobis , obliti ꝓnomen,id paulo ſupra poſitũ.Nõnullis aũt tanta fuit Græcitatis cura vt alibi genitiuũ etiã eadẽ Atticoꝝ ſcriptione ſcribendum curarent,vt eo loco comantẽ Androgeo galeã : Soſipatro Cariſio reclamãte:de quo loco ſuo dicet.Nã parua hęc,ne plenius diſputata faſtidiũ faciant: pluribus locis diſpeſcere melius viſum:quãq; recte multi dicũt,q̃ faciant ad inſtitutionẽ,eo vtiliora eſſe,quo pluries repetita. ❡Senſit medios dilapſus in hoſteis.) Vt miſſam faciã lectionẽ,dilabſus ab hoſtis,quæ minime pacet. In antiqs Priſciani codicib⁹ hoc nõ vno loco citato verſu legere eſt, Medios illapſus in hoſtis, pro, ſe illapſum eſſe quod ideo placet: qa dilapſus cõtrariũ habere ſignãtũ videret,qppe, aut effugere,aut in diuerſas parteis labi. Sũt q p e,delapſus,legant:non ſane ĩproprie,vt in Cariſiano habet codice, dicẽte eo ſolœciſmũ hic eſſe trãſmutatione, p caſum in participiis. Nã & is noĩatiuũ agnoſcit pro accuſatiuo. ❡Denſis & circũfundimur armis.) In codicibus pleriſq; veteribus legas, Circũfundimus: quod minime diſplicet, quũ pſertim legerim apud Ti.Donatũ, irruimus (inquit) denſis, & circũfundimus armis: hoc eſt,in circulũ fundimus ,atq;, vniuerſos occidimus. ❡Atq; hic exultans ſucceſſu,aiſq; Corœbus.) In Medi.& antiqs codi. pene oĩbus, ordo,numeruſq; dictionũ ita habet , Atq; hic ſucceſſu exultãs, animiſq; Corœbus: vtrũq; iudicio meo: ęque auribus adblãditur. ❡Mutemus clypeos:) Variũ,mõ genus,mõ diuerſa ſcribẽdi ratio. In hoc noĩe,clypeus , grãmaticos ſemp diuerſos egit. Nã ex veteribus cod.aliquot p y,clypeos, aliquot p i,clipeos, nõnulli per u,clupeos,ſcribunt. Sed.n.inter clipeũ per i,& clupeũ p u,differẽtiã ponit Cornelius Frõto. Clupeũq;,p u,imaginis eſſe dicit,per i,vero armoꝝ. Quare ſi Frõtonis admittenda ſit differentia,quũ ſubſequat, Danaũq; inſignia nobis aptemus:ad imaginẽ reſpexiſſe videtur : nã & Seruius ait, in Græcorum clypeis,Neptunũ,in Troianoꝝ, Mineruã pictam fuiſſe. hic clypeos vel clupeos, (idẽ enim eſt) ſcribendũ nõ ægre conſenſerim. Sed enim alii ſunt ,qui genus, nõ ſcriptionẽ differentiam facere putẽt: ait.n. Labienus,clypeũ neutro genere, imaginem ſignãre: virili vero inter arma poni,à quo diuerſus eſt Põponius dubii ſermonis li.ij. vbi clipeus & clipeũ indiſtincto genere dici, ait,ſed litera differre, vt pugnatoriũ per i,clipeũ dicamus: imaginẽ vero,per u,clupeum: vt etiã ex Cornelio dicebamus. Erãt vero huiuſmodi imagines, quales ad alicuius rei memoriã exculpi cõſueuerũt.Eã verò differentiã improbat Cariſius,quũ clipeus p i,& clupeus p u, nõ alia rõne dicat,quã maximus,& maxumus,& optimus,ac optumus ꝓpter cõmunionem i,& u literaꝝ,quũ itaq; inter ſe ita, veteres altercent ,reſq; parui ſit mõmẽti, & maiora nos interpellent , hoc nos interim in medio relinquemus. ❡Dolus,an virtus, qs in hoſte reqrat ?) In codicibus aliquot antiqs legere eſt, Quis ab hoſte: ſed melius, in hoſte, eſt, & requiret. Sed longe magis placet, requirat: vt in Mediceo, & aliquot aliis emẽdatioribus exẽplaribus habet. ❡Androgei galeã.) Vetera illa exẽplaria, q̃ Androgeos in recto poſuere, paternũ caſum , eodẽ hic idiomate ſcribũt Androgeo. Sed enim Soſipater , qui ſcriptũ aſſerit à Virgi.li.vi. In foribus letũ Androgeo.loco tñ hoc,vt in Mediceo,etiam eſt, agnoſcit, Androgei, cuius hæc ſunt verba: Si fuerit nominatiuus, Androgeos,genitiuus erit Androgeo: vt apud Virgi. In foribus letum Androgeo.Sed apud eundẽ inuenimus , Androgei galeã: ſed nõ ex eodẽ nomine.Nã ſi fuerit hic Androgeus, Androgei facit genitiuo: vt idem Virgilius, Penelei dextra diuæ armipotentis ad aram: quũ tñ huius nominis Peneleos ,noĩatiuus ſit apud Grecos: Βόιω τῶν μέν πηνέλιοσ. ❡Clypeiq; inſigne decorum.) Sũt qui decori,ſcribant, vt ſit, clypei decori. Sed, longe melius, inſigne decorum: vt agnoſcit Seruius.

❡Immixti.)

Vadimus immixti Danais, haud numine noſtro,
Multaq; per cæca m congreſſi prælia noctem
Conſerimus, multos Danaum demittimus Orco.
Diffugiunt alii ad naues, & littora curſu
Fida petunt, pars ingentem formidine turpi
Scandunt rurſus equum, & nota conduntur in aluo.
Heu nihil inuitis fas quenq̃ fidere diuis.
Ecce trahebatur paſſis Priameia virgo
Crinibus à templo Caſſandra, adytiſq; Mineruæ,
Ad cœlum tendens ardentia lumina fruſtra,
Lumina (nam teneras arcebant vincula palmas.)
Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Corœbus,
Et ſeſe medium iniecit moriturus in agmen.
Conſequimur cuncti, & denſis incurrimus armis.
Hic primum ex alto delubri culmine telis
Noſtrorum obruimur, oriturq; miſerrima cædes
Armorum facie, & Graiarum errore iubarum.
Tum Danai gemitu, atq; ereptæ virginis ira,
Vndiq; collecti inuadunt, acerrimus Aiax,
Et gemini Atridæ, Dolopumq; exercitus omnis.
Aduerſi rupto ceu quondam turbine venti
Confligunt, Zephyruſq;, Hotuſq;, & lætus Eois
Eurus equis, ſtridunt ſyluæ, ſæuitq; tridenti,
Spumeus atq; imo Nereus ciet æquora fundo.
Illi etiam, ſiquos obſcura nocte per vmbram
Fudimus inſidiis, totaq; agitauimus vrbe,
Adparent, primi clypeos mentitaq; tela
Agnoſcunt, atq; ora ſono diſcordia ſignant.

SERVIVS.

¶ Immixti.) Vacat im, vt ſolet frequẽter. ¶ Haud numine noſtro.) Aut diis contrariis. aut qa in ſcutis Græcoꝝ, Neptunus: in Troianorũ, fuerat Minerua depicta. ¶ Fida petunt.) Sibi.ſ. ¶ Formidine turpi.) Epitheton timoris. ſic Saluſtius, Carbo turpi formidine Italiã atq; exercitum deſeruit. ¶ Cõdunt in aluo.) Non cõdunt dũ eunt, ſed cum eſſe cœperint. Vñ & ablatiuo vſus eſt, nõ accuſatiuo, vt in Georgicis, cõditus in nubem. Tale eſt aũt hoc, quale illud, Includuntur in carcere: &, includũtur in carcerẽ. ¶ Heu nihil inuitis fas quẽq; fidere diuis.) Generalis quidẽ ſnia eſt, ſed loco congrua. Sequitur enim & Caſſandræ captiuitas fidentis ſacerdotio: & ꝓceſſerat armorum mutatio, q̃ nunc deprehẽditur, alioqui vitioſa eſt quũ diſcrepat à ſpecialitate. ¶ Priameia.) Patronymicũ quidem eſt, ſed ſpecies poſſeſſiui. Priameis vero tm̃ patronymicũ eſt, ſicut Priamides. ¶ Tẽdẽs ardentia lumina.) Quod eſt manuum, oculis dedit. ¶ Fruſtra.) Secũdum Epicureos: & eſt ſeparatum. ¶ Hãc ſpeciẽ.) Species mediũ eſt, nã & bona & mala eſt. ¶ Furiata.) Furioſus eſt, à quo furor nunquã recedit: Furiatus vero, qui furit ex cauſa. ¶ Periturus.) Melior ſenſus eſt, ſi ad dimicantis referatur affectũ: ſicut de Tarchonte, de quo dixi: Et medios fertur moriturus in hoſtes. Quum vicerit. ¶ Culmine.) Tecto: quod ante culmis tegebatᷣ. ¶ Cædes.) Nõ præliũ. ¶ Miſerrima.) autẽ, quia inter ciues. ¶ Iubaꝝ.) Pro criſtaꝝ, quæ de caudis fiebant: vt eſt, Criſtaq; hirſutus equina. ¶ Tũ Danai.) Ordo eſt, Vndiq; collecti inuadunt. ¶ Ereptæ.) σχῆμα διανοίας. Non.n.dicit à Troianis ſublatã, ſed intelligẽdũ reliquit. ¶ Gemini.) Atridę.i.duo: quod habet excuſationẽ, qa fratres ſunt ꝓpter ſimilitudinem. Nã numeri eſſe non poteſt. Gemini.n.ſunt ꝓprie ſimul nati. ¶ Exercitus oĩs.) Bene excuſat ꝓpter victi pudorẽ: vt, Obruimur numero. ¶ Aduerſi.) Econtrario flantes. ¶ Eois Eurus equis.) Ab Eois eqs.i.Solis. Nã Eurus ab oriẽte flat. Notandũ ſane ꝙ quũ Eous, E naturaliter longũ habet, metri neceſſitate correptũ eſt ꝓpter ſequentẽ vocalẽ. Rarũ aũt eſt. Nã nec ꝓpriũ nomẽ eſt, vt Diana: nec ſermo cõpoſitus, vt, Sudibuſue præuſtis. ¶ Stridũt ſyluę.) Excurſus poeticus: qui vltra tres verſus fieri nõ debet, ne ſit vitioſiſſimum. ¶ Spumeus.) Pro ſpumoſus. ¶ Atq; imo.) Ab imis eſt. ¶ Illi.) Propter illud, Hic primũ ex alto. ¶ Obſcura nocte ꝑ vmbram.) Per vmbrã noctis obſcuræ: vt, Molẽq; & mõtis. ¶ Fudimus.) Modo fugauimus. Nã ſequitᷣ. ¶ Totaq; agitauimus vrbe.) Alibi interemimus ſignãt. ¶ Mẽtitaq; tela.) verbo cõmuni: hoc eſt, q̃ nos Gręcos eſſe mentiebantᷣ. vt ſolet, ſenſum dedit rei inanimatæ. Nõ.n.poterãt tela mentiri. ¶ Signãt.) Deſignãt: aut per vocem, aut per ſymbolum, quo vtebatur exercitus.

DONATVS.

¶ Vadimus immixti da. haud nu.no.) Ecce quantũ profuit inuentio doli & fraudis. ibamus, inquit, impune hoſtibus mixti, & non voluntate impulſi ꝓpria, ſed neſcio quo numine. ¶ Multaq; per cæcã co.p.n. Con.m.da.de.or. Diffugiunt alii ad na.& lit.c.Fi.pe.) Hac, inquit, occaſione & noctis ſuffragantibus tenebris, cũ nec videri nec agnoſci poſſemus multos græcos occidimus vſq; adeo vt hoſtes ipſi cæloꝝ metuẽtes exẽplũ, confuſa mente terga dare cogerentᷣ, fugientes ad littora, aut equi latebram repetentes. Verum quia pro natura ſingulorũ terror ipſe fuerat deſcribendus, diuiſit metuentes, quos enim non admodum formido turbauerat, fida littorũ & nauium ſuffragia requirebant. qui vero in plenam fuerant amentiam verſi cõcur-



rebãt ad equum, quaſi illa ratione tegi ac defendi potuiſſent, qua dudũ Vlyſſes & cæteri. ¶ Heu nihil in. fas quẽ. fi. di.) Dicturus inſidiarum dolum diu & vſq; ad plenũ effectum durare nequiſſe, aſſerit etiam deos his eſſe aduerſatos, qui pro patria laborabãt. dii, inquit, ſucceſſibus noſtris inuidentes perſiſtebãt, vt opibus Troianis plenius proueniret interitus. Bene ait nobis conſiliorũ doloſa fauebat inuentio, ſed quod contra deoꝝ voluntatem humana procurarat induſtria, mox inefficax redditum eſt. ¶ Ecce trahebatur p.pri.u. Cri. à t.ca. ady.q; mi. Ad cœlum &c.) Cõſiliũ, inquit, noſtrum, quia contra deorum ſtudium nitebamur, mox incurrerunt aduerſa, Vidimus repẽte indigna omnia exerceri in Caſſandram, propter cuius amorem nimium auxilio Corœbus Troianis acceſſerat. cuius cauſa factũ eſt, vt ex maxima ſpe certaminis proſperi in apertam perniciẽ veniremus vniuerſi. videamꝰ nunc, quam vim habeat intellectus deſcriptionis Caſſandræ, partes enim loci habet cõmunis, & verboꝝ ſinguloꝝ anguſtiis latiſſimam tenet exaggerationis inuidiam, ac ſi proponamus thema eſſe in eos, qui perſonam talem de loco religioſo ſic trahebant, quemadmodum Virgilius poſuit. ecce, inquit, paſſis crinibus Priameia virgo Caſſandra, à tẽplo & adytis Mineruæ trahebatur. In ſingulis verbis crimina ſingula continentur, quæ quia hoſtes faciebant, fiebat tuto vtpote iure belli. & illi hoc gratiſſimũ ducebant, quos conſtabat inimicos, ſed Troianis hoc fuerat indigniſſimum, & ipſi Æneæ vel maxime, propter id quod dixerat, quæq; ipſi miſerrima vidi, primũ ergo quod ait, ecce hoc eſt dum bene ac proſpere certamina noſtra ferrerentur, repente apparuit, quod multiplici indignitate & ſcelere actuum noſtrorum curſus & geſta turbaret. trahebatur enim per publicum quæ paterno merito & ſuo ne cum honeſtis quidem officiis multorum decuit obtuitibus offerri, trahebatur virgo virorum plurimorum manibus, trahebatur crinibus paſſis, quod fuit virginali verecundię ſatis inimicum, trahebatur ſacerdos manibus impiorum, trahebatur à templo, & ab ipſis deæ penetralibus rapta, trahebatur manibus poſt terga conſtrictis. ad cœlum tendens ardentia lumina fruſtra Lumina, nam teneras arcebant vincula palmas. Quum hęc tot indigna perferret, tendebat oculos ad cœlum, quia impedita nexibus manus leuare non poterat, quod faciebat fruſtra, quærebat enim in cœlo vltores deos, quibus aduerſantibus imperiũ Troiæ conciderat. & eos, quorum domus eſſet Ilium, templis ſuis prodeſſe noluerunt, uel certe non potuerunt. ſic ergo crimina admiſſa in Caſſandram colliguntur, ꝙ regalis, ꝙ virgo, paſſis crinibus, ꝙ crinibus trahebatur, quos habuit ad ornatũ, ꝙ per publicũ, ꝙ vincta, ꝙ trahebatur à plurimis. In deos vero hoc modo, ꝙ à templo, ꝙ ab ipſis penetralibus, ꝙ ſacerdos, à conſpectibus deæ, quorum alterum dolebat Æneas affinitatis cauſa quæſitæ per vxorem ſuam, alterum religionis, vtpote quæ eſſet dearum antiſtes & cultrix. ¶ Non tulit hanc ſp.fu. m. Corœbus &c.) Cum omnibus nobis, inquit, non immerito indigniſſimum videretur, tum magis Corœbus exarſit, ꝙ talia videret in ſponſa, non ergo paſſus eſt vlterius tale ſpectaculum de ſuis affectibus fieri, & quia amore & facti ipſius indignitate non tantum ira ſed furore ducebatur, neglecto ſalutis ſuæ commodo non pugnaturus in hoſtes ſed moriturus eos inuaſit, mediumq; agmen irrupit. medium agmen veritus non eſt, ꝙ non timuit mori. ¶ Cõſequimur cũcti, & denſis incurrimus armis.)

Nos quoqꝫ, inquit, non defuimus periclitanti. nã ſtatim etiam ipſi ſecuti armato hoſtiũ cætu ſumus circundati. ¶ Hic primum ex alto d.c.t.No.ob.) Ecce iam qm̃ inuitis numinibus certabamus occaſione horrendi caſus, q exercebat in Caſſandrã, quod antea prodeſſe cœperat, in cõtrarium verſum eſt. nã induti ſpoliis hoſtiũ, dum Corœbo & Caſſandræ cupimus ſubuenire de ſummo delubri tecto, dum putamur etiã nos grȩci, noſtroꝝ telis obruimur. tela hic accipi debent, quæ hoĩem poſſunt vulnere quolibet opprimere, vt lapis, fuſtes, & cætera ſimilia. hȩc.n. poſſunt de ſummo armatos occidere ictu potius & põdere. cæterum gladius nihil proficit iactus ex parte ſuperiore, & ſuper arma deſcendens. ¶ Oriturqꝫ miſerrima cædes.) Miſerrima, inquit, cædes, quã ciues ciuibus inferebant. ¶ Armoꝝ facie, & gr. er.iu.) Excuſatur ciuiũ in ciues crudeliſſimũ factũ ignorantiæ merito. hos enim armoꝝ hoſtilium facies, nõ voluntas propria in ſcelus impulerat. ¶ Tum Danai gemitu a.e.ui.ira Vndiqꝫ col. in.&c.) Cõpendio vſus eſt, vt nõ tantũ ereptã virginẽ, verumetiã multos hoſtes ob eam cauſam cõmotos diceret cõuolaſſe ſimul, etiã ſubnexuit præcipuoꝝ noĩa, & alioꝝ numerum generaliter poſuit, ſic acerrimus aiax, & gemini atridæ, hoc ſpecialiter & generaliter cõcluſit dicendo dolopũue exercitus omnis. qualis autẽ cõcertatio extitiſſet facta cõparatione monſtrauit. ¶ Aduerſi rupto ceu q.t.u. Confligunt &c.) Licet enim ſingulari incumbente vento magna turbatio exiſtat in pelago, ſæuior tñ eſt cum aliquot venti confligunt contrariis e partibus flantes. ¶ Illi etiã ſi quos o.n.p.u. Fu.&c.) Præter illã cladem, quæ noſtrorum telis inflicta eſt, dum græcoꝝ armis inſtructi putamur hoſtes eſſe, etiã ex parte ipſoꝝ hoſtiũ alia calamitas acceſſit. nam illi, quos perſecuti ſumus, in tenebris per vrbẽ totam, vel quos errore armoꝝ ſuffragante fefellimus repente apparẽt. ¶ Primi clypeos, m.qꝫ.t. Agnoſcunt, atqꝫ o.ſo.diſcordia ſi.) Ab eo quod eſt diſcors declinauit plurali numero ora diſcordia. nec immerito acrius mouebantur q̃ꝫ moueri hoſtis in hoſtẽ debuit. dolebant enim fraudẽ ſe paſſos eiuſmodi, vt ſub cæſorum armis latitãtes euaderemus hoſtes, & alios quoqꝫ niteremur occidere.

ASCENSIVS.

¶ Vadimus immixti.) Narrat reliquã fortunȩ aleã: docetqꝫ nihil inuitis fas quenq̃ꝫ fidere diuis: & quæſitas artes, atqꝫ aſtutiam obfuiſſe iuuenibus, qui & à ſuis, & ab hoſtibus, qui ſua arma agnoſcebant, obruebant. vnde Donatus. ¶ Diffugiunt alii.) Nã qui nõ penitus turbati erant, fugiebant ad littora: qui autẽ erant amentes timore, ſcandebant rurſus equũ. ¶ Heu nihil.) Fauebat nobis noſter dolus: ſed inefficax reddit, qui quidquã humana induſtria aduerſus dei voluntatẽ molit: quod oſtenditur in Caſſandra: ſed ſingula notentur verba. ¶ Ecce.) i. dum bene, ac proſpere, noſtra certamina ꝓcederent repẽte apparuit quod multiplici indignitate & ſcelere, noſtros actus turbaret. ¶ Trahebatur.) Per publicũ, quæ paterno merito, ac ſuo, ne cũ honeſtis quidẽ officiis multorum decuit offerri. ¶ Crinibus.) ſ. quod fuit virginalis verecundiæ, factũ inimicũ trahebat: virgo viroꝝ plurimoꝝ manibus trahebat, ſacerdos manibus impioꝝ trahebatur à tẽplo, & ab ipſius deæ penetralibus rapta, & manibus poſt terga cõſtrictis: & quãuis hæc perferret, tendebat ad cœlũ oculos: quum nõ poſſet manus, quod faciebat fruſtra: quȩrebat enim in cœlo vltores deos, qbus aduerſantibus imperiũ ceciderat: & eos quoꝝ quũ domus eſſet Ilium tẽplis ſuis prodeſſe noluerunt, aut nõ potuerunt. Collige ergo in Caſſandrã crimina, ꝙ regalis, ꝙ virgo, ꝙ paſſis crinib. quos habuit ad ornatũ, ꝙ ꝑ publicũ, ꝙ peruincta, ꝙ à plurimis. In deos vero, ꝙ à templo, ꝙ ſacerdos, ꝙ à cõſpectibus deæ. Hoꝝ, alterũ affinitatis cauſa, alterũ religionis, quia antiſtes eſſet deorum, mouere debebat Æneã. Non tulit etiã Corœbus, & reliqui illi morituro ſuccurrunt. Hinc error armorum qui ante iuuabat, nocere cœpit. nã à ſuis putati Græci telis. i. lapidibus & ſimilibus, cædebant. ¶ Tũ Danai.) Cõpendium adhibet: vt nõ tm̃ ereptã virginẽ diceret: verũ etiã multos hoſtes ob eam rem occiſos, & cõnexuit præcipuoꝝ nomina: & alioꝝ numerum generaliter poſuit. ¶ Illi ẽt.) Alia calamitas, vt ab hoſtibus cognoſceremur qui acrius ẽt quã hoſtes mouebant, qa ſe deceptos viderãt. Hȩc ille. ¶ Ordo eſt.

Ordo. Nos vadimus ĩmixti. i. multũ, & quaſi in medio eoꝝ mixti: Danais. i. Græcis: numine. i. volũtate, & nutu deoꝝ: haud. i. non noſtro. i. nobis propitio, aut fauorabili, ſed inimico: aut numẽ pro cõmodo poſuit, quod numina afferre ſolent, nos congreſſi per cæcam. i. tenebroſam: & nos excȩcantem noctẽ. i. caliginem fumi & vmbrarum: conſerimus. i. conſerendo manus, cõficimus multa prælia: & demittimus. i. deorſum mittimus: Orco. i. ad Orcum. i. infernum omnia vrgẽtem multos Danaum. i. Danaorum, hoc eſt, ex Danais, quia plures reſtabant vnde potius, multos Danaum quã multos Danaos dixit. Alii. i. partim, qui, ſ. non occidebantur: diffugiunt ad naueis, & petunt curſu littora fida, ideſt in quibus plus q̃ꝫ in armis confidebant: & pars. i. partim ſcandunt: rurſum. i. denuo equum ingentem (quod mirum eſt: quia dictum eſt, quod qui in eo erant, demiſſi eſſent per funem: quo circa nõ videtur quomodo conſcendere poterant. ſed illius dicti nõ immemor adiecit ingentem, vt ſit, licet difficilis eſſet aſcenſu, quia ingens tamen aſcendebãt.) turpi formidine. i. propterea quod turpi formidine eſſent capti: nec ſcirent quo ſe reciperent, aut diffugere poſſent: & conduntur. i. abſconduntur in aluo nota. i. in qua prius fuerant occulti. Heu, dolentis eſt interiectio: nihil. i. non aliquid fas, non eſt quenq̃ꝫ fidere. ſ. ſibi, aut fortunis ſuis aliquid diuis. i. diis: aut numinibus inuitis. i. nolentibus, aut refragantibus. Ecce. q.d. id exemplo noſtro oſtẽdam: nam dum ſic diffugerẽt, Grȩci recollecti ſunt per placitum Caſſandrȩ: ecce enim quaſi ex inſperato: virgo Priameia. i. filia Priami, Caſſandra: trahebatur a templo & adytis. i. penitioribus locis, quæ quia regis filia & vates in ſuprema ſaltẽ neceſſitate adire permittebat: crinibus. i. capillis: paſſis. i. diffuſis: hoc eſt, aut per crines paſſos, quod impium eſt: aut habẽs crines paſſos: eo quod ſic ad templũ confugerat: iuxta quod dictũ eſt in. j. Ænei. Interea ad templum non ȩque palladis ibant Crinibus Iliades paſſis, peplumqꝫ ferebant, aut quia reluctando illi crines paſſi erant: trahebatur, dico, tendens. i. extendens, & dirigens fruſtra quia dii non miſerebantur: vnde in eodẽ. j. Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat. Fruſtra ergo inuocabat deoꝝ auxilium, qa eam cum Troia perire volebant (ſaltem morte corporali) lumina ardentia. i. reſplendentia, aut micantia ob iram, & indignitatem facti ad cœlos: vbi. ſ. dii, quoꝝ auxilium implorabat erant: lumina: inquit: nã vincula. i. manicæ, aut ligæ: arcebant. i. cõſtringebant, & impediebant ne extenderentur: palmas. i. manus teneras, quia puellares. Corœbus. ſ. procus, aut ſponſus eius mente furiata. i. furore capta: non tulit. i. non perpeſſus eſt: hanc ſpeciem. i. hoc triſte ſpectaculum: aut ſpeciem. i. decorem virginis tam miſerabiliter tractæ: & ipſe periturus. i. certus mori: iniecit ſe in medium agmen. i. cœtum hoſtium. nos cuncti. i. omnes ſimul conſequimur. ſ. Corœbum: & incurrimus denſis armis. i. denſa arma hoſtium: vt ſit octauus caſus, datiuus localis: aut ꝑ denſa arma noſtra, vt ſit ſeptimus caſus, inſtrumentalis videlicet: ſed prior expoſitio p̃ſtat. Nos obruimur hic. i. hoc loco vbi incurreramus, primum ex alto culmine. i. pinnaculo delubri. i. templi vnde trahebatur virgo: telis noſtroꝝ. ſ. amicoꝝ, hoc eſt, Controianorum: & cædes. i. occiſio, & proſtratio: ac ſtragẽs miſerrima. i. miſeratione digniſſima: oritur facie. i. imagine, & ſpecie, hoc eſt, propter apparentiam armorum, quæ nos indicabãt Græcos eſſe (erant enim induti arma Græcorũ, vt præmiſſum eſt) &, pro. i. errore iubarum. i. criſtarum: Graiarum. i. Græcoꝝ, hoc eſt, quæ in clypeis Grȩcorum erant. Tum, ideſt inſuper, aut deinde, Danai collecti vndiqꝫ, ideſt ex omni parte: gemitu & ira virginis ereptæ. i. quam Corœbus eripuerat, aut potius ereptæ ex templo quȩ gemebat, & conuitiabatur (quia enim gemitus erat in virgine, & ipſius virginis; debet & ira eius dici, vt ꝑ iram iratæ verba, ideſt conuitia intelligamus.) ipſi, inquam collecti vndiqꝫ, inuadunt, ſupple nos, videlicet Aiax acerrimus, & Atridæ gemini, ideſt duo, qui fratres, non tamen gemelli erant, ſcilicet Agamemnon, & Menelaus: & omnis exercitus Dolopum, ideſt ſociorũ Pyrrhi, inuadunt, dicit, ceu, ideſt veluti venti: aduerſi, ideſt ex aduerſo cõcitati, videlicet Zephyrus, & Notus, & Eurus, ideſt ventus ille Orientalis: lȩtus equis Eois, ideſt Orientalibus, quibus aduehi fingitur: confligunt quondam, ideſt quouis tempore turbine, ideſt impetu, aut globo ventorum: rupto, ideſt diſſoluto, ſyluæ ſtridunt, ſcilicet poſt diſſolutionem: & Nereus, ideſt deus aquarum: ſpumeus, ideſt ſpumoſus, & ſpumis aſperſus, ſȩuit tridẽti, ſcilicet fuſcina, ſceptro Neptuni: atqꝫ ciet, ideſt concitat, & cõmouet: æquora, ideſt aquas maris, prius æquas: imo fundo, ideſt ab ipſo fundo, qui imus eſt. Illi, etiam quos nos fudimus. i. diſiunximus, & dirupimus: ſi quos fudimus inſidiis per vmbram, nocte obſcura: & agitauimus tota vrbe: adparent primi. ſ. inter nos inuadẽtes (quia alii hæſitabant an hoſtes eſſent, eo quod a ſuis quoqꝫ obruebant.) &, ſupple agnoſcunt clypeos. ſ. ſuos, aut mentitos (ergo mendacium etiã in facto eſt: quod & Auguſtinus aſſerit. Vnde in Bucoli. Nec varios diſcet mentiri lana colores.) & tela mentita. i. quæ nos Græcos eſſe mentiebant (vt Seruius interpretatur. &

ita

ita ſenſum rei inanimatæ dedit.& accæpit actiue, vt nũc fere ca pitur:aut quæ nos mentiti eramus:hoc eſt, mendaciter aſſum pſeramus:& id paſſiue: quod quia rarum eſt concedamus Ser uio.)& ſignant.i.deſignant,aut notant:per ſymbolũ.i.per com muné(ut dicunt)clamoré Græcis omnib. & ſolis notum, quia vigilibus & cõflicturis,conſignari ſolet:aut ſignant ex clamore bellantium ora diſcordia ſono.i.idiomate,aut loquela:aut mo do clamandi,qui quibuſlibet nationibus proprius eſt. Legédũ, Obruimur noſtrorum:ne ſyllabam mendoſam ponamus,& li cet Seruius innuat ibi:Et lętus Æois: diphthongon corripi:cre didero tamen ſcribendum eſſe Heois:nam Græce ἑωόσ dicitur matutinus & Orientalis,& primam corripit:quum, eois,eadã producat tam apud Græcos q̃; noſtros.

PIERIVS.

¶ Seſe mediũ iniecit moriturus in agmen.) In Mediceo,& ple riſq; aliis ueteribus codicibus,periturus, habet:dum uero hęc publicari cœpta eſſent, Camillus Porcius, antiſtes Aprutinus Romanę decus eloquẽtiæ codicẽ ueterem mihi obtulit,in quo tũ alia uulgatis à lectionibus diuerſa,tũ hoc ipſum, Periturus, ſcriptũ eſt.Nã perire oĩno,plus eſt q̃; mori. ¶ Dolopũq; exerci tus.) Exẽplaria quędã antiqua,Dolopumue,legunt:& ita apud Ti.Donatũ habetur,quum tamen,que, nihil offendat. ¶ Si quos obſcura nocte, per umbram Fudimus inſidiis, totaq; agitaui mus urbe.) Antiqui aliquot codices,ſub umbrã,legunt:ſed mi hi nõ diſplicet, p umbrã. In Longobardico etiã legere eſt, To taq; agitauimus urbẽ:ut ſit,Fudimus p umbrã, & agitauimus p totã urbẽ.Sed enim uulgata lectio magis recæpta eſt, totaq; agitauimus urbe. ¶ Adparent primi clypeos.) In codicibus ali quot antiquis eodẽ mẽbro legas, Adparent primi, diſiunctim inde clypeos,mentitaq; tela agnoſcunt. Donatus mauult, pri mi clypeos,mentitaq; tela agnoſcunt.




Ilicet obruimur numero,primusq; Corœbus
Penelei dextra diuæ armipotentis ad aram
Procumbit,cadit & Rhipheus,iuſtiſſimus unus

SERVIVS.

¶ Vnus.) Præcipuus. ¶ Æq.) Pro ęquitatis.Et optima figu ra eſt à fœminino genere in neutrum neutrum tranſire. ¶ Dis aliter viſum.) In ingenti indigna tione Ænee,tamen nihil ſacri legium datur: vt cum ſequa tur,

Qui fuit in Teucris,& ſeruantiſſimus æqui.
Diis aliter viſum,pereunt Hypaniſq;,Dymaſq;,
Confixi à ſociis,nec te tua plurima Panthu
Labentem pietas,nec Apollinis infula texit,
Iliaci cineres,& flamma extrema meorum,
Teſtor,in occaſu veſtro,nec tela,nec vllas
Vitauiſſe vices Danaum,& ſi fata fuiſſent
Vt caderem meruiſſe manu:diuellimur inde
Iphitus,& Pelias mecum,quorum Iphitus æuo
Iam grauior,Pelias & vulnere tardus Vlyſſis
Protinus ad ſedes Priami clamore vocati.
Hic vero ingentem pugnam,ceu cætera nuſquam
Bella forent,nulli tota morerentur in vrbe.
Sic Martem indomitum, Danaoſq; ad tecta ruentes
Cernimus,obſeſſumq; acta teſtudine limen.
Hærent parietibus ſcalæ,poſteſq; ſub ipſos
Nituntur gradibus,clypeoſq; ad tela ſiniſtris
Protecti obiiciunt,prenſant faſtigia dextris.
Dardanidæ contra,turres,ac tecta domorum
Culmina conuellunt. his ſe quando vltima cernunt,
Extrema iam in morte parant defendere telis,
Aurataſq; trabes,veterum decora alta parentum,
Deuoluunt.alii ſtrictis mucronibus imas
Obſedere fores,has ſeruant agmine denſo.

tur, Confixi à ſociis. ¶ Panthu.) Vocatiuus Græcus eſt. ¶ Iliaci cineres.) Naturale eſt iurare per id quod charꝫ quis habuit:& excuſatur (vt ſupra diximus) fuga. ¶ Teſtor.) Teſtificor: & deeſt Vos. ¶ Vices.) Pugnas:quia per viciſſitudinem pugnabatur: vt Salluſtius docet. Legimus etiam pœnas, vices dici. Horatius, Viceſq;,ſuperbæ.Te maneant ipſum. Sed de bello vſurpatum eſt.Nullum enim præliū caret periculo. ¶ Meruiſſe.) Ideſt fortiter dimicaſſe. Hi enim merentur occidi. Bene autem euaſiſſe fatis imputat, quum tam ſenex, quam debilis euaſerit, occiſis iuuenibus. ¶ Clamore.) Bellico ſcilicet. ¶ Ingentem pugnam.) Merito quippe in domo regia, de qua maior ſpes erat prædæ. ¶ Morerentur.) Non pugnarent, vt ſupra Oriturq; miſerrima cædes. ¶ Acta teſtudine.) Applicata. ¶ Poſteſq; ſub ipſos.) Si circa portam, ſub poſtibus: ſi circa feneſtras, circa poſtes. ¶ Ad tela.) Cōtra tela. ¶ Tecta.) Culmina. Tecta participium eſt. Aut eandem rem bis dixit. ¶ His.) Propter quæ pugnabant. Sic Lucanus, In pugnam fregere rates. ¶ Decora.) Ab eo quod eſt decus, vt pecus. ¶ Obſedere.) Modo pro præſidio tenebant: vt ſequentia indicant. Has ſeruant agmine denſo.

DONATVS.

¶ Ilicet obruimur numero &c.) Ilicet, vbicūq; ponitur, extrema omnia accidere vel accidiſſe ſignificatur. dudum enim dixit, telis noſtrorum obruimur, hic dixit, obruimur numero hoc eſt, ita ſumus multitudine ingenti vallati & circunuenti, vt occurri non poſſet, aut reſiſti. deniq;, qui primus inuentor inſidiarum fuit, primus corœbus occiſus eſt, & primus ante ipſius Mineruę aras occubuit. nec ei prodeſſe numinis præſentia potuit, propter cuius ſacerdotem defendendam videbamur eſſe collecti. ¶ Cadit & Rhipheus unus Qui fuit in Teucros &c.) Ecce, inquit laus deorum, periit indigna morte, iuſtitiæ & æquitatis merito ſic cæteros anteibat, vt ſolus eſſet, nec haberet aliquē, cui cōparari potuiſſet, quare hoc factū putat̃, vt ſuperiores fierēt ſcelerati, & perirēt īmeriti. ¶ Diis, inquit, aliter viſum.) Vbi ponit̃ hoc, illi viſum eſt, nō iuſtū iudiciū, ſed prauę volūtatis ſtudiū, & libido ſignificat̃. deniq;, vt dictū eſt, perierunt innoxii, & ſceleratis vincēdi copia attributa eſt. addit̃ qđ indignitatē ipſam magis accumulet. ¶ Pereunt Hypaniſq; Dymaſq; Confixi à ſociis.) Admittebat̃ ſcelus, neq; vllum fuit crimen, vtpote quod nō vnuſquiſq; volūtate, ſed errore admiſerat. ¶ Nec te tua plurima Panthu Labantem pietas nec Apollinis infula texit.) Seruauit ad finem cum apoſtrophe eius perſonam, in qua oſtenderet deos tantum fuiſſe à commodo Troianę defenſionis alienos, vt etiamt Panthus occumberet pius, grauis, & religioſus, cum ipſis inſignibus ſacerdotis. ¶ Iliaci cinere &c.) Quia videbat Æneas eſſe criminoſum, vel eſſe poſſe dedecori, ꝙ cadētibus tot tantis ac talibus ipſe euaſiſſet, iuriſiurādi religionē vltro, ante obiectum quod metuebat, oppoſuit. habet enim maiorē fidem, quod priuſq; exigatur offertur. habet & bonę conſtātiæ firmiſſimū teſtimoniū nō extorta ſed oblata purgatio. hos verſus nōnulli male ꝓnunciādo, intellectū planū & manifeſtū ſic errore cōfundūt, vt longe aliud quā dictum eſt tradāt, ſic.n. volūt, iliaci cineres & flāma extrema meoꝝ teſtor in occaſu veſtro. ibiq; diſtinguūt addētes poſtea, nec tela nec vllas vitauiſſe vices Danaū. hic rurſum pronūtiationis faciunt ſeparationē, & ſubnectūt, ac ſi fata fuiſſent vt caderē. addūt in fine accuſatiuū ſingularē, vt dicāt meruiſſe manū, quū meruiſſe manu legēdū ſit, & intelligendū. huic alienæ pronūtiationi addunt intellectū ſimilē ducti errore, quo male iūgūt & deterius ſeparant, nos ſic pronuntiādū & intelligendū dicimus. Iliaci cineres & flamma extrema meorū, & ſeparamus teſtor, quod teſtor ſemel poſitū ſæpius debemus accipere. dehīc dicemus in occaſu veſtro nec tela nec vllas vitauiſſe vices Danaū. itē ſeparatione facta veniamus ad ſequētia, Et ſi fata fuiſſent vt caderē. facta hic quoq; ſeparatione concludemus dicētes, meruiſſe manu, vt autem euidētior fiat huius ꝓnuntiationis integritas, oñdemus, iam quoties accipi debeat Teſtor, vos, īquit, teſtor iliaci cineres & flamma extrema meorū in occaſu veſtro, nec vllas vitauiſſe vices Danaū. Teſtor. dicturus eſt recētiores, & diuerſos hoſtes veniſſe. Quū domui Priami ſoceri ſui, & pro ea pugnātibus cuperet ſubuenire. & ſi fata fuiſſent vt caderem, teſtor vt ſit, iliaci cineres & flamma extrema meorū, vos teſtor, ſic ad certamen exiſſe, vt ſi fieri vllo mō potuiſſet obtinerē. ſin vero aliud fata voluiſſent vt caderē. vtrūq;.n. viro forti cōgruens fuit, vtrūq; glorioſum, vt ſi poſſet vinceret, ſin vero aduerſo euētu fuiſſet exceptus, cū patrię genitalis & ſuoꝝ cineribus interiret. teſtor, meruiſſe manu. Aperiēdi melius huius loci cauſa, cōtinuū dicamus intellectū, ibi & ꝓnuntiationibus inuenietur integritas. Teſtor, vos iliaci cineres & flāma extrema meoꝝ, Teſtor, in occaſu veſtro nō timuiſſe arma & hoſtium vices, & quū alternis recētiores occurrerēt æq̄ teſtor, nō timuiſſe pugnare vel mori. & ſi fata fuiſſent, vt caderē. ſic, inquit, ꝓceſſi ad bellū nō vt vincerē tm̄mō, verūetiam vt caderē. ſi hoc fata voluiſſent. Militis autē officio functū teſtor me plurimum meruiſſe, hoc eſt laboraſſe. Cineres, inquit iliaci, vt oñderet nō remanſiſſe ꝓter cinerē, iurauit & flāma extrema meoꝝ, extrema flāma eſt, quæ illouſq; pſeuerat, donec ſit aliqua ſubſtantia, qua cōuerſa in cineres, & materies ſimul interit, & conſumit̃ incendium. ꝑ hæc igit̃ iurabat Æneas, qm̄ fidē reꝝ nullis poterat teſtibus approbare, qa, neceſſitas cū exiſtit, itur ad ea, q̄ maximæ ſunt venerationis, ut credi poſſit, qđ deficientibus probamētis aſſerit̃. adſtruit iā rebus manifeſtis ea, q̄ collegerat, cū iuraret, vt euidēter oñdat, & animū ſuū & labores proprios firmabat, hoc ipſum dicēdo, ſe nō gladios timuiſſe hoſtiū, neq; ſub recentioꝝ armis ſuccedētes. ¶ Diuellimur inde.) Inde, inquit, diuellimur, hoc eſt neceſſitate adacti violentiæ inuiti ſeparamur ab eo loco, in quo certamē ſupradictū nobis fuerat, quales vel quāti nō inaniter poſuit, à qualitate & quātitate ducens probationē laboris ſui, hoc.n. genere oñdit mori ſe voluiſſe, ſed fato volūtati eius aduerſo eſſe ſeruatū. diuellimur inde, inquit, dicit qui, quāti, uel quales. ¶ Iphitus, & Pelias mecū.) Separandū eſt diuellimur inde, ſeparandū ab eo Iphitus & Pelias. cæterum ſi iūgat̃ mecū, erit fœdū, ut uideat̃ dixiſſe diuellimur inde mecū. ecce duo ſoli remāſerant cū Ænea, ſupra.n. dixit necē cæteroꝝ, ipſi uero duo quales fuerint gloriæ ſuæ cauſa & oſtentationis aſſignat. ¶ Quorū Iphitus æuo I.gr.p.& u.t.u.) Amborū facta comparatione utrūq; mōſtrauit imbellē. Alter quippe grauior fuit ętate, alter & uulnere, hoc eſt ambo quidē ſenes fuerūt, ſed alterū debilitauerat grauius ſeniū & grauior ætas oppreſſerat, alterū, qui aliquid forſitan poſſet nō tantū ſenectus implicauerat, verumetiā uulneris cauſa. quū igitur oſtēdat ſe tantū laboraſſe pro patria, ut dudum cū paucis fuerit, nunc ſolū ſe aſſerat effectū, oſtēdit ſe ſecundū præmiſſum iuſiurandum & certandi quantū poſſet habuiſſe affectum, & moriendi uoluntatē, neq; enim ſperare victoriam potuit, quum iam hominum & rerum omniū interitus extitiſſet. ¶ Protinus ad ſedes Priami clamore vocati.) Non eſt locus iſte pro tranſitu habēdus. de ſuperioribus.n. pendet. deniq; ſi ſubtrahant̃ verba iuſiurandi, & q̄ du

dum

dum dicta ſunt, inferioribus iuſigantur, vnus fiet ſenſus. deſcriptione enim pugnæ receſſerat, in qua ceciderunt Corebus, Panthus, & cæteri, dehinc dixit diuellimur inde, Iphitus & Pelias, ipſe enim fuit tertius, qui loquebať. ſi cõiungamus ergo ſuperioribus, protinus ad ſedes Priami clamore vocati, erit vnum, atq; cõiunctũ, vt ſit per illoꝝ morté & Panthi protinus inde diuellimur. iphitus & pelias clamoribus vocati mecũ, qui ex domo Priami mittebantur. vnde poſt iuſiurandũ non caput fecit, quaſi nouæ relationis, ſed remeauit ad ea, à qbus receſſerat vt, iuraret protinus ad ſedes Priami mecũ clamore vocati. nõ ſpecialiter vocati ab aliquo, ſed clamor ipſe ſuggerebat, ſubueniẽdum eſſe domui regis Priami. ¶ Hic vero ingenté pugnã &c.) Hic, inquit, ingenté pugnã cernimus, Martemq; indomitũ cernimus, Danaosq; ad tecta ruentes cernimus, obſeſſumq; acta teſtudine limen cernimus, Tanta illicauté vis pugnę fuerat, tantaq; illoꝝ hoſtiũ multitudo cõfluxerat, quaſi per cæteras regiones vrbis nuſq; pugnareť, nulli caderent ferro, ne frequẽter poneret cernimus, & turparet dictioné ſuã, ſemel poſuit cernimus ſed ſicuti ſupra expoſuimus, quo frequẽter poſito debet intelligi. cauſa auté, quę fuerit tanti certaminis in aperto eſt. ibi enim fuit rex, vxor, ac liberi. hi propter maioré victoriæ gloriã, aut occidendi fuerant, aut capiendi, prærerea, ꝙ illic ſperarenť regales diuitiæ auiditaté expleturę victoris, Obſidebať limẽ eius teſtudo. ¶ Hærent parietibus ſcalæ, p. q;. ſ. i. Ni. gr. &c.) Manifeſta deſcriptio. alii qppe obſidebant ante fores, quas fugere poſſent, qui clauſi tenebanť. alii per ſcalas ad ſumma tendebãt. ſcuta, inquit, & gladios ſiniſtris manibus tenentes ac tegentes corpora ſua. propterea quæ de ſummo iaciebanť, dextris vero nitebanť, vt tectoꝝ faſtigia occupárent, faſtigia aut tectoꝝ, vt diximus poſuit, aut ſuperiora parietũ, qm̃ paulatim aſcendebant. ¶ Dardanidæ contra turres, ac t. do. Cul. co.) Noſtri, inquit, diruebant turres, & domoꝝ ruinis pro telis vtebãtur, cauſa auté diruendi hæc oſtenditur. cõſtabat enim Troianos nõ recte agere vt domui regis manus infeſtas inferrent. Iccirco dixit. ¶ His ſe, qu. vl. c. Extrema iam in morte pa. de. telis.) Extrema iam in morte cõſtituti, inquit, nullũ iam ſperantes fore ſuperſtité, cui deberent illa reſeruari, diruebãt, ne inſtantem vim poſſent vel morari faciendo, aut vltioné aliquã cõſequi de violentis. Interea, qui ſcalas dixit, nõ tantũ plures aſſeruit, verumetiã docuit plurali numero dici oportere. docet hoc etiã Salluſtius, qui ait. poſtq; vnæ atq; alteræ ſcalæ cõmutatæ ſunt. hæc ergo græci faciebant. redit ad Troianos. ¶ Auratasq; trabes ve. d. al. pa. De.) Nulla pulchritudo locoꝝ, nulla firmitas fuerat neceſſaria turrium atq; tectoꝝ, vbi occurrebat ſalutis vltima deſperatiõ. hoc extrinſecus & in ſuperioribus agebať. redit ad ea, quæ extra fores vel intrinſecus agebanť. Ait enim. ¶ Alii ſtrictis mucronib⁹ i. Ob. f. has ſe. ag. de.) Qui in ſuperioribus fuerant iaciebant ponderoſos ictus, vt ſcutoꝝ teſtudinũ rumperent, qui autem fores interius obſederant, obſeruabant paratis ad necé mucronibus, vt ſi hoſtes aditũ perforaſſent, in ipſis ingreſſibus mactarentur.

ASCENSIVS.

¶ Ilicet obruimur, numero.) Docet magnitudiné ſtragis, quæ ſubſequuta eſt & qui in eo conflictu perierant. purgatq; ſe ꝙ cũ aliis nõ occubuerit: fatis ipſum alio recipientibus. i. ad maiora reſeruãtibus. Vñ Donatus dicit ſic. ¶ Ilicet.) Vbicũq; poniť, ilicet: extrema oĩa occidere, vel occidiſſe, ſignãtur. Corœbus deniq;, primus inſidiaꝝ author, primus interficiť. Et ante: ipſius Mineruæ arã obcubuit, ꝓpter cuius ſacerdoté defendendã eramus collecti. ¶ Iuſtiſſimus vnus.) Perierunt innoxii: & ſceleratis, ius vincẽdi datũ eſt. ¶ Viſum.) Vbi poniť hoc, nõ iuſtũ iudicium, ſed prauę volũtatis ſtudiũ & libido ſignãtur. ¶ Confixi à ſociis.) Augeť cõmiſeratio interfici. n. duꝝ eſt, ſed durius à ſuis interfici: exaggerať quod dixerat, Heu nihil inuitis fas quenq; fidere diuis. ¶ Nec te tua plurima Panthu.) Seruauit, in fine deos tm̃ fuiſſe à Troianis alienos, vt etiã Panthus occũberet vir pius, grauis, religioſus, cũ ipſis inſignibus ſacerdotis. ¶ Iliaci.) Quia videbat, vel crimini, vel eſſe poſſe dedecori, quod tot, tantisq; cadentibus euaſerit iurandi religioné, vltro ante obiectũ quod metuebat, oppoſuit, habet. n. maioré fidé quod antequã exigať, offerť. habet & bonæ conſtantię firmũ teſtimoniũ, non exorta, ſed oblata purgatio. ¶ Et ſi fata fuiſſent. Vt caderẽ.) q. d. ſi fata permiſiſſent interitũ meũ. ¶ Meruiſſe manu.) i. ita ſine aliquo reſpectu meæ ſalutis pugnaſſe, vt meruerim ab hoſtibus interimi. ¶ Diuellimur.) Inuiti neceſſitate adacti, impellimur abire: oſtendit aũt meruiſſe manu mori, quum prius cũ paucis: nunc vero ſolus pugnaret. ¶ Clamore.) Non ſpecialiter ab aliquo: ſed clamore pugnantium, quo indicabatur eſſe opus auxilio ad defendendam regiam: apud quã acrius pugnabatur propter gloriam & prædam. ¶ His ſe.) Ad excuſationem quare pulchra deſtruerent. ¶ Scalæ.) Non ſolum quia in plurali declinantur, ſed quia plures eſſent. ¶ Hæc ille. ¶ Ordo eſt. Ilicet. i. pręcipue illic: obruimur numero, ideſt multitudine ingruẽtium: aut numero. i. non ſinguli, ſed multi ſimul: ſed prior ſententia eſt cõuenientior & honorabilior: vt non virtute, ſed numero, inferiores cenſeantur Troiani: & Corœbus iuuenis ille, procũbit, ideſt grauiter cadit, ad aram diuæ armipotẽtis, ideſt Palladis, in cuius manu bella ſunt, & victoriæ: procumbit, dico, ictus, ſupple dextera Penelei, illius gręci: cuius nominis expreſſio, fidem rei facit, quaſi, certe loquať poeta, & Rhiphęus iuſtiſſimus vnus, ideſt præcipuus, aut vnus iuſtiſſimorum, quod metri cauſa dicere non potuit vt multi ſint iuſtiſſimi, ideſt in æquali: & eodẽ ſummo gradu iuſtitię: aut vnus, ideſt ſolus iuſtiſſimus, qui fuit in Teucris: & ſeruantiſſimus. i. obſeruantiſſimus: æqui. i. æquitatis, & iuſtitiæ: & id, ſupple ſecũdum iudicium hominum: ſed diis aliter viſum, ſup. eſt: quia cadit. i. ſuccumbit, & terram oppetit: quaſi vero dii iuſtum permiſiſſent occubuiſſe, ſi eis talis viſus fuiſſet (quod quidem in laudem Æneæ vergit, qui quia à diis iuſtus approbatus eſt, etiam ſeruatus eſt. Vnde Venus in. j. lib. Haud credo inuiſus cœleſtibus auras vitales Carpis. verũ cum fide non conſonat, quia deus permittit etiam iuſtiſſimos temporaliter affligi, reponens eis coronam æternam: ſed nos hic poetam interpretamur, non diuinas literas.) & Hypanis, & Dymas pereunt confixi à ſociis, ſcilicet de culmine tela iacientibus: nec o Panthu (more gręco vocatiuos abſtulit.) tua pietas, ideſt religioſus, & pius cultus in deo[illegible] plurima. i. qui tibi pluſimus fuit, & infuſa Apollinis, ideſt qu[illegible] caput tuũ, qui ſacerdos Apollinis eras, redimebať: texit, ideſt protexit, & defendit te: quia etiam periiſti obrutus telis tuorũ, aut noſtrorũ: loquitur enim Æneas, qui vnus ex Troianis eſt: & quia forſitan occurrebat, nunc tacitis animis dubitatio quomodo igitur Æneas euaſerit: addit: O cineres Iliaci, ideſt Troiani: & o flãma extrema meorum, ideſt quæ extremo loco meos abſumpſiſti: quia cum extremis pugnauerat Æneas: ego teſtor, ideſt proteſtor, aut deos, aut vos, qui, quod dico, teſtificari poteſtis: me nec vitauiſſe tela, nec vllas vices, ideſt pugnas, aut ictus qui viciſſim dantur: Danaum, ideſt Græcoꝝ, ideſt quas vices à Danais expectabam: hoc eſt, teſtor vos, qa intulerim me in omnia tela: & obiuerim omnes vices ictuũ, & ſi fata, ideſt deorum volũtates: tuliſſent, ideſt ita ordinaſſent, aut voluiſſent: vt caderem, ideſt perirem, aut occiderer: teſtor me meruiſſe manu, ideſt tantam ſtragem dediſſe manu mea: vt dii viſi, eſſent mihi paria feciſſe, ſi percuti me quoq; iuſſiſſent: quaſi dicat, ęquum videri: vt, qui gladio ferit, gladio pereat. Senſus ergo eſto: tametſi euaſi, nõ id ideo effectum eſt, quod præter fugerim, aut Græcos non offenderim: ſed quia fata noluerint me tũc interire. Nos diuellimur inde. i. ex ea pugna. Iphitus (Sunt qui ſupra legunt Ephitus: ſed alius eſſe poteſt.) & Pelias, ſup. diuelluntur mecũ. (Sunt tamen qui concæptioné caſuum eſſe velint: vt ſit, Iphitus & Pelias mecũ diuellimur: pro eo quod eſt, ego & Iphitus & Pelias diuellimur inde. Sed rarũ eſt id genus cõcęptionis. Nam Hora. in artę dixit, Tu quid ego & populus mecũ deſyderat, audi, nõ, quid deſyderamus, atq; ita mallẽ quaſi zeugmatice cõſtruere: vt ſit, nos diuellimur inde: & Iphitus & Pelias mecũ, ſupp. diuelluntur.) quoꝝ Iphitus, ſup. erat iam grauior æuo. i. ætate: hoc eſt ſenior: & Pelias erat tardus. i. tardus effectus, & impeditus vulnere Vlyſſi ab Vlyſſe illato. q. d. ſi q adhuc mihi comites ſupfuiſſent qbus cũ bellaſſem, nõ fuiſſem digreſſus: nec digreſſi ſumus in fugam, ſed vocati protinus clamore ad ſedes Priami. i. ad regiã. Vero, pro ſed. nos cernimus hic: aut, nos cernimus vero. i. præcipue: & quaſi ad verum, hic. i. in regia Priami pugnã: ingẽtem. i. valde magnã: ceu. i. veluti: cætera bella nunquam. i. nonvſquã: nõ forent. i. eſſent: vſq;. i. acſi nunquam alibi, bella fierẽt à cæteris: & nulli morerenť in tota vrbe, ꝑterq; ad ſedes Priami. Cęrnimus. n. ſic marté idomitũ. i. impetũ belli ab idomitis fieri: & Danaos ruẽtes ad tecta: & cernimus limẽ. i. igreſſum regiæ obſeſſum. ſ. à Gręcis: teſtudine. i. phalãge: hoc eſt, ex ſcutis ꝓtectione, cõtra tela & lapides acta. i. facta in moré teſtudinis, q eſt ſpẽs muri circunuexi, aut circũuoluti in moré teſtudinis: quæ teſtã deſuper habet circunlatam: ſcalæ (quia plures erant) hærent. i. affixæ ſunt parietibus: & nituntur. ſ. aſcendẽtes: gradibus. i. per gradus, aut gradatim: ſub. i. tendẽtes ab inferiore parte ad ipſos poſtes: & ipſi protecti obiiciunt ſiniſtris. i. p ſiniſtras manus.

Ordo.

manus: clypeos ad tela.i.contra tela: & prenſant.i.prendere frequenter tentant: faſtigia.i.culmina, aut ſumitatem murorum: dextris.ſ.manibus: Dardanidę.i.Troiani: contra.i.repugnãtes, & contra Grecoꝝ conatus molientes: conuellunt.i.abſtrahunt: vt deiiciunt turres.i.materiam turrium: & culmina.i.ſummitates domorum, aut turrium: tecta.i.cooperta tegulis, aut lapidibus. (eſt ergo hic participium.) & parant ſe defendere his.i.huiuſmodi, propter quæ pugnabatur telis: quia ea proiiciebant in hoſtes, quæ hoſtes poſſidere affectabant: quando.i.quandoquidem: cernunt vltima.i.excidium, aut exitium: iam in morte extrema.i.q̃ꝫ proxime imminente: & deuoluunt.i.deorſum voluũt in hoſtes aſcendentes: trabes auratas.i.auro tectas, & obductas, appoſitorie: alta.i.ſublimia: & ſuperba decora.i.ornamenta: parentum veterum.i.maioꝝ, & priſcorũ regum Troianoꝝ. Alii obſedere.ſ.cuſtodientes imas fores: ne ruptis illis, irruerent Danai: mucronib.i.enſibus acutis: ſtrictis.i.euaginatis, & denudatis: & ipſi ſeruãt.i.cuſtodiunt: has.ſ.foras imas: agmine denſo.i.denſe conſtructo aduerſus irrupturos.

PIERIVS.

¶ Ilicet obruimur numero.) Male multi ſcribunt, illicet gemina nato ll, quod ex, ire licet, contendant r literam in l abire vocali e detrita. Ait vero Martius Salutaris: qui citatur à Cariſio, ilicet, loco hoc, interiectionẽ eſſe grauiter ingemiſcentis: & ita accipiendum illud ex Eunucho Terentii, Actum eſt ilicet periſti. nam & hic non eſt in loco: aut ſtatim continuo. Sed pro eo quod eſt, hem. vt ſit, Hem periſti, libro vero Ænei.xi. Ilicet in muros

muros tota diſcurritur vrbe. Celſus ait, pro ilico, vel ſtatim poſitum. Antiquos pro eas licet poſuiſſe, pro nunc. Affraniũ in materteris, an tu eloqueris ilicet.i.ſubito, aut extemplo. ¶ Clypeosq; ad tela ſiniſtris Protecti obiiciunt.) Vetera aliquot exẽplaria, ac tela, legunt. Sed, ad tela, agnoſcit Ser. dum exponit, contra tela. Sunt & codices antiqui in quibus, ad tecta, ſcriptũ ſit. Sed, tela, oĩno caſtior eſt lectio. Animaduerſum.n.eſt, in oppidoꝝ expugnationibus, milites dum ſcalas ſcãdũt, ſiniſtra manu ad tela clypeũ obiectare, dextera vero vti ad apprendendũ: idq; ipſe poeta, graphice deſcribit, dum addit, Prẽſant faſtigia dextris. ¶ Dardanidæ contra, turres ac tecta domoꝝ.) In antiquis aliquot codici. turres & tecta, legas. Sed hoc parui eſt momenti. Illud potius dicendũ, quod in Mediceo codice, tota domoꝝ culmina, legitur: quanq; Seruius, tecta, agnoſcit. ¶ Aurataſq; trabes.) Sũt antiqui codices, in quibus, ærataſq; trabes, legitur. Sed, auratas, magis Virgilianũ videt̃. Libenter.n. poeta noſter, oĩa ſolet auro decorare: vt illud, Pendent Lychni laquearibus aureis. &, Barbarico poſtes auro. alia vero rõne alibi, Nexas ære, trabes legas: porro hic, pathos, eſt à rei p̃tioſæ, perditione. ¶ Decora alta parentũ deuoluunt.) In codi. aliquot antiquis, decora illa, legit̃: quod emphaſim habet, alibi vero, ſcenis decora alta, lectũ, quod quidẽ epitheton longe quid ſublimius oſtẽdit. ¶ Imas obſedere fores.) In antiq̃s aliquot exẽplaribus, vnas, legitur. hoc eſt, ſolas: vt qui putarẽt nõ aliunde ingreſſum dari, imas tñ, hoc eſt, interiores magis placet: de quibus inferius dictũ. Apparent Priami & veterum penetralia regum, Armatoſq; vident ſtantis in limine primo.

Inſtaurati animi regis ſuccurrere tectis,
Auxilioq; leuare viros, vimq; addere victis.
Limen erat, cæcæq; fores, & peruius vſus
Tectorum inter ſe Priami, poſteſq; relicti
A tergo, infelix qua ſe, dum regna manebant,
Sæpius Andromache ferre incomitata ſolebat
Ad ſoceros & auo puerum Aſtyanacta trahebat.
Euado ad ſummi faſtigia culminis, vnde
Tela manu miſeri iactabant irrita Teucri.
Turrim in præcipiti ſtantem, ſummiſq; ſub aſtra
Eductam tectis, vnde omnis Troia videri,
Et Danaum ſolitæ naues, & Achaica caſtra,
Aggreſſi ferro circum, qua ſumma labantes,
Iuncturas tabulata dabant, conuellimus altis
Sedibus impulimuſq;, ea lapſa repente ruinam
Cum ſonitu trahit, & Danaum ſuper agmina late
Incidit: aſt alii ſubeunt, nec ſaxa nec vllum
Telorum interea ceſſat genus.
Veſtibulum ante ipſum, primoq; in limine Pyrrhus
Exultat telis, & luce coruſcus ahena.
Qualis vbi in lucem coluber mala gramina paſtus
Frigida ſub terra tumidum quem bruma tegebat,
Nunc poſitis nouus exuuiis, nitiduſq; iuuenta,
Lubrica conuoluit ſublato pectore terga
Arduus ad ſolem, & linguis micat ore triſulcis.
Vna ingens Periphas, & equorum agitator Achillis
Armiger Automedon, vna omnis Scyria pubes
Succedunt tecto, & flammas ad culmina iactant.
Ipſe inter primos correpta dura bipenni
Limina perrumpit, poſteſq; à cardine vellit
Æratos, iamq; exciſa trabe, firma cauauit
Robora, & ingentem lato dedit ore feneſtram.
Apparet domus intus, & atria longa pateſcunt.
Apparent Priami, & veterum penetralia regum,
Armatoſq; vident ſtantes in limine primo,

SERVIVS.

¶ Inſtaurati animi.) [illegible] oſtẽditur eos ſuperius defeciſſet: quod ſupra nõ dixit. ¶ Leuare.) Iuuare. ¶ Vimq;.) Virtutem: vt Salluſtius, Sed noſtra oĩs vis in aĩo & corpore eſt. ¶ Victis.) Qui vincebant̃: vt, Et qua vectus Abas. ¶ Limen erat.) Contra illud, obceſſis foribus queãdmodũ ingreſſus ſit: & dicit per poſticum, qd' generis eſt neutri: vt Horatius Flaccus, Atria ſeruãtẽ poſtico falle clientẽ. Nã ſi generis fœminini legeris poſtica, augurale eſt: vt antica, poſtica. ¶ Cæcæ.) Nõ oĩbus notæ. ¶ Vſus.) Verbũ iuris. via, actus, vſus. ¶ Infœlix.) Ad p̃ſens retulit tempus infœlix. ¶ Dum regna manebant.) Dũ, donec: & abſolutus eſt ſenſus. Alii tamen cũ, legunt: ſed cũ manebant, quomodo dicimus, cum conſtet, manebant, modũ eſſe indicatiuũ? Hoc ergo ſciendum eſt, quia quando coniunctiuus modus eſt, neceſſe eſt aliquid iungi, aut ſubaudiri: vt, cũ venirẽ, vidi illũ. Si aũt Cũ veniebã, dicamus, aut modus ꝓ modo eſt: hoc eſt indicatiuus pro coniunctiuo: aut Cum, nõ erit coniunctio, ſed aduerbiũ temporis: & ſignificat tempore quo veniebã. ¶ Ad ſoceros.) Quia q̃ ex diuerſis ſunt ad ſuũ genus clauſulam ſtringũt & meliori ſexui reſpondet, i.maſculino. ¶ Trahebat.) Quaſi pueꝝ: vt, Paruũq; nepotẽ Ipſe trahit. ¶ Euado. E, vacat, vt emortuꝰ. ¶ Iactabãt.) Spargebãt, q̃ſi nihil ꝓfutura. ¶ In p̃cipiti.) In alto: vnde quis pōt p̃ceps dari. Sequit̃.n. ſub aſtra eductã. ¶ Solitæ naues.) Partipium ſine verbi origine. Soleo.n. neutrale eſt: quod caret p̃terito. ¶ Caſtra.) Vbi exercitus ſit, caſtra dicuntur. Vnde

Vndè eſt, Nos caſtra mouemus: vt, Veloꝝ pãdimus alas. ¶ Summa.) Extrema. vt ſupremũ, ſummũ dicimꝰ. vt, Proh ſupreme Iuppiter. ¶ Labantes.) Faciles ad reſolutionẽ. Et eſt ordo: Turrim. conuellimus, impulimuſq;. ¶ Telorũ ĩterea ceſſat genus.) Bene addidit Genus. Telum.n. dicitur ſecũdum Græcã etymologiã ἀπὸ τοῦ τηλόθεν, quicquid longe iaci pōt: quãquã legerimus de gladio, At nõ hoc telũ mea qd' vi dextera verſat. & ſequit̃, Dixit, & ſublatũ cõſurgit ĩ enſem. Telũ aũt dictũ eſt illo loco à lõgitudine. Vñ & muſtelũ dicimus. ¶ Veſtibulũ.) Veſtibulũ eſt prima ianuæ pars. Dictũ eſt aũt veſtibulũ, vel quod ianuã veſtiat, vt videmus camerã duabus ſuſtẽtatam columnis: vel q̃m Veſtæ cõſecratũ eſt. Vñ nubẽtes puellę limẽ nõ tãgunt. Lucanus, Trãſlataq; vetat cõtingere limina planta. Singula.n. domus, ſacrata ſunt diis: vt Culina, diis penatibus: Maceries, quæ ambit domũ, Herceo Ioui. ¶ Pyrrhus.) A colore dictus: qui latine byrrus dicitur à colore, quo tingebatur. ¶ Gramina paſtus.) Legimus & ſylua paſtus arundinea. Sed ſciendũ eſt, quia licet hoc in vſu ſit rarũ, tamen eſt apud antiquos. Paſtus autẽ, pro qui paſcebat̃: quia, vt ſupra diximus, in hoc latinitas defecit. ¶ Bruma.) i.hyems. Dicta aũt bruma, quaſi βραχυσήμερα. i. breuis dies. Eſt autẽ (vt hic locus indicat) generis fœminini, numeri ſingularis. ¶ Lubrica terga.) Lubricũ dicit̃ & quod labit̃, dum tenet̃, vt piſcis, ſerpens: & locus in quo labimur. vt, Seſe oppoſuit ſalio per lubrica ſurgens. ¶ Periphas.) Vltima accentũ nõ habet, ne fœmininum

ne fœmininum fit: nec tertia à fine, quia nouiſſima longa eſt. Ergo ri, habebit accẽtũ. ¶ Armiger automedon.) Pyrrhi. Nã Achillis auriga fuit. ¶ Scyria pubes.) A Scyro inſula, vna de Cycladibus: in qua LYcomedes fuit pater Deidamiæ. ¶ Succedunt tecto.) Pro ſub tectũ cedũt. Et eſt figura: quia mutatus eſt caſus. ¶ Bipẽni.) Hoc nomen ſeruauit antiquitatẽ: qa veteres pennas dicebãt, nõ pinnas. ¶ Vellit.) Non deiecit. Nam ſequitur paulo poſt, Labat ariete crebro: Sed mouet, vt Cynthius aurem vellit. Et admonuit. ¶ Ingentem feneſtram.) Epitheto, vt ſolet, auxit tapinoſim. ¶ Armatosq; vident ſtantes.) Vt ſupra, Strictis mucronibus imas Obſedere fores.

DONATVS.

¶ Inſtaurati animi, regis ſ.t. Auxilioq; leuare viros, u.q;.a.u.) Cõſtitutę, inqt, in periculo manifeſte debuit domui regię ſubuenire. & licet vires ex pcedentibus defeciſſent, tñ res ipſa fouebat animi affectũ, & nouitatẽ quandã viriũ ſuggerebat. Oportuit.n. foueri, qui pro ea certabant, ipſorũ.i. animos ſolatio noſtræ opitulationis attolli. vult oſtendere ſe laborantibus ſubueniſſe, ſed queadmodũ id facere potuit obſeſſis foribus domus Priami, & ingenti eo collecta armatorũ manu, vtiq; nõ incaſſum fuerat referendũ. potuit.n. non credi factũ, quũ obſtarent multa cõtraria. ¶ Limen erat, cæcæq; fores &c.) Præbuit mihi adeundi facultatẽ locus, cuius cognitionẽ habere potui, vtpote Priami & ciuis & generi. idem ex hac cauſa incognitus hoſtibus, q̃ à tergo domus relictas fores habuiſſet, relictas dixit, & à tergo. quicquid.n. poſt dimittitur, relictũ manet ac deſertum, vt alio loco poſitũ eſt. cui pauca relicti iugera ruris erant, hoc eſt deſerta. vſq; adeo inacceſſa illa pars fuerat, vt Andromache poſt infelix facta ex mariti ſui Hectoris morte manente adhuc regni fortuna ire ſæpius ſoleret ad ſoceros, Priamũ.ſ. & Hecubam, qui ipſum genuerant Hectorẽ, & ſecũ Aſtyanacta filiũ trahere, quia deerat, qui iuuaret aut ipſam aut puerũ. cõſideranda ſunt interea ſigillatim verba, quæ tantam habent virtutẽ, vt exprimant reuera remotũ fuiſſe locũ illum ab hoĩum acceſſu. Limen erat. hoc eſt fuit hoſtium, cæcæq; fores, non q̃ fores cęcę, neq;.en. oculos habere potuiſſent, ſed quæ ſic fuiſſent inſtitutę, vt ptereuntes has videre non poſſent, & peruius vſus tectorũ Priami. celebrabat̃ earũ vſus, ſed ab iis qui interius cõmanebãt. hæc deſcriptio oſtendit duas domos fuiſſe cõiunctas, vnam in qua Priamus, alterã vero in qua Hector cõmanebat, vt tranſiretur ex vna ad alterã, fores dabãt occaſionẽ, quæ ob hanc cauſam fuerant factæ, vt eſſent notæ cõmanentibus, extraneis vero incognitæ. Hunc locũ cũ pronuntiamus, ſic debemus ordinare, à tergo, vt à tergo ſint limen & poſtes, nõ relicti à tergo, Dubiũ enim nõ eſt à tergo fieri, quicquid fuerit relictũ. qua ſe, dum regna manebant, Sępius Andromache ferre incomitata ſolebat Ad ſoceros, & auo puerum Aſtyanacta trahebat. Tam in abſtruſo & abdito fuerant conſtitutæ, vt per has Andromache nullis in obſequio comitibus, hoc eſt deductoribus, vt matronam & nurũ regis adhuc florentiſſimi decuit, nõ ſemel ſed ſæpius tranſiret ad ſoceros, faciens hoc ſine pudoris & verecũdiæ detrimento, vtpote quæ iret per ſecretũ locũ ad perſonas religione ſatis ac neceſſitudinis ratione cõiunctas. Huius loci tanta et proximitas fuit, vt Aſtyanacta filiũ ſuũ admodũ paruulũ nõ iuuantibus baiulis, ſed ipſa ad auũ propria manu retinens traheret, nec ipſe fatigaretur, licet maternis greſſibus æquari non poſſet, neq; illa ſentiret laborẽ, quæ non magni roboris trahebat infantẽ. ¶ Euado ad ſummi faſtigia culminis.) Scilicet, qua ſe Andromache ferebat ad ſoceros, nec videbatur ab aliquo. ego, inquit, euado ad ſummi faſtigia culminis, hoc eſt vadendo & aſcendendo peruenio ad faſtigia culminis ſummi. ¶ Tela manu m.i.ir. te.) Illo, inquit, perueni, vnde noſtri ſatis inſtanter tela iaciebant, ſed fruſtra. teſtudo.n. ſuperius deſcripta telis ipſis adimebat effectũ. dicit iam cõſiliũ ſuũ, quod ſuggeſſerat neceſſitas pro ratione loci, ac tẽporis, & perſonarũ. In ſummo enim fuerunt, qui hoſtes in imo poſitos impedirẽt, & propter teſtudinẽ fruſtra pugnabant. Opportunũ ad obtinendũ fuit, ſi prouideretur aliquid, quod nõ qualicunq; ictu teſtidinẽ læderet, ſed opprimeret pondere. ¶ Turrim in pręcipiti ſtantẽ &c. Meritum turris dicitur, ſed iam ſolitis officiis non neceſſariæ. oĩs enim felicitas troiana cõciderat. contẽnenda proinde fuerat, quæ cum ipſis defenſoribus ſuis mox fuiſſet arſura. Hãc, inquit, petimus ferro, & abſciſſis iuncturis oĩbus, quæ magnitudinẽ tantæ altitudinis retinebant. ¶ Conuellimus altis ſe.im.q;.e.la.re.ru. Cũ ſonitu trahit, & da.ſu.ag.la. In.) Ecce profuit Æneæ cõſilium, quod repentinum & inſperatum ruinæ pondus adiuuit. huius inquit concidens magnitudo Danaũ ſuper agmina late incidit, quod dixit late, potuit fieri, vt ruina illa ſuper plurimos cecidiſſet, perindeq; non paucos necaſſet. iccirco poſuit Danaũ ſup agmina, vt hoc dicendo conſiliũ ſuũ præferret, & inuentũ. ¶ Aſt alii ſu.) Hoc ipſum, inquit, hoſtium multitudo fruſtrata eſt, alii quippe cõtinuo ſucceſſerunt. ¶ Nec ſaxa, n. vl. Telorum interea ce.ge.) Scilicet quibus expugnaretur recentior multitudo. ¶ Veſtibulũ ante ipſum.) Veſtibulũ primã ianuæ partẽ poſuit. ¶ Primoq; in li. Pyrrhus exultat.) Ferocem naturã hoĩs monſtrat, vel eius, qui plenæ victoriæ fiduciam gereret. ſic.n. Priami domus poſſeſſa fuerat, vt ad ipſum limen & veſtibuli prioris ingreſſum nõ tm̃ intrepidus, verũetiã exultans Pyrrhus perueniſſet. ¶ Telis & luce coruſcus ahena.) Erectus animo, & cõſpicuus munimentis armorũ. ¶ Qualis vbi in lucẽ c.m.g.p. Frigida ſub terra t.q.b.t.&c.) Deſcripturus hoſtẽ natura ferũ, ætate inſolentẽ, & ſucceſſibus proſperis ſuperbũ, ipſe quoq; Æneas hoſtis animũ in aduerſarios gerens, quali hunc aĩali credidit cõparandũ? ſic inquit, ſæuiebat, vt ſerpẽs q vomit venena, qui neſcit aliquãdo miſereri, qui captat tẽpora quibus procedat aut lateat, qui ſe tunc putat eſſe formoſum, cũ emergit ex latebris. hæc cõparatio in deformationẽ proficit Pyrrhi. nam vt ſerpens nõ virtuti ſed veneno cõfidit, ita & huic non arma ad capiendam victoriam, ſed inſidias aſſerit profuiſſe, nec vnq̃ in p̃liis viſum, niſi tunc cũ alienis dolis procurata victoria eſt. ¶ Vna ingens periphas, & e.a. Achillis Ar. Autumedon, u.o.ſ.pu.) Omnes iſti qd faciebant, qui iuncti fuerant Pyrrho? Succedũt, inquit, tecto & fla. ad c.ia.) Virtutẽ dicit artẽq; mittẽtium flãmas ex inferiore parte ad altiſſima culmina tectorũ. ¶ Ipſe inter primos c.d.bi. Limina p.) Correpta bipenni, hoc eſt properãter bipẽni rapta, perrumpebat dura limina, hoc eſt fortia, & quæ facile ſuperari nõ poſſent. poteſt tñ videri bipennẽ duram dixiſſe, hoc eſt idoneam, quæ tanti roboris fores perrũpere potuiſſet, deniq; addidit. ¶ Poſteſq; à cardine vellit Aeratos.) Vt appareret durã ſpeciẽ fuiſſe neceſſariã, quę firmitatẽ æratorũ poſtiũ poſſet euincere. ¶ Iamq; exciſa trabe, f.c.Ro. & in.la.d.o.fe.) Ecce quãtum valuit bipennis fortitudo, vicit, quod putabat̃ vinci nõ poſſe. alluſit autẽ de hoſtio ad feneſtrã. cæterũ cauernã dicere debuit factã, in hoſtio, inquit, feneſtra facta eſt, nõ qua poſſet totus homo ad interiora pertendere, ſed per quã interim cerneret̃ oculis, qd interius ageret̃. ¶ Apparet domus i. & a.l.pa.&c.) Feneſtra illa totũ, quod proſpectibus hoſtiũ negabat̃, oſtẽdit. videbatur quippe quicquid interius fuit, videbantur in ipſo veſtibulo obſeruantes armati.

ASCENSIVS.

¶ Inſtaurati, &c.) Recitat Æneas, quomodo etiã pro ſocero, hoc eſt, regę Priamo pugnauerit, vtq; Pyrrhus regiã expugnauerit, interea dum ex alia parte irruentibus obſtaret, & in eos turrim deiiceret: de qua re, quia in negotiis pluſquam in verbis conſiſtit Donatus, pauca dicit, quę hæc ſunt. ¶ Primo q; in limine Pyrrh.) Ferocem naturã huius oſtendit, & qui plenę victoriæ fiduciã cerneret. ¶ Qualis vbi.) Deſcripturus hoſtẽ, natura ferum, ætate inſolentẽ, ſucceſſu ſuperbum: & ipſe Æneas hoſtilem animum in aduerſarium gerens, huic animali illũ comparandum putauit. Sęuiebat vt ſerpens, qui vomit venena: qui neſcit aliquando miſereri: qui captat tempora quibus procedat, aut lateat. Hac igitur cõparatione, Pyrrhũ deformat. Nam vt ſerpens, nõ virtute ſed veneno confidit: ita huic non arma, ſed inſidiæ ad victoriã profuerunt, nec vnquã in prœliis viſus eſt: niſi cũ alienis dolis procurata eſt victoria. ¶ Dura limina.) Quę facile ſuperari non poſſent. Poteſt tamen videri dixiſſe, duram bipennem.i. idoneã, quæ frangere potuerit firmitatem æratorum poſtium: alluſit autẽ de oſtio ad feneſtram. Sed debuit dicere, cauernam factam in oſtio per quam nõ ingrederetur, ſed videret interiora. Ergo videbãtur intus armati. Intercæpta autem ſpe clauſa ante domus nunc protinus patuit. Sic ille. ¶ Ordo eſt. Animi, ſupp. noſtri: ſunt, ſup. inſtaurati.i. in ſtatum priſtinum reducti: ſuccurrere.i. ad ſuccurrendum tectis: regis.i. regiæ, aut aulæ Priami: & leuare, ſcilicet ab onere, & preſſura: viros.i. viriliter obſiſtentes: auxilio.ſ. noſtro: & addere vim.i. virtutem, aut vires: victis.i. his qui vincebantur, aut qui alioquin victi erant. Limen.i. introitus: per poſticum.i. poſteriores fores quas hoſtes ignorabant. Vnde addit: & fores cæcæ.i. occultæ, & ab hoſtibus non viſæ, nec notæ: & vſus peruius.i. tranſitus: per quem via media erat quæ vſui cedebat: tectorum.i. domorum Priami inter ſe, vt ab altera in alteram tranſire liceret: & erant poſtes.ſ. domorum: hoc eſt, alia ædificia relicti à tergo .i. ſegregata.

Ordo.

,i,ſegregata à regia, & domicilio ipſius regis: aut poſtes relicti ,i.cōmunes, & nōdum occupati: in quos ſingulis ius eſſet quū iter per eos haberent, ſalté permittente rege id filio & nurui, ſup. qua.i.per quá viá: Andromache, quæ erat vxor Hectoris; infelix, aut propter euentū, hoc eſt, propter mortem Hectoris: aut quia nō potuit exorare quod orabat. Oraſſe,n. videtur, vt pater filiū intra mœnia cōtineret: & ne id Hector reſciret, ibat incomitata: vnde dicit, ſolebat incomitata ferre ſæpius ,ad ſoceros.ſ.ſuos ſe, & trahebat.i.trahēdo (quum paruus adhuc, & imbecillis eſſet: nec tantum ſequi poſſet, erat enim lōgiſſima.) ducebat auo.i.ad auū eius Priamū: Aſtyanacta puerū.i.filium ſuū, & Hectoris adhuc puerū (declinatur aūt, hic Aſtyanax, huius Aſtyanactos, huic Aſtyanacti, hunc Aſtyanacta, &c.) trahebat, dico, puerum: & ſolebat ferre ſe: dum regna Priami manebát. Ego euado.ſ.e telis hoſtiū per hunc paruū aditum: ad faſtigia.i.ſūblimitatem ſummi culminis.i.tecti aut præcipue arcis, Vnde.i.de quo: miſeri Teucri iactabant, tela irrita.i.nihil profutura: quū arx defendi nequiret: nos aggreſſi ferro.i.inſtrumentis ferreis: circum.i.per circuitum, ſupple ea parte, qua ſumma tabulata.i.connexiones tabularū (ſolaria vulgus appellat) dabant iuncturas labantes, aut vetuſtate, aut ad lapſum dependétes: aut (vt Seruius dicit) faciles ad reſolutioné. conuellimus, ideſt ſimul diuellimus: altis ſedibus.i.iuncturis ſuis, quæ in alto erát: turrim ſtanté in præcipiti,i.præcipitio, & loco alto, vnde quis præceps dari poſſet: nec haberet quod offenderet, præter humū: & eductá ſub aſtra.i.ad aſtra.i.aut fere vſq; ad aſtra, vt ſuſpicientibus ab humo videri ſolebat: ſummis tectis.i.culmine, quod in ſummo erat: conuellimus, dico: & impulimus, ſup. in hoſtes: ea.ſ.turris; lapſa.i.diſſoluta à ſedibus ſuis: trahit repente ruiná.i.caſum, cū ſonitu.ſ.vehemēti: & incidit late ſup agmina Danaū: aſt.i.ſed: alii.ſ.Danai: ſubeunt.i.ſubintrant locū & munus oppreſſorū: nec ſaxa, ſupp. ceſſant interea: nec vllum genus telorum, ſupple, aliorū: ceſſat interea.ſ.dum ſic ſubirent Pyrrhus, filius Achillis, exultat telis, & coruſcus.i.reſplendens luce ahena.i.fulgore armorū æreorū: ante ipſum veſtibulum.i. introitū regiæ, & pro.i.ipſo limine.ſ.regiæ: exultat, ſup. exiſtés talis, qualis coluber, vbi.i,poſtquā: ipſe paſtus mala.i.pernicioſa aliis gramina: quia venenum generantia: exultat, ſup. in lucé.i.ad lucem, & ſolem egreſſus, qué, ſupple colubrum, bruma frigida.i. hyems tegebat ſub terra, exiſtentem: tumidum.i.inflatū veneno,ſ.&, ſup. qui nouus, nunc.i.innouatus: exuuiis.i.vetere pelle poſitis,i.depoſita: inflatus enim veneno, & deinde per arctū foramé, cōſtringens ſe, pellé deponit: & qui nitidus iuuéta.i.cute iuuentæ apta: cōuoluit arduus.i.erectus ad ſolé terga lubrica.i.pingui lubrico pfuſa, quale in anguillis & ſerpétibus eſt, q ppter a cōtineri vix poſſunt) vnde & via lubrica dicitur, in qua ppter pingué humoré: ſuperfuſum, pes difficulter cōſiſtat) & hoc, pectore ſublato.i.ſurſum lato, & erecto: & micat.i. more micantiū crebrū, & incertū motū facit: ore.ſ.ſuo: linguis triſulcis: nō re vera in tres partes ſulcatis & fiſſis: ſed potius ita celeriter motis, vt triſulcæ videátur (Eſt aūt micare, digitis celerrime motis, à diuerſis diuinare numerū erectoꝝ ab vtriſq;, aut oībus ſi plures ſunt quod quum fit, nūc ſinguli, nunc bini, nūc plures in vna manu erecti cōſpiciuntur: vnde ſimilitudiné linguæ per rictum colubri celerrime motæ ſumpſit.) Periphas Græcus ille: ingens.i.valde magnus: & Automedon armiger.i. miniſter arma gerens in vſum dñi: agitator.i.auriga, qui olim agitator erat equorū Achillis: quibus.ſ.currus, de quo ipſe depugnabat: trahi ſolebat: & oīs puebes Scyria.i.quæ ex Scyro inſula cum Pyrrho venerat. Erat enim Pyrrhus filius Deidamiæ, filiæ Lycomedis regis Scyri: quam, vt Statius in Achilleide docet, Achilles cōpreſſerat noctū in Bacchanalibus ſub ſpecie puellari Lycomedi creditus à Thetide matre: omnis ergo pubes.i.iuuentus Scyria, quia ipſe Pyrrhus iam pubeſcés erat, ſuccendunt vna.i.pariter quod in vituperium Pyrrhi dicitur, qui vt patet, non niſi in prius ab aliis victos inſultū fecerat: tecto.i.ad tectum: & iactant flammas ad culmina.i.ſummitatem tectorum. Ipſe.ſ.ſæuus hoſtis ſic exultans, prorumpit inter primos.i.quum primis: limina.i.obſtacula in primo ingreſſu: dura, quia ex ligno veteri, & diu indurato: &, hoc bipenni correpta, ideſt celeriter, aut vtraq; manu rapta: q;, pro &: vellit.i.dimouit: poſtes æratos, ideſt ære munitos, fores ſuſtinétes à cardine.i.ab angulo: vbi eſt quaſi cor ianuæ: & cauauit.i.perforauit iam robora firma.ſ.prius: aut fortia: & hoc trabe exciſa.ſ.bipenni: & dedit ingentem feneſtram.i.aperturam in medio forium, in ſimilitudinem feneſtræ: ore.i.hiatu: lato.i.habente latum os & hiatum. Domus, ſcilicet regia apparet intus: & atria longa pateſcunt: & penetralia Priami, & veterū regū.i.quæ ſoli Priamo, & cæteris regibus Troianis penetrare olim licebat: apparent.i.conſpiciuntur & patere incipiunt hoſtibus: & vidét armatos ſtantes in primo limine: & quū eos ſolos videret, inſtat vi patria Pyrrhus, &c. vt in ſequentibus videbimus.

PIERIVS.

❡Sępius Andromache.) Soſipater Cariſius ait ſolœciſmū eſſe tranſmutatione qualitatis in aduerbiis: Sępius, pro ſępe, hoc citato verſu. ¶Turrim in præcipiti ſtantem.) Ridebunt fortaſſe nonnulli, qui ſtomacho ſunt admodum delicato, ſi vtrum turrim per, i, an turrem per, e, loco hoc ſcribendū ſit, quæſierim: ſed vtcunq; illi ægreferant ſe doceri, nos quorundam ex veteribus eruditiſſimorū hominū veſtigiis inhærentes, nihil qua liceat, præterituri ſumus, quod ad minimorum etiam vitiorū, quæ vſquam inoleuerint, emendationé faciat. Vt loco hoc nullum ego exéplar ex vulgatis aſpexi, in quo nō turrim, p i vocalem tertiā, ſcriptū eſſet. Et cauſatiuū caſum in im, ſemp mittere puppim, ſitim, ſecurim, turrim Soſipater ait, obſeruaſſe tñ ſe, turré, apud Virg. p e vocalé ſecūdā, lib. ii. Turré in pcipiti ſtāté. Hoc tametſi haud magni alicuius momēti eſt, tam diligentis tñ ſcriptoris obſeruatio, oſtendit multa adeo eſſe, quę in hūc modum librariorū incuria lancinarit. ¶Et Achaica caſtra, Aggreſſi ferro circū, qua ſumma.) Aduerte κατπακισμὸν in opprobriū poni veluti etiam ſuperius, Dorica caſtra. In codicibus tamen aliquot antiquis, Achaia caſtra legimus diſſoluta diphthongo, ἄχαια ἀπὸ τῆσ γὰρ αἰχαίασ τὸ ἐθνικὸν ἀχαιὸσ. Ná & in Mediceo codice, eo verſu, qui eſt in. v. O miſeras quas nō manus (inquit) Achaica bello: ſcriptū eſt, Achaia: nō tñ hæc efficiunt, vt Achaica mutemus. ¶Ea lapſa repéte.) In pleriſq; codicibus abſq; pronoīe vllo legit, elapſa: quod nequaq; placet, de litera vero b, in eo participio dictum alibi. ¶Et luce coruſcus ahena.) Notat Gellius vidiſſe ſe mirandæ vetuſtatis codicé, qui qdem ipſius Virgilii fuiſſe credebatur, in quo loco hoc, aena, ſcriptum eſſet: h litera ſupra addita, quū abſq; adſpirationis nota, prius ſcriptū eſſet: ſic eo quoq; loco, Vndá tepidi deſpumat aeni: verba Gellii, nōnulli aliter interpretantur. ¶Lubrica cōuoluit ſublato pectore terga.) In pverteri quodá codice ſcriptū animaduerti, ſublato pectora tergo: ſed longe melius, lubrica terga: quod Seruius ét agnoſcit. ¶Iáq; exciſa trabe firma cauauit Robora.) In pverteri codice Longobardico, cauabat, habet: neq; obſtat quod pteritū ſubſequat, oſtédit.n. hoc celeritaté in cōficiendo negotio, cōſentiunt tñ omnes in, cauauit.

At domus interior gemitu, miſeroq; tumultu
Miſcetur, penitusq; cauę plangoribus ædes
Fœmineis vlulant, ferit aurea ſydera clamor.
Tum pauidæ tectis matres ingentibus errant,
Amplexæq; tenent poſtes, atq; oſcula figunt.
Inſtat vi patria Pyrrhus, nec clauſtra, nec ipſi
Cuſtodes ſufferre valent, labat ariete crebro
Ianua, & emoti procumbunt cardine poſtes,
Fit via vi, rumpunt aditus, primosq; trucidant,
Immiſſi Danai, & late loca milite complent.
Non ſic aggeribus ruptis quum ſpumeus amnis
Exiit, oppoſitasq; euicit gurgite moles:

SERVIVS.

❡At domus interior.) De Albano excidio tranſlatus eſt locus. ¶Tumultu.) Tumultus dictus, quaſi timor multus. Vnde alia bella dicta ſunt Italicus tumultus. Bene auté addidit. ¶Miſero:) quia eſt etiā terribilis. ¶Miſcet.) Perturbatur. vt, Nec quiſquam æratas acies ex agmine tanto Miſceri putet. ¶Cauę ædes.) Tecta camerata. Ædem auté numero ſingulari de templo tantum dicimus: plurali, & de domibus, & de téplis. Si aliter dictum inueneris, vſurpatum eſt: vt mella hordea. ¶Ferit clamor.) Secundum philoſophos qui dicunt vocé corpus eſſe. Bene ergo ferit. ¶Aurea ſydera.) Multi ad laquearia referūt, quod ſtultum eſt. ¶Pauidæ.) Pro pauétes. Pauidus eſt ſemp timés: Paués, ex cauſa: vt ſupra, furiatus & furioſus. ¶Amplexęq; tenét poſtes.) Apollonii locus: in quo inducitur Medea patré ſalutaſſe, & domū relinqués. ¶Vi patria.) Secūdū fidé gñis ſui: vt, Stirpis Achillæ faſtus.

Fertur in arua furens cumulo, camposq; per omneis
Cum ſtabulis armenta trahit, vidi ipſe furentem
Cæde Neoptolemum, geminosq; in limine Atridas:
Vidi Hecubam, cētumq; nurus, Priamumq; per aras
Sanguine fœdantem, quos ipſe ſacrauerat ignes.
Quinquaginta illi thalami, ſpes tanta nepotum,
Barbarico poſtes auro, ſpoliisq; ſuperbi
Procubuere, tenent Danai qua deficit ignis.

Item de Hercule, Salue vera Iouis ꝓles. ¶ Cardine.) A cardine. ¶ Non ſic aggeribus ruptis.) Vult oſtendere grauius vaſtatam Troiam, quàm agri fluuiorum eruptione vaſtent. Et ſciendum comparationes, aut pares eſſe, aut minores. ¶ Spumeus.) Pro ſpumoſus. ¶ Exijt.) Dicimus & exiuit. Sed v ſubtrahit Virgilius, vt breuē faciat ſequentē vocalem. ¶ Cumulo.) Augmento. ¶ Vidi ipſe furētē.) Vt, Quæq; ipſe miſerrima vidi. ¶ Geminos.) More ſuo fratres. Gemini aūt ſunt nō duo, ſed ſimul nati. ¶ Cētumq; nurus.) Aut finitus eſt numerus pro infinito. Aut certe ideo centū, quia Barbaroꝝ fuerat nō ſingulas coniuges habere, ſed plures. Aut illud dicit plures foeminas: vt Lucanus, Cultus geſtare decoros Vix nuribus rapuere mares. Hoc eſt fœminas. Aut centum per aras: licet incōgruū ſit, quia ſeqiur, Hæc ara tuebitur oēs: & vnus per centū aras occidi nō poterat. ¶ Quos ipſe ſacrauerat ignes.) Vt, Et relligioſa deoꝝ Limina. Per quod latenter oſtendit nihil ꝓdeſſe religionem. ¶ Fœdantem.) Hoc eſt cruentātem. ¶ Quinquaginta illi thalami.) Illi cèlebrati ab Homero. Et bene de thalamis verum expreſſit numerum. Poteſt enim vnus thalamus plures habere coniuges: & eſt zeugma, Quinquaginta thalami procubuere. ¶ Et poſtes ſuperbi auro barbarico.) Ideſt aut multo, aut vere Barbarico: quia πλησμόνη τῶν βαρβάρων. ¶ Spolijs ſuperbi.) Hoc fuit moris antiqui: vt ipſe in ſeptimo. Captiui pedēt currus curuæq; ſecures.

DONATVS.

¶ At domus interior ge.mi.q;.tu. Miſcet, penitusq;.c.c.æ. Fœmineis vlu.&c.) Creſcente deſperatione & intercepta ſpe clauſæ antea domus, plangebant fœminæ oēs, quæ iterius clamoribus atq; vlulatibus ꝓdebant hoſtibus extremam formidinem ſuā, q̄ res vtiq; accendebat hoſtes, vt ꝑficerent intentionē ſuam. deniq; ſequitur. ¶ Inſtat vi pa.p.) Quis enim nō ꝓuocaretur ad effectū pleniſſimum rerum audiendo talia & videndo? Deſcriptio autē domus atq; eius amplitudo nō fruſtra narrata eſt. in qua nō tantum ædificiorum ambitio præferebatur, verumetiā monſtrabatur nobilitas & ſuperior felicitas Priami. dixit enim. ¶ Apparent Priami &.v.p.r.) vt oſtenderet regnū, quod Priamus tenuit, per maiores eius ad eum ſuccedendo perueniſſe. quanti autem doloris fuit vna nocte cōcidiſſe penitus, quod per infinitos reges multis etiā ſeculis floruerat? Armatosq; vident.ſt.in.l.pri.) Ipſi ſunt, de quibus dixit, Imas obſedere fores. ¶ Nec clauſtra, nec ipſi Cuſtodes ſuf.v.l.a.c. Ianua, &.e.pro.c.p.) Cum eo magis Pyrrhus inſiſteret, qa viderat armatos interius, & euertendis foribus operam daret maiore vi, nec clauſtra, nec cuſtodes, qui intus aderāt, nec poſtes ipſi poterant ferre hoſtes. poſtes etiam poſſumus accipere, quoniam alio noīe etiā cuſtodes appellantur, dicti à cuſtodiendo. ipſis enim nitētibus ianua cuſtoditur, & firma ſtabilisq; perdurat, & quicquid in omni domo eſt, plena fide ſeruatur. oīa itaq; cum deficerent, cum ipſis euerſa poſtibus ad plenum obtinente violentia ceciderunt. ¶ Fit via vi rū.adi.primosq; tru.) Vis inquit, ianuam patefecit. vis aditum dedit ad interiora tendēdi, cæſis quā primum qui in ipſo veſtibulo primi violentis occurrerant. ¶ Nō ſic aggeribus &c.) Cōparatio, qua melius poſſit aduerti, qualis illa vis fuerit Pyrrhi, qualis etiā cæteroꝝ in torrentis cōparatione, qui imenſos aggeres & firmiſſimas obices rumpit, & ita effuſus ſæuit, vt quicquid inuenerit perdat aut rapiat. potiorē vult extitiſſe violentiā dicendo, nō ſic aggeribus ruptis cū ſpumeus amnis Exijt, oppoſitasq; euicit gurgite moles. ¶ Vidi ipſe furentem Cæde neo.&c.) Vidi, inquit, furore plurimos hoſtium ferri, & infinitoꝝ nō ſatiari ſupplicijs. ¶ Vidi Hecubā, cētumq; nurus &c.) Vidi, inquit, multa indigna. illic enim fuit auxilium prębens domui regis. inde cōtigit, vt malorum omnium ſpectator eſſet, qui venerat defenſurus, vt reſpōderet illi parti, qua dixit in libri iſtius capite. Quæq; ipſe miſerrima vidi, & eſt genus propoſitionis. nā dicturus eſt priameiæ mortis exitiū, vt oſtendat, qūo arces & ignis quos ipſe aliquando ſacrauerat, fædaſſet ſanguine ſuo. Tenent Danai qua deficit ignis. non dixit, tenent Danai qua ignis nō fuit, ſed qua deficit, vt oſtēderet oīa iam fuiſſe conſumpta. ignis enim vbi habuerit quod abſumat, viget. abſumptis aūt, quibus nutriebatur & vigebat, valere non poteſt. illā ergo parte ibant gręci, qua ignis deficeret. neq; adhuc ſupererat, quod ardere poſſet. exponamus nunc, quæ in hunc locum tractanda diſtulimus. ait enim vidi ipſe furentē cęde Neoptolemū, geminosq; i limine atridas. & eſt vidi neoptolemum, vidi geminos atridas, vbi intelligitur vidi. ſed & Atridas debemus furentes intelligere, vt Neoptolemum. Vidi Hecubam, cētumq; nurus, Priamumq;. hic quoq; ter accipiēdum eſt vidi, vt ſit vidi Hecubam, vidi nurus, vidi Priamum, hucusq; intelligēdum eſt vidi, quod ipſum noluit crebro ponere, ne inferret dictioni fœditatem. item dixit, qnquaginta illi thalami, ſpes tanta nepotum, Barbarico poſtes auro, ſpoliisq; ſuperbi ꝓcubuere. ſicuti ad omnia aptatum eſt vidi, ita & in cōmunibus reſpōdet ꝓcubuere. hoc modo ꝓcubuerunt, inquit, qnquaginta thalami cū tanta nepotum ſpe, ꝓcubuerunt, & poſtes barbarico auro ſuperbi, & ſpolijs. Aurum barbaricum ad ornatum poſtiū pertinet, eorūq; fabricam, qua fuerāt ſuperbi. fabrica autē barbarica, vt nomen ſit artis. opus qppe quod barbaricum dicitur, cæteris pręſtat. Item ſpolijs ſuperbi. i. gloriam oſtendentes prętereuntibus eoꝝ dominoꝝ, q illa pugnando atq; vincendo detraxiſſent hoſtibus ſuperatis. ſuperbi ergo ornatu artis atq; materiæ, ſuperbi etiam ſpolijs.

ASCENSIVS.

¶ At domus interior.) Ad excitandam commiſerationem, recenſet muliebrem vlulatum, quem tunc veroſimile eſt factū quum facta tali feneſtra hoſtes conſpicerentur. vnde Donatus: Plangebant fœminæ, & ſummis vlulatibus prodebant hoſtibus ſuā formidinē qua augebatur illis ſpes: ergo. ¶ Inſtat vi patria Pyrrhus) Quis enim nō prouocaretur audiēdo talia: deſcriprio autem regiæ auget nobilitatē & amplitudinem, felicitatēq; Priami: Veterū regum, vt oſtenderet regnum Priamo à maioribus ſuis ꝑueniſſe. Quantus autem dolor vt vna nocte cōciderit, quod per infinitos reges, multis etiam ſeculis, ſeruatum fuerat? Nec ipſi cuſtodes vigiles, de quibus dixerat, imas obſedere fores. poſſumus etiam cuſtodes ipſos, poſtes intelligere, quoniam cuſtodes à cuſtodiendo appellantur, quum igitur omnia deficerent. ¶ Fit via vi.) Vis (inquit) ianuam patefecit: vis aditum ad interiora tenenda recluſit. ¶ Vidi Hecubam.) Et reliqua. Reſpondet ad id quæq; ipſe miſerrima vidi, fuit ergo cædis eoꝝ hoīum ſpectator, quos venerat defenſurus. ¶ Qua defi.ig.) Omnia ignis occupauerat: ſed quum cōſumptis rebus, ignis extinguatꝰ. ¶ Dan.) Occupabāt ea loca in quibus nō dixit, nō fuit ignis, ſed iā deficiebat. ¶ Superbi.) Ornatu artis, & materia. ¶ Ordo eſt. At. i. ſed: domus iterior vbi. ſ. fœminę, & infantes erant: miſcetur. i. confunditur gemitu, & miſerto tumultu, & ędes cauę. i. tecta camerata: vlulant. i. vlulatum dant: penitus. i. pene intus in penetralibus plāgoribus fœmineis. i. fœminininis, & muliebrib. clamor ferit ſydera aurea micātia. (Ser. dicit ſtultos qui ad ſydera in laquearibus depicta referunt: ſed non penitus abſurdum eſt: nam in cameris ſolet cœlum depingi ſupra verticem, verum mallem ad ſydera cœlęſtia referre, vt clamor ſublatus ad ætera, ad hoſtesq; perueniſſe dicatur.) tum. i. deinde matres pauidæ: non ſolum pauentes, ſed naturaliter pauidę errant. i. diſcurrunt palantes. i. errantes: ingentibus tectis. i. per ingentia tecta: & amplexę poſtes tenent, ſupp. eos, atq; figunt oſcula: vti rei charę quā derelinquere cogunt, mulieres ſolent. Pyrrhus inſtat vi. i. violētia. patria. i. paterna, qua pater eius Achilles in tali ſucceſſu inſtare ſolebat: nec clauſtra, nec ipſi cuſtodes valent: ſufferre. i. ſuſtinere vim & impetum eius. ianua labat i. ꝓcumbit: ariete. i. machina bellica, cornuta frōte, in morē arietis facta: crebro. i. frequenter impulſa: & poſtes procumbūt, emoti cardine. i. ex loco in quo fixi erant: via. i. tranſitus, aut acceſſus fit, vi. i. violentia, inuitis Troianis: & ipſi Danai immiſſi, rūpunt i. rumpendo obſtacula faciunt: adytus. i. acceſſus: & trucidāt primos. i. quos primos offendunt obſtantes: & complent loca late milite. i. agminatim irrūpunt. Amnis ſpumeus. i. ſpumoſus: non: fertur ſic, ideſt tam violenter in arua: furens cumulo, ideſt impetu multo aquarum: quum, ideſt quando trahit armenta, ideſt pecora magna: cum ſtabulis per oēs cāpos: & hoc quū. i. poſt quādo exit. ſ. alueum ſuum: aggeribus, ideſt rebus aggeſtis ruptis. i. diſſipatis: & quum euicit gurgite, ideſt impetu aquarum: moles oppoſitas. i. obices: non dico, ſic fertur vt Gręci ferebantꝰ in aulam Priami. Ipſe. i. ego vidi Neoptolemum, ideſt nouum militē Pyrrhum furentem cæde. i. occiſione, quam exultans victoria & improbus annis faciebat; vnde ſignanter Neoptolemū hic dicit: &

Ordo.

vidi geminos Atridas.ſ.Agamẽnonem,& Menelaũ,ſup.furẽtes cęde ꝑmo in limine.i.in primo ĩgreſſu obuios.ſ.quoſq; trucidãtes. Vidi ẽt Hecubã Priami cõiugẽ:& centum.i.plurimas:nurus i.cõiuges filioꝝ eius:& vidi Priamũ fœdantem.i. ĩbuentem:ſanguine.ſ.ſacrificioꝝ:per aras.i.ſup ipſas aras:ignes quos ipſe ſacrauerat. Quinquaginta thalami.i.camerę nuptiales in quibus nurus erant:erãt ſup.illi,(quem numeꝝ ẽt Homerus celebrat)& tãta.i.tam magna ſpes nepotum erat,ſup.illi:aut ordo eſt:qnquaginta thalami,appoſitorie,ſpes tanta nepotum procubuere illi.i. in damnum & dolorem illius:& poſtes ſuperbi.i.ſuperbe extructi,& magnifice decoratitauro Barbarico.i.à Barbaris ablato,& ſpoliis.ſ.Barbarorum illis affixis:procubuere.i. procubuerũt Danai:tenent.i.occupant,ſupp.ab ea parte qua ignis deficit.i.deeſt, aut propter obſtaculum amplius cremare nequit.

PIERIVS.

¶ Amplexæq́; tenẽt poſtes.) Hoc aũt loco,poſtis, plurimum in antiqs exẽplaribus inueniť. Varie vero ſemꝑ diſputatũ ab authoribus,vtrũ caſus plu.hmõi noium tertiæ declinationis per is,an per,es,enunciari debeant. Nã ex veteribus grãmaticis nõ deſunt qui ſuꝑ hoc caſu p̃cęptum hoc obſeruandũ eſſe ſentiant,vt quãdo genitiuus caſus numeri plu.u,m,literis ante cõſonantẽ concludiť:tunc accuſatiuus caſus numeri plu.e,s, literis definiatur, vtputa,horũ parietum,hos parietes. At vero tũc accuſatiuus caſus numeri plur.i,s,literis cõcludať,quũ genitiuus caſus nume. plu.i,u,m, literis definitur,vtputa,hos talis,qm̃,horum talium facere demõſtratur. Quod p̃cęptum,vt ĩperite datum redarguit Probus in arte. Quandoquidẽ ſunt nomina , quæ genitiuo caſu numeri plu.i,u,m, literis definiantur,& accuſatiuo caſu nume. plu.e,s,literis concludanť:vtputa,harũ nubiũ(ait ille,)num q̃dem,has nubis:ſed has nubes facere ꝓnunciať. Item ſunt noĩa quæ genitiuo caſu nume.plu.u,m,literis ante conſonantem cõcluduntur,& accuſatiuo caſu nume.plu.i,s , literis concludanť, vtputa,hoꝝ parẽtum,hos parẽtis. Quo ſono Sallu. Per liberos, atq; parentis veſtros,ſciuit eſſe pronunciandum. Item ſunt nomina,quę genitiuo caſu nume.plu.i,u,m,literis definianť,& accuſatiuo caſu nu.plu.e,s,& i,s, literis cõcludanť,vtputa,horum poſtiũ,hos poſtes,& hos poſtis,qua ratione p̃cipuus Maro eoſdẽ poſtes,ex vtroq; ſono ꝓnũciauit, Amplexęq́; tenent poſtes. itẽ: Poſtisq́;,ſub ipſos nitũtur gradibus. Sane quidẽ in Mediceo caſus huiuſmodi plurimum per,i,s,ſcribũtur,hoc vero loco poſtes,ſcriptum eſt,ex Probi ſentẽtia. ¶ Emoti procumbũt cardine poſtes.) No. Marcellus,emoto:agnoſcit,vbi hoc verſu)teſte Virgilio)cardinẽ,virili genere ꝓtuliſſe dicit. Nulla enim alia dictio eſt ex qua genus apparere poſſit. Nã ex veteribus ſunt,q hãc cardinem dixerint. vt illud, Sonat impulſa regia cardo. ¶ Spes tanta nepotũ.) Sunt qui dicant in codicibus aliquot antiquis ſcriptum eſſe,ſpes illa nepotum,ego lectionẽ eã nuſq̃; in exẽplaribus quæ mihi verſare contigit,inueni:ſed tanta,fere paſſim:quam lectionem Donatus agnoſcit,in vno tantum,quanta,per exclamationem habetur:& ampla,ſcriptum in Mediceo codice vetuſto:tanta,tamen melius.

Forſiran & Priami fuerint quæ fata requiras.
Vrbis vbi captæ caſum,conuulſaq́; vidit
Limina tectorum,& medium in penetralibus hoſtẽ,
Arma diu ſenior deſueta trementibus æuo
Circundat nequidquam humeris,& inutile ferrum
Cingitur,ac denſos fertur moriturus in hoſteis.
Ædibus in mediis,nudoq́; ſub ætheris axe
Ingens ara fuit,iuxtaq́; veterrima laurus
Incumbens aræ,atq; vmbra complexa penates.
Hic Hecuba,& natæ nequidquam altaria circum
Præcipites,atra ceu tempeſtate columbæ
Condenſæ,& diuum amplexæ ſimulachra tenebant.
Ipſum autem ſumptis Priamum iuuenilibus armis
Vt vidit,quæ mens tam dira miſerrime coniunx
Impulit his cingi telis?aut quo ruis?inquit.
Non tali auxilio,nec defenſoribus iſtis
Tempus eget,non ſi ipſe meus nunc adforet Hector.
Huc tandem concede,hæc ara tuebitur omneis,
Aut moriere ſimul.ſic ore effata,recæpit
Ad ſeſe,& ſacra longæuum in ſede locauit.
Ecce autem elapſus Pyrrhi de cæde Polytes
Vnus natorum Priami,per tela,per hoſtes,
Porticibus longis fugit,& vacua atria luſtrat
Saucius,illum ardens infeſto vulnere Pyrrhus
Inſequitur,iam,iamq́; manu tenet,& premit haſta.
Vt tandem ante oculos euaſit,& ora parentum
Concidit,ac multo vitam cum ſanguine fudit.

SERVIVS.

¶ Forſitan & Priami fuerint quæ fata requiras.) Bono vſus eſt ordine:vt antè reipublicæ, poſt regis,inde priuati,hoc eſt ſua,fata narraret. De morte autẽ Priami varie lectum eſt. Aliĳ dicunt ꝙ à Pyrrho in domo q̃dẽ ſua captus eſt:ſed ad tumulum Achillis tractus:occiſuſq́; eſt iuxta Sigęum ꝓmontoriũ. Nã in Rhœtæo Aiax ſepultus eſt:tunc eius caput conto fixũ circumtulit. Aliĳ vero ꝙ iuxta Hercæi Iouis aram extinctus ſit,dicunt. Vnde Lucanus. Hercæas monſtrator ait,non reſpicis aras? Et hanc opinionẽ plene Virgilius ſequitur. Licet etiã illam prælibet,vt ſuo indicauimus loco. ¶ Mediũ hoſtẽ.) Hypallage eſt,in mediĳs ædibus.) Si aũt mediĳs legeris,nõ ſtat verſus,niſi excluſo s,vt,inter ſe coiiſſe viros,& decernere ferro. Et bene Priamum niſi in extremis armat periculis. ¶ Trementibus ęuo.) Non timore. ¶ Circundat.) Non apte ſibi cohęrere facit : ſed potius oneri ſumit.) Inutile ferrum) Ipſe inutilis. Ferrum enim de his eſt quæ ex coniunctis ſumunt epitheta : vt venenum. ¶ Nudo ſub axe.) Hoc eſt ſub diuo : quod impluuium dicitur. Axis,autem eſt aut plauſtrum ſeptentrionale:aut pars ſeptentrionis,aut ſpiritus,quo mũdus mouetur,ſicut docet Lucanus. ¶ Veterrima.) Vſurpatum eſt. Ergo,vt ſupra diximus , hoc tantũ ſi neceſſe ſit,licet. ¶ Complexa penates.) Penates ſunt omnes Dĳ qui domi coluntur. ¶ Nequicquam.) Aut ſecundum Epicureos: aut propter vim bellicam. ¶ Altaria.) Superorum & arę ſunt,& altaria: Inferorum,tantum aræ. Ara autem dicitur à precibus, quas Græci ἀρὰς dicunt,vt vnde contrà imprecatio κατάρα dicitur. ¶ Præcipites.) Feſtinæ,propter tẽpeſtatẽ:& bene. ¶ Atra.) addidit,quia eſt & clara,vt, Vnde hęc tam clara repente Tempeſtas? ¶ Dira.) Modo ꝓprie. Dira enim eſt deoꝝ ira. Ergo quę mẽs dira,ideſt infuſa ex deorum ira. ¶ Ruis,) Aut feſtinas , aut incedis ſeniliter. ¶ Non ſi ipſe meus.) Subaudis filius poſſet defendere. ¶ Ore effata.) Abundat Ore. ¶ Vacua.) Magna , quæ difficile complentur. ¶ Infeſto vulnere.) Bonum ſchema,vulnus ꝓ telo. ¶ Euaſit.) Peruenit. ¶ Vitam cum ſanguine fudit.) Modo eos ſequitur,qui ſanguinẽ, ſedem vitæ volunt. Alibi eos, qui ipſum ſanguinem vitã volunt:vt, Purpuream vomit ille animam.

DONATVS.

¶ Forſitan & Priami ſue.q̃ fata re.) Vtitur referens magno cõpendio,vt quod ſciebat quęri potuiſſe,ſpõte ingerat,prius q̃; expectet ĩterrogationẽ. mala.n. ſua & plena crudelitatis vel maxime tẽpore , quo qes oĩbus optabatur,debuit maturius facto fine cõcludere. forſitan,inquit,& Priami fuerint q̃ fata reqras,dicẽdo,& Priami, oſtẽdit oẽs quoꝝ ſupra meminit eſſe cõſumptos. Ilicet iam dixerit oĩa procubuiſſe , dixerit etiam Priamum ipſum ĩteriiſſe cum aras fœdaſſet ſanguine ſuo.tamen nõ hoc idẽ repetit,ſed ordinem nunc & genus mortis eius exponit,& ĩdignũ exitum vitæ,fortunamq́; eius miſerabilem memorat. ¶ Vrbis vti.c.c.c.q.v. Limia.t. &c.) Creſcentium maloꝝ vbi ſic fieri vidit augmenta,vbi nihil iã niſi captiuitas ſupeſſet . capta n.ciuitate,qd reſtabat ſpei?acceſſum eſt ad limẽ domus. ſumpſit augmentũ deſperatio. hoſtis nõ tm̃ ingreſſus,verũetiam vſq; ad penetralia ꝑuenit, quod fuit extremum. qd facere debuit ſapientiſſimus rex niſi captiuitatẽ indignã qualicũq; mortis exitu pręuenire?ĩferre ſibi manus nec poterat nec audebat. ¶ Circundat.) Bis accipiẽdum eſt circũdat, vt ſit,circundat arma,circundat ferrum. ¶ Cingitur,ac dẽ.f.m.in ho.) Viſum eſt & arma capere,non vt iniret pugnam,aut certando victoriã quæreret,ſed vt in armis poſitus,ꝓ integro & forti ꝓcumberet. Deſueta tremẽtibus æuo circundat nequicq̃; humeris,& inutile ferrum. Et ꝑſonam & res inutiles poſuit,nã diu deſueta arma,hoc eſt quę in vſu eſſe deſierãt ſuperueniente domini ſenectute,perindeq́; otioſi & feſſi,ac per hoc vetuſtate corrupta, humeris antiquitate diſſolutis impoſuit,& inutile ferrum quod abſumpſiſſet rubigo lõgi temporis. His geſtis cingitur,hoc eſt armaturi,

maturi,& quaſi certaturi ſpecie in confertos hoſtes moriturus egreditur, ille vſqueadeo affectum moriendi habuit, vt vnus ſenex otio quoq; lōgiſſimo diſſolutus deſuetudine torpidus, iſſet in hoſtes denſos, authorem ſuæ mortis facile inuenturus in plurimis. Hoc loco pleriq; errantes putant, Priamum amentia quadā ductum hoc vel temeritate feciſſe, quod fecit cōſilio & ſingulari prudentia, qua vti ſolent in extremis ſapientes, vt moreretur potius q̃ captiuitatis ludibrijs ſubiaceret. ſed falluntur iſti, diſcedentes ex ſubiectis. poeta.n. diuino ingenio p̄ditus loca ſemꝑ ac tempora ꝑſonasq; pertractans, dedit viro prudentiam, & in aduerſis aptiſſimā cōſilij definitionē, qm̃ hoſtes obtinuerāt patriā, poſſederant domū, penetralia quoq; diripiebant. tēporis in perſonā mulieris alia ſententia fuit, quæ pro ingenio fœminei ſexus arbitrata virum ſuum turbatū ex p̄ſentibus amētia ferri. ⸿ Quæ mens tā dira mi.cō. Impulit.h.c.t.&c.) Tractauit Hecuba, perſonam ſenis nō cōuenire laboribus belli, exiſtimans illū vincendi cauſa veluti certandi ſtimulo ꝓuocari. arma certe ipſa rubigine ac vetuſtate & deſuetudine corrupta nullo dimicaturi cōmodo ꝓfutura, nō poſſe à ſene defendi patriam illo vel maxime tēpore, quo iuuenes & fortiſſimi perierāt, nec loci eſſe fiduciam, quū iam hoſtes in ipſis domus penetralibus degerent. Nō tm̃ ipſum perditis oībus ſubuenire nō poſſe, ſed ne ipſum qdem Hectorē, ſi etiam tunc māſiſſet icolumis, huc tandē cōcede, hæc ara tuebitur oēs, aut moriere ſimul. Aliquid numinis ara iſta retinet, oēs faciet ſaluos, aut ſi nihil valuerit, oēs pariter moriemur. ⸿ Sic ore effata.r.a.ſeſe,& ſa.lō.in ſe.lo.) Cuius ætatis fuit vel qualium virium inde apparet, quādo hunc mulier anus ab incœpto reuocauit, & in ſacra ſede cōſtituit. ⸿ Ecce aūt elapſus.p.de.c.p. Vnus.n. P.per te,ꝑ ho.&c.) Fortunam Priami, quem ſupra poſuit poeta, deſcribit. voluit.n.mori, occurrit vxor ne fieret, ſed caſus attulit viā pereundi, polytes quippe vnus ex filijs eius Pyrrhi vulnere letali ꝑcuſſus ſeruauit ex euentu aīam, donec ad conſpectum parentū fugiens ꝑueniret, ſed vrgente hoſte, & ita iminente, vt alio ictu ſaucium grauius premeret, cōcidit, & mortuus eſt. hic poeta definit aīam eſſe ſanguinē aut in ſanguine eſſe aīam, deniq; effuſo polyte ſanguine, aīa quoq; cū ipſo cōſumpta eſt. ecce fortuna Priami & fatum, cuius cauſa factum eſt, vt filius eius letaliter ꝑcuſſus vicerit valentē hoſtē, vt ante oculos patrios caderet.

ASCENSIVS.

¶ Forſitan,&c.) Poſt excidium multorum Troianorum, & captionem regiæ Priami, affectabat, vt veroſimile eſt Dido audire exitū Priami: quē nunc recitaturus eſt: vnde Dona. dicit ſic. ⸿ Forſitan & Priami) Bono cōpendio vtitur, vt vltro ſuggerat, quod interrogari poterat. Debebat enim eo tempore quod omnibus quietem deſtinauerat, vti breuitate. Exponit igit̃ quomodo ſanguine aras fœdauerat. ⸿ Vrbis vbi captę.) Quum iam nihil eſſet reliqui de vrbe regiaq; ſua: nullaq; omnino ſpes reſtaret: ſtatuit ſapiens, & forti animo rex quacunq; morte captiuitatem fugere arma capit. nō vt peteret victoriā, ſed vt in armis poſitus viriliter obcūberet. Ponit aūt & hoīem & arma inutilia, qm̃ ipſe ſenex iam diu arma nō ſumpſerat: vnde illa rubigine contabuerant, & inutilia reddita erāt. ⸿ His.) Armis: authorem mortis quærit: nō amentia, ſed ſapientia, vt morte captiuitatē fugiat: ergo, ſapientiſſimus poeta decorum in hoc rege ſeruauit. Dedit & conuenientem naturam mulieri, & reginæ, & vxori. ⸿ Recæpit.) Quam im bellis eſſet, ex eo apparet quod mulier anus, eum ab incœpto ſeuocauit. ⸿ Ecce autē elapſus.) Voluit mori Priamus: vetuit vxor

Ordo. at caſus attulit ſibi quod cupiebat. ¶ Ordo eſt. Tu requiras.i. requirere poſſis forſitan,&.i. etiam quæ fuerint fata Priami: & incipit narrare, dicēs: vbi ideſt poſtquam Priamus, ſupple vidit caſum, ideſt ruinam & excidium vrbis ſcilicet Troiæ captæ.ſ. à Græcis: & vidit limina tectorum, cōuulſa, ideſt à ſedibus ſuis ſimul auulſa: & vidit hoſtem medium: pro, in mediis: penetralibus ipſe ſenior circundat nequidquam.i. fruſtra, & ad nihil commodi: humeris trementib. æuo, ideſt præ ſenio, non præ timore: arma deſueta.i. deſita diu, & cingitur ferrum inutile.i. quo tunc proſpere vti nequiret, & fertur moriturus in denſos hoſtes. Ingēs ara fuit in medijs ædibus: & ſub nudo axe ætheris.i. ſub dio: in proambulachro regiæ, ſicut in clauſtris religioſorum, conſpicimus aream circūſeptam porticu: & laurus veterrima.i. vetuſtiſſima (ab antiquo: nam veter dicebatur: vnde abuſiue, veteri, in ablatiuo fit.) erat iuxta, ideſt prope aram incumbens aræ.i. inflexa ſupra aram, & complexa penates vmbra.ſ. ſua: Hecuba, & natæ, ideſt filiæ: & nurus, ſup. erant hic, nequidquā, ideſt fruſtra circum altaria: condenſæ.i. compreſſæ, quod timoris idicium eſt: & ipſe amplexæ, ideſt amplectentes tenebāt: hoc eſt, amplexu ſuo tenebāt: ſimulachra diuum.ſ. penatium: ceu ideſt veluti colūbę: ſupple cōuolant præcipites, ſupple in: aut ſub tempeſtate atra.i. nymboſa, & ipſis inimica. Autem, pro ſed: vt, ideſt poſtquam: Hecuba, ſupple videt Priamum iam ſenem, armis iuuenilibus ſumptis.i. poſtquam ſumpſerat arma iuuenilia: inquit, o miſerrime coniux, ideſt marite: quæ mens tam dira.i. ſaluti tuæ tam aduerſa, aut tam furiata (nam diræ etiam, furiæ ſunt:) impulit te cingi: his.i. iuuenilibus & tibi inutilibus telis: aut quo ruis.i. præceps abis: tempus.ſ. pręſens.i. ſtatus rerum pręſentium: non eget tali auxilio, quale.ſ. tu afferre potes: nec iſtis.i. inutilibus, & decrepitis cuiuſmodi tu es: defenſoribus, ſed, ſup. longe præſtantiore, & præſtantioribus: non, ſi ipſe Hector meus.ſ. filius: adforet.i. adeſſet, ſupp. egeret tali pręſidio, quale ipſe pręſtare poſſit, quum ſerum ſit. Concede tandem.i. poſt diuturnam amētiam tuam: huc, ideſt ad me: hæc ara tuebitur.i. proteget omnes, ſup. nos: aut moriere ſimul.i. nobiſcum: ipſa effata.i. eloquuta ſic: ore.i. etiam geſtu oris & non ſolis indicijs, vt vecordes mulieres quę in tali caſu eloqui neſciunt: ſolent (aut, vacat ore) recępit ad ſeſſe, & locauit lōgęuū i. longi ęui maritum: in ſede ſacrata, in qua.ſ. ſummus pontifex ſedere ſolebat. Alludit ad primores Romę, qui dum vrbs à Gallis caperetur, in inſignibus ſuis pro foribus ſedebant. Autem, pro ſed, ecce. q.d. pręter ſpem & cōmodum: Polytes vnus natorum i. filiorum Priami: elapſus de cæde Pyrrhi, ideſt quam Pyrrhus faciebat in alios, & in hunc facere parabat: fugit per tela. per hoſtes lōgis porticibus.i. per porticus longas: & ipſe ſaucius.i. vulneratus: luſtrat.i. oculis circunſpicit: atria vacua.i. in quibus iam nullus remanſerat ad quem ſe reciperet. Pyrrhus ardens inſequitur illum vulnere.i. telo quo vulnus faciat: infeſto.i. vim illaturo & tenet manu iam, iamq;.i. in ꝓximo eſt, vt teneat, & vix quidquam intereſt: & præmit haſta.ſ. infecta: vt.i. poſtq̃, ſup. Polytes euaſit tandem ante oculos, & ora parentum.ſ. Priami & Hecubæ concidit: & fudit vitam cum multo ſanguine in quo ſedes animę atq; vitæ à nonnullis creditur.

PIERIVS.

¶ Et mediū in penetralibus hoſtē.) Quia pluribus in cod. antiqs legere erat, mediis in penetralibus: ea eloquutione, quæ ſeſe etiā inferius offert. Medijs hoſtē in penetralibus: grāmatici, vt ſtaret verſus. Medium qppe hoſtē: correxere. Quod ſi quis verſus quoſdā exleges, vel anapęſticos potius, alteriusq; generis iſertos Virgilio nolit condonare: aut eliſionem, s, literę cum vocali applicita nō admittat, habebit is codices venerabilis antiqtatis Mediceū, & alios in qbus, medijs penetralibus, abſq;, in, præpoſitione legat̃: eloquutione Virgilio admodum familiari. Neq; tamen hoc ita dicimus, vt lectionē vulgatā iprobemus, quę recte & ipſa ꝓcedit, hoc modo: Mediū, in penetralibus hoſtem. ⸿ Dēſos fert̃ moriturus in hoſtes.) In antiqs aliquot exēplaribus, ad hoſtes, legit̃ nō inepte, cui quidē lectioni adſtipulat̃ ēt codex ille perue tus, in quo ſemꝑ, ad, p̄poſitio per, t, notat̃: in eo enim, at hoſtes, legitur: agnoſcit tamē Ti. Donatus vulgatā lectionem, in hoſtes. ⸿ Et diuum amplexę ſimulachra tenebant.) Mediceus & antiqui fere omnes codices, ſedebant, habēt: quod eſt mulierum ꝓpriū, vt apud Homerum ſępe, pauloq; infra Hecuba Priamum ad ſeſe recipit, & longęuum in ſede locat. ⸿ Iuuenilibus armis.) Multorum codicum, & authorum teſtimonio, iuuenalibus, ꝑ, a, media ſyllaba legendum, alibi indicauimus. ⸿ Illum ardens infeſto vulnere Pyrrhus Inſequit̃.) In perueteri codic. Oblongo legere eſt infeſto in vulnere. Saucius enim erat Polytes. Sed enim Seruius ſchema laudat, vulnere pro telo, & abſq;, in, in alijs cod. habetur. ⸿ Vt tandem ante oculos euaſit, & ora parentum.) In quibuſdā veteribus codicibus eſt: Ante oculos euaſit, & ante parētum. Sed omnino corrupte: inde autem emanauit error, quod ea præpoſitio addita legitur in pleriſq; codicibus ſuperne pro paraphraſi. ⸿ Vitam cum ſanguine fudit.) In antiquis pleriſq; codici. ſundit habetur, res enim huiuſmodi per tempus præſens enarratæ, magis mouent.

SERVIVS.

¶ Hic.) Ideſt tunc. ⸿ Media.) autem manifeſta: & poteſt referri, vel ad Priamum, vel ad Polytem. ⸿ Si qua eſt.) Vel ſecundum Epicureos, vel deſperat: quia impune ante aras cōſpicit cędē. ⸿ Curet.) Vlciſcat̃. ⸿ Grates.) Prout res fuerit, vel in bonis vel in malis dicunt̃, ſicut

Hic Priamus, quāquam in media iam morte tenetur,
Non tamen abſtinuit, nec voci, iræq; pepercit.
⸿ At tibi ꝓ ſcelere, exclamat, pro talibus auſis. PRIA.

Dii,ſiqua eſt cœlo pietas,quæ talia curet,
Perſoluant grates dignas,& præmia reddant
Debita,qui nati coram me cernere letum
Feciſti,& patrios fœdaſti funere vultus.
At non ille,ſatum quo te mentiris,Achilles
Talis in hoſte fuit Priamo:ſed iura,fidemq́;
Supplicis erubuit,corpusq́; exangue ſepulchro
Reddidit Hectoreum,meq́; in mea regna remiſit.
¶Sic fatus ſenior,telumq́; imbelle ſine ictu ÆNEAS
Coniecit,rauco quod protinus ære repulſum,
Et ſummo clypei nequidquam vmbone pependit.
Cui Pyrrus.¶Referes ergo hæc,& nuncius ibis PYR.
Pelidæ genitori,illi mea triſtia facta,
Degeneremq́; Neoptolemum narrare memento,
Nūc morere.¶Hæc dicēs altaria ad ipſa tremētē ÆN.
Traxit,& in multo lapſantem ſanguine nati,
Implicuitq́; comam læua,dextraq́; coruſcum
Extulit,ac lateri capulo tenus abdidit enſem.
Hæc finis Priami fatorum,hic exitus illum
Sorte tulit,Troiam incenſam,& prolapſa videntem
Pergama,tot quondam populis,terriſq́; ſuperbum
Regnatorem Aſiæ:iacet ingens littore truncus,
Auulſumq́; humeris caput,& ſine nomine corpus.

ſicut præmia.¶Me cernere.) De ſpectaculo quæritur:nō de morte.¶Coram.) Modo aduerbium tēporis eſt:quia verbo cohæret:vt, Coram quem quæritis adſum.¶Funere.) Cadauere: ab eo quod præcedit, id quod ſequitur. Funus,enim eſt iam ardens cadauer. Quod dum portatur, exequias dicimus:crematum,reliquias:conditum,iam ſepultum.¶In hoſte Priamo.) Aut Archaiſmos eſt.aut in hoſte,ideſt cum hoſtem gereret,quum ipſe hoſtis eſſet.¶Sed iura fidéq;.) Quia (quod Homerus mutat) dicitur Priamus duce Mercurio ingreſſus Achillis tentoria excitatum rogaſſe,quem dormientē poſſet occidere. Iura vero,ꝙ à rege rogabatur.¶Remiſit.) Comitatus vſq; ad Troiā eſt.¶Imbelle.) Inutile ferrum.¶Nequicquam.) Non.ſic Perſius,Nequicq̄; fundo ſuſpiret nummus in imo.¶Referes ergo hæc.) Sarcaſmos eſt,ꝓ iocus cum amaritudine. vt,En agros:& quam bello Troiam petiſti Heſperiam.Antiſmos autē eſt vrbanitas ſine iracundia:vt, Atq; idē iungat vulpes,& mulgeat hircos.¶Degenerē.) Non reſpondentem moribus patris.¶Altaria ad ipſa.) Vnde ſperabat auxiliū.¶Dextraq́; corruſcum extulit.) Corruſcū,ſi ornatū gēmis caput regis acceperis,ſenſus talis eſt,Sublato capite gladium in vaginam recondit,quæ lateri ſemper cohæret.Si vero coruſcum gladium vis intelligere:lateri Priami īfixum accipe:& κατὰ τὸ σιωπώμενον:poſtea caput eſſe ſublatum.¶Hæc finis.) Omnia latina nomina,inanima,ſimplicia,à verbo non venientia;nis,ſyllaba terminata,maſculina ſunt.Inanima, propter canis:ſimplicia,ꝓpter bipennis:à verbo nō venientia,propter finis. Ergo clunis Iuuenalis bene dixit,Tremulo deſcendunt clune puellæ.Horatius male,Quod pulchrę clunes.¶Hic.) Talis.vt,Hunc ego te Euryale aſpicio?¶Sorte.) Fatali neceſſitate.¶Troiam īncēſam.) Pro Ilium.¶Pergama.) Proprie Troianę arces ſunt:vnde κατ᾽ ἐξοχὴν arces omnes pergama dicuntur:vt Poetam dicimus, & intelligimus Virgilium.¶Regnatorem Aſiæ.) Quia imperauerat & Phrygiæ & Mygdoniæ.¶Iacet ingens littore truncus.) Pompeii tangit hiſtoriam.Quod autem dicit Littore,illud, vt ſupra diximus,reſpicit,quod in Pacuuij tragœdia cōtinetur. Quod autem Donatus dicit Litus, locum eſſe ante aras,à litando dictū: ratione caret.Nam à litando,li,breuis eſt:& ſtare non poteſt verſus.¶Sine nomine.) Sine agnitione.

DONATVS.

❡Hic Priamus.q.in.m.i.m.t.Non tame.a.n.v.irę́q; pe.) Ecce inuenta eſt quęſitę mortis occaſio.nā Pyrrhus potuit Polyten ſaucium fortis & valēs ſequi fugientē,nec perlōga ſpatia currens alicuius ꝑcuſſionē accepit.totum.n.fortuna ſeruauerat Priamo,vt cauſas mortis quas quęrebat incurreret.deniq; factum eſt,nā excitatus luctu & acerbitate mortis filij,īmaniſſimi hoſtis ferā naturā maledictis in ſe duriſſimis prouocabat.¶At tibi pro.ſ.e.p.t.a.Di,inquit,ſiqua.e.c.p.&c.) Di tibi,hoc eſt,ꝓ præſentes,ad quorū ſe ſuffragium defenſioné́q; contulerat.& ſi eſt in cœlo aliqua pietas numinum,quę nefarię cōmiſſa reciprocis vltionibus vindicent,perſoluant meritis tuis deteſtabilibus congrua.incipit iam vnius facti crimina memorare,dilatans inuidiā,quāuis in hoſtis ꝑſonam.¶Qui nati co.m.c.l.Feciſti &.p.fœ.f.v.) Hoc ex occaſione obijciebat Pyrrho ꝓ crimine,quaſi polyten ipſe diſtuliſſet,vt ante ora parentum occūberet,quaſi quod caſus attulerat,alterius culpę debuerat applicari,qui nati coram me cernere letum feciſti,& patrios fœdaſti funere vultus.Nō culpat hoſtem ꝙ polyten occidit.ſtulte quippe faceret hoc reprehēdere in eo,quod (vt diximus) iure belli faciebat,aut fecerat,ſed hoc culpat, quod nō hoſtis ſed euentus attulerat,quod nō faceret niſi dolēs & deſiderans mori,poſt maledicta ēt cōuitia ſubnexuit,dicēs.¶At nō ille ſatū.q.t.m.A.Talis in.h.f.P.&c.) Places tibi,inquit,& nobilitate

paterni

paterni nominis gaudes, quū Achilles pater tuus nō ſit,hoc eſt quū Achilles pater tuus nō ſit,mater tua in Achillis matrimonium poſita, te adulterio cōceptum ꝓtulit. hoc verum eſſe argumēto confirmat.ſi filius,inquit,Achillis eſſes,ſeruares in perſona mea, quod ille moderatione cuſtodita ſeruauit.nam cū ad eum ſupplex iſſem,erubuit potius, & doluit fortuna mea,qua mihi in aduerſis gratulatus eſt.corpusq́; Hectoris reddidit,& me remiſit in ſtatū,quo fui.qa adſtruebat Achillis factū,⁊ volebat eū iuſte aliquid oſtendere præſtitiſſe,vt ex hoc deformaret ꝑſonam Pyrrhi,tacuit ille ſcelerati hōis funus ꝓcepto auri ingēti pondere,dimiſit ad ſepulturā,iuſtus.ſ.nō humanitate ſed præmio.cū́q; alia quoq; exercere poſſet in ſupplicem, me quoq; in regnum meum redire ꝑmiſit.Cum autem de conceſſo Hectoris corpore loqueretur,bene poeta poſuit,reddidit.hoſtibus.n.ſola anima debetur hoſtilis.Corpus aūt,qm̄ in nullius eſt poteſtate,dimittitur ſepulturę.reddidit ergo,qm̄ hoc cōtra humanitatis leges illicite tenebatur.¶Sic fatus ſenior.t.q;.i.ſi.i.c.) Ecce deſiderium mortis manifeſtū.poſt maledicta & iniurias ſenex iuuenem ꝓuocat. nec corporis nec teli ſui ſuffragante virtute. Telum ait imbelle, vt firmaretur,quod ſuperius dixit,& inutile ferrum.quod autē dixit ſine ictu coniecit,ꝑcedens dictum voluit approbari.poſitū eſt enim tremētibus ęuo circūdat nequicq̄; humeris.¶Rauco qđ p.æ.re.Et ſummo.c.n.v.p.) Nonnulli hic faciunt inaniſſimā quæſtionem dicentes,nō poſſe pendere quod repellitur.his ergo reddenda ratio eſt,vt vacuato quod male ſentiunt incipiant ſequi, quod prudenter eſt dictū.nam & repulſum eſt,& pependit. miſſum.n.telum cōſtabat quod vetuſtatis vitio fuiſſet hebetatum, quod rigorem perdidiſſet illius tēporis,quod in vſu Priami fuit, cum telum ipſum fuiſſet emiſſum ab eo, qui omne virtutis robur cū ipſis iuuētæ temporibus amiſiſſet.talis ergo teli effectus plenus eſſe nō potuit,vt ꝑforato penitus ſcuto ad hominis corpus & exitium ꝑueniſſet,nec tamē in totum inefficax fuit.repulſum eſt enim reſiſtēte aere.ſic tamen vt pendens in hoc eſſet penetrato.ſ.aliqua ex parte ſcuti cōtectu.Hic intelligēdum eſt,qualis in primis annis fuerit Priamus,quem non ſefellit in illa ętate deſtinatio feriēdi,obtinuiſſet enim,ſi corporis etiam roboris, & teli ſubſtātia ꝑduraſſet,qualis autem fuerit etiā Pyrrhus oſtenditur,qui ictum ſenis vitare nō potuit.¶Cui Pyrrhus,r.e.h.&c.) Quale reſponſum deberet iratus dare ex maledictis & iniurijs acerbiſſime expreſſit,in ipſa.n.reſponſione oſtēdit ſe verbis potius Priami,& obiectis fœdiſſimis excitatum.dū eadem replicat ibis,inquit,vt patri meo ipſe referas male geſta mea,& crudeles actus,& me degenerē nunties.interea morere.Ecce breuitas neceſſario poſita,properare.n.Pyrrhus ad vltionem debuit,quem tanta cōmouerant.¶Hoc dicens al.ad.i.t. Traxit,& in.m.l.ſ.n.) Ecce animus vehemēter irati,hoc,inquit,dicens,hoc eſt dum adhuc loqtur.traxit ſenem,traxit ætatis vitio tremulum,traxit ad ipſas aras deorum,quas Priamus dixerat vindices fore.traxit labantē in filij ſanguine,tm̄ potuit vis iracundiæ,vt non conſideraret Pyrrhus in Priami nece piaculum infandum, & impietatem pleniſſimam profiteri.fecit,vt dictum eſt,irati mēte exiſtimans ſe nec ſacrilegum hoīem,neq; impium fore, ſed ipſum Priamū reatum incurſurum,ſi aras fœdaret ſanguine ſuo,quas hoſtiarū cæde promereri cōſueuerat,& filij ſanguine ſuum quoq; miſceret. Incipit iam deſcriptio necis Priami,in qua pleriq; omiſſa ordinatione ſenſus,à vero intellectu diſſociant veritatem.traxit,inquit,trementē.¶Implicuit comam læua &c.) Melius non puto exponendū hunc locum q̄; ipſis verbis,quibus factum deſcriptū eſt.tenuit omnem comam Priami,& ſiniſtra manu implicauit, dextraq́; extulit enſem,ipſas ſcilicet comas proculdubio cum ca

pite

pite abſcidit, quaſi abſciſſio capitis non ſuffeciſſet ad ꝓficiendam hoīs necem, qm̃ vehementer irati perſonā induxerat, & lateri, inquit, abdidit enſem vſqꝫ ad capulum. Lateri intelligēdum eſt, nō ſuo quaſi reuocans in vaginā, ſed lateri Priami, qui tam aptum, qui tam euidens in eo, quod fecerat natura ferox iuuenta, inſolēs iniurijs excitatus abſtulit hominis caput. & quia hac tantum pœna ſatiari non potuit, corporis latus iam nihil ſentientis īpreſſo ei vſqꝫ ad capulū gladio perforauit, atqꝫ ita totum enſem abdidit, quaſi illū in vagina condidiſſet. Hoc factum īfra melius apparet, quum funus eius & genus mortis Æneam diceret horruiſſe. ☞ Hæc finis Priami fatoꝝ.) Supra enim dixit, forſitan & Priami fuerint, quæ fata requiras. Ecce in. quem finem vitæ dilatus eſt Priamus. ☞ Hic exitus illum. ſ.t) Quam ſortem miſerandus inuenit. ☞ Troiam incēſa, &. p. v. p. &c.) Poſt florē regni, poſt diuturnum imperium Troiam ille vidit incenſam, & prolapſa ꝑgama, quid male ſit, dolenda cernens, quis ſperaret ſenem iaiam natura deficiente ſine dubio moriturum ꝑdito, quod feliciter regerat, imperii culmine, cōſumptis quoqꝫ incendio vniuerſis tam infelici exitu periturum? dehinc ſuccedit aduerſorum euidēs enumeratio ſecuta poſt mortem, quoniam quæ ſuperius dicta ſunt ad Priami cruciatus pertinent, vel certe cum occideret. ☞ Iacet.) Nec fuit qui funus eius debitæ ſepulturæ mandaret. ☞ Ingens.) honore vel corpore. ☞ Litore. Vbi litare conſueuerat qm̃ intra domum & ante aras cōſtabat occiſum. ☞ Truncus.) Atqꝫ vtinā non diuiſus in partes & ſine nomine corpus, iacet ingēs corpus & ſine nomine. nōnulli hic ſine noīe, ſine dignitate accipiunt, ſed nō ita eſt. nam cum corpori detractum fuerit caput, erit ſine noīe cū cognoſci nequiuerit. iacet ingēs litore truncus, iacet auulſum humeris caput, iacet ſine noīe corpus. Separāda ſunt hæc à ſuperioribus dum ꝓnuntiantur, ne intellectus patēs facta cōfuſione turbetur. ab accuſatiuo enim caſu tranſiens ſi ad noīatiui caſus declinationem pronuntiās veniat facit vitium, iungens Troiā incenſam & ꝓlapſa videntem pergama, tot quondā populis regniſqꝫ ſuperbum Regnatorem aſiæ. iacet ingens litore truncus. ☞ Auulſumqꝫ humeris. c. & ſi. n. c.) Semel poſitum iacet, ad tria ſupradicta pertinet, quę ipſa tria cum noīatiuo ſunt poſita. ſuperiora vero cū accuſatiuo. Proinde hæc oportet ſeparari.

ASCENSIVS.

❡ Hic Priamus, &c.) Docet finē & exitum vitę Priami, adludēs ſubinde ad res Romanas: vnde Dona. ☞ Hic Priamus.) Voluit fortuna, vt mors Polytæ eſſet in cōſpectu ſuo, vt inde mors ſua oriretur. ☞ Dij.) Scilicet præſentes, ad quorū ſe ſuffragium contulerat, & ſi eſt in cœlo aliqua pietas quæ nefaria cōmiſſa vindicet. ☞ Qui nati.) Non culpat Pyrrhū ꝙ occiderit, ſed ꝙ cædem in cōſpectum paternum reſeruauerit: nam ſtulte reprehenderet, quod iure belli licebat. ☞ At non ille.) Conatur priuare eum omni gloria & nobili genere, ꝙ non ſit filius Achillis: quod probat, ꝙ in ſe nō ſeruauerit iura quæ ſeruauerat Achilles. ☞ Reddidit corpus.) Quod iniuſte retinuiſſet. Sola enim anima debeť hoſti. Corpus aūt, quoniam in nullius eſt poteſtate, dimittitur ſepulturæ. Reddidit ergo, qm̃ contra humanitatis iura id tenebat. ☞ Sic fatus.) Eſt deſyderium manifeſtum mortis, ꝙ poſt contumeliam, etiam armis iuuenē, ſenex prouocet. ☞ Telū imbelle.) Confirmat quod dixit, Inutile ferrum. ☞ Sine ictu.) Probat humeris trementibus æuo. ☞ Pependit.) Stulte dicunt, non poſſe pendere quod repellitur. Hęc ille. ❡ Ordo eſt. Priamus hic. i. hoc tempore, quanquam tenetur iam in media morte. i. quantumcunqꝫ certam mortem

Ordo. conſpicit: tamen nō abſtinuit. ſ. à conuitijs: nec pepercit voci. ſ. cōtumelioſę & exprobranti: & irę vnde illa proceſſit, at. i. ſed exclamat (aut detur potius particula, at Priamo: habet enī, neſcio qd minanti aptum: exclamat ergo) at dij (ſiqua pietas eſt cœlo quę curet talia) perſoluāt tibi grates dignas, & reddant præmia debita tibi, pro ſcelere, & pro talibus auſis qui feciſti me. ſ. regē, & lōgæuum, & parentē: cernere coram. i. in conſpectu meo: lętum. i. mortē. nati. i. filij mei: & fœdaſti. i. cōtaminaſti: funere, ſup. nati: vultus patrios. i. paternos. At ille Achilles. ſ. quo mentiris te: ſatū i. progenitum: quia eius mores nō obtines (quæ ſententia quoqꝫ Chriſtiana eſt. negat enim Chriſtus filios Abrahæ, qui eius opera non faciunt.) nō fuit talis in hoſte Priamo. i. in tractādo me, qui hoſtis erā: ſed erubuit. i. cum rubore excępit iura, & fidem ſupplicis. i. ſupplicaturi, & ſuppliciter venientis, pro redimēdo corpore Hectoris: videns enim Achilles in Priamo quod Saul in Dauide: quia quum dormientem interficere potuiſſet: nec tamen quidq̃ꝫ moleſtię intulerit, quia ſupplex venerat, erubuit iura: quibus potuit hoſtem quouis modo adoriri, & fidem qua noluit: quia ſupplex venerat: erubuit aūt propterea, quia indecorum eſt ſic dormiuiſſe Achillē vt īprouido, adeſſet improuiſus hoſtis: & reddidit corpus Hectoreū exangue. i. mortuum: hic nō dicit Priamus ꝙ vendiderit: quia ſi id diceret, iā ꝓbaret patrem non minus turpem q̃ꝫ filium: cuius cōtrariū aſtruere vult: & remiſit me in mea regna: quæ verba ſonarent quaſi per pudorē Pyrrhū à cęde coercere vellet: niſi facinus inimicum ſubſequereť. Priamus ergo ſenior fatus, ſup. eſt ſic, & coniecit telum ībelle quia ſine ictu. i. impetu forti: quod. ſ. telum repulſum. i. repercuſſum: protinus. i. ſtatim ære rauco. i. parum ſonantibus armis, aut vmbone æreo parum ſonante, eo ꝙ ſine viribus īpulſum eſſet: pependit nequidq̃ꝫ i. fruſtra infixum eſt in ſummo vmbone. i. curuatura clypei: hoc eſt, manſit qdē hęrens in ſuperficie vmbonis: & ita pependit, ſed non penetrauit totum clypeum: & ideo repulſum eſt, non tamē reiectum, quia manſit hærens. Cui Pyrrhus, ſupple reſpondit. Ergo, quia dicis patrem meum non tali animo, ſed lōge generoſiorē fuiſſe: tu referes, i. recitabis hęc, ſcilicet facinora mea & ibis nūcius genitori meo Pelidæ, ideſt Pelei filio: memento narrare illi mea facta triſtia, ideſt turpia ob quæ ille triſtetur: & me Neoptolemum, ideſt nouum militem degenerem, ideſt ab eius virtute & generoſitate degenerantem: morere (imperandi verbum) nūc ſ. vt nuncius eas: & ipſe dicens hæc, traxit Priamum trementem ſ. æuo ad ipſa altaria: quæ cōſtructa ab ipſo erant in honorē deorum, trementem, dico, & lapſantem, ideſt titubantem, aut iam iamqꝫ labantem in multo ſanguine nati, ſcilicet Polytæ, & implicuit comam læua, ideſt iuoluit læuam manum ſuam coma Priami: & extulit. i. extraxit vno ictu in altū: dextera. ſ. manu, enſem coruſcum. i. refulgentem: & abdidit lateri, ideſt in latere Priami: tenus capulo. i. vſqꝫ ad capulum. i. manubriū, quo capitur hæc, ſup. erat: finis, ideſt exitus fatorum Priami: hic. i. huiuſmodi: tam infelix exitus: tulit illum ſorte. i. per ſortem, i. hūc exitum ille ſortitus eſt: non enim pro meritis eum habuit: illum, dico, videntē Troiā incenſam: & Pergama. i. arces Troianas: prolapſa illum, dico, regnatorem Aſiæ ſuperbum. i. elatum & glorificatum: quondam populis & terris: qui, ſup. iacet nunc ingens truncus in litore: quia Troia deleta non niſi litus maris viſum eſt (ſed ad Pompeium alludit, vt Seruius recitat) & caput auulſum. i. amputatū humeris: & corpus ſine nomine. i. ĩgnobile, ſicut vulgus, ignobile dicitur ſine nomine: aut ad ſui cognitionem mortales inuitat: vt cognoſcant, quia ablato capite etiam regis corpus ſit ſine nomine, non enim agnoſcitur.

PIERIVS.

❡ Corpuſqꝫ exāgue ſepulchro.) In aliquot ex antiquioribus codicibus, corpus exangue, legitur abſqꝫ particula, que. Sed enim ipſa verſus dignitas, eam particulam hoc loco videtur expetere. ☞ Rauco quod ꝓtinus ære repulſum eſt.) In antiquis aliquot codicibus, ſepultum eſt, legitur. In aliquot, ſepultum, abſqꝫ, eſt, qđ id videtur innuere, ꝙ ad viuum non peruenerit. Sed in ſummo clypei, nulla efficacia pepēderit. Sane vero, ſepultum, ab iis repoſitum eſt, qui olim quæſtionem faciebant, non poſſe pendere, qđ repellitur, aduerſus quos ita Donatus. Nā & repulſum eſt, & pependit, Miſſum enim telum cōſtabat, quod vetuſtatis vitio fuiſſet hebetatum, quod vigorem perdidiſſet illius temporis quo in vſu Priami fuit, quum adhuc iuuenis eſſet, nūc emiſſum ab eo q omne virtutis robur quum ipſis iuuentæ temporibus amiſiſſet. Talis ergo teli effectus plenus eſſe potuit, vt perforato penitus ſcuto ad hominis corpus, & exitium perueniret: nec tamen in totū inefficax fuit, repulſum eſt enim reſiſtente ære, ſic tamē, vt pēdens inhæreret, penetrato. ſ. aliqua ex parte ſcuti contextu, legamus itaqꝫ cum Donato, rauco qđ ꝓtinus ære repulſum eſt. ☞ Illi mea triſtia facta. Illi, hic pro, ibi, aduerbiū poſitū dicit Dona. interpres Terētianus, in Adelphis. Vt ego illi maximā partē ferā, & in Ecyra. nā illi nō licebat niſi pręfinito loqui. ☞ Hęc dicens.) Antiqua fere oīa exēplaria, hoc dicens, legunt: quippe, nunc morere, quod maiorem quādā habet illuſionis efficaciam. ☞ Hæc finis Priami fatorum.) Seruius velle videtur finis, fœminini tm̃ eſſe generis, quum tamen virilis ēt paſſim inueniatur Virgil. Quem das finem rex magne laborum. &, Hic finis fandi: quod agnoſcit Nonius. Præterea Probus in arte quęrit, cur hoc loco finis, fœminino genere poſitū fuerit à Virgilio, quū veterum grāmaticoꝝ regulæ nomē id maſculini generis eſſe velint. Poetāqꝫ ait metro cōſuluiſſe, ita enim plerūqꝫ rōnē muſica appellat. Sane vero Cōminianus ſolœciſmū hic eſſe per genera noīum aſſeuerat, hæc finis Priami, pro, hic finis. ☞ Prolapſa.) Nō temere quidē in antiquiſſimo quodā codice participia hęc, à labor, laberis, per thematis characteriſticō ſcribunť, ꝓlabſa, illabſus, labſantē. Nā Probus huiuſmodi participia per b, non p, ſcribi debere præcipit.




At me tum primum ſæuus circunſtetit horror,
Obſtupui, ſubiit chari genitoris imago,
Vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi
Vitam exhalantem, ſubiit deſerta Creuſa,
Et direpta domus, & parui caſus Iuli.
Reſpicio, & quæ ſit me circum copia luſtro.
Deſeruere omnes defeſſi, & corpora ſaltu
Ad terram miſere, aut ignibus ægra dedere.
Iamq; adeo ſuper vnus eram, cum limina Veſtæ
Seruantem, & tacitam ſecreta in ſede latentem
Tyndarida aſpicio, dant clara incendia lucem
Erranti, paſſimq; oculos per cuncta ferenti.
Illa ſibi infeſtos euerſa ob Permaga Teucros,
Et pœnas Danaum, & deſerti coniugis iras
Permetuens Troiæ, & patriæ cōmunis Erinnys
Abdiderat ſeſe, atq; aris inuiſa ſedebat.
Exarſere ignes animo, ſubit ira, cadentem
Vlciſci patriam, & ſceleratas ſumere pœnas?

SERVIVS.

¶ Sæuus horror.) Quia eſt & bonus: vt, Lætusq; per artus Horror iit. ¶ Vitã exhalãtem.) Secũdum eos qui animam vẽtum volunt: vt, Atq; in vẽtos vita receſſit. ¶ Direpta.) Diripiẽda: participium ꝑ participio. ¶ Copia.) Notandum de exercitu, numero eũ dixiſſe ſingulari, vt Salluſtius: quũ copias de exercitu, numero plurali dicamus. Copia vero, aliarum rerum eſt.

DONATVS.

¶ At me tum primum ſæuus c.h. Obſtupui. ſu.c.ge.i. Vt regẽ æquæuum.c.v.v.v.e.) Hoc, inquit, viſo, tunc primũ me horror inuaſit. conſiderans q꜡pe etiam meis affectibus aliquid ſimile, aut iam contigiſſe, aut forſitan imminere non inani-

ter

ter cõmouebar. vidi enim concidiſſe fortunã regis qui ęquęuus mei fuerit patris, vidi exhalantem vitã per ingens vulnus. ecce vbi probatur præter abſciſſionem capitis, etiam latus eius eſſe perfoſſum. deniq; hoc vult eſſe vulnus. cæterum auulſum humeris caput nõ eſt vulnus. videre ait, viſus ſum ĩ illo exemplo imaginẽ patris, ſolitudinẽ vxoris, direptionẽ domus noſtræ & pueri filij mei interitus. hoc eſt quod dixit ſubiit cari genitoris imago, vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi vitam exhalantẽ. ¶ Subiit deſerta Creuſa, Reſpicio, & quę ſit. m.c.c.l.) Nouiſſime, inquit, etiam me conſiderans qui remanſerã ſolus. ¶ Deſeruere omnes. d.&.c.ſ. Ad terram mi. aut igni. æ. de.) Rediit ad illam

ad illam partē qua dixit ſe in domo Priami ſuper tecta fuiſſe cum plurimis, deſeruerunt, inquit, me omnes feſſi pugnādo nullo laboris conſequente ſucceſſu. nam cum ſumma deſperatio eſſet aut præcipites ſe dederant, aut animos & ꝓpria corpora tradiderant flammis. ecce etiā hic ſolum ſe aſſerit remanſiſſe, laudans occulte fidem ſuam, & cōſtantiā ſubtiliter præteriens, excuſat & matrē ſuā, quā cōſtabat cām fuiſſe maloꝝ oīum, q̄ enarrabat.

Scilicet hæc Spartam incolumis, patriasq́; Mycænas
Aſpiciet? partoq́; ibit regina triumpho?
Coniugiumq́;, domumq́;, patres, natosq́; videbit
Iliadum turba, & Phrygiis comitata miniſtris?
Occiderit ferro Priamus? Troia arſerit igni?
Dardanium toties ſudarit ſanguine littus?
Non ita: nanq; & ſi nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna eſt, nec habet victoria laudem,
Extinxiſſe nefas tamen, & ſumpſiſſe merentis
Laudabor pœnas, animumq́; expleſſe iuuabit
Vltricis flammæ, & cineres ſatiaſſe meorum.

ACSENSIVS.

¶At me tum primum ſęuus, & cętera.) Hunc locum non interpretatur Seruius, niſi in principio: & nuſquam Donatus, quia ab eis qui reſecādum hoc opus accęperant, hæc pars abſciſſa, vt poté, quę rem ignobilē & indignā, tā Troianis cæteris, q̄; Ænea cōtineat. Troianis quidem, quia turpe erat ꝙ deſeruere oēs defeſſi, & corpora ſaltu ad terram miſere, aut ignibus ęgra dedere, &c. Ænea vero, qui in fœminā ſe ſuccēſum dicit, quod in conſpectu Didonis ineptū viſum, & indecorū prudenter ablatum eſt: qa tñ rurſus incertum, ponā & eius ordinem qui talis eſt. At.i.ſed. ſæuus.i. vehemens, & dirus: horror circūſtetit.i. circūdedit me: non tamen inuaſit, quia victus nō erat: vnde ſignanter dicit, circūſtetit: quaſi ne horror quidem inuadere auderet eum: circūſtetit tamen tū.i. tunc primum: & obſtupui, nō quia mihi timerē, ſed qa imago chari genitoris.i. patris Anchiſę ſubiit.i. in mentem venit mihi: vt.i. poſtq̄;: vel quū primum vidi regem æquæuum.i. coæuum, ſeu ęqualis æui videlicet Priamum coęuū Anchiſæ: exhalātem.i. violenter efflantem: aīam.i. ſpiritum vitalem: Creuſa.ſ. cōiux: deſerta.i. derelicta domi: ſubiȷt.i. in mentē Venit: quādo.ſ. Hecubam vidit: & domus direpta ſubiȷt, & caſus parui Iuli ſubiȷt, q Aſtyanacti coęuus erat. Reſpicio & luſtro, quæ copia ſit circum me: an.ſ. ſufficere poſſet ad reſiſtēdum hoſtibus: oēs.ſ. ſociȷ: defeſſi.i. ad extremum fatigati, & feſſi, deſeruere me, & miſere.i. miſerunt corpora ſaltu ad terram.i. ꝑcipitauerūt ſe, aut dedere corpora ægra.i. ſaucia, aut tędio vitę affecta ignibus.i. ꝑcipitauerunt ſe in ignes. Iamq́;.i. & iam, ego ſupererā.i. reſtabam iam: adeo.i. oīno: vnus.i. ſolus: quum.i. quādo ego aſpicio: Tyndarida.i. Tyndari filiā ſaltē putatiuā, videlicet Helenam, quę Iouis filia dicitur, ex Lęda Tyndari cōiuge: ſeruantē limina Veſtę.i. templi in quo veſta colebat & latentē, tacitam, aut tacentem: aut occultam: in ſecreta.i. abſtruſa: quia tamen ſi ſecreta in ſede erat, & tacita quæri poſſet: quomodo ergo aſpexerit, addit incendia, clara.i. penetralia clarificantia: dant, ſup. mihi erranti, ideſt vaganti per diuerſa loca, & ferenti oculos paſſim per cuncta, ſup. loca, lucem.i. claritatem: illa, ſcilicet Tyndaris: hoc eſt Helena: permetuens.i. multum metuens Teucros infeſtos ſibi: ob Pergama, ideſt mœnia Troiana: euerſa & permetuens pœnas Danaum, ideſt quas Danai ab ea exigere poſſent, & iras coniugis deſerti, ideſt derelicti quum Parim, ſeu Paridem ſequeretur, & permetuens Erynnis, ideſt furores, & furias Troiæ communis, ideſt totius patrię: non ſuæ, ſed Troianorum abdiderat, ideſt occultauerat ſeſe: atq; ſedebat inuiſa, ideſt non viſa, ſed occultata: aris, ideſt iuxta aras Veſtæ: & eſt dictio, aris, ablatiuus localis: inuiſa autem videtur accipi pro inuiſibili: quia viſa erat ab Ænea: ſed ſedebat vt non videretur, ſicut, Diues inacceſſos vbi ſolis filia lucos, &c. Ignes, ideſt incendia irarum exarſere animo, ſcilicet meo: ira ſubit, ideſt inceſſit mihi: vlciſci patriam cadentem, & ſumere pœnas ſceleratas, aut cū dedecore. Scilicet ideſt ſcire licet, quaſi dicat dixi enim mecum, ſcilicet hæc ſcilicet quæ caput & origo mali eſt: aſpiciet incolumis: Spartam ſcilicet regionem: & Mycænas patrias, quæ in patria eius erant: & ibit regina, ideſt quaſi regina, triumpho parto, ideſt acquiſito de Troianis: & videbit coniugium, ideſt cōiugem ſuum ſuſcępta in priſtinum coniugium, quod cum ea Menelaus contraxerat: & videbit domū, ſcilicet vnde egreſſa eſt, & patres, ideſt parentes, aut proceres: & natos ſcilicet eorum aut ſi quos habuit ſuos, comitata turba, ideſt multitudine Iliadum, ideſt virginum Troianarum: & miniſtris Phrygiȷs, ideſt Troianis: poſtquam, ſupp. Priamus: occiderit, ideſt ſuccubuerit: & occiſus ſit ferro, ideſt enſe ferreo, & Troia arſerit igni: & littus Dardanium ſudarit, ideſt irrigatum ſit toties, ſanguine, ſcilicet Phrygio: hęc autem omnia cum indignatione quærit, vnde addit quaſi reſpondens ſibi: Nō ita, ſup. fiet: nanq; & ſi, ideſt quanquam nullum nomen memorabile, ideſt memoria dignum: eſt in pœna fœminea, ideſt quam de fœmina ſumam: nec victoria.ſ. in fœminam: habet laudem, & quanquam nefas eſt extinxiſſe, ſcilicet fœminam, tamen ego laudabor ſumpſiſſe, & ideſt etiam pœnas merentis, ideſt de ea quæ bene meruit: hoc eſt, quamuis non deceat me eam occidere, tamen non decet eam viuere: & iuuabit, ideſt delectabit; expleſſe.i. expleuiſſe animum: flammæ vltricis, ideſt vltionis ex incendio irarum ſumptæ, & ſatiaſſe, ideſt ad ſatietatem contentos feciſſe cineres: meorum, ideſt manes interfectorum Troianorum, qui erant appetentes vindictæ. Hæc (vt dixi) īdecora viſa ſunt: ſed purgantur, quia amens factus erat: vnde ſequitur, Talia &c.

PIERIVS.

¶Subiit deſerta Creuſa, & direpta domus.) In Mediceo, & antiquis aliquot aliȷs exēplaribus legere eſt, ſubit & deſerta, neq; dicendum vltimam in ſubit, ex ſynęreſi lōgam eſſe, qui viderimus ſuperius eiuſdem formę præteritum correptum, Hectore qui redit exuuias indutus Achillis. ibi enim pro rediit, dubio ꝓcul poſitum eſt biſſyllabum, redit. Eſt vero venuſtas aliqua in ea repetitione copulę, Et deſerta Creuſa & direpta domus: quanq̄; neq; illud inuenuſtū, quod abſq;, &, ſubiȷt. Triſyllabum in pleriſq; habetur exēplaribus. Habemus vero in antiquis aliquot codicibus lectionem aliam, vt, Direpta domus: hoc eſt, venit in memoriam domus, vt diredta ea qppe ſpecie, qua direpta eſſet tali eā imagine cōcępi. Aliquot aliȷ codices, & deſerta, legunt. Sed hoc parum in tanta calamitate. Quare longe melius direpta. Loquitur vero hic ex Epicuri ſententia, qui oīum rerum, quę noſtrę īſiderent cogitationi, ſimulachra cōfingebant, eaq́; ad cerebrū volitantia ſpecies offerre, qbus prędita eſſent, memoriāq́; & excogitationem nō aliunde in nobis eſſe. Quæ lectio ſi faciat ſatis, non erit dicendū participium eſſe pro participio, & direpta, poſitum pro diripiēda, vt grāmatici cōminiſci coguntᷣ. ¶Iamq́; adeo ſuper vnus erā.) Duo illa & vigīti carmina, quę detracta eſſe cōſtat, in nullo ex iȷs veteribus codicibus, quos verſauimus, habentur: placuit tamē nonnullis īpreſſoribus ea publicare. Donatus porro ita ea diſſimulauit: vt ſententię cōtinuationē longe aliter accęperit, q̄; fecerint aliȷ. Ea quippe de cā Æneā dextra prehēſum à matre cōtentū eſſe, ne ipſe ſibi, ꝙ in extrema ea rerū deſperatione pleriq; fecerāt, mortēq́; cōſciſceret, quo loco authoris ipſius verba ponere nō pigeat, vbi verſus hos īterpretatur: Deſeruere omnes defeſſi, & corpora ſaltu. Ad terram miſere, aut ignibus ęgra dedere. Tū mihi ſe, nō ante oculis tā clara, vidēdam Obtulit, & pura per noctem in luce refulſit Alma parens, confeſſa deam, qualiſq́; videri Cœlicolis, & quanta ſolet, dextraq́; prehenſum Continuit, roſeoq́; hęc īſuper addidit ore. Dixit omnes deſeruiſſe quod agebant, quum defenderent domum Priami, & id fruſtra facerent. Ipſe quomodo receſſerit dicit, ne videatur etiam ipſe operis labore fatigatus receſſiſſe. Omnes (inquit) laborando feſſi, & ſine aliqua vtilitate certando debiles redditi, tędio aduerſarum rerū mori maluerunt, & duplicem voluntarię mortis occaſionē nacti, quum altitudo nō deeſſet, & incēdia dominarentur, aut præcipites dederant ſeſe, aut petierant flāmas, ne & ipſe alterum facerē, aut ꝙ ſupererat tertium, hoſtis occideret remanētem, mater mea: non vt facere ſolebat, dubia, aut incerta: ſed manifeſtior veniens, me ab ipſis inefficaciſſimis actibus reuocauit.

Talia iactabam, & furiata mente ferebar,
Quum mihi ſe, non ante oculis tam clara, videndam
Obtulit, & pura per noctem in luce refulſit

SERVIVS.

¶Cum mihi ſe.) Ordo eſt, cū mihi ſe videndam oculis obtulit non ante tam clara. ¶In luce.) In nimbo, qui cum numinibus ſemper eſt. ¶Dextraq́; prehenſum.) Ea corporis parte qua Helenæ ictum minabatur, quæ in templo Veſtæ ſtabat ornata. Vt enim in primo

Alma parens, confeſſa deam, qualiſq; videri
Cœlicolis, & quanta ſolet, dextraq; prehenſum
Continuit, roſeoq; hæc inſuper addidit ore.
Nate, qs indomitas tãtus dolor excitat iras? VEN.
Quid furis? aut quonam noſtri tibi cura receſſit?
Non prius aſpicies vbi feſſum ætate parentem
Liqueris Anchiſen? ſuperet coniuxne Creuſa,
Aſcaniuſq; puer? quos omnes vndiq; Graiæ
Circum errant acies, & ni mea cura reſiſtat,
Iam flammæ tulerint, inimicus & hauſerit enſis.
Non tibi Tyndaridis facies inuiſa Lacænæ,
Culpatuſue Paris: verum inclementia diuum
Has euertit opes, ſternitq; à culmine Troiam.
Aſpice (namq; omnem, quæ nunc obducta tuenti
Mortaleis hebetat viſus tibi, & humida circum
Caligat, nubem eripiam, tu ne qua parentis
Iuſſa time, neu præceptis parere recuſa)
Hic vbi disiectas moles, auulſaq; ſaxis
Saxa vides, miſtoq; vndantem puluere fumum,
Neptunus muros, magnoq; emota tridenti
Fundamenta quatit, totamq; à ſedibus vrbem
Eruit. Hic Iuno Scæas ſæuiſſima portas
Prima tenet, ſociumq; furens à nauibus agmen
Ferro accincta vocat.
Iam ſummas arces Tritonia (reſpice) Pallas
Inſedit, nimbo effulgens, & Gorgone ſæua
Ipſe pater Danais animos, vireſq; ſecundas
Sufficit, ipſe deos in Dardana ſuſcitat arma.
Eripe nate fugam, finemq; impone labori,
Nuſquam abero, & tutum patrio te limine ſiſtam.

primo diximus, aliquos hinc verſus cōſtat eſſe ſublatos: nec immerito. Nam & turpe eſt viro forti contra fœminam iraſci: & cōtrarium eſt Helenam in domo Priami fuiſſe, illi rei, quæ in ſexto dicitur: qa in domo inuenta eſt Deiphobi, poſt quã ex ſumma arce vocauerat Gręcos. Hic autem verſus eſſe ſublatos, Veneris verba declarant, dicentis, Non tibi Tyndaridis facies inuiſa Lacęnę. Roſeo.) Pulchro. Perpetuum epitheton Veneris. Inſuper.) Super quod continuerat. Indomitas.) Magnas. Quid furis?) Quia furor eſt virum fortem ruere in mulieris interitũ. Noſtri cura.) Et hoc loco, vt ſolet: vnã ſe de Æneæ familia facit. Noſtri autem & veſtri genitiuus pluralis eſt antiquus, & ex Græco veniens, ſicut ſingularis eſt mis & tis. Nõ eſt autem poſſeſſiuum: ſed ab eo qđ eſt nos. & hoc eſt vnde dicimus, Noſtri cauſa facit, hoc eſt noſtrum. Superet.) ſuperuiuat. Aſcaniuſq; puer) Filius: vt Tuq; puerq; tuus. Horati. Puerosq; Ledæ. & eſt Græcũ, nam παῖδας dicunt. iterdum tamen etiam ad ętatem refertur. Hauſerit enſis.) Aut percuſſerit: vt Latus haurit apertum. Aut vorauerit. Tyndaridis.) Atqui Iouis eſt, non Tyndarei filia. Sed ſic dicim⁹ Tyndaridis de Helena, vt de Hercule Amphitrionides. Nam de Ioue & Leda nati ſunt Pollux & Helena: de Tyndareo & Leda Caſtor, qui & ſolus mortalis fuit. Vnde Virgilius in ſexto, Si fratrem Pollux alterna morte redemit. qui immortalitatem ſuam cum fratre partitus eſt. Helenam vero immortalem fuiſſe idicat tempus. Nam conſtat fratres eius cum Argonautis fuiſſe: argonautarum filii cum Thebanis dimicauerunt. Item illorum filij contra Troiam bella geſſerunt. Ergo ſi immortalis Helena non fuiſſet, tot ſine dubio ſeculis durare non poſſet. Hanc autẽ legimus prius à Theſeo raptam: & in Ægypto cõmẽdata Protheo. Facies inuiſa.) Pulchritudo Helenę odioſa, ideſt Helena. & eſt Gręcum. vt vis Herculea, hoc eſt Hercules. Lacęnæ.) A prouincia Laconica. Et notandum deriuationem minorem eſſe à principalitate, quod rarum eſt. Culpatus ve paris.) Criminoſus. Aſpice.) De Homero tractum, qui inducit Mineruam præſtãtem iſta Diomedi. Nanq; omnem.) Ordo eſt, Omnem tibi numẽ eripiam, quę humida circum caligat, & mortaleis hebetat viſus tuenti. Dicitur autem nebula orta de terris obeſſe noſtris obtutibus. Vnde aquila, quia ſupra nebulam eſt, plus videt. Eſt enim theologica ratio: quia ignorantes vſum Venerium, videre dicuntur & numina. Vnde nunc merito poſt Veneris abſceſſum numina vidiſſe dicitur Æneas. Obducta.) Superducta. Tuenti.) Modo videnti: aliàs defendenti. Nequa parentis Iuſſa time.) Ne, particula, imperatiuo iungitur modo: ſed interdum pręſenti tempori, interdũ futuro, prout aliquid volumus aut ad pręſens, aut ad futurum fieri. Iuſſa time.) Veretur enim ne imperanti ſibi fugam, non obtemperet. Neptunus muros.) Hoc quidem habet fabula, ꝙ Neptunus cũ Apolline, Troię fabricati ſint muros. Sed conſtat Laomedontem ſupradictis dijs certam vouiſſe pecuniam ad ſacra facienda: quam imminentibus hoſtibus tranſtulit ad murorum fabricam. Vnde dij & feciſſe muros & offenſi eſſe dicuntur. Simul notandum ꝙ deos facit opera ſua euertere, vt Portas Iunonem, quarum dea eſt. Nam & portam luminis naſcentibus præbet. Arces, Mineruam: legimus enim, Pallas quas condidit arces, Neptunum, muros: ipſi enim fundamenta ſunt conſecrata, cuius & mouenť arbitrio. Vnde ἐννοσίχθων dicitur, hoc eſt terrã mouẽs aquę cõcuſſione, ſicut terræ motus cõtinent opiniones. Tridenti.) Oĩa in n s, exeũtia, aut participia ſunt, aut noĩa. Sed ſi participia ſunt, ablatiuum & in i & in e mittunt ꝓ noſtro arbitrio. Iuuenalis, Nec ardenti decoxit aheno. Cõtra, Semperq; ardente camino. Si vero nomina fuerint, in e tantummodo exeũt. Si autem eadem ſint & noĩa & participia, vt amans: cum noĩa fuerint, omni modo in e mittunt: quum participia, licenter vtimur. Ergo quia tridens nomen eſt, tridẽte debuit dicere. Sed nouitatem affectauit, nulla cogẽte neceſſitate. Sane in noĩbus, quę & propria eſſe poſſunt, & appellatiua, vt liberalis, felix: Iuuenalis ablatiuus à ꝓprio, in e exit: ab appellatiuo, in i. Sęuiſſima.) Quę & fugã vetabat. Sociũ) Sibi deuotum. Furens.) Iraſcens. Tritonia Pallas.) Notãdũ duo antonomaſia ſine proprio. Et eſt nimiæ iracundię: cũ dicitur: Quanquã irata ſit Gręcis, nequaquam tamen Troianis parcere. licet in hiſtoria lectum ſit vehementius iratam Mineruam, ꝙ poſt victoriã ei ſacrificare noluerint, vt Horatius. Quum Pallas vſto vertit irã ab Ilio in impiã Aiacis ratem. Nimbo effulgens.) Nube diuina. Alij Limbo legũt: & & eſt pars veſtis extrema, q̃ inſtita dicit: vt Horatius, Quarũ ſubſtricta talos tegit inſtita veſte. Ipſe pater.) Qui oĩbus vnus eſſe conſueuit: vt, Rex Iupiter omnibus idem. Et bene honeſta Ænee cauſa fugiendi eſt. Vireſq; ſecundas.) Quia fuerunt & in Troianis: ſed non ꝓſperę. Eripe.) Accelera, raptim fac. Nuſquam abero.) Bona œconomia. Nam ſi tenent Danai, qua deficit ignis: neceſſariũ eſt præſidium numinis. vt Horatius, Nec deus interſit: niſi dignus vindice nodus Inciderit. Limine ſiſtam.) In limine, vt Syluis te Tyrrhene feras agitare putaſti.

DONATVS.

Cum mihi ſe non ante oculis tam clara videndam obtu. &c.) Dixit omnes deſeruiſſe quod agebant, cum defenderent domum Priami, & id fruſtra facerent, ipſe quomodo receſſerit dicit, ne videatur etiam ipſe operis labore fatigatus receſſiſſe. Omnes, inquit, laborando feſſi, & ſine aliqua vtilitate certando debiles redditi tædio aduerſarum rerum mori maluerunt, & duplicem voluntariæ mortis occaſionem nacti, cum altitudo non deeſſet & incendia dominarentur, aut pręcipites dederant ſeſe, aut petierãt flammas, ne & ipſe alterum facerem, aut quod ſupererat tertiũ, hoſtis occideret remanentem, mater mea, non vt facere ſolebat dubia aut incerta ſed manifeſtior veniens me ab ipſis inefficaciſſimis actibus reuocauit. Quando enim alicui crederem, niſi eadem ſe meis optatibus ſine fraude obtuliſſet? talem. ſ. qualis reuera fuit cum deorum numero & cœtibus miſceretur, cuius talis extiterat admonitio. Nate quis in domitas tantus dolor excitat iras? Quid furis? ut quonam noſtri tibi cura receſſit?) Hęc dictio multa continet, tangit enim Æneæ ipſius laudem, qui ſolus toties remanſit occiſis cæteris, aut defeſſis ſolus tunc in claſſe prima, in qua fuerunt Corœbus & Panthus, ſolus etiam cum veniſſet ad domum Priami, ſolus cum ab ipſo poſt inefficacem expugnationem perſonę hominis victi, vt ſine crimine videatur receſſiſſe de patria, & ex eo ipſo laudem ſibi indicat, quòd non eſſet receſſurus, niſi vidiſſet Troiano imperio deos eſſe magis, q̃ homines inimicos, perindeq; græcis (vt ſæpe fecit) virtutis meritum tollit, cum eos dicit feciſſe contra imperium Troiæ, qui obluctationibus humanis ſeparari non poſſent. continet præcipuum ipſius Ænee meritũ, cui licuit humanis oculis deos videre præſentes, cõtinet purgationẽ maternã, facit, qđ putabať, ma

lorum

lorum quæ acciderant cauſas, Paridem atq; Helenam præbuiſſe. Nate, inquit, præmiſit pietatis nomen, vt admitteretur facile quod fuerat ſuaſura. nullus eſt enim qui filios in contrarium moneat. quis indomitas tantus dolor excitat iras? Quid furis? aut quonam noſtri tibi cura receſſit? Iratus, inquit, ei furens, quid agere debeas neſcis. vtrunque enim conſilio eſt inimicum. doles, iraſceris, furis, & vltionem, quam reperire non potes, ingrato labore ſectaris. Cumq; vana & non profutura perſequeris, curam noſtris erutis ſenſibus reieciſti. addidit etiam perſonā ſuam perſonis mortalibus. non quo ipſa quoq; aliquid pati poſſet, ſed quia ipſa feriebatur in omnibus, ſi maritum, filium, nurum perderet, aut nepotem. incipit iam ſingulorum cauſas enumerare, quibus oſtendat omnes periculis oportunos niſi ſubito fugiant. ¶ Non prius aſpi. vbi feſ. æta. parē. Liq. An.) Ecce dixit ſenem, de corporis autem vitio tacuit. cur enim diceret ei, qui patrem noſſet? & cum ſufficeret ætas, ex qua ſemper eſt debilis ſenectus, etiam ſi nullo vitio extrinſecus prægrauetur. ¶ Superet cōiux ne Creuſa.) Aduertēdū eſt & recte, an ſuperet coniux Creuſa, quam conſtabat ſexus ratione ſibi adeſſe non poſſe. ¶ Aſcaniusq; puer.) Nec conſilio filius nec per ætatem ſua virtute munitus, cum hæc proponit, hoc videtur dicere. dum quæris vincere, quos non potes, perdes tuos, ad quos poſtea cum pugnaueris rediturus es? cumulat texendo perſuaſionem ſuam. & ne deſperatio atque interitus magis alienaret viri fortis animum, nunciat opera ſua, omnes eſſe incolumes, ſed ex proximitate multorum hoſtium in ſummo diſcrimine conſtitutos, imminentibus vel maxime incendio vel flammis. ¶ Nō tibi tyndaridis facies in. la. Cul. ue. p. ve. inc. di. Has euertit. o. ſte. q;. à cu. t.) Propoſitio huius rei fuerat neceſſaria, vt hoc ipſum verum eſſe doceretur. hoc enim genere potuit inhibere viri fortis impetum, & incitatos animos frangere inania vacuaq; ſectantes. Fecit hoc venus etiā propter ſe, nouerat enim dici ſibi poſſe, vt hæc pateremur tu feciſti, ergo non immerito dixit, nō tibi tyndaridis facies inuiſa lacenæ, Culpatusue Paris, verum inclementia diuum has euertit opes ſternitq; à culmine Troiam, & quia ipſius inuidiæ vel maxime apud filium pondere premebatur, ait. ¶ Aſpice (nanq;. o. q. n. ob. tu. Mortales hebetat viſus ti. &. hu. cir. Cali. nu. er.) Inter homines ac deos mediam ineſſe caliginem ferunt, & nebulam quandam contractam ex humore mortales oculos hebetare, hanc ſe remoturam Venus promiſit, vt videre Æneas poſſet, quod omnibus nefas eſt intueri. Aſpice, inquit, & ne timeas iuſſa parentis obſeruare, quoniam nihil tibi materna pietas contrarium iubet, ſed præceptis religioſis monet te obtemperare. ¶ Ipſe pater Danais. a. vi. q;. ſ. ſuf. ipſe deos in Dar. ſu. ar.) Cum oſtenderet, non græcos Troiano imperio, ſed deos infeſtos, enumeratis & demonſtratis plurimis, ſeruauit ad vltimum Ioué. nec nomé eius, quod alij celebrant, dixit, ſed quo ipſa eum appellare debuit, quę fuerat filia. eo magis eum onerans inuidia, cum dicit, ipſe pater, hoc eſt, qui cōtra malum aliorum ſtudium maiore poteſtatis authoritate pro nobis certare debuit, ipſe non tantum græcorum fautor eſt, uerumetiam cæteros deos in odium Troianæ utilitatis accendit. Dat igitur Venus remedium contra hæc. Ait. n. ¶ Eripe nate. f. fi. q;. im. Labori. Quia ſciebat filium non libenter auditurum conſilium fugæ, iccirco ſupra dixit. Tu nequa parentis iuſſa time, neu præcęptis parere recuſa. Cedendū enim fuerat, quando etiam ipſe cōtrarius fuit, q plus poterat, & ſuis potiusq; alienis fauere debuerat. itaq; quum ſuaderet fugam, debuit oſtēdere quibus auxilijs impleri potuiſſet. potuit quippe Æneas dicere, quomodo poſſum fugere vallatus hoſtiū telis & flāmis. ¶ Nuſq; inquit, abero & patrio te limine ſiſtam.

ASCENSIVS.

¶ Talia, &c.) De hac quoq; re, quū manifeſtaria ſit, Donatus (niſi cōmētarij eius mutilati ſint) per pauca dicit, ea autem hęc ſunt: Neptunus quum deos inimicos Troianis enumeraſſet, ponit Ioué. Ipſe pater, quaſi qui nos contra alios quū maioris ſit poteſtatis, defendere debuit: ergo hoc deſtituti auxilio quum ſimus, cedendum eſt nobis. ¶ Eripe nate fugam.) Quia ſciebat non facile poſſe ſuaderi fugam Æneæ, idcirco dixerat, Tu nequa parētis Iuſſa time, neu pręcęptis parere recuſa. Quapropter cedendum erat quum qui pōt omnia & fauere debebat, contrarius eſſet. ¶ Nuſq; abero.) Nam ſine ſuo auxilio quū eēt flammis, teliſq; hoſtilibus circundatus, quomodo fugere potuiſſet? ¶ Ordo autem & expla-
Ordo. natio textus eſt: Ego iactabam. i. inaniter mecum dicebam, talia. ſ. friuola, & indecora verba, & pro. i. quia: ferebar. i. concitabar, aut protrahebar, mente furiata. i. temporaneo furore capta, ſup. tum quum. i. quando: alma parens. ſ. Venus: obtulit ſe mihi videndam oculis, quæ, ſupp. non obtulerat ſe videndam oculis, exiſtēs tam clara ante. i. prius, aut ſic, quum mater non ante. i. non prius tam clara. i. clarior, q; vnq; prius fuerat: obtulit ſe vidēdam mihi: oculis. ſ. corporalibus, quum animo, aut viſu, eam ſępe viderit, & refulſit in pura luce per noctem, confeſſa, ſup. ſe deā, & exiſtēs, ſup. talis, & tanta: qualis, & quāta ſolet videri cœlicolis. i. ab ipſis cœleſtibus cœlū habitantibus, & continuit me prehenſum dextra. i. per dexteram meā qua parabam irruere in Helenam: & addidit inſuper: hæc. ſ. verba: ore roſeo. i. fragranti, & pulchro in morē roſæ: nate. i. ò fili, qs tantus furor excitat iras indomitas. i. nullo freno cohibitas: vt etiam in mulierem ſęuias: qui in viros pius eſſe ſoles? quid furis. i. furore raperis & inſanis? aut quonā. i. in quam partem cura noſtri. i. quā de me, & meis habere debes, receſſit tibi. i. à te? ita vt quā Paridi ꝓ meritis eius tradidi, interficere tētes: & quia ſciuit Venus Æneam, nō alia ratione citius auelli poſſe, q; pietate in patrem cōiugem & liberos, addidit: Non aſpicias. i. debeasne aſpicere prius. i. potius: vbi. i. in quo loco, & quo ſtatu liqueris. i. dereliqueris Anchiſen parentem feſſum ætate? q. d. id quidem debeas: ne. i. an, ſup. an putas ꝙ, Creuſa. ſ. cōiux tua: ſuperet i. voti compos fiat: aut ſuperet ingruētes forte hoſtes? q;, pro &, Aſcanius. ſ. filius tuus: puer. ſ. adhuc: circū quos omnes acies Graiæ. i. Græcanicę: errāt. i. diuagantur, quærētes prædam in abſtruſis locis, poſt expugnatam regiam, vel quos omnes. ſ. Anchiſen, Creuſam, & Aſcanium Graiæ acies circūerrāt: & ni. i. niſi: mea cura reſiſtat flāmæ: tulerint. i. abſtulerint, & abſumpſerint iam, ſup. eos omnes: & enſis inimicus. i. ab inimicis illatus: hauſerit. i. occiderit eos: facies. i. pulchritudo faciei Tyndaridis. i. Helenæ, Lacænę. i. Laconicæ: aut Spartanę: iuiſa. i. odioſa tibi, eo ꝙ ob eā Troiam euerſam putas: & Paris culpatus. i. qui dicitur in culpa eſſe: verum inclemētia. i. ſęuitia diuum, ideſt deorū: euertit has opes i. diuitias & facultates noſtras: loquitur enim quaſi vna ex Troianis: ſicut in. j. Nos tua progenies cœli quibus annuis arcem, &c. (Eſt autem euertit, præſentis temporis, ſicut proſternit.) & proſternit Troiam à culmine. ſ. imperij. Aſpice, quaſi dicat videre potes an vera dicam: non tamen vidit numina: niſi amota Venere, per quod ſignificatur mentem rei Venereæ, obnoxiam diuinis contemplandis inutilem eſſe. Aſpice ergo: nanq; ego eripiam tibi omnem nubem. i. obfuſcationem & perturbationem mentis: quæ obducta. i. in obſtaculum ſuperducta: tibi tuenti. i. intueri volēti: hebetat. i. obtundit mortales viſus: & caligat circum. i. per circuitum: exiſtens humida, aut circum humida. i. virtutem viſiuam quæ in humido radicali eſt: aſpice ergo. ſ. poſtq; abiero: vñ addit tu, nequa. i. nō aliqua, nō time aliqua iuſſu parētis: hoc eſt, mea, dicit Venus quæ parēs ſum: neu. i. neue; recuſa. i. renue: parere. i. obedire præcæptis parentis, præcępta autem ſunt: Eripe nate fugam, finemq; impone labori: quæ quia inhoneſta videntur ponit primum neceſſitatem fugiēdi, dicēs: Vbi. i. poſtq; tu vides: hic. i. in hac ciuitate moles diſiectas: & ſaxa auulſa ſaxis: ita vt ne lapis quidem ſuper lapidem remāſurus ſit: & vides fumum vndantem. i. abūde exurgētem: puluere mixto. i. admixto ei: & vbi vides: ꝙ, ſup. Neptunus quatit. i. cōcutit euertēdo muros. ſ. Troianos: & fundamēta. ſ. murorum, & reliquorum ędificiorū: emota. i. è loco ſuo mota: magno tridēti. ſ. ſceptro ſuo tres dētes habēti: videlicet fuſcina: & eruit totam vrbem à ſedibus. i. compagibus, & iuncturis, aut ſitibus, & poſitiōibus ſuis: & vbi vides, ꝙ Iuno ſæuiſſima. i. in Troiam imitiſſima & ferociſſima: tenet hic i. in hac parte: priā. i. tanq; ꝑnceps, & author expugnatiōis (ſicut in. j. dictum eſt. Veteriſq; memor Saturnia belli Prima quod ad Troiam pro charis geſſerat Argis.) portas Scæas. i. ad Scæū promontorium vergentes, & ipſa furēs vocat agmen ſocium. i. aſſociabile, aut, vt priori adſocietur (& per hoc ſignificat adhuc multo plures ſuperuēturos grecos, ne qua reſiſtēdi ſpes Æneæ eſſet) vocat, dico, exiſtēs accincta ferro. i. armis ferreis (Sunt enim Iunoni arma, de quibus in. j. Hic illius arma, hic currus fuit: cōſtruēda autem ſunt diuiſim epitheta, ne vitioſe vni ab vna parte dentur: per hoc vero, ꝙ ferro accincta videtur, ſe inimicā declarat.) Reſpice Pallas Tritonia: à Tritone lacu Aphricæ ſic dicta: inſedit i. occupauit. iam arces ſummas. i. in quibus res ſummæ erant, & ſumma ſpes reſiſtendi, quæ illis occupatis nulla reſtabat, inſedit (dicit) fulgens nymbo. i. nube diuina circunradiante: aut lymbo i. chlamyde militari: & Gorgone ſæua. i. capite Gorgonis. ſ. Meduſæ, quod in Ægyde. i. ſcuto ſuo habet. Ipſe pater. ſ. Iupiter: q per excellentiam, pater omnium dicitur: & qui peculiariter mihi pater, & tibi auus eſt: ſufficit. i. abūde miniſtrat, & ſubinfert Danais i. Græcis animos, & Vires ſecundas. i. fauſtas, & efficaces ſequēte effectu conatum: & ipſe ſuſcitat deos, ſcilicet reliquos. in, ideſt

contra:

contra: arma Dardana, ideſt vires, aut reſiſtentiam Troianam: aut contra inſignia Troiana, vbi ergo hæc omnia vides; ò nate, eripe, ideſt raptim, aut te eripiendo fac celeriter fugam: & impone labori, ideſt conatui tuo inutili, finem: & ne fugiendo, quàm reſiſtendo, plus periculi obire vereatur, addit Venus, Nuſquàm abero (vnde in.j. Matre dea monſtrante viam. vbi Seruium reſpicito.) & ſiſtam. i. ſtatuam ſtare faciam te tutum, ſup. in limine patrio. i. domus paternæ.

PIERIVS.

❡ Quis indomitas tantus furor excitat iras?) In codic. aliquot antiquis cum Mediceo legere eſt, tantus dolor, non autem furor. Quid enim opportuiſſet ſtatim ſubiungere, quid furis? Sane dolor agnoſcit Donatus: & in paraphraſi ait, quid tantum doles? iraſceris? furis? ⸢Superet coniuxne Creuſa?) Eſt quidem, hic ſuperet, vt captæ ſuperauimus vrbi. In Longobardico tamen codice ſupereſt, legitur: elegantia haud quaquam pari. Illud etiam animaduerti in aliquot ex antiquis codicibus primam literam, quæ eſt in nomine Coniux, inuerſam eſſe hoc modo, Ɔoniux, ea quippe nota qua, Ɔonlibertus hoc eſt, Conliberta. In monumentorum titulis paſſim cernitur. Inuerti vero ita literas, in mulierum nominibus indicandis, plurimum mos fuit. ⸢Inimicusq; hauſerit enſis.) In antiquis pleriſq; codicibus legere eſt, Inimicus, & hauſerit enſis. ⸢Verum inclementia diuum Has euertit opes.) Antiqua pleraq; exemp. habẽt, ſed enim inclementia. Aliquot vero alia, & ea quidem caſtigatiora legunt venuſtiſſima repetitione, diuom, inclemẽtia diuom has euertit opes. Vt illud, Pallas te hoc voluere. Pallas imolat. In Priſciani etiam codicibus antiquis manu ſcriptis, hoc citato verſu, eodem exemplo paſſim geminari dictionem diuum obſeruaui. Atq; eandem hanc lectionem Ti. Donatus agnoſcit. Et vt in ea perſiſteret ſentẽtia, qua ſuperius dixerat, Æneam à Venere prohibitum, ne tentaret extrema, ita cauſam Helenę complectitur. Probatio huius rei fuerat neceſſaria, vt hoc ipſum verum eſſe doceret. Hoc enim genere potuit inhibere viri fortis impetum, & incitatos animos frangere, inania, vacuaq; ſectantes, fecit hoc Venus etiam propter ſe. Nouerat enim dici ſibi poſſe. Vt hæc pateremur: tu feciſti: ergo non immerito dixit: Non tibi Tyndaridis facies inuiſa Lacænæ, Culpatusue Paris, diuum inclementia diuum Has euertit opes. Eſt etiam hæc eadem geminatio in codi. Medi.

⸢Dixerat, & ſpiſſis noctis ſe condidit vmbris, ÆNEAS
Apparent diræ facies, inimicaq; Troiæ
Numina magna deum.
Tum vero omne mihi viſum conſidere in ignes
Ilium, & ex imo verti Neptunia Troia.
Ac veluti ſummis antiquam in montibus ornum,
Cum ferro acciſam, crebriſq; bipennibus inſtant
Eruere agricolæ certatim, illa vſq; minatur,
Et tremefacta comam concuſſo vertice nutat,
Vulneribus donec paulatim euicta, ſupremum
Congemuit, traxitq; iugis auulſa ruinam.
Deſcendo, ac ducente deo flammam inter & hoſtes
Expedior: dant tela locum, flammæq; recedunt.
Aſt vbi iam patriæ peruentum ad limina ſedis,
Antiquaſq; domos, genitor, quem tollere in altos
Optabam primum montes, primumq; petebam,
Abnegat exciſa vitam producere Troia,
Exiliuq; pati, ⸢Vos ò quibus integer æui ANCHISES
Sanguis (ait) ſolidæq; ſuo ſtant robore vires
Vos agitate fugam.
Me ſi cœlicolæ voluiſſent ducere vitam,
Has mihi ſeruaſſent ſedes, ſatis vna, ſuperq;
Vidimus excidia, & captæ ſuperauimus vrbi.
Sic ò ſic poſitum adfati diſcedite corpus.
Ipſe manu mortem inueniam, miſerebitur hoſtis,
Exuuiaſq; petet, facilis iactura ſepulchri eſt.
Iampridem inuiſus diuis, & inutilis annos
Demoror, ex quo me diuum pater, atq; hominum rex
Fulminis adflauit ventis, & contigit igni.

SERVIVS.

❡ Apparent diræ facies.) Secundum matheſim, poſt abſceſſum Veneris dira dicuntur apparuiſſe numina: cuius præſentes radij interueniẽtes anæreticos temperant. ⸢Tum vero.) Quia ante, & ab Hectore audierat, & per ſe viderat euerti Troiam, ſed non omnem. ⸢Ferro & bipennibus.) Tautologia eſt. ⸢Eruere.) Pro deijcere. & eſt Acyrologia. ⸢Minatur.) aut eminet, vt Minæ que murorum. Aut mouetur. ⸢Tremefacta comam.) Solita figura. ⸢Ruinam.) Aliarum arborum. ⸢Ac ducente deo.) Secundum eos qui dicũt vtriuſque ſexus participationem habere numina. Nam Caluus, Pollentemq; deum Venerem. Item Virgilius, Nec dextræ erranti deus abſuit: quum aut Iuno fuerit, aut Alecto. Eſt etiam in Cypro ſimulachrum barbatę Veneris. ⸢Antiquaſq; domos.) Charas ambitioſe dixit. ⸢Primũ.) Præcipuum. ⸢Vos ò.) Obliqua oratio eſt. Nam aperte quidem hoc agit, vt relinquatur: latenter vero aliud. per quod nimia Æneæ oſtenditur pietas: qui nec iuſtis cauſis mouetur, vt patrem relinquat. ⸢Integer æui ſanguis.) Plenam ætatem ſignificat ex ſanguine, qui non eſt integer niſi in iuuenibus. Nam dicunt phyſici minui ſanguinem per ætatem. Vnde & in ſenibus tremor eſt. ⸢Suo robore.) Sine alterius auxilio, quo eget Anchiſes. ⸢Cœlicolæ.) Ad quos noſtra pertinet vita: vt, Haud credo inuiſus cœleſtibus auras Vitaleis carpis. &, Nos iuuenem exanimum: & nil iam cœleſtibus vllis Debentem. Et, Igneus eſt ollis vigor & cœleſtis origo. Anima enim cœli pars eſt: vmbra, inferorum. Adeo ergo non poſuit generale deorum nomen: & addidit cœleſtibus, ne crederentur inferni dij, qui datores vitæ non ſunt. ⸢Satis ſuperq;.) Ad augmentum Superq; addit. Eſt autem Tmeſis. Sane ſciendum eſt eſſe aliqua quæ augmentum non recipiunt, ne minus ſignificent: vt ſatis, perfectus. Nam quæritur vtrum perfectior poſſit facere: ne incipiat Perfectus minus ſignificare. ⸢Vna excidia.) Sub Laomedonte. Sed emphaticῶs dixit excidia. ⸢Sic ò ſic poſitum affati diſcedite corpus.) Senſus talis eſt, Præſtate mihi vos funebre ſolatium, ideſt affamini me. vt dici mortuis ſolet, Vale, Vale, vale, vale. Mortem autem ego manu hoſtis inueniam. Nam hic ordo eſt, Ego inueniam mortem manu hoſtis: ille miſerebitur & petet exuuias. Miſerebitur vero dixit affectũ eius qui cupiebat interimi: vt eum hoſtis quaſi miſeratus occideret. Sic in. ix. mater Euryali, Aut tu ſumme pater diuũ miſerere, tuoq; inuiſum hoc detrude caput ſub tartara telo. Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam. ⸢Exuuiaſq; petet.) Quaſi obiectio, Sed ſpoliatum linquet cadauer: & reſponſio. ⸢Facilis iactura ſepulchri.) Aut ſecundum Epicureos, qui dicunt nil ſupereſſe poſt mortem. Aut hoc dicit, Facilis ſepulturæ iactura eſt, quam poteſt ruina præſtare. ⸢Annos demoror.) Quaſi feſtinantes diu viuẽdo detineo. ⸢Fulminis afflauit ventis, & contigit igni.) Tria ſunt fulminum genera: eſt quod afflat, quod incendit, quod findit. De hoc autem ſiluit. Fulminatus eſt autem Anchiſes: quia ſe cum Venere concubuiſſe iactabat.

DONATVS.

❡ Dixerat & ſpiſſis noctis ſe. c. vm.) Non dixit receſſit, ſed ſe ipſis noctis vmbris condidit. ⸢Dirę facies.) Dirę facies, quę quid peſſimi ſtudij animoſe gererẽt, vultibus teſtarentur. apparent & ea quæ nullius oculis videbantur, ſolus matre mea ſuffragante cernebam numina magna deum. potiora numina ipſa debemus intelligere, quæ ſuperius ſpecialiter dicta ſunt. ⸢Tũ vero omne mihi viſum conſidere in ignes Ilium, &c.) Quando non tantum græcos, verumetiam potiores deos vidi noſtris rebus infeſtos, tunc magis probaui illa quoque quæ ſupererant eẽ peritura. ⸢Ac veluti, &c.) Omnis ipſa comparatio emiſſa eſt, vt oſtẽderet quanta vi ciuitas cum ſuis opibus concidiſſet. ⸢Deſcendo, ac ducente dea.) In domo enim Priami ſe dixerat fuiſſe conſtitutum, & in ſumma eius parte, vnde ſe aut pręcipites dederant, aut tradiderant flammis. iccirco iratus dixit deſcendo, ac ducente dea, vt voluntate matris adductus, & perſuaſiõe ſeceptus. ⸢Flammá inter & hoſtes Expedior. d. te. l. fl. q;. re.) Quid enim dea vel maxime propter filium complere non poſſet? quæ dixerat. Nuſquam abero, & tutum patrio te limine ſiſtá. ⸢Aſt vbi iam patriæ, Antiquaſq; domos.) Ecce cõpletũ eſt promiſſum matris tutus

tutus Æneas peruenit ad patriam domum. ¶ Genitor quem.t.i. Op.primum.m.p.q;.p.Abnegat ex.v.pr.t.E.q;.p.) Ipſe, inquit, pater meus, quem primum hoc eſt ante omnes liberare cupiebam,& primum ad montium tuta transferre.bis dixit primum, vt plenum erga patrem monſtraret affectum.negauit ſe velle viuere poſt excidium Troiæ,faciens comparationem præſentium & futurorum,meliusq; eſſe differens in cineribus patriæ mori, quàm prolixitate vitæ ad peiora perferenda conſulere,dicit iam patris ſui verba,quibus,veluti iuſta prætendens,nolebat abſcedere. ¶ Vos ò quibus integer .æ.ſan.a.ſo.q;.ſ.ſt.r.vi.Vos ag.fu.) Fugiunt,inquit,quibus offert iuuenta ſuffragium & qui longum viuendi ſpatium ſperant, qui laborem ferre non alienis ſed proprijs adminiculis poſſunt,ipſe enim nouerat ſe defecturum.Hæc omnia, quæ ſibi deerant,& ſupererant alijs, dixit.tacuit tamen multa vitia ſenectutis,quæ fuerant in aperto,& complexis omnibus, quæ in iuuenibus non deerant,dicit partes ſuas.ego fugere nec debeo,nec poſſum,nec ad fugiendum habeo voluntatem. ętas tulit quod poſſem forſitan velle,tenent me extrema patrię, & futura terrori ſunt. ¶ Me ſi cœlicolæ.vo.du.vi.Has mihi ſe.ſe.) Aperta,inquit,coniectura colligo inuiſum me eſſe numinibus.ſi enim vellent me adhuc viuere, ſeruaſſent ſeni patriam ſedem, quem conſtat locum mutare non poſſe. ¶ Satis vna.ſ.Vi.ex,& captę.ſu.vr.) Scelus eſt patriam vidiſſe pereuntem,& dolor immē ſus quòd poſt eius adhuc interitum viuimus,& adhuc de viuendo cogitamus. ¶ Sic ò ſic po.af.di.corpus.) Non dixit hominem viuum ſed corpus, vtpote eius, qui non viuendi ſed moriēdi deſyderio duceretur. ¶ Ipſe manu.m.in.m.h.Ex.q;.petet.fa.i.ſe.e.) Reſpondit omnibus,quæ ſibi obijci è diuerſo potuerunt.aut ego me,inquit,occidam,aut nō deerit qui feriat & ſi miſericordia ductus ſolas exuuias tollet,vel ſi remanſero inſepultus,iactura iſta me non ſollicitat.facile enim contemnitur,quod poſt exitum vitæ non ſentit exanimus. ¶ Iampridem inuiſus diuis,&c.) Olim eſt,inquit,ꝙ cupio mori prima exiſtente fulminis cauſa,qua debilis factus dijs aduerſis fruſtra moror in luce,quod vel nunc faciendum eſt, Poſt Troiani imperij perditum florem.

ASCENSIVS.

¶ Dixerat,& ſpiſſis no.&c.) Poſt abſceſſum Veneris vidit Æneas numina magna deum,in qua re Seruius prius moralem annotauit ſententiam,quia videlicet ignorantes, vſum venereum dicuntur videre numina, nunc naturalem, quia ſecundum Matheſim (inquit) Radij Veneris temperant anæriticos,ideſt exitioſos.Viſis ergo numinibus iratis, deſcendit ad domum paternam. Vnde Donatus dicit ſic. ¶ Flammam inter & hoſtes Expedior.) Debuit hoc præſtare Venus,& quia mater,& quia dixerat. Nuſquā abero. ¶ Me ſi cœlicolæ.) Aperta coniectura, Me inuiſum ſuperis. ¶ Satis vna.) Scelus eſt patriam vidiſſe: & dolor immenſus, quòd adhuc poſt eius interitum viuimus, & adhuc de viuendo cogitamus. ¶ Corpus.) Non dixit viuum hominem, ſed corpus ſcilicet eius qui non viuendi, ſed moriendi cupidus eſſet. ¶ Ipſe manu mortem. ¶ Reſpondet omnibus quæ poſſunt obijci. ¶ Ordo eſt.

Ordo. Dixerat,ſcilicet alma parēs Venus,& condidit,ideſt occultauit & inuoluit ſe,ſpiſſis.i.denſis,vmbris noctis:facies diuæ,ideſt terribiles ex deorum ira,& magna numina deum,pro deorū inimica Troiæ apparent,ſupp.poſt mihi abſceſſum matris.Tum vero, ideſt præcipue tunc,aut tunc primum ad verum: omne, ideſt totum: Ilium.i.illud oppidum Troianum viſum eſt mihi, ideſt à me,conſidere,ideſt reſolui decidendo:in ignes,ideſt in carbones ignitos:& Troia Neptunia,ideſt à Neptuno fabricata:viſa eſt,ſupp.verti ex imo, ſcilicet fundo,ideſt funditus euerti: ac, ſupp.trahere ſic ruinam, veluti quum.i.quando agricolæ inſtant certatim, ideſt cum certamine eruere in ſummis montibus: ornum.i.arborem ſic dictam:antiquam & ergo bene radicatam,ſed acciſam.i.in exterioribus exciſam ferro & crebris bipēnibus:hoc eſt,crebris bipennibus ferreis: aut ferro crebrarum bipennium: illa,ſcilicet ornus:minatur.ſ.ruinam:quia eminet vſq;,ideſt continuo:& nutat.i.vacillat:& agitatur huc illuc:tremefacta comá, ideſt habens comam tremefactam:vertice concuſſo,ideſt ex ictu ad radicem facto:nutat,dico,donec ipſa euicta.i.ſuperata,paulatim vulneribus.i.crebris ictibus ferri:cōgemuit ſupremum,ideſt dedit ſupremum gemitum:ſicut animalia expirant,& ipſa auulſa iugis traxit ruinam,& ſuam,& aliarū arborꝫ ſecum. Ego igitur vidēs ſic Troiam conſidere:deſcendo.ſ.ex loco periculoſo:ac expedior.i.expeditus ingredior inter flammā,& hoſtes,& hoc deo ſcilicet Venere,ſecundum Seruium (ſecundum quem tamen non liceret dicere, Cōiunctim deo Venere:licet enim in deo intelligatur Venere, ſicut in homine, mulier:tñ raro coniunguntur deus, Venus,& homo,mulier:vnde quędam ſubaudire licet,potius q̃ exprimere.Ad Seruium addēdum dicit Landinus ex Macrobio, ꝙ ſimulachrum illud barbatum,veſtem tamen muliebrem habebat,& ſceptrum virile,quia eandem marē,ac fœminam putarēt. Ariſtophanes quoq; poeta illam Aphroditon in maſculino genere appellat:& Leuinus ait,Venerem igitur almum adorans,ſiue fœmina,ſiue mas eſt:ita vti alma nocticula.Philochrus,eandem putat eſſe lunam:illiq; ſacrificare viros veſte muliebri,& mulieres virili,quod & mas æſtimetur & fœmina.Varro autem affirmat ſub regibus apud Romanos nullum Veneris,neq; Grecum, neq; Latinum nomen fuiſſe.Hæc ille.) deo igitur, videlicet Venere,ducente.Tela dant locum & flammæ recedunt (quia ergo Dignus deo vindice nodus incidit: intereſt & deus iuxta præceptum Horatianum.Nec deus interſit, niſi dignus vindice nodus Inciderit.Nodus autem difficultatis eſt,quia non eſt veriſimile, niſi proditor eſſet per hoſtes & flammas euaſiſſe, niſi deo ducente.) Aſt.i.ſed vbi.i.poſtquam:peruetum,ſup.eſt,à me:& matre.ſ. ad limina:ſedis.i.habitationis:patriæ.i.patris mei Anchiſæ:q;,ꝑ i.domos antiquas:quod in earum laudem dicitur:quaſi marmoreæ fuerint,quæ diu durare poterant:genitor.ſ.Anchiſes: quem ego petebam.i.optabam primū:tollere.i.exportare in altos mōtes:abnegat.i.renuit:producere.i.amplius ducere:vitam,hoc eſt, diutius ſupuiuere Troia exciſſa.i.poſtq̃ Troia exciſſa eſſet,& abnegat pati exilium:& ait,Vos,ò vos,quibus ſanguis æui.ſ.florētis:eſt integer.i.nō minutus:& quibus vires ſtant ſolidæ.i.plenæ ſuo.i.proprio,& cōueniēte robore,vos,inquam,agitate fugam. Si cœlicolæ.i.dij ſuperi:voluiſſent me ducere.i.vt ego diutius ducam:vitam.i.me ſuperuiuere:ipſi ſeruaſſent mihi has ſedes.i.hàc habitationem.Nos vidimus ſatis,ſuperq;.i.plusq̃ ſatis:vna excidia.i.vnam exterminationē, ſeu vnum exterminium vrbis (vbi animaduertes,ꝙ licet excidium rite dicatur:tamē quia plurimæ res ſimul exciderūt, ideſt extra exiſtētiam ceciderūt,& in nihilū redactæ ſunt:pluraliter tamē dixit,vna excidia,quū tamē vnus, vna,vnum,tūc tantum plurale eſſe debeat,quum ſubſtantiuum ſingulari caret.Viderat autem primam expugnationē vrbis Troianæ in Laomedontem ab Hercule factam:& quia iam ſecūdam vidit,cōiunctim legendum.) & ſuperauimus.i.ſuperſtites māſimus vrbi captæ.q.d.licet iam ſecundum excidium viderimus:tamē nō ſupererimus vrbi captæ,quum etiam excidere malimus: dixerat autem id raptus vehemēti zelo:vt qui deſtinauerat mori,quocirca,ſi forte dicat pius Æneas,Nō ita pater:nam nō diſcedam abs te,priusq̃ cōclamauero, & funebre officium præſtitero;addit,Vos adfati corpus:poſitū.i.ſitum ſuis ſedibus:ſic,ò ſic i.cum tali animo & zelo diſcedite.Et ſi tum dicat,quomodo ponetur corpus tuum pater; aut te interficies? Reſpōdet ipſe.i.egomet inueniam mortē manu.ſ.mea.i.ſic irruam in hoſtes, vt me interficiāt,aut meipſum interficiam:quod nō placet,quia adludit ad factum Priami,qui manu ſua mortem inuenit:pręterea ſequitur, Miſerebitur hoſtis:cuius ſenſus eſt, Etiam ſi tam inualida ſit manus, vt neminem offendere valeam,tamen hoſtis vidēs me appetere,mortem miſerebitur,& interficiet me forte immeritū: & ſi nō miſeratione ductus, tamen petet exuuias.i.ſpolia mea, quæ in trophęum ducet, quo verbo Anchiſes ſibi etiam nomen & gloriam adſerit: Seruius tamen accipit,quaſi per obiectionem dicat:dices forte,ꝙ hoſtis exuuias petet, & ſic nudus in ignota, ſolusq; relinquar harena:ad hoc reſpōdet:iactura ſepulchri eſt facilis.i.debet faciliter tolerari:verum hoc tenore cōtinuari poteſt. Satis eſt vidiſſe excidium vrbis ſemel, & ſuperuixiſſe: quia amplius ſuperuiuere nolo: quocirca adſamini exequialibus verbis corpus meum:poſitum,ideſt proſtratum:ſic,ideſt cum tali affectione,& animo:nec dubitetis quomodo proſternetur,quia ipſe manu mortē inueniam:& ſi fortaſſe imbecillior ſit:q̃ quæ hoſtē prouocare poſſit,miſerebitur hoſtis:& ſi nihil miſerationis ex hoſte ſperandum,tamē exuuias petet:ſed dicat,ergo ſpoliatus, derelinquar inſepultus:verum id paruifaciam, quia iactura, ideſt amiſſio in neceſſitate (ſicut iactura proprie,eſt amiſſio mercium, quæ pro ſaluanda vita in mare proijciuntur: quemadmodum pro ſaluando decoro vitæ, & inclyto nomine ſepultura amittitur.) iactura ergo, ideſt neceſſaria,aut expediens amiſſio ſepulchri:eſt facilis,ideſt debet facile tolerari: vñ Seneca, Nihil refert humi,ne an ſublimi putreſcam.quod autem mori fuerit decorū, probat,quia ego demoror,ideſt detineo & extendo:iampridem, ideſt iam à pluſculo tēpore:annos,ſcilicet ſtatutos mihi exiſtēs, inuiſus diuis,quia cum Venere dearū pulcherrima concubuerat: & inutilis.ſ.hominibus,quo ad opera:quanuis adhuc vtilis eſſet cōſilio,demoror,dicit,iampridem:quia ex eo tēpore, ideſt poſt

illud

illud tempus:ex quo.i.poſt quod:pater hoīum, atq; rex diuū.ſ. Iuppiter:adflauit.i.leuiter contigit:me vētis fulminis.i.leui contactu:ita vt neq; excæcaret,neq; mutilaret memorem:tñ faceret non eſſe gloriandū,nec iactandum de Veneris cōmercio. Excæcatum aūt nō fuiſſe,probat illud quod ſtatim dicetur,Genitorq; ꝑ vmbrā proſpiciens nate(exclamat)fuge nate,& poſtq̄,ſup.contigit me igni fulminis,non tamen proſtrauit,nec penetrauit.

PIERIVS.

☙Deſcendo,ac ducente deo.) Nō ſum neſcius,quot ea ſint,quæ Seruius cōgerit,vt cōmune genus eſſe dijs, oſtendat. In veteribus tamē aliquot codi.ducēte dea,legitur. In Donatiano,Deſcēdo adducēte dea.mox ita,in domo enim Priami ſe dixerat fuiſſe cōſtitutū,& in ſumma eius parte,vñ ſe aut præcipites dederant, aut tradiderāt flāmis:idcirco iratus dixit,Deſcēdo adducēte dea: volūtate matris adductus,& perſuaſiōe receptus. ¶ Aſt vbi iam patriæ.) In Medi.codi.atq; vbi,legitur:quod ſuauius eſt. ¶ Facilis iactura ſepulchri eſt.) In omnibus ijs codicibus quos præ manibus habui,ſepulchri,abſq; verbo,eſt,ſcriptum animaduerti.

Talia perſtabat memorās fixuſq; manebat. ÆNEAS
Nos contra effuſi lachrymis,coniuxq; Creuſa,
Aſcaniuſq;,omniſq; domus,ne vertere ſecum
Cuncta pater,fatoq; vrgenti incumbere vellet.
Abnegat,incœptoq;,& ſedibus hæret in iiſdem.
Rurſus in arma feror,mortemq; miſerrimus opto.
Nam quod conſilium,aut quæ iam fortuna dabatur?
Mé ne efferre pedem genitor te poſſe relicto
Speraſti?tantumq; nefas patrio excidit ore?
Si nihil ex tanta ſuperis placet vrbe relinqui,
Et ſedet hoc animo,perituræq; addere Troiæ
Teq;,tuoſq; iuuat,patet iſti ianua leto.
Iamq; aderit multo Priami de ſanguine Pyrrhus,
Natum ante ora patris,patrem qui obtrūcat ad aras.
Hocc' erat alma parens,quod me per tela,per igneis
Eripis?vt medijs hoſtem in penetralibus,vtq;
Aſcaniumq;,patremq; meum,iuxtaq; Creuſam
Alterum in alterius mactatos ſanguine cernam?
Arma viri ferte arma,vocat lux vltima victos.
Reddite me Danais,ſinite inſtaurata reuiſam
Prælia,nunq̄ omnes hodie moriemur inulti.
Hinc ferro accingor rurſus,clypeoq; ſiniſtram.
Inſertabam aptans,meq; extra tecta ferebam.
Ecce autem complexa pedes in limine coniux
Hærebat,paruumq; patri tendebat Iulum.
¶ Si periturus abis,& nos rape in omnia tecū. CREV.
Sin aliquam expertus ſumptis ſpem ponis in armis,
Hanc primum tutare domum,cui paruus Iulus,
Cui pater,& coniux quondam tua dicta,relinquor?

SERVIVS.

☙Nos contra.) Præpoſitiones vel aduerbia in a, exeuntia, modo producunt vltimā literam, excepto puta,& ita: quia apud Ennium & Pacuuiū breuia ſunt. Hinc eſt quod etiam numerorū nomina indeclinabilia producuntur: vt Triginta magnos voluendis menſibus orbes. Ea vero quæ declinantur,breuia ſunt ſecundum rationem nominum in a,exeuntium. ¶ Omniſq; domus.) Modo familia:aliàs domicilium:interdū re vera domum. ¶ Mortem opto.) Contra fatorum vim,& matris auxilium. ¶ Méne.) Probatæ pietatis filium. Nam pronomina habent vim ſuam nonnunquā & emphaſim: vt Cantando tu illū? ¶ Poſſe.) Plus eſt q̄ velle. ¶ Excidia.) Bene excuſat patrem dicēdo excidit:& ipſam temperat obiurgationē. ¶ Patet iſti.) Apocope eſt,pro iſtic. Pronomen enim eſſe non poteſt:quia non præcedit nomē. ¶ Natum ante ora patris.) His rebus terret eum,qui non poteſt motem timere. ¶ Obtruncat.) Obtrūcare cōſueuit. ¶ Arma viri ferte arma.) Notant hoc Critici,quia ſæpius arma ri aliquos dicit,cum exarmatos nuſq̄ oſtēdat:qui neſciunt non omnia à poeta(vt ſupra diximus)dici debere. Nam & diem deſcribit,nocte non præmiſſa. Superfluo enim dicuntur ea quæ neceſſe eſt fieri. quis enim domum ingreſſus, non arma deponat. ¶ Reddite me Danais.) Quibus me ſuſtulit mater. ¶ Tendebat.) Offerebat:ſed non manibus eū geſtans. ¶ Si periturus abis.) Argumentum dilemma, ideſt complexio: quæ aduerſarium ab vtraq; parte concludit. ¶ Cui paruus Iulus.) Interrogantis eſt: & ſimul epitheto cōmendat ætatem. ¶ Coniux quondam tua dicta relinquor?) Quondam aut aliquando ſignificat; quaſi nunc vxor nō ſit quæ relinquitur. Aut certe quondam, ſemper ſignificat, vt in Georgicis, Vt quondam in ſtipulis magnis ſine viribus ignis. Et eſt ſenſus, Quam ſemper coniugem nominaſti. Haberi enim quæuis poterat:nominari non niſi nobilis.

DONATVS.

☙Talia perſtabat memorans.) Perſtabat, inquit, talia memorans. ¶ Fixuſq; manebat.) Fixus hoc eſt immobili ſentētia. ¶ Nos contra effuſi lachrymis.) Cum adhuc loqueretur nos contra dolores noſtros lachrymis vberrimis teſtabamur. ¶ Coniuxq; creuſa.) Nec tantum nos, verumetiam coniux mea Creuſa. ¶ Aſcaniuſq;,om.d.nec.v.ſecum Cuncta pater,fa.q.vr.incum.vel.) In obſtinatione ſenis tractabamus omnes,& ipſius caſum, & periculum noſtrum, fugiendum quippe fuerat. hoc prouenire ſine ipſo non poſſet,remorari ſine periculo quomodo poſſet? vbi malum euidens fuit. idcirco flebamus, ne ille in eadem ſententia perdurans conſentiret aduerſæ fortunæ, & ſe & omnes nos faceret interire. Ex illius igitur voluntate, ſalutis omnium ſtatus ratioq; pendebat. cum ipſo enim fuerat moriendum, quem dimittere non licebat. ſed ille, quem fixum tenuerat vna ſententia,qui

tia,qui conſentiebat fatis noſtris in extrema vergentibus, voluntate ſua noſtra iuuabat aduerſa, non mei,non nurus ſuę,non nepotis,nō omnium largiſſimis fletibus flexus, in ea mentis obſtinatiōe permāſit, negauitq; ſe velle viuere poſt excidium patriæ. ¶ Rurſus in arma feror, &c.) Tali exiſtente patris mei ſententia, cum fugiendi ſpes cōcidiſſet, rurſus ad arma cōuerſus ſum. nam quid erat in tali cauſa faciendum, niſi vt id facerem, quod aduerſa fortuna dictabat? Armabar,inquit,mortem potius exoptās,quoniam oppreſſo tantis cladibus,vita diſplicebat. ¶ Mene efferre pedē g.t.p.r. Speraſti?&c.) Inuidioſa quidem dictio,ſed plena pietatis & ex affectu religioſo deſcendens,habens in pronominibus grauiſſimum pōdus & ſatis validum,& in ipſa breuitate retinens latiſſimam cauſæ rationem. In pronominibus ſic.me ne,inquit,& te?me ne,hoc eſt filium tuum,cuius pietatem officijs religioneq; optime comprobaſti.te qui ſis pater meus,qui bene noſti,qd parentes debeant liberis,quid filij parentibus,te qui præter naturalem affectum ſis ſenex, ſis vitio corporis impeditus. te quē amauerim ſemper,ſemperq; coluerim, deinde ipſa cauſa quàm grauis,quàm impietatis criminibus plena,abire ſine patre,abire ſine authore proprię ſalutis,relinquere ſenem ac debilem illo tēpore,atq; illo loco,vbi hoſtis victor fuerat,ſuperq; diſcrimen,vbi flammæ,vbi ſuperant gladij,vbi mors aut deteſtāda captiuitas imminebat. Me ne,inquit,abiturum ſine te ſperaſti optime pater?aut aliquo pedē moturū? & potuit tibi venire in mentē?tam dirum tamq; impium nefas potuiſti cogitare? quod abhorret à moribus meis. potuiſti ore paterno ꝓmere,quod me faceret parricidā? ¶ Si nihil ex tāta ſuperis.p.v.r.Et.ſ.h.a.p.ad.t. Te.q.n.q;.i.pa.i.ia.l.) Artificioſa dictio ſatiſq; ſubtilis,conſentire ſe ſimulat eius voluntati, & tamen hunc vehementiſſime tenet, ne in eadem creſcendi prauitate perduret. ſi hoc,inquit,placuit ſuperis, vt de magna vrbe nullę reliquię ſuperſint,idq; & tu ꝓbas, quod aduerſarijs gratum eſt, non deeſt omnibus nobis occaſio moriendi quum fiat iſtud cum hoſtium voto. ¶ Iamq; aderit.m.p.de ſa.py.&c.) Quia cōtēpſerat ſenex & debilis ſalutē ſuā, non eius tantum fore periculum dicitur, ſed propoſito tēplo de filij quoq; morte terretur,ne forte hoc genere poſſet inflecti. Cumq; hoc aſſeritur,ēt illud proculdubio intelligi pōt,non ſolum interitus ſui Anchiſen admoneri, verūetiam filij,nurus,& nepotis, ne forte tot neceſſitudinū periculo frangeretur. Datur interea exemplum crudeliſſimi hoſtis,& eius qui diuina & humana iura deſpiceret, datur exemplū perſonæ hoſtilis,& vltra hoſtilem modum ſęuientis,datur ei factū. Iam,inquit,aderit Pyrrhus,poſt effuſionem recentem ſanguinis Polytæ & Priami. nouit ille ordinē feriendi, nouit quēadmodum patres liberorum funeribus affligat, nunq̄ ille ꝑcutit pr̄es,niſi prius cecidiſſe viderit liberos ſuos,ille

nec

nec occaſionem faciendi perdit,nec loca in quibus faciebat habi/
ta conſideratione diſcernit,totus intentus in factum,perficit cæ/
dem,etiam ſi ſacer locus ac venerandus occurrat,aliam in matrē
quoq; inuidiam concitat,ſalua quidē materni nominis reueren/
tia,hoc non vt ingratum oſtendat filium,ſed vt terrorem patris
accumulet.¶Hoc erat alma parens,quod me per tela,per hoſtes
Eripis,&c.)Verſa ſunt,inquit,in perniciem meam mater bñficia
tua.quid prodeſt,quòd euaſi gladios?& tutus tranſiui per flam/
mas?quid prodeſt,quod ad ſedes noſtras incolumis te auxilian/
te perueni?Cur ſum redditus dulcibus conſpectibus patris? non
amor eſt iſte,ſed imminēs ſupplicium,videbo patrem meum in
conſpectu meo occidi?videbo cædi pignora mea?& effundi om/
nium ſanguinem ſimul,ſimulq́; miſceri,confuſaq́; in vnum cor/
pora funeraq́; proſterni?perdidi in aduerſis grande commodum
miſer.potui neſcire quod timeo,quod poſuit,cernam,ad omnia
pertinet,ac per hoc non ſemel accipiēdum eſt hoc modo,vt me/
dijs hoſtem in penetralibus cernam,vtq́; Aſcanium cernam,pa/
tremq́; meum cernam iuxtaq́; Creuſam cernam,mactatos cer/
nam,alterū in alterius ſanguine.Aliud dehinc genus terroris ad/
iungit,ne fieri poſſet,vt ſuam pater mutaret aliquando ſentētiā.
¶Arma viri,ferte arma.)Vt cum videret filium in pericula redi/
turum,amplecteretur conſilium fugæ,ait.Ferte arma,hoc eſt ve
nite mecum armis veſtris inſtructi.¶Vocat lux vltima victos.)
Iam nos vocat finis vltimus vitæ,vt non pugnaturi pergere ſed
morituri viderētur.ait ergo ad tantam neceſſitatem cogimur ad/
uerſante fortuna,quaſi redeuntes in bella victi,hoſtem poſſimus
ſuperare victorē.¶Redd.te me Danais,ſinite inſtaurata reuiſam
Prælia.)Cupio,inquit,me repręſentare certamini.poſſet dici,ad
quam ſpem,reſpondit ipſe.¶Nunquam omnes hodie moriemur
inulti.)Non ait,vt vincam,ſed ne omnes inulti pereamus,non
tantum ipſe,qui bellum repetiturus fuerat,verumetiam reman/
ſuri,Anchiſes,Aſcanius,& Creuſa.¶Hic ferro accingor rurſus,cl.
q;.ſi.In.a.meq́;.ex.t.ſe.)Cum ne his quidem dictis moueretur,
inquit,animus patris,cœperam proceſſurus armari.iam indue/
bam ſcuto humerum meum,iam cœperam extra limen exire,ſi/
mul faciēs vtrunq;.hoc enim properationis neceſſitas exigebat,
vt non ſtans ſed ambulans armarer,accingor,dixit,inſtruor.¶Ec
ce autem complexa pedes in limine coniux Hærebat,paruumq́;
patri tendebat Iulum.)Repente,inquit,emergens vxor in ipſo li
mine me tenuit exeuntem,& ne minoris meriti prærogatiuam
haberet apud virum paruulum Iulum offerebat patri.non dixit
mihi ſed patri,vt ſi maritum non flecteret precibus ſuis,patrium
tamē moueret affectum.ambos proinde oſtēdebat inutiles,am/
bos imbelles,ſe mulierem,& illum puerum,vt ætatis ratio vel
ſexus reuocaret inſtantem.quanta autem rogantis vxoris neceſſi
tas fuit,quando ad pedes meos decidens,atq; ipſos quibus egre
di poteram ſuppliciter retinebat,nō reſpiciēs meritum ſuum,nec
matrimonij decus.nec nomē vxoris,offerens commune pignus
oculis meis.videamus quid ſit,quod non dum plene armatum,
quod in limine,quod pedibus complexa innuit properatē,quod
offerebat filium patri.hæc enim ſequētia prodiderūt,non fruſtra
via perfecta ſignificabatur quippe auſpicijs non futurum,quod
arripuerat vel Anchiſes vel Æneæ deſperantis intentio,arma ple
nius ſuſcipere potuit,nec limē exire impediti ſunt coniugis com/
plexibus pedes,quibus properabat ad bellum.faciebat hoc perſo
na mulieris domeſtice,imbellis,faciebat vxoris,quæ matrimo/
nij nexibus reuocabat exeuntem,offerebat paruulum filium,per
quem factum eſt vt omnis Æneæ difficilis & dura mentis atque
conſtricta obſtinatio ſuperetur,poſt hæc conſecuta ſic vox,debe
mus inſerere,fuit cara,vtilis,neceſſaria,atq; honeſta,& ad perſua
dendum vehementiſſime accommodata.¶Si periturus abis,&
nos rape in omnia tecum,Sin aliquā expērtus ſumptis ſpem po/
nis in armis,Hanc primū tutare domū,cui paruus Iulus Cui pa
ter & cōiux quondam tua dicta relinquor?)Cōſidera ait quo lo
co,quo ſis nos tempore relicturus,cui oēs nos imbelles dimiſe/
ris traditurus,Quum dicit,cui,hoſtem proculdubio ſignificat,fa
cit autem ordinationem perſonarum admirabilem,relinques,
inquit,filium paruum,relinques debilem patrem,relinques vxo
rem,ſe tertio loco hoc eſt nouiſſimo poſuit,aut.n.poſt filium &
patrē amari vxorem putauit,aut verecundiæ cauſa noluit ſe præ
ponere patri,vel filio,aut ordinatiōe quod exiſtimauerat potius
in affectu apud virum,debuit vltimū cōſtituere,ne perſonarum
ſequentium vinceretur affectu.tractabatur enim ne in captiuita/
tem venirēt,in qua peior eſt fœminarū vel maxime in cauſa con
iugij.deniq; hoc dixit,& coniux quondam tua cui relinquor?ab/
hinc vxor tua nō ero,ſi cœptis tuis perſeueranter inſtiteris,ſi pe/
riturus abis,& nos rape in omnia tecū.Sin aliquā expertus ſum/
ptis ſpem ponis in armis,hāc primum tutare domū,cui paruus
Iulus,cui pater & cōiunx quondam tua dicta relinquor? Si tæ/
dio infelicium rerum morti diſponis occumbere,ſimul tecū pga
mus vniuerſi,vnus exitus premat,quos idē deuinxit affectus,ſit
felix interitus noſter,vt cum oēs abſumpſerit letū,nō extet qui al
terum gemat,nō remaneat ſuperſtes quiſpiam noſtrum,ad plura
ſupplicia erumnarum remedium eſt mortis occaſio,ſi pars iſta
complacuit probo ſentētiam tuam,ſi tu quoq; comprobes meā,
vt ſi aliquid proſperum ſperas,ſi felicioris reditus fiduciam ge/
ris,& hæc,quæ tuis humeris arma portātur quiddam boni tuis
nixibus ſpōdēt,prouidendum eſt primum,vt in tutum redigas
tuos,vt cum remeare cœperis domū,occurrāt eo pignora tua.Sa
piētis eſt mala pręuenire cōſilio,ne exoriatur aliud,quod poſt vi
ctoriam plāgas.quod aūt duo propoſuit,vnum vult fieri,nō alte
rum de duobus.ſ.vt remaneret cum omnibus,q̃; dimiſſis ad prę
dam improuidus exiret ad bellum.

ASCENSIVS.

¶Talia perſtabat,&c.)Docet quomodo ab iſtituto reuocari ne/
quiuerat Anchiſes,vtq́; ipſe id vidēs,rurſus in arma irruerit:di/
cturus in ſequētibus,quomodo viſo oſtēto ignis in fugam con/
ceſſerit eandem Anchiſes.de hac autem re dicit Donatus ſic.¶Fi/
xus.)Immobilis ſentētia.¶Nos cōtra.)Quia fuga eſſet ſalus pe
tēda:& ſine ipſo fuga nō erat,orabamus ne vniuerſam domum,
dum negat ſe fugiturū,perderet.Ergo oīa ex illius volūtate pēde
bāt.¶Mene.)Inuidioſa dictio:ſed quæ plena eſſet pietatis,& ex
affectu religioſo profecta.Habet aūt grauiſſimum pōdus ex pro/
nominibus me,& te:me.ſ.filiū tuū:cuius pietatē officia,religio/
nēq; optime cōprobaſti.¶Te.)Qui ſis pater meus:& probe no/
ſti,qd patres liberis,ac patribus liberi debeāt.Te,qui ſenectute,&
morbo grauis ſis,& quē ita relinquere ſcit ſcelus hoc tpe,& hoc
loco vbi hoſtes ſint & flamma.Potuiſti ergo loqui,ꝙ me faceret
parricidam.Si nihil artificioſa oratio.nam eſſet cauſa interitus
omniū,& exēplo oſtendit adfuturū qui filium,nepotēq; in ſuo
cōſpectu interimat,quū iam ea crudelitate vſus in Polyte ſit,qui
nunq̃; patrē interempturus ſit,niſi prius cæſo filio.¶Hocc'erat
alma parēs.)Oſtendit materna beneficia conuerti in perniciem.
¶Cernam.)Ad omnia pertinet,& propterea nō ſemel accipiēdū
eſt.¶Arma viri ferte.)Conabatur flectere patrē in ſuam ſnīam,
quum filij periculū cerneret.¶Vocat lux vltima.)Vt intelligat nō
ſumi arma ad ſalutē,ſed ad mortem:nec inde aliud ſperari,q̃; ali
quam vltionē.¶Hinc ferro accingor.)Quoniā ne his quidem di
ctis motus erat.¶Patri.)Non dixit mihi,ſed patri:vt ſi maritum
non flecteret ſaltē patrium affectū moueret.¶Quōdam tua.)Nā
ſi diſcedam non potero eſſe deinceps tua.¶Ordo eſt.Pater An/ Ordo.
chiſes,ſupp.memorans.i.enunciās talia,qualia,præmiſſa ſunt:
perſtabat.i.perſeuerabat(& ita nō leges præſtabat.)&,pro.i.ma/
nebat fixus inhærens,& firmus in propoſito ſuo.Nos & Creuſa
cōiux,& Aſcanius,ſup.filius:& omnis domus.i.tota familia:ef/
fuſi.i.effluentes lachrymis contra,ſup.inſtamus,aut facimus,aut
præcamur ne pater vellet vertere.i.euertere,& deſtruere cuncta
ſecū:& incumbere fato vrgenti.i.ipſum ad præſentem mortē im
pellēti:ſed,ſup.ipſe:abnegat.i.renuit,ſup.dictis,aut præcibus no
ſtris acqeſcere.(Sed pulchra breuitas eſt,& negotio aptiſſima.)
& hęret incœpto,& iiſdem ſedibus.i.firmis ſententijs,& placitis.
(Nam ſedere,eſt placere:vnde paulo inferius,Et ſedet hoc ani/
mo,&c.)Ego feror.i.trahor,& excitor rurſus in arma,& ego mi
ſerrimus opto mortē:Nā quod conſiliū dabatur,quaſi dicat,nul
lum:aut quę fortuna,ſup.dabatur,quaſi dicat,etiā nulla:hoc eſt,
neq; conſilio,neq; caſu,aut audaci facto poſſe euadere ſperabā,
quum nollē patre moriente ſuperuiuere,vnde addit:O genitor
ſperaſti ne me poſſe,ideſt quod ego poſſem efferre pedem.ſ.è do
mo iſta:te relicto.i.poſtq̃; te reliquerim,aut & te relinquam:exci
dit ne tantū nefas ore patrio.i.paterno,vt id de me ſentias?Si ni/
hil.i.non aliquid,ſi nō placet,ſuperis aliquid relinqui ex tāta vr/
be:& ſi hoc.ſ.nihil relinquit:ſedet animo,ideſt firmiter decretum
eſt tibi,& placet:& ſi iuuat,ideſt delectat te addere Troiæ,peritu
ræ te & tuos:ianua,ideſt aditus,& modus:patet iſti.ſ.tam igno/
bili,quod tamen affectas:leto.i.mortis generi,quo deleamur &
è via,& è memoria viuentiū,vnde affectāter letū dixit:patet er/
go iſti leto.i.ad iſtud letum.Nā Pyrrhus aderit iam.i.ſtatim,ſup.
veniens de multo ſanguine Priami.i.multi ſanguinis Priami ef/
fuſione:qui obtruncat.i.obtruncare conſueuit:& cuius peculiare
facinus eſt obtruncare:aut qui iam nunc obtrūcat:natū.ſ.Politē
ante ora patris.ſ.Priami:& patrē.ſ.Priamū:ad aras.ſ.Iouis Her/
cæi.O alma parens erat hoc.i.ptenditne hoc ſibi:quod eripis me
per tela,

per tela, per ignes, vt.ſ.cernã hoſtẽ.ſ.qui iam aderit: in medijs penetralibus.ſ.domus paternæ: & vt cernã Aſcaniũ.ſ.filiũ meum, & patrem.ſ.Anchiſen mactatos: alterum, ſupp.mactatũ in ſanguine alterius. (Eſt enim prolepſis) q;, pro &: hoc eſt, etiã iuxta Creuſam.ſ.coniugẽ meam: matrẽ Aſcanij, & nurum tuam. O viri, ferte (inquit).i.adferte arma: vltima lux.i.vltimum tẽpus vitę, non enim tũc lux erat: vocat.i.expetit ad mortẽ: victos.ſ.nos: hoc eſt, video fatis vrgentibus nos ad mortẽ impelli. Reddite me Danais quibus.ſ.mater me eripuit. ſinite (quia ipſum retinere volebãt.) i.permittite: vt, ſup.reuiſam.i.iterũ viſum eã: aut iterũ videã prælia inſtaurata.i.in priſtinũ ſtatũ conſerta: nunq̃; oẽs.i.non omnes (ſed plus eſt nunq̃;, q̃; non moriemur hodie inulti: hoc aũt de ſe dicit.q.d.non interficiar.) priusq̃; interfecero cõplures: hic.i.hoc tempore rebus ſic ſe habentibus, ego accingor rurſus ferro: inſertabam ſiniſtram, ſup.manum: clypeo aptans.ſ.eam loris & retinaculis clypei: & ferebam me extra tecta: autem, pro ſed ecce, quaſi dicat præter ſpem: coniux.ſ.Creuſa: complexa.i.cõplectẽs: pedes.ſ.meos: proſtrata, videlicet, hærebat in limine, & tẽdebat, ideſt porrigebat: patri.ſ.mihi: Iulum.ſ.filiũ paruum: &, ſup.vociferauit: ſi tu abis periturus.i.eo animo, vt pereas cape, &.i.etiam nos tecũ in omnia: hoc eſt, in mortem: ſin.i.ſed ſi: tu expertus.i.peritus armorum: ponis.i.collocas: aliquã ſpem: ſcilicet ſalutis: in armis ſumptis.i.per arma ſumpta obtinendæ tutare primum: hãc.i.noſtrã domum: cui.ſ.domui Iulus.ſ.paruus: ergo qui ſe ſeruare neſciat, ſup.relinquitur: & cui ego dicta quondã tua coniux: dum, ſcilicet mecum viuere conſtituiſti: relinquor.ſ.à te abeunte in mortem certam, aut aliena defenſurus.

PIERIVS.

¶ Aut quę iam fortuna dabatur?) In antiquis aliquot codicibus legere eſt, aut mihi quæ fortuna? Sed prior lectio magis recępta. ſ Patet iſti ianua leto.) In Mediceo codice, & aliquot alijs antiquis legere eſt, iſtic, aduerbialiter: vt dicat non eſſe alio diſcedendum, ſi omnes velit perdere. Quia iam aderit Pyrrhus, qui eũ voti compotem reddet: Qui Natum ante ora patris, patrem qui ad aras obtrũcabit. ſ Natum ante ora patris.) In antiquis pene omnibus exemplaribus, gnatum, cum g litera præpoſita legas, & ita veteres ſcribere ſolitos oſtendit Victorinus, dum dicit, Nos quædam paucioribus literis ſcribimus, quam antiqui ſcribebãt, vt narus, natus, nauus, noſco. Nam illi has voces & ſimiles iſtis, g interpoſita ſcribebant, cuius rei veſtigia nos retinemus, quum ſcribimus ignarus, cognatus, ignauus, cognoſco. ſ Iamq; aderit multo Priami de ſanguine.) In codicibus aliquot antiquis mutato numero legitur, Iamq; aderit Priami multo de ſanguine. Sed vulgata lectio longe venuſtior habetur ijs, qui dactylum & ſpõdeum alternos amant. ſ Patrem qui obtruncat ad aras.) Vetera quędam exemplaria legunt, patrem quæ obtruncat. Sed pronomen illud relatiuum, maioris omnino ponderis eſt. ſ Hocc' erat alma parẽs.) Prima huius carminis dictio, nouos & veteres grãmaticos varie torquere conſueuit. Priſcianus in hunc locũ, reliqs quoq; caſibus vetuſtiſſimi addebãt eandem ce, ſyllabam, vt hicce, hæcce, hocce. Vnde vocali quoq; ſequente ablata, per ſynalœphen manentibus duabus cc ſolebãt producere. Virgilius Hocc' erat alma parens. Sed ſcriptorum negligentia prętermiſit vnum c. Dixerat vero prius idem hoc Velius Longus, qui dubitat verſum eſſe acephalum, ſi, Hoc, vnico c ſcribatur. Sed enim nullum ego ex antiquis codicibus adhuc inueni, in quo ſit, Hocc, duplici cc notatum. Paſſim vero, Hoc erat, quo æquior ſum Terentiano & Probo, c finalem in pronominibus producendi vim aſſerentibus habere, vt alio loco commodius diſputatum eſt. Nam & Soſipater Cariſius Vltimum poſitionis modum ait, quũ dictio deſinit in conſonantem c, qua pars orationis finitur, & excipitur à vocali, vt, Hocc' erat alma parẽs. Ne vero mirum ſit quęri a grãmaticis, vtrũ Hoc, an Hocc, an Hocce, apud poetã ſit dicendum? quęrit quid huiuſmodi in Cicerone, Fabius? Quippe cur Hoſce, potius q̃; Hos, eo loco dixerit, neminem veſtrum ignorare arbitror iudices hunc, per hoſce dies ſermonem vulgi, atq; hanc opinionem populi Romani fuiſſe. ſ Nunq̃; omnes hodie moriemur inulti.) In Mediceo, & codicibus aliquot antiquis, Nuſq̃;, habetur, hoc eſt quocunq; loco cadere contigerit, haud quaquã inulti moriemur. Sed nunquam Donatus agnoſcere videtur. Huius vero ſententiæ ſimilitudo locum memoriæ ſubijcit apud Liuium, aliqua dignum animaduerſione, lib. v. de ſecũdo bello Puni. vtrũ præſenti corpore pecorũ modo inulti trucidentur. Quod in veteri codice legitur, vtrum præbentes corpora pecorũ, modo inulti trucidentur? ſ Hic ferro adcingor rurſus, clypeoq; ſiniſtrã Inſertabam.) In antiquis exemplaribus legere eſt, Hinc ferro adcingor, & clupeo per u, ſed per i, potius ex Cornelij Frontonis ſnĩa ſcribendum videtur. De armis enim eſt ſermo. Sed enim hæc leuia, illud me potius moueat, quod antiquiſſimi quidam codices legunt, Clypeũq; ſiniſtrę Inſertabam, pro Clypeoq; ſiniſtrã! Inſertabã. Donatiana preſertim paraphraſi cum antiqua lectione faciente. Ita enim eſt, iam induebam ſcutum humero meo.

ſ Talia vociferans gemitu tectum oẽ replebat, ÆNE.
Quum ſubitum, dictuq; oritur mirabile monſtrum.
Nanq; manus inter mœſtorumq; ora parentum,
Ecce leuis ſummo de vertice viſus Iuli
Fundere lumen apex, tactuq; innoxia molli
Lambere flamma comas, & circum tempora paſci.
Nos pauidi trepidare metu, crinemq; flagrantem
Excutere, & ſanctos reſtinguere fontibus ignes.
At pater Anchiſes oculos ad ſydera lætus
Extulit, & cœlo palmas cum voce tetendit.
ſ Iuppiter oĩpotẽs, precibus ſi flecteris vllis, ANCH.
Aſpice nos, hoc tantum: & ſi pietate meremur,
Da deinde auxilium pater, atq; hæc omina firma.
ſ Vix ea fatus erat ſenior, ſubitoq; fragore ÆNEAS
Intonuit læuum, & de cœlo lapſa per vmbras
Stella facem ducens, multa cum luce cucurrit.
Illam ſumma ſuper labentem culmina tecti,
Cernimus Idæa clara ſe condere ſylua,
Signantemq; vias tum longo limite ſulcus
Dat lucem, & late circum loca ſulphure fumant.
Hic vero victus genitor ſe tollit ad auras,
Adfaturq; deos, & ſanctum ſydus adorat.
ſ Iãiã nulla mora eſt, ſequor, & q̃ ducitis, adſum ÆN.
Dij patrij ſeruate domum, ſeruate nepotem,
Veſtrum hoc augurium, veſtroq; in numine Troia eſt.
Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuſo.

SERVIVS.

¶ Manus inter.) Mutauit accentum præpoſitio poſtpoſita. Sanè inter plerunq; ꝓ Per ponitur. Sed raro apud Virgilium, vt Hunc inter fluuio Tyberinus amœno. Bona autem œconomia ad Iulum venit, dicẽs eum fuiſſe inter manus parentum. Inter manus autẽ, hoc eſt inter amplexus. Non enim poſſumus eum illo tempore portatum dicere: quem poſt ſeptem annos legimus & venatum iſſe, & bella tractaſſe. ſ Mirabile mõſtrum.) τῶν μέσων eſt: dictum à mõſtrando. Et refertur ad pręſens eius ſignificatio. Prodigiũ autẽ eſt quod in longum tempus dirigit ſignificationẽ. ſ Fũdere lumen apex.) Apex proprie dicitur in ſummo flaminis pileo virga lanata: hoc eſt in cuius extremitate modica lana eſt, quod primum conſtat apud Albam Aſcaniũ ſtatuiſſe. Modo autem ſummitatem pilei intelligimus. Tangit nanq;, vt frequenter diximus, latenter hiſtoriam. Item hoc quoq; de igni ad Seruium Tulliũ pertinet. Nã quũ Tarquinius cœpiſſet Otriculanã ciuitatẽ: ex captiua quadam in domo eius natus eſt Seruius Tullus Hoſtilius. qui quũ obdormiſſet: caput eius ſubito flãma corripuit. quam quum vellent reſtiguere, Tanaquil regis vxor auguriorum perita, intelligẽs augurium, prohibuit. Flamma puerum cum ſomno deſeruit. Vnde intellexit eum clarum fore vſq; ad vltimam vitam. Sane perite lucem dixit, non vt in ſeptimo, Tũ fumida lumine fuluo. Nã & illic ſplendor quidẽ eſt: ſed cũ fumo qui ſemp cauſa lachrymarũ eſt. In Aſcanio autẽ ſolus oſtenditur ſplendor. ſ Circum tempora paſci.) Paſci, creſcere: vt Sacrũ tibi paſcere crinem. Sunt autẽ infinitiua ꝓ indicatiuis. ſ Fundere.) Lãbere, paſci. ſ Sacros reſtinguere.) Non quos tũc ſacros ſciebant: ſed quos mox probarunt. ſ Oculos ad ſydera.) Cõtra opinionẽ Theocriti, qui eũ cæcatũ fuiſſe cõmemorat. ſ Si flecteris.) Aut ſm Stoicos locutus eſt, qui fati aſſerunt neceſſitatem: aut ſecundũ Epicureos, qui dicũt deos non curare mortalia. ſ Aſpice nos.) Quia intuẽtes dij iuuãt Vñ eſt, Atq; oculos Rutulorum

rum reijcit aruis. Et contra, Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat. ¶ Atq; hæc omina firma.) Secundum Romanum morē petit, vt viſa firmentur. Non enim vnum augurium vidiſſe ſufficit, niſi confirmetur ex ſimili. Nam ſi diſſimilia ſint poſteriora, ſoluuntur priora. Vnde eſt, Quantū Chaonias aquila veniente columbas. Nam aquila ſine dubio colūbis plus poteſt. ¶ Intonuit læuum.) Siniſtrum, proſperum: quia cœleſte eſt, vt diximus ſupra. Siniſtrum autem à ſinendo dictum, quantum ad auguria pertinet: quod nos agere aliquid ſinat. ¶ Multa cum luce cucurrit.) Nunc theologicam rationem ſequitur, quæ aſſerit flammarum, quos cernimus tractus, nimbum eſſe deſcendentis numinis. Alibi phyſicam: vt Vento impendente videbis, Flammarum longos à tergo albeſcere tractus. ¶ Facē ducens.) Lumē, quod vtiq; ex facibus naſcitur. ¶ Idęa claram ſe condere ſylua.) Stellæ huius curſus ſignificat Troianos conglobatos ad domum Æneæ Idam petere. Quod dicit Multa cum luce: oſtendit claros. quod Signantem vias: ſcintillas quaſdam dicit relictas, quæ oſtendunt remanſuros in diuerſis partibus ſocios: quod Longo limite: oſtēdit errorem. quod Sulcum dicit, ſignificat longum maris æquor arandum. Quod ait. ¶ Sulfure fumant.) diuini ignis odor oſtenditur. Ex fumo autem mors Anchiſæ cognoſcitur: ſicut eius oratio ſequens indicat. ¶ Cedo equidem.) Quaſi ſcilicet etiam ſciat ſe eſſe moriturum. & bene quādiu viuit Anchiſes, totum ei conceditur. ¶ Victus genitor.) A priſtino propoſito recedens. ¶ Se tollit ad auras.) Verbum augurum: qui viſis auſpicijs ſurgebant ex templo. vnde extēplo. ¶ Affaturq; deos.) Agit dijs gratias. ¶ Veſtroq; in numine Troia eſt.) In vobis habeo Troiam: propter illud, Has mihi ſeruaſſent ſedes. ¶ Comes ire recuſo.) Tantum ad ſolatium itineris, quippe moriturus, vt in ſexto Æneas: Ille meum comitatus iter. Vult enim Virgilius etiam Æneæ concedere patris peritiam.

DONATVS.

¶ Talia vociferans gemitu te. o. re.) Non tantum vocibus dolores ſuos, verumetiam gemitibus teſtabatur. ¶ Cum ſubito di. q;. ori. mira. monſtrum.) Talis eſt locus iſte, qualis eſt, Talia iactanti ſtridens aquilone procella Velum aduerſa ferit fluctusq; ad ſidera tollit. Item hæc dum Dardanio Æneæ miranda videntur, Dum ſtupet, obtutuq; hæret defixus in vno Regina ad templum forma pulcherrima Dido, Inceſſit, magna iuuenum ſtipante caterua. Item, Talia fundebat lachrymans, longosq; ciebat Incaſſum fletus cum ſeſe à mœnibus heros Priamides multis Helenus comitantibus offert. hanc dictionis artem docente Virgilio, noſſe & imitari debemus. Incerta enim & inſperata loquentes inueniunt, non expectant verborum finem, ſed media & imperfecta colloquia actus rumpunt. dum igitur gemit Creuſa, dum clamat, dum me, inquit, retinet, ecce exoriens ſubitum & mirabile monſtrum, gemitus eius & clamores abrupit. ¶ Nanq; manus inter. m. q;. o. paren. &c.) Vere ait mirabile monſtrum. Fiebāt. n. multa cōtra naturam rerum, vt humano de capite apice ipſo incēdij procederet lumē, nec tamē pueriles comas, perindeq; molles ac teneras, tempora quoq; ipſa percurrens exureret, aut ſaltē leuiter læderet, paſci quoq; illud incendium viribus ſuis, nō nutriri detrimentis alienis. ¶ Nos pauidi. tr. m. crimenq; flagrantem Ex. &. ſa. re. f. i.) Nos, inqt, hoc eſt parentes. ſupra enim dixit. Nāq; manus inter mœſtorumq; ora parentū Ecce leuis ſummo de vertice viſus Iuli Fundere lumen apex. nos ergo parentes, quibus in cauſa filiorum etiam leuia & ſecura ſuſpecta ſunt, exagitabamus à crinibus flammas, & ſanctos ignes contrario vndarum elemēto reſtinguere nitebamur, humano ſcilicet errore ducti, quod diuinum fuerat, prope ſacrilegis manibus appetentes. ¶ At pater Anchiſes ocu. ad ſi. læ. Ext. &. c. pal. cum voce tetendit. ¶ Interea inquit, pater meus, penes quem ſacrorum cœleſtium plena ſcientia fuit, nobis inſcijs omniumq; ignaris & trepidis ſolus in lætitiam repente mutatus eſt. tendensq; ad ſydera oculos ac manus, locutus eſt hæc. ¶ Iuppiter omnipotens, &c.) Vſq; adeo bonum viſum eſt patri meo, quod repente monſtratum eſt, vt precibus Ioui effuſis confirmationem peteret facti. ¶ Vix ea fatus. e. ſ. ſ. q;. fr. Intonit læuum, & de cœlo. l. per. v. St. fa. du. m. c. l. cu.) Tantum, inquit, patris mei iuxta deorum cultum meritum fuit, vt cum ipſo deprecationis, ineſſet auditus. nam, & intonuit lęuum, & ſtella de cœli partibus lapſa oſtendit futuram lętitiam rerum, & rogantis preces auditas, quod autem dixit læuum, debet hoc proſperum intelligi. nam eius in hac cauſa hæc eſt ratio, læua in alijs contraria ſignificatur. In ſacris autem ſignis iccirco proſpera accipiuntur, quæ ſunt lęua, quia ſacrificantis vel precantis latus læuum dexterum eſt eius, qui poſtulata largitur. ¶ Hic vero victus genitor, &c.) Pater meus, qui neq; fletibus noſtris dudum nec precibus flexus eſt, his viſis aſſenſus & victus eſt & gratias egit ſuperis, & reiecta priore ſententia, quod nobiſcum ire vellet vltro teſtatus eſt, dicens. ¶ Iam nulla. m. e. ſequor, &. q. du. ad. Dij patrij.) Primum dixit ſequor, & ſi qua ducitis adſum. quum primum ſit ducere, ſecūdum ſequi, ſed ordinato ſenſu corrigitur, vt ſit, qua me ducitis, ſequor dij patrij. ¶ Seruate nepotem, Ve. hoc au. v. q;. in nu. tr. eſt.) A vobis hoc augurium natum eſt, veſtrum eſt tueri, quod agimus. ¶ Cedo equidē, nec nate tibi comes ire recuſo.) Probaui, inquit, fugam tuā fili deorum voluntate deſcēdere, cedo potioribus, & ibo quo volueris pergere, perſeuerabo comes tuus, nec vſquam à tua ſocietate diſiungar.

ASCENSIVS.

¶ Talia vociferans, &c.) Memorat quomodo viſo monſtro circum capillos Iuli, Anchiſes diuinarum rerū peritus id boni exitus indicium agnoſcēs: & ſe, ſuosq; in exilium à fatis vocari paratus ſit ſequi. De ea aūt face quæ in Seruium dicat Beroaldus, videbimus poſt ordinē, ante quem ponemus hæc Donati verba. ¶ Vociferans.) Non ſolum verbis, verumetiam gemitu oſtēdēs. ¶ Quum ſubitū.) Talis eſt locus iſte, qualis eſt, Talia iactanti ſtridens Aquilone procella. Item hæc cum Dardanio Æneæ miranda videntur, &c. Itē, Talia fundebat lachrymans, lōgosq; ciebat Incaſſum fletus. nam incerta & inſperata innectit, non expectans verboſum finem. ¶ Mirabile.) Nam fiebant multa contra naturam: vt, Flamma quæ tangebat ea nō vreret. ¶ Pater.) Anchiſes: apud quem cœleſtium rerum ſcientia erat. ¶ Vix ea fatus erat.) Oſtenditur ex hoc magnum: Anchiſæ meritum. ¶ Sequor, & qua ducitis, adſum.) Primum eſt ducere, ſecundum ſequi: ſed ordinato ſenſu corrigitur, vt ſit, Qua me ducitis, ſequor. ¶ Veſtrum hoc augurium.) Quia veſtrum eſt augurium, veſtrū eſt tueri, quod agimus. ¶ Cedo.) Scilicet potioribus. ¶ Ordo eſt. Creuſa, ſup. vociferans talia, qualia iam recitauit: replebat omne tectū. i. totam domū: gemitu, ſupp. tunc: quum. i. quando monſtrum ſubitum, & mirabile dictu. i. dum dicitur, aut vt dicatur: oritur, ideſt oſtentatur. nanq;, pro quia, ecce leuis apex, ideſt globulus, in ſummitate pilei, viſus eſt fundere de ſummo vertice Iuli: lumen, ideſt radios quoſdam, aut globulos ignis inter manus & ora mœſtorum parentum: dū, ſcilicet mater filiū patri portenderet: & flamma innoxia. i. non nocens, nec inurens: molli tactu. i. quia molliter tangebat, ſupp. viſa eſt, lambere comas: & paſci. i. foueri, & nutriri circum tēpora, ſcilicet capitis Iuli: nos pauidi. i. pauētes; trepidare, ſupp. cœpimus: aut trepidare, pro trepidabamus: metu, ideſt præ timore: & excutere, ſupp. cœpimus, aut excutiebamus: crinem flagrantem. i. ardentem: hoc eſt, ignem capiti inhærentē: & reſtinguere. i. abolere: fontibus, ideſt aquis mundis: ignes ſanctos. i. quos poſtea ſanctos didicimus fuiſſe: at. i. ſed: Anchiſes, pater. ſ. meus, rerum diuinarum peritus: lætus. ſ. ex tali portēto: extulit oculos ad ſydera: & tetendit cœlo. i. ad cœlum: palmas cum voce. i. cum oratiōe ſequēte. O Iuppiter omnipotens. ſ. pater, aut deus: ſi tu flecteris vllis præcibus, aſpice nos: & ſi nos meremur: hoc tantū. i. tam magnū bonum, q nobis portenditur: pietate. i. per pietatē noſtram: ò pater, da deinde. i. inſuper, & vltra meritū auxiliū, & firma. i. confirma: & ſtabili hæc omnia. i. portēta, viſa, ſup. per aliud portentū. Senior. ſ. Anchiſes: vix erat fatus ea, ſup. verba iam dicta: & læuū. i. pars læua, quo ad ſuſpicientē in cœlū, quæ tamen dijs dextera eſt, aut læuū. i. pars Septentrionalis, quæ proſpera prædicatur: intonuit fragore ſubito. i. repente orto: vt miraculoſe, non naturaliter eueniſſe cognoſcatur: & ſtella. i. ſimilitudo ſtellæ: ducens facem. ſ. cœleſtem: lapſa. i. labens: de cœlo. i. ſummo aere: per vmbras. ſ. nocturnas: cucurrit. i. celeriter tracta eſt per cœlum, cū multa luce: nos cernimus illam. ſ. ſtellā, aut facem: labentē. i. decidētē, ſuper ſumma culmina tecti. ſ. domus noſtræ condere ſe: claram. i. lucidam, ſup. in ſylua Idęa. i. Idę, ſyluæ Troianę & ſignantē vias. ſ. per quas nobis fugiendum erat: tum i. pręterea: aut deinde poſtq;: maior illa fax auolauerat: ſulcus. i. oblōgus tractus: dat longo limite lucē. i. claritatē: & loca fumāt circū. i. per circuitum: late. i. in latum: ſulphure. i. odore ſulphureo qui (ſm Seruium) mortē Anchiſæ, portendebat: verò, pro ſed: genitor. ſ. pater meus Anchiſes: victus. i. reuocatus ab inſtituto per deorum portenta: tollit ſe in auras, & adfatur deos, & adorat ſydus ſanctū. i. ad dijs miſſum, aut rei bonæ ſignificatiuū: aut, ſupple, inquit: Iam, iā, nulla mora eſt, ſup. ne me: ò nate, ego ſequor, ſup. te, cui talia portenduntur: & adſum, ſup. ea, qua ducitis. ò patrij dij, ſeruate domū. i. familiam veſtram: & ſeruate nepotem. ſ. Æneā, aut Aſcanium: hoc auguriū eſt veſtrum. i. à vobis ſignificatū, & Troia eſt in veſtro numine. i. ꝓtectione, & poteſtate: equidē

Ordo.

i. ego

i.ego quidẽ:cedo.ſ.à propoſito meo reuocatus in ſentẽtiam filij:
nec ò nate,ego recuſo.i.& ego nõ renuo ire comes:tibi.i.tecũ,&
in comitatu tuo. Beroaldi in Seruiũ,quæ dixi,verba ſunt hæc:
Faceſſat procul tam futilis & inanis interpretatio:nam Virgilius
de face cœleſti ſenſit.Et quo apertius ſenſus poetici verſus intelli
gatur,adſcribemus verba Plinij ad hanc rẽ pertinẽtia,qui ita ſcri
bit in lib.ij.Emicant & faces,nõ niſi quum decidunt viſæ,qualis
Germanico Cæſare,gladiatorũ ſpectaculũ edente,præter ora po
puli,Meridiano tranſcurrit.Duo genera earũ lampades, vocant
plane faces,alterũ Bolidas,quale Mutinenſibus malis viſum eſt.
diſtant ꝙ faces veſtigia longa faciunt priore ardente parte.Hacte
nus Plinius,cuius verbis haud dubie declaratur, quid ſibi velit
Maronianus verſus,Stella facem ducens,multa cũ luce cucurrit.
Et in eodẽ loco parum diligenter,parumq; curioſe introſpexiſſe
videtur Seruius Virgilianam maieſtatẽ,quando à poeta dicitur,
Leuum coelo. Intonuit læuum:eſt enim id totum ex arcana augurum diſcipli/
na tranſlatum:& à nobis diligentius exponẽdum,ad iuuandam
ſtudioſorum eruditionem.Ethruſci,cœlum in ſedecim partes di/
uiſerunt,ex quibus octo ab exortu ſiniſtras, totidem econtrario
appellauere dextras:hinc omnia fulmina leua exiſtimantur eſſe
proſpera,quoniam læua parte,mundi ortus eſt,vt author eſt Pli
nius.& vt ſcribit Cicero in ſecundo de diuinatione,Optimum au
Siniſtra ſpicium habebatur apud Romanos ſi ſiniſtrum fuerat,verũ cum
Romani ſiniſtra meliora exiſtimarent, Græcis & Barbaris dex/
tra videbantur auſpicatiora, vnde apud Homerum,Aiax ſic lo/
quitur: Proſpera Iuppiter his dextris fulgoribus edit. Virgilius
itaq; omnis antiquitatis conſultiſſimus, ex ritu Romani augu/
rij,dixit, Intonuiſſe læuum:hoc eſt,ſiniſtrum,quod felicitatem
portendere credebatur: & imitatus videtur eſſe Ennium ſic ſcri
bentem, Quum intonuit læuum, bene tempeſtate ſerena. Non
omittendum eſt à Latinis omnia quæ bona ſint,ſiniſtra nuncu/
pari,etiam ſi dextra ſint.

PIERIVS.

¶ Tectum omne replebat.) Veteres aliquot cod.repleuit,legũt:
ſed,replebat,melius eẽ iudicant eruditi.⁋ Quũ ſubitum, dictuq;
oritur mirabile monſtrum.) Veteres aliquot codi.ſubito,habẽt:
ſed ſubitum,interpretes agnoſcũt.⁋ Tactuq; innoxia molli Lam
bere flamma comas.) In anti.aliquot cod.mollis,legitur.Vt vel
mollis comas dicas,vel mollis flamma,tactu innoxia.Sed enim
Donatus in paraphraſi ſua,puerilẽs ait comas perindeq; mollis,
ac teneras:cũ Donato eſt codex vetus Camilli Porcij,ĩ quo mol
les,omnino legitur.⁋ Et cœlo palmas cum voce tetendit.) In co
di.aliquot ant.ad cœlum palmas,legitur:vt illud, Ad cœlum ten
dens ardentia lumina.Præterea nõ nihil decoris habere videtur
repetitio illa:Oculos ad ſydera:ad cœlũ palmas.Si cui tamẽ pla
ceat,quod in Medi.cod.eſt,cœlo,octauus caſus,vt figuratior elo
quutio,nõ laboro.⁋ Tum longo limite ſulcus.) In pleriſq; vete
ribus cod.lumine,pro limite,ſuppoſitum eſt:ſed probatiora oĩa
exẽplaria,limite,habent.⁋ Genitor ſe tollit in auras.) In cod.ali/
quot ant.qppe Medi.& aliquot alijs legere eſt,ad auras. In alijs
quibuſdã,ad aras: vt eſt ẽt in Donatiano,ꝙ forte nõ diſpliceat,qa
ſequitur, Adfaturq; deos. Sed & in auras, veteres habent codices
aliquot.⁋ Et qua ducitis adſum.) In aliquot antiqs codi.quo,le/
gas. Sed in pluribus,qua,interpretibus preſertim eam lectionem
agnoſcentibus.

⁋ Dixerat ille,& iam per mœnia clarior ignis ÆNE.
Auditur,propiusq; æſtus incendia voluunt.
Ergo age chare pater ceruici imponere noſtrę,
Ipſe ſubibo humeris,nec me labor iſte grauabit,
Quo res cunq; cadent,vnum & commune periclum,
Vna ſalus ambobus erit,mihi paruus Iulus
Sit comes,& longe ſeruet veſtigia coniux.
Vos famuli quę dicam animis aduertite veſtris.
Eſt vrbe egreſſis tumulus,templumq; vetuſtum
Deſertæ Cereris,iuxtaq; antiqua cupreſſus,
Relligione patrum multos ſeruata per annos.
Hanc ex diuerſo ſedem veniemus in vnam.
Tu genitor cape ſacra manu,patrioſq; penates.
Me bello è tanto digreſſum,& cæde recenti,
Attrectare nephas,donec me flumine viuo
Abluero.
Hæc fatus,latos humeros,ſubiectaq; colla
Veſte ſuper,fuluiq; inſternor pelle leonis,
Succedoq; oneri,dextræ ſe paruus Iulus
Implicuit,ſequiturq; patrem non paſſibus æquis.
Pone ſubit coniux,ferimur per opaca locorum,
Et me,quem dudum non vlla iniecta mouebant
Tela,neq; aduerſo glomerati ex agmine Graij,
Nunc omnes terrent auræ,ſonus excitat omnis
Suſpenſum,& pariter,comitiq;,oneriq; timentem.

SERVIVS.

¶ Dixerat ille.) Hic diſtinguẽ
dum. ⁋ Et iam.) Dum negat,
dũ oſtẽdũtur auſpicia. ⁋ Pro/
piusq;.) Propter illud, Arbori
busq; obtecta receſſit.& eſt or
do: Incendia propius voluũt
æſtus,ideſt calorem. Vnde etiã
æſtas dicitur. ⁋ Ergo age.) qa
conſenſiſti, & ignis propin/
quat. Age autem non eſt mo/
do verbum imperãtis,ſed hor
tantis aduerbium:adeò vt ple
runq; Age facite dicamus, &
ſingularem numerum copule
mus plurali. ⁋ Ceruici.) Cer/
uix cum numero ſingulari di/
citur,collum ſignificat:ſi plu/
rali vtamur,ſuperbiam oſten
dimus,vt in Verrinis Cicero,
Frange ceruices. ⁋ Ambobus
erit.) Ad filium,& ad patrem
põt referri. melius ad patrẽ:
quia de Aſcanio poſt loque/
tur. ⁋ Et longe ſeruet veſtigia.)
Longe,valde: vt Tyberinaq;
longe Hoſtia. Nam longe non
põt,quia ſequitur, Pone ſubit
coniux. Et bñ ire ſingulos fa/
cit. Scit.n.multitudinem faci/
le poſſe comprehendi. Seruet
autem,cuſtodiat: vt, Et tantas
ſeruabat filia ſedes. vel Seruan
tẽ ripas. ⁋ Vrbe egreſſis.) Hic
ablatiuo iunxit, vt Horatius, Egreſſum magna me accæpit Aritia
Roma, Salluſtius accuſatiuo. vt, Raro egreſſa fines ſuos. Ergo
Vtrunq; dicimus. ⁋ Tumulus.) Modo terra tumens: aliàs ſepul/
chrum. Prudenter aũt circa turbatos pluribus vtitur præceptis,
quia ſcit timoris comitẽ eſſe obliuionẽ. ⁋ Templũq; vetuſtũ de/
ſertæ Cereris.) Bene Cereris fanum ante vrbẽ eſſe facit, quæ dea
ruſticorum eſt. Vt liberat Æneas & Cereris templum,& vetuſtũ
elegit,ad quod nec viris erat aditus,ſicut hoſtes putabant. Nam
Æneas ſcit ante eſſe profanatum: nec præde ſpe Græci poterant
duci. ⁋ Deſertæ Cereris.) Vtrum à ſacerdote, qui in ſexto extin/
ctus inducitur: vt Cererique ſacrum Polybutem. An deſertæ belli
tempore propter decennalem obſidionem. An deſertæ à filia, vt
Nec repetita ſequi curet Proſerpina matrem. ⁋ Religione patrũ.)
Timore.& eſt reciprocum. ſic Terentius, Nam mihi nil eſſe, reli/
gio eſt dicere, ideſt metus. Itẽ
Virgilius contrà: Multoſq;
metu ſeruata per annos. Con
nexa enim ſunt metus,& reli/
gio. Vt Statius, Primus in or
be fecit deos timor. Cupreſ/
ſum autem funebrem arborẽ
bñ ante templum deæ lugen/
tis eſſe confirmat. ⁋ Cape ſa/
cra manu.) Non eſt dantis,ſed
hortantis vt tollat: quia ſequi/
tur, Me bello è tanto digreſ/
ſum,& cæde recenti Attrecta/
re nefas. Scit enim Græcos ex
pollutione Palladij piaculum
commiſiſſe. ⁋ Flumine viuo.)
Semper fluenti.i.naturali, vt
Viuoq; ſedilia ſaxo: eſt augura
le verbũ. ⁋ Latos humeros.)
Aut more Heroum ſe laudat:
aut certe ſternendo latos fa/
cit. ⁋ Succedoq; oneri.) Figu/
ra eſt, vt Succedunt muro, &
flammas ad culmina iactant.
⁋ Implicuit.) Puerilẽ expreſ/
ſit timorẽ. ⁋ Ponè.) Aduerbiũ
eſt. Atq; ideo vltima ſyllaba
habet accẽtũ. ⁋ Opaca locoꝝ.)
Quia dixit, Arboribuſq; obte
cta receſſit. Eſt aũt eloquutio:
vt, Strata viarũ. ⁋ Et me, quẽ
dudũ.) Naturalia plus timet.
quaſi & vir fortis & pius non
timet bellicum timorẽ,ſed na
turalẽ: propterea quia ſequitur. ⁋ Comitiq;,oneriq; timentem.
Glomerati ex agmine. Propter illud, Vndiq; collecti inuadunt.
⁋ Sonus excitat omnis.) Conſternat.

DONATVS.

¶ Dixerat ille,&c.) Hæc locutus eſt pater meus,ſed in apertiſſi/
mum diſcrimen veniſſet,ſi exiſteret filius vlterior mora. nam cre
pitantium flammarum vicini ſonitus perueniebant,ad aures no
ſtras,& venire incendia æſtus grauiſſimi nũciabant. ⁋ Ergo age ca
re pater.c.i.n.&c.) Ego cũ viderem propinqua incẽdia & patrem
vix aſſenſum,nequo caſu mutaret repente ſñiam,arripui optatũ
tempus,pater, inquam,non tibi deſunt meæ ceruicis obſequia,
iam imponere humeris meis,pondus tuũ deliciæ meæ ſunt,fa/
cit pietas leue,quod putas eſſe grauiſſimum,ſarcinam tuam libẽ
ter tolerabit affectus. ⁋ Quo res cunq; c.Vn.&.c.pe.Vna.ſ.am.e.)

Aut vtriſq; proueniet ſalus, aut vtroſq; finis inueniet. ☞ Mihi paruus Iu. Sit co. & lo. ſ. v. c.) Omnibus quæ obiectari poſſent, vltro reſpondit. potuit enim dicere Anchiſes, quomodo fugiam, & ſenecta impeditus & corporis cauſa? huic recte reſpondit. ego te humeris meis feram. potuit dici, te grauabit onus meum, ait onere tui corporis non grauabor. potuit dici, quid facies filio paruulo? quid facies vxori? iuuabo ait filium meum comitatu meo, & auxilio dexteræ meæ, vxor greſſus meos veſtigiaq; ſectabitur. quod ait paruus Iulus ſit comes, & longe ſeruet veſtigia cõiux, conſilij fuit, vt tutior fieret fuga. ſi enim plurimi congregarentur, non facile latere potuiſſent, verum quia & ſuis conſulere debuit, dat mandata cæteris, vt alio fugam arripiant, ſibiq; ac currant, ac ne forte errore ducti ad aliorum tenderent greſſum, hos euidentioribus præceptis inſtruxit. ☞ Vos, inquit, famuli quæ dicam. an. ad. ve. Eſt vrbe egreſſis tu. t. q; v. Deſertæ cereris, &c.) Cõmendat mandata ſua. natura enim ſerui mali ſunt & negligẽtes, nec facile his obtemperant, quæ iubentur. Conſiderans igitur tempus & cauſam ait, quæ dico animis aduertite, hoc eſt intentis animis audite, quæ ſunt neceſſario facienda, Poſteaq; hoc dicto fecit attentos, illud quod fieri opprtebat breuiter intimat. eſt vrbe egreſſis tumulus, templumq; vetuſtum deſertæ cereris. Sollicita & cauta mandata traditurus, & locum dicit, & loci nomen oſtendit, & quæ eius dignitas fuerit, quæve in præſenti fortuna, arbores quoq; ſignum & genus & antiquitatem euidentiſſime comprehendit, prorſus vt nihil dubij, nihil remaneret incerti, vbi inſinuauit hæc, dicit etiam cauſam propter quam mandata ipſa præceſſerant. hanc ex diuerſo ſedem, hoc eſt ex diuerſis locis vel itineribus veniemus in vnum. ☞ Tu genitor cape ſa. ma. p. q; pe.) Dicit cauſam, propter quam deberet Anchiſes id facere. ☞ Me bello è tanto dig. c. re. At. n. do. me flu. v. Ab.) Docet homines poeta quomodo ſe purgent ſi cæde hominis aut alio genere fuerint forte polluti, ſimul etiã excuſat Æneam ne patrem ſuum ſuperfluis videretur onerare, quem ſenem cõſtabat & debilẽ, licet ipſe eſſet omnia ſuis humeris portaturus. ☞ Hæc fatus latos hu. ſ. q; c. V. ſu. ſul. q; in. pelle leonis.) Et ad laudem fortitudinis ſuæ hoc Æneas poſuit, & ad meritum patris. Onus, inquit, patrium laturus veſtibus & Leonis pelle humeros meos ſtraui. debuit enim cum commodo ſuo ferri, ne ingratum fieret, quod pleno reddebatur obſequio. ☞ Succedoq; oneri.) Straui, inqt, colla & humeros meos, & oneri ſucceſſi. ☞ Dextræ ſe paruus Iulus (Im. ſe. q; pa. nõ. p. æ.) Dixit factum, dixit & cauſam. Tenebat mihi, inqt, manum filius meus ſequens me, & cum deberet lateri meo inhęrere ſemper poſterior fuit. non enim poterant patris fugientis greſſus pueriles æquari, & in hoc laborem ſuum voluit demõſtrare, vt vnum ferret, alterum traheret. deinde perſonam coniungit vxoris. ☞ Pone, ait, ſubit coniux.) Vxor ſequebatur omnes. ☞ Ferimur per opaca locorum.) Per loca ſcilicet diuerſis arboribus occupata. ☞ Et me, quẽ dudum. n. v. in. mo. Tela, n. ad. gl. ex. a. g. Nunc oẽs ter. a. &c.) Non, inquit, quo ipſas metuerẽ tenebras pollicitus fui, ſed ne de tenebris improuiſus hoſtis emergeret. Cum ſolus, inquit, eſſem, & circumfuſus hoſtis tegeret latera mea, nullo metu tangebar, ſed cum affectibus meis liberandis operam darem reſq; ipſa eẽt in manibus, non me hoſtilis aggreſſio, ſed cauſa terrebat. quum enim turpe eſſet metuere viro forti excuſationẽ neceſſarij timoris adiunxit, vt magis laudari debuerit, quia timuit, quam ſi feriẽdi deſiderio traheretur, comitiq; oneriq; timentem, in ſingulari numero non vnum comitẽ intelligendũ eſt, ſed vtrunq; vt oneris ſignificatio pertineat ad patrem, comitis ad vxorem.

ASCENSIVS.

¶ Dixerat ille.) In hac parte recitat Æneas, vt pietatis officio erga patrem functus ſit, eumq; in humeris extulerit, & Aſcanium per manum attraxerit, ſequente quidem, ſed non perſequẽte cõiuge, quæ dijs ita volentibus in via ſublata eſt. Oſtendit etiam ſe ſumma religione deos obſeruaſſe, quippe quos ne attrectare quidem audebat, ſed patri pio & impolluto efferendos committebat. De quare dicit Donatus ſic. ☞ Ergo age.) Nam quum impetraſſem paternum aſſenſum, quod difficillimum fuit arripui ſubitam occaſionẽ: & omnibus difficultatibus quas obijcere potuiſſet Anchiſes occurrit. Nam ſe illum ſenem, & impeditum laturũ pollicetur, & omnia cõmunia ipſius futura oſtendit: quia nuſq; illum deſeret, & ne quærat quid de filio & de vxore faciat iuuabo (inquit) filium auxilio dextræ: & vxor veſtigia mea ſectabitur: quod vero ait, Solus Iulus ſit comes, & longe ſeruet veſtigia coniux. Fuit conſilium, vt tutior fieret fuga. Nam ſi plures fuiſſent congregati, non facile latuiſſent. ☞ Implicuit.) Exprimit cauſam & factum. nam puer patris fugientis æquare paſſus non poterat. Exprimit etiam laborẽ ſuum, q in tanta celeritate patrem ferret, filium traheret. ¶ Ordo eſt. Ille. ſ. pater Anchiſes: dixerat, Ordo. ideſt finiuerat ſermonẽ: & ignis. i. crepitus, & fragor ab igne procedens: auditur iam clarior, quia vicinior erat: & incẽdia voluũt, ideſt aduoluunt: propius. i. vicinius ad nos: æſtus. i. calores ex incendijs prouenientes: aut æſtus voluunt incendia propius, quia ex æſtu fiunt incendia: præparantur enim materiæ ad incendia, & incẽdia augent æſtus. Ergo age, adhortandi eſt aduerbium: ò chare pater, imponere, ideſt ſine vt imponaris (eſt enim imperatiui modi verbi paſſiui.) ceruici noſtræ. i. in ceruicẽ noſtram: ipſe ideſt ego ſubibo: humeris. i. per humeros meos: nec iſte. i. quem tibi impendam; labor grauabit me, ideſt moleſtus fuerit mihi. Quocunq; (eſt enim tmeſis. i. intercifio.) i. in quãcunq; partem, aut euentum res cadent vnum, & commune periclum, pro periculũ: & vna ſalus erit ambobus. ſ. nobis. paruus Iulus ſit comes mihi. i. comitetur me comprehenſus dextera: & coniux ſeruet veſtigia longe, ne cumulo prodantur omnes: vos famuli aduertite animis veſtris, ſupp. ea quę dicam: tumulus. i. colliculus, quidam eſt egreſſis. i. offenditur ab ijs qui egreſſi ſunt: vrbe. ſ. noſtra: hoc eſt, Troia: & templum vetuſtum Cereris deſertæ. i. neglectę, quũ agricolæ decennio pulſi fuerint, & cupreſſus antiqua, ſeruata. i. obſeruata, & venerata multa relligione patrum. i. maiorum noſtrorum: eſt iuxta. ſ. hunc tumulum, & hoc templum. Nos veniemus ex diuerſo. i. diuerſis partibus in hanc vnam ſedem. i. conueniemus in hunc vnum locum: tu genitor cape. i. accipe ſacra quæ Æneæ Panthus. ſ. occulerat ante cædem factam per eum: manu ſ. tua: quaſi ea Æneas alio q; manu porrigeret: aut potius oſtẽderet ſolum: & cape penates patrios manu, quia nefas eſt me digreſſum ex tanto bello & recenti cæde. i. occiſione multorum, attrectare. i. cõtingere, ſup. ea: & eos donec ego abluero. i. piauero, me flumine viuo. i. ſemper fluẽti. Ego fatus, ideſt eloquutus, hæc, ſcilicet prædicta inſternor latos humeros. i. lati humeri inſternũtur mihi.) Nec eſt arrogantia, q ſibi latos humeros det, quia ſignificat ſe eos dilataſſe ex tranſuerſo eos porrigendo. & inſternor colla ſubiecta. i. quæ patri ſubieci, ſuper. i. deſuper veſte & pelle fului leonis, & ſuccedo oneri. i. ſuſcipio patrem in humeros ſuper pellem & veſtem illam, Iulus, ſcilicet filius paruus, implicuit. i. inſeruit ſe, dextræ. ſ. meæ, id autem pueri erat timidi naturaliter, & per noctẽ ituri, & ſequitur patrẽ paſſib. nõ æquis. i. inæqualibus, quia longe breuiorib. ſed pluribus, & crebrioribus, aliter patrem dimiſiſſet, coniux ſubit, pone. i. à tergo: ſed ſatis prope: nos ferimur. i. trahimur impetu horroris: per opaca. i. opacitatẽ locorũ, & oẽs aurę terrent, tunc me: quem vlla tela iniecta dudum, neq; Graij. i. Græci: glomerati. i. in formam glomeris, circum me collecti ex agmine aduerſo, non mouebãt dudum. (Mira ex cõtrarijs declamatio, quia prius tela, & Graij non mouebant, & nunc auræ quibus nihil imbellius terrẽt. Per quod ſignificatur id deos feciſſe vt Creuſam auferant.) & omnis ſonus excitat. ſ. ad fugam aut ad horrorẽ me ſuſpenſum. i. perplexum, & timentem pariter comiti, ſcilicet Iulo, & oneri. ſ. patri. (Notum eſt q timeo tibi, eſt timeo pro te, ne quid tibi mali eueniat.) Beroaldus in Seruium dicentẽ, q ceruix in numero ſingulari: dicitur collum, &c. dicit ſic, Miror in errata tam manifeſta, tam turpia lapſum eẽ Seruiũ alioquin eruditum, vix enim talia refellenda ſunt, quum ſeipſa refellant, ac ſibiipſis ſint repugnantia, & contra veritatẽ reluctẽtur, nãq; vetuſtiſſimi illi ſcriptores, pluraliter ceruices appellabant, pro parte colli, nuſq; ceruicem: primus aũt Hortẽſius creditur dixiſſe ceruicẽ, ſingulari numero, vt authores ſunt Quintilianus, & Varro: ſi vera fuerit Seruij ſnĩa in ſolœciſmum incidiſſe, dicẽtur priſci ſcriptores, qui ceruices ſæpiſſime, ceruicem non tam ſæpe vſurparunt: in ſolœciſmum incidit Cicero, ſcribens in Vatinium, inflato collo, tumidis ceruicibus intuliſti. & alibi, Frègeris in carcere ceruices: vbi ſine controuerſia ceruices, p membro hominis accipiũtur. Errauit ẽt Cato, cuius verba hæc ſunt: Si caput aut ceruices dolent: ea lotio calido lauito. errauit Celſus, dicẽs, Cucurbitulæ ceruicibus admouẽdo. & alio in loco: In ceruicibus blandulæ poſitæ. quid multa? veteres pluraliter tantum ceruices dixerunt, vt teſtis eſt Quintilianus in. viij. præterea exemplũ Ciceronis, quod pro ſe allegat Ser. contra ipſum facit. nam ſcribit Cicero, Verrẽ multorũ fregiſſe ceruices, quũ iuberet eos decollari, nõ aũt ſuperbiã, vt Ser. opinatur. Quinimo ceruix in ſingulari, p ſuperbia ſępe ponit: vnde dicitur, Homo durę ceruicis. & à beato Hieronymo in interpretatiõe inſtrumenti veteris dictum eſt: Populus iſte duræ ceruicis eſt. huc adde. q ceruix non ſignificat collũ, ſed partẽ colli poſteriorẽ: quæ exterior eſt, vt docet Ariſtote. in. j. de animalibus: vt author eſt Plin. in xj.

natu.hiſto.lib. Multis, vertebratisq́ꝫ orbiculatim oſſibus flexibilis ad circũſpectũ articulorum nodis iungitur. Et, vt refert Celſus in.viij.li. Septé vertebræ in ceruice ſunt, quinetiã ceruix non ſolũ dicitur de animalibus, ſed etiam de rebus alijs. Pomponius Mella, Sedet in ceruice peninſula Cyzicum.

PIERIVS.

¶ Quo res cunqꝫ cadét.) Vetera quędã exéplaria, Quo res cũqꝫ cadant, habét, nõ inuenuſte. ⸿ Mihi paruus Iulus Sit comes.) In Donatiano codice ſcriptũ eſt, Mihi ſolus Iulus Sit comes: conſiliũq́ꝫ eé Donatus ait, vt tutior fieret fuga: ſi.n. plures cõgregarentur, nõ facile latere potuiſſent. Id́qꝫ ꝑcipue ea de cã placet, ne tã paucis verſibus, ter paruus Iulus repetatur, paulo.n.añ, Cui paruus Iulus, dixerat. & paulopoſt dicturus eſt, Dextræ ſe paruus Iulus implicuit. Videmus.n. Virg. Impẽdio euitaſſe illud Home. τόνδ᾽ ἀπαμειβόμενος. ⸿ Me bello è tanto digreſſum.) Aliquot exẽplaria vetera habét, ex tãto, aliq ſine vlla ꝓpoſitiõe, bello tanto, legũt. ⸿ Adtrectare nefas.) Mediceus & vetera alia exéplaria legũt, Adtractare, neqꝫ deſunt Liuiani codices ita ſcripti, vt ꝑmæ decadis, li.v. Quod id ſignũ more Etruſco, niſi certæ gentis ſacerdos adtractare non eſſet ſolitus. quod ea de cã potiſſimũ adnotaui. Vt admonerem lectorem, vulgata exemplaria more vetuſto, ſcriptum habere, quod in veteri codice Iani Parrhaſij, quũ is Romæ ſummo doctorum applauſu bonas literas profiteretur, More Etruſco, legi. ⸿ Subiectaq́ꝫ colla.) In antiquis aliquot exemplaribus, proiecta, legitur. Sed enim, ſubiecta, magis videtur inſeruire ſententiæ.




Iamq́; propinquabam portis, omnemq́; videbar  
Euaſiſſe viam, ſubito quum creber ad aures  
Viſus adeſſe pedum ſonitus, genitorq́; per vmbram  
Proſpiciens, ⸿ Nate (exclamat) fuge nate, propinquãt,  
Ardenteis clypeos, atqꝫ æra micantia cerno,  
⸿ Hic mihi neſcio qd trepido male numé amicũ ÆNE.  
Confuſam eripuit mentem, nanqꝫ auia curſu  
Dum ſequor, & nota excedo regione viarum,  
Heu miſero coniux fatóne erepta Creuſa  
Subſtitit, errauit́ ne via, ſeu laſſa reſedit,  
Incertum, nec poſt oculis eſt reddita noſtris.  
Nec prius amiſſam reſpexi, animumq́; reflexi,  
Quàm tumulum antiquæ Cereris, ſedemq́; ſacratam  
Venimus, hic demum collectis omnibus vna  
Defuit, & comites, natumq́;, virumq́; feſellit,

SERVIVS.

¶ Subito cum.) Hiſterelogia eſt. ⸿ Natæ.) Hæc ſingula pronuncianda ſunt: quia perturbatis, iugis non datur ſermo. ⸿ Propinquant.) Non dicit qn propter ſequentem de Corybantibus œconomiam. ⸿ Cerno.) Altius intuentes, Cerno Æneæ dant. ⸿ Male numen amicum.) Non cum vtilitate mea fauens vxori: quæ in numerum miniſtrarum matris deum relata eſt. ⸿ Mentem.) Memoriam: vt paulo poſt, Nec prius amiſſam reſpexi. ⸿ Fato ne erepta Creuſa.) Ordo é: Fato erepta Creuſa Subſtitit ne, errauitne via. Non enim dubitat fato eſſe ſublatam: cum audierit, Non hæc ſine numine diuum Eueniũt. ⸿ Nec poſt oculis eſt reddita noſtris.) Conſtat. Nam vmbram eius vidit tantúmodo. ⸿ Hic demũ.) Hic vna defuit. Aliter vitium eſt. ⸿ Natũq́ꝫ.) Qui per ætatem, matré deſyderare debuerat. ⸿ Deorũq́ꝫ.) Hypermetrus verſus. ⸿ Vidi crudelius.) Bene cõmendat ſe futurus maritus. ⸿ Valle recõdo.) Hic iam oſtẽditur nimia multitudo. ⸿ Stat caſus.) Placet, vt, Stat quidquid acerbũ eſt morte pati. ⸿ Obſcura limina.) Aut per noctem obſcura: aut certe poſticũ Limina ſignificat.

Quẽ non incuſaui amens, hominumq́;, deorumq́;?
Aut quid in euerſa vidi crudelius vrbe?
Aſcanium, Anchiſenq́; patrem, Teucrosq́; penates
Commendo ſocijs, & curua valle recondo.
Ipſe vrbem repeto, & cingor fulgentibus armis.
Stat caſus renouare omneis, omnemq́; reuerti
Per troiam, & rurſus caput obiectare periclis.
Principio muros, obſcuraq́; limina portæ
Qua greſſum extuleram, repeto, & veſtigia retro
Obſeruata ſequor per noctem, & lumine luſtro.
Horror vbiq; animos, ſimul ipſa ſilentia terrent.
Inde domum ſi forte pedem, ſi forte tuliſſet,
Me refero, irruerant Danai, & tectum omne tenebant.
Ilicet ignis edax ſumma ad faſtigia vento
Voluitur, exuperant flammæ, furit æſtus ad auras.

ficat. ¶ Retro obſeruata ſequor.) Relego, retro ſequor mea veſtigia. ¶ Lumĩe luſtro.) Oculos circũfero. ¶ Ipſa ſilentia.) Ipſa quæ terrere non debẽt, præcipue inter hoſtes. Sed vt diximus, naturalibus tantum cedit. ¶ Si forte pedẽ,) Si forte, iteratiõe auxit dubitationem. ¶ Irruerant Danai.) Quos Venus ante prohibuerat. Vñ eſt, Et ni mea cura reſiſtat. ¶ Ilicet.) Confeſtim. Hoc ſignificat & Ilico: ſed metri ratione variantur. ¶ Summa ad faſtigia vento.) Qui auget flãmas, vt, Veluti cũ flãma furentibus auſtris. Faſtigia aũt modo de ſummitate ꝓprie dixit: alibi per contrariũ de imo, vt, Forſitan & ſcorbibus quæ ſint faſtigia quæras. Inde eſt, Cœlũq; profundum: quaſi cuius ſit porro fundus: cum de imo fundus: de ſummo faſtigium dicatur.

DONATVS.

¶ Iamq; propinquabam portis, &c.) Non dixit audiui ſtrepitum venientis alicuius. hoc enim licet falſo videtur occurrere quod quiſpiam timet, Iamq; propinquabam portis, ipſe exponit quid ſit iamq; propinquabã portis. hoc eſt enim. Omnemq; videbar euaſiſſe viam, ſubito cum creber ad aures viſus adeſſe pedum ſonitus. ¶ Genitorq; per vmbram Proſpiciens, &c.) A cõtrario dixit, ſenem aliquid vidiſſe per tenebras, quum etiam per diem tardos prorſus aut prope nullos habere poſſit obtutus. ſed dixit ſpeciem, quæ magis per tenebras facillime videatur. Ardentes clypeos, atq; æra micantia cerno, & Æneam pauidum, & Anchiſen metuentem expreſſit. quod autem ait propinquant, illud voluit oſtendere, quod reuera certiſſimum eſt. omnis enim flãma per tenebras propior videtur quàm eſt, acceſſit & metus, & fecit anguſtiorem proximitatis æſtimationem, certe quæ pulchre ipſum fecit longius videre, quod conſulto vitari debuiſſet. fuit enim in ſummo, liberumq; ei fuit non vadentem pedibus ſuis, quo vellet oculos torquere & flectere. ¶ Male numen amicum.) Male amicum numen, inimicum numen accipiunt. Id putamus male amicum eſſe, quod vno tempore aduerſa proſperis miſcet, vt in præſenti factum eſt, male amicũ extitit iuxta Æneã, quia facilitatem præbuit exeundi, & non vidit vxorem. Amicũ igitur dici non potuit, quia non ſeruauit vniuerſos, Inimicum dici non potuit quia præſtitit beneficium. Dictum ergo proprie male amicum, vtputa quod in alterum malum & bonum in altero comprobatum eſt. ¶ Confuſam eripuit mentem.) Culpa perditæ vxoris per negligentiam ſuam iuſtis allegationibus purgare contendit, vſus moralitate pleniſſima. quando enim vitio noſtro actus noſtri aduerſo exitu concidunt, culpatur numen, quo nos dicimus regi. Neſcio quod, inquit, male amicũ numen mentem meam multis cogitationibus confuſam præripuit. Ecce addit aliam excuſationem, ipſum enim deum dicit alienationem mentis iccirco attuliſſe, quod hanc ipſam iuuiſſet confuſio conſiliorum omnium, quę veniebat ex diuerſis & innumeris cauſis, purgauit etiam hoc genere perditæ vxoris culpam, ab omni ſe reprehenſione diſſoluens, qua premi potuit, vtpote qui neſcierit quando, Vel quo genere perdidiſſet vxorem, ¶ Nanq; auia curſu Dum. ſ. no. e. re. v.) Dum, inquit, ſatis propero oppreſſionem hoſtilem metuens, dum auia magis teneo, dum formido longam viam qua, gradiendi vſus hominibus fuit, dum iter ſector quod fugientibus cõgruit. ¶ Heu miſero con. n. ſ. er. cr. Su. er. ne. v. ſ. la. r. In.) Ecce iterum negligẽtiam ſuam fatis adſcribit. dicit fuiſſe incertum, nec iudicare potuiſſe, vtrum vxor fatis inuidentibus rapta eſſet an erraſſet. dixerat enim ſine via ambulabamus, ne laſſa forſitan reſediſſet, quia dixit currebam, cũ Anchiſes clamaret fugite. omnia autem culpæ eius fuerunt, quia non poſtremus ibat, ſed primus. potuit enim aut ſedẽtem opperiri, aut laſſam iuuare. ¶ Nec poſt oculis eſt reddita noſtris.) Non dixit, non illam vidi poſt, ſed cum eam reſpicere vellem, non eſt reddita oculis meis. ¶ Nec ꝑus amiſſam re. a. q. r. Qu. t. an. ce. ſe. q;. ſa. Ve.) In tali cauſa quid faciendum ſit, Virgilius dicit, pars tertia perierat, euaſerant duæ. nunquid in medio itinere, in periculo euidenti, in tenebris, & ſine ope cuiuſquã patrem ſenẽm ac debilem & paruum filium

filium relinquere debuit, & perditam quærere ſub incerta ſpe non fecit, ſed vxoris inquiſitione dilata potius q; reiecta. primo duobus conſuluit. venimus, inquit, ad deſtinatũ locum. ¶ Hic demum col. o. v. Defuit.) Vidi, inquit, quod animum meũ inſania duriſſimi doloris accenderet. ſolam, ſcilicet defuiſſe coniugem meã. ¶ Quẽ non incu. a. ho. q. d. q;.) Dolore, inquit, nimio inſanire cœpi, intantum vt perdito ſtatu mẽtis omnes homines incuſarẽ, & vniuerſos irreuerentibus verbis appeterem deos, calamitatis illius reos detinẽs cũctos, qui ne vnum quidem potui reperire tractando, tantus apud me vxoris perditæ gemebatur affectus, vt omnia illius temporis aduerſa ſuperauerit, tanta fui poſſeſſus amentia, vt illis quoq; maledicerem, quos veneror ſemper, & competẽti deuotione ſuſpicio. ecce & confeſſus eſt & purgauit crimen. Habet enim veniam, quicquid admittitur per furorem. ¶ Aſcaniũ, Anchiſenq; patrem, teucrosq́; penates Cõmẽdo ſocijs, & curua valle recondo.) Vt loci ſecreto, & ſociorum defenſione tuti eſſe potuiſſent, ſcilicet multitudinis fiducia. ¶ Ipſe vrbem re. &. c. f. ar.) Ecce affectus puri & honeſti matrimonij, & perditæ vxoris dolor. decreui, inquit, ob inquiſitionẽ dilectæ coniugis duo contraria ſequi, vt redirem ad vrbem, ex qua difficulter euaſeram, ſubirem iterum caſus adhuc ſæuientis fortunæ, & periculorũ omniũ ſortem nouatis laboribus experirer. ¶ Stat caſus renouare omnes, &c.) In illo interea furore non conſiderans, quid illo in reditu ſaluti meæ poſſit accedere, hæc tranſegeram mecum, vt puta amens ad oẽs euentus confirmata ſnĩa. Cingor fulgentibus armis. ſecundi contrarij definitio, parũ, inquit, fuit remeare ad patriam. ſumpſi quoq; arma fulgentia, quæ me in tenebris cateruis hoſtium proderent, potius quàm tutum defenſumq; pręſtarent. ¶ Principio mu. ob. li. p. Qua. g. ex. re. &c.) Propterea eadem via qua venerat, fuit ei redeundum, quia ſuſpicione illa ducebatur, ne ſubſtitiſſet laſſa, aut certe reſediſſet. ¶ Obſcura limi. por.) Hoc eſt in abdita parte conſtituta. ſicuti in alio loco, dixit. Limen erat cæcæq; fores. ¶ Et veſtigia retro obſeruata ſequor per noctẽ, & lumine luſtro.) Veſtigia quomodo per noctẽ ſecutus ſit ipſe exponit. in ipſis, inquit, tenebris noctis, quia fuit lumen ex flamma ardentis patriæ. conſiderabam veſtigia, ne tranſitus eius colligi potuiſſet. Fuiſſe autẽ lumẽ ex flammis illa nocte, & alio loco poſuit dicens, ſigæa igni freta lata relucent. radiata enim incendij lumine relucebant, hoc eſt ſplendore ſuo accæpto per flammas, reddebant aliud lumen. ¶ Horror vbiq;, ani. ſi. i. ſi. ter.) Plus me, inquit, ſilentia terrebant, quàm nox & ſolitudo. ecce animus timentis. ſupra dixit omnes terrent auræ, ſonus excitat omnis ſuſpenſum, hic rurſum dixit ſe etiam ſilẽtia timuiſſe. ¶ Inde domũ, ſi forte pedẽ, ſi forte tuliſſet Me refero, irruerant Danai, & tectũ oẽ tenebant.) A porta, inquit, perrexi ad domũ, ne illo ſe forſitan contuliſſet. ſed ingredi non potui. omnẽ enim hoſtis tenebat, aut flãma. inferiora hoſtis, ſuperiora vero tectorum ſæua incẽdia poſſidebant. procedo hoc eſt progredior, & vlterius accedo, & Priami ſedes arcemq; reuiſo, ne illa ad domũ patris ſui, aut ad munitum aliquem locum ſe contuliſſet.

ASCENSIVS.

¶ Iamq;.) Docet ereptam eſſe fatis volẽtibus Creuſam, vtq; illã quæſiuerit per omnia inacceſſa Troiæ in qua re duo facit: purgat. n. ſe ne coniugẽ deſeruiſſe culpetur: & conciliat ſibi animum Didonis, quæ iandudũ Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni. Ereptam aũt fingit à Corybantibus. i. matris deum Cybelis ſacerdotib. ab ea ad hoc miſſis: vt ipſa poſtea manifeſtabit, occurrẽs in vmbris Æneæ, Dona. dicit ſic. ¶ Male ami.) Amicũ non põt dici, quia non ſeruauit vniuerſos: nec rurſus inimicũ, quia pręſtitit inimicum. ¶ Ipſe vr.) Oſtendit affectum puri matrimonij. ¶ Ordo eſt. Ego propinquabam, iamq; portis (vnde pathos eſt, quia in portu, hoc eſt, in loco ſalutis iacturam fecerit: idem de Orpheo dictum Georgi. iiij.) & videbar euaſiſſe omnem viam. ſ. periculoſam iam dico: quũ. i. quando: creber ſonitus. i. ſtrepitus pedũ: viſus eſt adeſſe ſubito: & genitor. i. pater proſpiciẽs. i. porro aſpiciẽs Ordo.

per vmbram exclamat,ô nate fuge:fuge,inquã,nate: ꝓpinquãt, ſup.hoſtes (non enim in tali tumultu dicimus,qui quum nõ alij quam hoſtes putandi ſint, non tamen erant) & ego cerno (vel Anchiſæ verbum, vel Æneæ poſt Anchiſæ admonitionem: ſed Ser.adiudicat Æneæ,quod & mihi placet:quia illis viſis erepta eſt illi mens.) ego igitur Æneas cerno clypeos ardentes.ſ.Corybanthum,& æra micantia.i.reſplendẽtia:qualia abſumpſerãt,nõ vt noceant,ſed vt terrorem incutiãt.Hic.i.hoc loco:aut tempore, neſcio quod numẽ.i.quis deus:male.i.non ſatis amicum.i.fauorabile,eripuit mihi trepido, mentem confuſam.i.attonitam, & multis perplexam.Nam dum ſequor curſu.i.currendo:auia.i.loca inacceſſa,vbi non erat via:ſaltem trita & cunctis patens:& dũ excedo.i.anteeo inſequẽtes:regione viarum nota.i.propterea ꝙ regionem noram,& currere poteram,vbi alij vix iueniſſent viã. heu,dolentis interiectio:incertum,ſupp.eſt mihi,ne pro an Creuſa coniux erepta eſt mihi miſero,ideſt eam miſere amanti:fato.i. volũtate deorum:ne ꝓ an:ſubſtitit.i.mãſit ſtans:an errauit via.i. per viam illi incognitã,ſeu reſedit.i.remãſit,ſedẽs laſſa.i.defatigata:incertum,inquã, eſt:nec eſt reddita poſt.i.poſt illa,aut poſtea noſtris oculis:niſi.ſ.in vmbris,vt dicetur:in quibus eam proprie non vidit,nec contingere potuit,ſed audiuit,duntaxat.Vnde ipſa non eſt reddita,quia non in propria perſona,ſed in vmbris occurrit.Vnde non eſt contrarium quod ſequitur. Nec reſpexi.i.retroſpiciendo annotaui prius & percæpi, amiſſam,ideſt quòd amiſſa eſſet,nec reflexi,ſcilicet ab inſtituto currendi ad tumulum, vt patrem & filium ſaluẽ,animum.ſ.ereptum à numine,male amico,vt dictum eſt,prius dicit,ꝙ̃ nos venimus,ſupp.ad tumulum antiquæ Cereris, & ſedem ſacratam, hoc eſt,ad templum. Ipſa vna.i.ſola (vt deorum voluntate id factum cenſeatur.) defuit hic ideſt hoc loco,omnibus,ſupp.alijs collectis: demum.i.tandem: quia ex diuerſo conuenerant,& ipſa vna feſellit comites,& natũ & virum,quia ſi adfuiſſet omnes ſimul aufugiſſemus,quæ nunc ſui inquirendæ moram nobis fecit.ego amens.i.factus ſine mente,aut propter impatientiam amiſſæ cõiugis:aut quia erepta fuerat,quẽ hominum,& quẽ deorũ non incuſaui.i.criminatus ſum q.d.nullum nõ incuſaui:ergo incuſaui oẽs homines & oẽs deos quia coniugem amiſeram:aut quid vidi crudelius.i.mihi triſtius in vrbe euerſa? q.d.etiam nihil,quo dicto conciliat ſibi ſummopere animum Didonis,quum ſe tantopere coniugem amaſſe ſignificet.Ego cõmẽdo ſocijs Aſcanium.ſ.filium meum: & Anchiſen: & Teucros.i.Troianos penates:& recõdo, ſup.eos in valle curua:ne ab hoſtibus inuadantur. Ipſe.i.ego ſolus repeto vrbem: & cingor armis fulgentibus:quod amentis erat:niſi aut mori adfectaſſet,quod non placet,aut aſpici & agnoſci à cõiuge.Stat,ideſt placet, & decretum eſt mihi renouare omnes caſus quos prius obiueram:& reuerti per omnem Troiam:& obiectare.i.frequenter obijcere:rurſus caput periclis,pro periculis.Ego repeto principio,ideſt in primis muros,& limina portæ obſcuræ,ideſt occultæ & ſecretæ,nec omnibus notæ,aut caliginoſæ,qua.i.per quam extuleram: greſſum.i.egreſſus fueram:& ſequor retro.i.retrorſum:veſtigia obſeruata.i.obſeruando veſtigia mea,quæ feceram egrediendo:& luſtro,ideſt circunſpicio per noctem:lumine.ſ.oculorum:horror,ſup.eſt vbiq;: vel horror,& ipſa ſilẽtia terrent ſimul vbiq; animos, ſupp.meos.Ego refero me inde.i.ab eo loco domum,ſup.meam:ſi,ſup.Creuſa:ſi,dico,forte tuliſſet pedem, ſup.domum.i.ſi forte eo rediſſet:&,ſup.quum illuc veneram,Danai irruerant:quos Venus prius cohibuerat:aut quia tũc primum extrema loca peruagati erant,& tenebant omne tectũ.Bene mutat tempus,quia prius irruerant:ſed adhuc tenebant. Ilicet.i.ilico,aut confeſtim ignis edax.i.cõſumptiuus,voluitur ad ſumma faſtigia.i.culmina domus,flammæ exuperãt.i.euincũt domum, & æſtus.i.flagor:furit.i.vehemẽter crepitat,& exilit ad auras:per quod ſignificatur magnifica domus.

PIERIVS.

¶ Stat caſus renouare omnes.) Antiqui nonnulli codices,renouaſſe,præterito legũt tẽpore,alij quidam,reuocare.Sed oẽs magis approbant renouare.

Procedo ad Priami ſedes,arcemq́; reuiſo,
Et iam porticibus vacuis Iunonis aſylo,
Cuſtodes lecti Phœnix,& dirus Vlyſſes,
Prædam adſeruabant,huc vndiq; Troia gaza
Incenſis erepta adytis,menſæq́; deorum,
Crateresq́; auro ſolidi,captiuaq́; veſtis
Congeritur,pueri & pauidæ longo ordine matres
Stant circùm,& tacitis implent mugitibus aures.
Auſus quinetiam voces iactare per vmbram,
Impleri clamore vias,mœſtusq́; Creuſam
Nequidq̃ ingeminans,iterumq́;,iterumq́; vocaui.
Quærenti,& tectis vrbis ſine fine furenti,
Infelix ſimulachrum,atq; ipſius vmbra Creuſæ
Viſa mihi ante oculos,& nota maior imago,
Obſtupui,ſteteruntq́; comæ,& vox faucibus hæſit.
Tum ſic adfari,& curas his demere dictis.
¶ Quid tantũ inſano iuuat indulgere labori   CREV.
O dulcis coniux? non hæc ſine numine diuum
Eueniunt,nec te hinc comitem aſportare Creuſam
Fas,haud ille ſinit ſuperi regnator olympi.
Longa tibi exilia,& vaſtum maris æquor arandum,
Ad terram Heſperiam venies,vbi Lydius arua
Inter opima virum,leni fluit agmine Tybris.
Illic res lætæ,regnumq́;,& regia coniux
Parta tibi,lachrymas dilectæ pelle Creuſæ.
Non ego Myrmidonum ſedes,dolopum'ue ſuperbas
Aſpiciam,aut Graijs ſeruitum matribus ibo
Dardanis,& diuæ Veneris nurus.
Sed me magna deum genitrix his detinet oris.
Iamq́; vale,& nati ſerua communis amorem.

SERVIVS.

¶ Priami.) Patris eius. ¶ Arcem.) Ne vel illuc confugiſſet. ¶ Vacuis.) Magnis, quippe illic erant omnia. ¶ Iunonis aſylo.) Templo:vnde nullus poſſet extrahi.Dictum'aſylũ quaſi aſyrum. Hoc aũt nõ eſt in oĩbus templis,niſi quibus cõſecratiõis lege cõceſſum eſt.Primo aũt apud Athenienſes ſtatutum eſt ab Herculis filijs: quos inſequebantur ij,q erant à patre oppreſſi.ſicut docet in ſeptimo Statius. Hoc aſylum etiam Romulus imitatus eſt. Vnde eſt.Quẽ Romulus acer aſylum Rettulit. Non ſtatuit. ¶ Phœnix.) Achillis magiſter. ¶ Huc.) ꝓ illuc. ¶ Gaza.) Cenſus,Perſaꝝ lingua:& eſt numeri ſingularis tantũ. ¶ Menſaq́; deoꝝ.) Poſtquã exceſſere oẽs adytis. ¶ Captiuaq́; veſtis.) ꝓ captiuoꝝ: & eſt nota eloquutio. ¶ Longo ordine.) Longa multitudine,vt in ſexto,Vnde oẽs longo ordine poſſet: quũ non dicat per ordinẽ. ¶ Voces iactare.) Quæ contrariæ ſunt latere cupienti.Et inquirẽdi officiũ ad vocem tranſtulit propter noctem:ibi.n. voce opus eſt,vbi viſus non ſuppetit.voces vero,quia. ¶ Iterumq́; iterumq́; vocaui tectis.) Per tecta.& eſt Antiptoſis. ¶ Infelix ſimulachrũ.) mihi,nõ ſibi:vt, Quæ potui infelix? Per ſimulacrum autẽ apotheoſin oſtendit,quia ſimulachra,deorum ſunt:vmbræ,inferorum. Sic Vlyſſes in Homero apud inferos Vmbram Herculis cernit,quia poſt mortem

mortem vmbræ inferos,animæ cœlũ petunt. ¶ Maior imago.) Quia vmbra maior eſt corpore. ¶ Quid tantũ.) Conſolatio eſt.ſequitur etiam diuinatio, q̃ animis liberatis corpore conceditur. Vnde etiam moriẽtibus datur.vt, Nec longum lætabere: te quoq; fata Proſpectant paria. ¶ Inſano.) Magno:vt, Inſani feriant ſine littora fluctus. ¶ Indulgere.) Operam dare,vt indulgent vino. ¶ Sine numine diuũ.) Sine fati neceſſitate,vt enim Statius dicit,fata ſunt quę dij fantur. ¶ Eueniunt:nec te comitẽ hinc aſportare Creuſam.) Hic verſus caret ſcanſione: vnde multi ei hinc,multi as,ſyllabã detrahunt. Si tamen vis fide ſeruata ſcandere,fit cõuerſio, vt Eueniunt hinc comitem:& poteſt ſcandi per ſynalœphã. Aliter nec eclipſim nec hiatũ, nec ſynalœphã recipit. ¶ Fas.) Quia ſequitur, Regnumq́; & regia cõiux Parta tibi. ¶ Creuſam.) Quia latina declinatio eſt,erit latinꝰ accẽtus. ¶ Olympi.) Cur in penultima accentus ſit,mãifeſta eſt ratio apud Latinos:quãq; Græci diſcretionem velint per accentũ facere montis & cœli, quod ſuperfluum eſt. ¶ Arandũ.) Quia legimus,Subtrahiturq́; ſolum: non immerito dixit nũc arandum. ¶ Heſperiã.) Sequẽti epitheto Italiã ab Hiſpania ſegregauit,quæ & ipſa Heſperia dicitur. ¶ Vbi lydius tybris.) Thuſcus. Dictus Lydius à fratre Tyrrheni. Nã Lydus & Thyrrhenus duo fratres

fratres, quum eos prouincia vna nō ferret, in ſorte miſerūt, vt diuiſis copijs, ꝓficiſceretur vnus ad nouas ſedes quærendas. profectus Tyrrhenus eſt, qui ex ſuo noīe Thuſcos Tyrrhenos vocauit. Lydia aūt dicta eſt in qua frater remāſerat. Vñ nunc traxit, vt Lydiū diceret. Thuſci aūt à frequētia ſacrificij dicti ſunt: hoc eſt ἀπὸ τοῦ θύειν. Conſtat nanq; illic à Tage aruſpicinā repertam, vt Luca. meminit, Sed conditor artis Finxerit iſta tages. ¶ Leni agmine.) Leni impetu. ¶ Lachrymas dilectæ pelle Creuſę.) Melius ad poſteriora referimus, vt dicat Noli flere: nec enim captiua ſum. Male.n. pleriq; dicunt, quia habes vxorem paratā. ¶ Seruitum.) Vt ſeruiam. Modus gerūdij eſt. ¶ Dardanis.) Laus à maioribus. ¶ Nurus.) Laus à cognatiōe. ¶ His oris.) In qbus colitur. ¶ Iāq; vale.) Recedentis ſignificatio eſt. Vnde & mortuis dicitur, vt, Salue maxime Palla Æternūq; vale. ¶ Nati ſerua cōmunis amorē.) Propter futuram nouercam cōmendatur Aſcanius.

DONATVS.

¶ Et iam porticibus. v.i.a. Cu.le. Ph.&.d.v. Pr.aſ.) Inuenio ſeruari iam prædam in porticibus vacuis, hoc eſt à bello iam immunibus. prædarum enim congeſtio oſtendebat certamē, quod fuerat, eſſe confectum. quod autem poſuit Iunonis aſylo, ſic accipere potuit, vt inimica Iuno lætaretur ante oculos ſuos eſſe propoſita, quæ græcorum victoriam teſtarentur. ¶ Huc.v.t.g. In.e.a.) Hoc eſt, Troianæ diuitiæ incenſis ereptæ adytis. non dixit ſublata de templis, ſed de ipſis ardentibus adytis, hoc eſt penetralibus raptæ, vnde apparebat ipſa quoq; penetralia incendio cum ipſis dijs eſſe conſumpta. verum quia generalitas non tantum indignitatem poterat demonſtrare, fuit per enumerationem ſpecierum, vt ſacrilegijs q̄ſitę euidentius aperiret. ¶ Me.q;.d.) Quæ à diuinis honoribus ad ſceleratorum iura tranſierant. ¶ Crateres q; au.ſo.) Quos plena colendi deuotio fecerat, & copioſā ſubſtātia, nō cælatur accurente materia, ſed in ſolidum fuſa. ¶ Captiuaq;.v.c.p.&.p.lon.or.ma.St.) Singulari numero non omnibus, ſed ſingulis abſolute reſpondit, vt ſit, huc congeritur quicquid in diuerſis ſpeciebus fuit. ſtāt circum, parum fuit acceſſiſſe vſq; ad ipſum locum, vbi præda captiuiq; tenebātur, vbi cuſtodiendorum omnium cauſa fuerant, Phœnix & Vlyſſes, dirus. dicēdo, dirus Vlyſſes talem oſtendit etiam Phœnicem fuiſſe. ad vnum quippe officium æquales moribus fuerunt deligēdi. ¶ Auſus quinetiam vo.ia.per vm.) Licet præſentibus execrandis cuſtodibus, tamen, inquit, acceſſi intantum, vt me conſtet & prædam vidiſſe congeſtam & raptam conſideraſſe, per ſpecies nouiſſe cuſtodes. ducebat enim amentia perditæ coniugis eo, vbi venire poſſet in manus eorum qui miſereri nō noſſent. Hic prope nullū eſſet Æneæ meritum, ſi alia non addidiſſet. per noctem quippe latere potuit, & occultatus tenebris non videri. quinetiam, inquit, auſus ſum voces iactare per vmbram, quem ſubtrahebant oculis hoſtium tenebræ, prodere poterat ſonitus vocis, cum ad ipſorum perueniſſet auditum. ¶ Impleui clamore vias.) Augumentum dedit ipſi facto dum dicit impleui clamore vias. vno, inquit, in loco conſiſtens multas clamoribus meis vias impleui, hoc eſt iam claras voces in doloribus meis emiſi, vt etiam ad alias vias, hoc eſt & ad alios vicos. vox mea ſi perueniſſet, quaſi in omnibus præſens clamarem. alia potioris doloris demonſtratio, qua purum & plenum mariti demonſtrauit affectum. ¶ Mæſtusq; Creuſam n.in.i.it.vo.) Ne illam, inquit, forte in longinquis partibus poſitam generalis exclamatio mariti falleret, & ad aures eius quamuis clara vox veniens putaretur aliena, nomine eam proprio nō timui vocare Creuſam ſæpius repetens, quod ipſum quoq; plurimis vocibus & claris admodum ac ſæpius & multis in locis repetitis fruſtra eſt factum. nihil enim valuit prouenire quod doloris mei flammas extingueret. ¶ Quærenti, &.t.v.ſi.fine.f. Infelix ſimulachrum, atq;.i.v.c. Vi.m.a.o.&.n.m.im.) Ordinatur ſenſus ſic. infelix ſimulachrū, & vmbra Creuſæ, & nota maior imago, viſa mihi ante oculos. vt viſa neutro plurali dixerit, & non imago tantum ſit viſa. ſed omnia quæ ibi erant, ſimulachrum, generis neutri, & inferiore in parte ſimiliter poſuit, dicens. Illic res lętæ regnumq; & regia coniux parta tibi, quæ fœminini generis duas ſpecies dixit, & neutrum in medio, icirco omnibus neutro plurali reſpondit. & multis alijs locis tali vſus eſt arte, Ille, inquit, fuit ad extremum mei laboribus effectus, Infelix vt pro incolumi miſerāda effigies eius ac deformis occurreret. oblata eſt oculis meis auctura potius q̄ remotura lachrymas meas. occurrit deformis, occurrit, quam mecum reuocare non poſſem. hoc ſolum tamen inquirenti præſtitit illa veniendo, vt ſaltem cauſas perdite didiciſſem, occurrit amplior forma q̄ quū eſſet in luce, occurrit talis ꝙ mariti oculis placere nō poſſet. occurrit, quæ animum meum ingenti horrore confunderet. deniq; totus corporis mei vigor repentino & inſperato percuſſus aſpectu ſtupore ſuccidēte mutatus eſt. obrigui omnibus mēbris. vox dudū clara, cum quęrerē hęſerat & cōſumpta eſt. tanta vis illius mali fuit, vt comæ quoq; natura molles, prolixitate flexibiles, ſemper in ima deiectæ conſiſterent. illa tñ amiſſionis ſuæ intelligēs cauſam eſſe ſilentium & ſtuporem meum locuta eſt ipſa, iccirco oportet adi. ¶ Tūc ſic af.&.c.h.d.dictis. Quid tm̄ iſano.i.in.l. O dulcis.c.nō hæc.ſi.n.di.Eu.&c.) Locus iſte neceſſario miſſus eſt primum, vt probaret Æneas, neq; ſe illam negligētia perdidiſſe, aut illā ſuo arbitrio maritū aut filiū perdidiſſe, Creuſamq; ipſam induceret conſolantē: illo quippe tēpore atq; illo loco quis cōſolari alius afflictū Æneam poſſet? niſi ipſa vxor amiſſiōis ſuæ redderet cauſas? & dolentē maritū ab ipſis mœroribus cōſolantis officio ſubleuaret? ipſa igitur ſuſcępit omnia, fabulā.ſ. fortunę ſuę, ſolamen coniugis, & officiū vatis. qd inqt prodeſt marite dulcis, quod tm̄ doloris tui furoris cōſentis, quid tibi doloris eiuſdem labor inefficax quęſiturus eſt? quod vides, deorū voluntate perfectum eſt. debes ęquo animo ferre, quod maior poteſtas inflixit, tolerarę quinetiā, quod nō poteſt ſuperari, mala oīa ferēdo potius, q̄ reſiſtēdo vincūtur. Cōiugio noſtro finē attulit profectio tua, quippe id ſuperis placuit, vt hic reliqueris coniugē, & abiturus aliam tecum non portares vxorē. ¶ Longa tibi exilia, &c.) Ad cōſolationem multiplicē pertinet quod vētura pronūtiat. hoc.n. genere iam probat ad deorū ſe obſequia eſſe traſlatam, noſſe quippe diuina nō poſſet, niſi illam di in affectū proprium recepiſſent, quod vero inſeruit maritū, & gnarum omniū facit, ac læta omnia promittit, euidētis conſolationis augmentū eſt, quod ait. Longa tibi exilia, & vaſtū maris ęquor arandū. Ad terram heſperiā venies, vbi lydius arua Inter opima virū leni fluit agmine tybris. Dura proſperis miſcet, erit tibi, inquit, perueniendi ad Italiā labor immenſus, & pelagi prolixa trāſmiſſio. ſed laboribus tuis læta ſuccedēt, terra fertilis, & tybridis gratia deſcribit & flumē ipſum cum laude pleniſſima, & quod nō nouerat, quaſi noſſet, affirmat. edocens nihil eſſe, quod ſuperos lateat, vel eos, qui cū his cōmorentur. laus interea fluminis illa eſt, ꝙ copioſus, ꝙ lenis, ꝙ in ipſo aquarum redundanti tractu per agros vbertim fluens nihil lędat. ¶ Illic res lętę, r.&.r.c.p.t.) Illic, inquit, amiſſa ac perdita recuperabis, res lætę, imperiū & coniugem regiam, hoc eſt pręſtantem genere. Quum autem dicit regiam, oſtendit & diuitē. interea ne incerta, vel dubia, vel imperata promittere videretur, ait, quæ tibi promitto iam parata ſunt, præſentia tua neceſſaria eſt, vt ad illa peruenias. hic & loquendi ratio diſcitur, res ait lætę regnumq; & regia coniux, poſuit fœmininum plurale, & neutrum ſingulare, & rurſum fœmininū ſingulare, & neutro plurali reſpondit, vt ſit res lætæ, regnum, & regia coniux parta tibi ſunt, partum vel paratum accipiendum eſt, vel partum tibi, ideſt tibi acquiſitum laboribus alienis. id autem quod Æneam vel maxime gemere ſciebat, nouiſſime poſuit, vt eum à dolore pręſenti nouę coniugis promiſſione transduceret, quod vſq; adeo artis pleniſſimum fuit, vt illico adnecteret perſonam ſuam dicens. ¶ Lachrymas dilectæ pelle Creuſæ.) Hoc eſt dicere, cum habeas deſtinatam matrimonio tuo, debes remouere lachrymas, quas propter me effundis. addit quoq; augmentum conſolationis à comparatione deſcendens. ¶ Non ego myrmidonum.ſ.do.ue.ſ.Aſ.) Ordinatur ſenſus ſic, nō ego myrmidonum & dolopum ſuperbas ſedes aſpiciam. ¶ Aut graijs ſeruitum.m.i.&c.) Nec te, inquit, frangat caſus iſte. In aduerſis.n. quicquid acciderit, quod ſęuiora depellat, gratulandum eſt. Tenet me mater deū, tenere potuerunt Myrmidonum & Dolopum matres, illa ad honorem retinet, illę potuerūt retinere captiuam. non ibo ſeruitum victorię exultantibus, non videbo ſedes hoſtium, vt cętere captę ęternum ſeruitium pollicentes, cum ea futura ſim, ex qua oēs dij gratulantur ſe eſſe ꝓgenitos, quā venerātur oēs, qui libenter potioribus deferunt. non cecidit fortuna mea, nec debilitata ſuccubuit. ¶ Dardanis, & diuæ veneris nurus.) pręferentis animo poſitum debemus accipere, Myrmidonum dolopūue ſedes aut graijs matribus ibo ſeruitura, detrahētis animo dictū. Dardanis, laus cōicata cum omnibus Troianis. diuæ aūt Veneris nurus, quæ fuit ſpecialis ipſius, à pſona & loco traxit græcorū obtrectationē, à perſona liberata ſum, inquit, infimorum hominū captiuitate, & extremo ſeruitio, à loco nō ibo ad græcorū ſedes, ſed ero in originalibus locis, & cum deorum omniū matre. tenet me illa, quę oēs deos rōne nominis & poteſtatis anteuenit. comparatio iſta tangit, vt dictum eſt, mariti ſolatium, quin & captiuam vxorē repperit, nec occiſam, qn potius detentam volūtate eius, qua nullus eſt potior. ¶ Iamq;

vale,&c.n.ſ.c.a.) Cōſolationē ſuam filij cōmendatione concluſit, poteſt videri ita dixiſſe habes filium noſtrū,eius amorem ſerua, & amiſſionē meam leuius feres,& plurimum mihi detuleris.poteſt & ſic intelligi.ſciebat.n.quid inter cætera prædixiſſet,futurū ſ.vt Æneas habiturus eſſet cōiugiū nouum quæſiturus ſibi vxorem,filio nouercam.Hoc igitur metuēs mater nouiſſime collocauit,vt hęreret altius paterno pectori,quod cupiebat eſſe ſeruatū, non aūt nouū ſuadebat affectum,quia ſciebat ſe loqui cum patre, quia mortē filij iam tenebat in ſenſibus,ideoq; dixit ſerua amorem nati cōis,quia poterat effici,vt fauore viuentis & nouę cōiugis ductus,eius pręponeret liberos filio ex cōiuge ſuſcepto.tēperauit ergo vt diceret,ſerua.nec dixit aperte ei ſuſpicionē ſuam,ne ſecus ſenſiſſe videretur,& receſſuri animum læderet.

ASCENSIVS.

¶Procedo,&c.)Eādem rem proſequitur Æneas : vt.ſ.Creuſam cōiugem ſuam per alia loca diſquiſiuerit,narrans ſubinde quæ illic viderit,& vt vmbram Creuſę tandem offenderit:de qua re dicit Donatus ſic.⸿Dardanis.) Laus communis à gñe.⸿Veneris nurus.) Laus propria ipſius. Sum ergo liberata ab hominum infimorum ſeruitute:& ei deæ collocata:ex qua ſe ortos omnes dij gloriantur,& habitabo in locis originalibus.Magna ergo conſolatio,qui vxorē nec captiuam,nec occiſam inuenit,ſed detentam voluntate eius deæ,qua nulla eſt potior.⸿Nati cōis.) Nam & illo poterit leuare vxoris amiſſionem,& etiam admonet propter nouercæ ſuſpicionem,vt magis indulgeat filio.Ac propterea hoc nouiſſimum collocauit,vt magis pectori infixū relinqueret:non tamen apertius hoc dixit,ne ſi aliter ſentire videretur , receſſuri animum læderet.

rdo. ¶Ordo eſt.Ego procedo ad ſedes.i.regiā Priami,& reuiſo arcem,quia prius eam viſerat:& iam Phœnix,& dirus Vlyſſes:lecti.i.electi:cuſtodes.ſ.prædarum:aſſeruabant prædam,ſup.in porticibus vacuis:& aſylo.i.loco immunitatem præſtanti , à quo neminem abſtrahere licebat: Iunonis.i.qui erat in tutela Iunonis.(porticus autem ſunt,quos nōnulli ambitus vocant)gaza Troia.i.Troiana.(Eſt enim triſſyllabum Troia.)hoc eſt,theſaurus Troianus,aut opes Troianæ : erepta adytis.i.locis ſacrarijs,q̄ nulli p̄ter q̄; ſummo ſacerdoti adire olim licebat:nunc incēſis,gaza dico,videlicet menſæ deorū,vt tripodes:& crateres i.pocula ſacrificatoria:ſolidi auro.i.facta ex ſolido auro:& veſtis captiua.i.exuuiæ,& ſpolia opima dijs cōſecrata:cōgeritur huc.i. in hūc locum,hoc eſt,in porticū,& aſylum Iunonis:vndiq;.i.ex omni parte pueri:& matres pauidæ ſtant circū.i.in circuitu,longo ordine:& implēt aures.ſ.meas:(aut auras,ſed melius aures.) quia mugitibus.i.ploratibus,& vlulatibus:tacitis.i.ſubmiſſis:qđ quia fieri vix potuit,alij deleuerūt,& tacitis &c.Quinetiā.i.inſuper:ego auſus,ſup.exiſtēs iactare voces.i.clamare per vmbrā:temeritatis.n.fuiſſet,ſi viſus clamaſſet:ipleui vias clamore , & ego mœſtus ingeminans,iterum atq; iterum vocaui:nequidq̄;.i.fruſtra.Creuſam.ſ.repetendo illud vocabulum.Simulachrum infelix.i.infeliciter mihi raptum,& vmbra ipſius Creuſæ:viſa eſt mihi quęrēti,ſup.eam:& furēti ſine fine.i.mō,aut mēſura,ſup.intectis vrbis,viſa,inquā,eſt ante oculos vmbra eius,& imago eius: maior nota.i.q̄; ea eſſet quā norā:hoc eſt,maior erat imago eius, q̄; ea ipſa cuius imago erat.Ego,ſupp.obſtupui:& comæ.i.capilli ſteterūt:& vox hęſit.i.adhæſit faucibus.(Corripit hic & alibi in verbo,ſteterūt,mediam,vt ſubitum horrorē depingeret:ſicut diximus in Buco.illic,Matri lōga decem tulerūt faſtidia mēſes,& in Geor.illic,Miſcuerūtq; herbas,& nō innoxia verba.)Tūc,ſup. Creuſa,aut imago eius:adfari,ſup.cœpit,aut adfabatur ſic,& demere,ſup.cœpit:aut demebat curas his dictis.O dulcis coniux.i. marite:qđ.i.ad quid iuuat.i.delectat te : indulgere.i.indulgenter operā dare:labori inſano.i.aut magno,aut fruſtra ſuſcępto?Hæc nō eueniūt ſine numine.i.nutu & voluntate diuum:nec fas eſt te aſportare.i.abducere hinc Creuſam comitē.i.ſociam itineris tui: aut ille.ſ.magnus regnator olympi : videlicet Iuppiter qui fata cōdit,ſup.nō ſinit.i.permittit.(Alij,haud,legunt:vt ſit,Haud ille ſinit;verum alibi quoq; poſitū leges , aut ſecundo loco vbi congrueret, nec:vt rèpetatur negatio prius poſita.) Lōga exilia,ſup. reſtāt tibi:& vaſtū.i.amplum:æquor.i.campus æquus,maris:eſt arādū.i.ſulcandū:ſed nauibus nō aratro tibi:tu venies ad terram Heſperiā.i.Italicam:vbi Tybris Lydius.i.Tuſcanus,aut Tyrrhenus,cuius accolę à Lydia p̄fecti ſunt:fluit leni agmine.i.fluxu aquarū,quod in bonū & cōmodū accolarum vergit,qa vbi impetus vehemēs eſt vt in Rhodano,vix poſſunt naues retrahi:additur & alia laus quia fluit inter opima.i.pinguia arua:nō ignauorum,ſed virū,pro virorū:quę tertia laus eſt.Res lætę,& regnū,& cōiux regia eſt parata tibi:illic.i.ad Tyberim in Italia:pelle.i.depelle igitur lachrymas Creuſę dilectę.i.quas effundis ob amorē mei quę ſum tibi dilecta:ego nō aſpiciam ſuperbas ſedes Myrmidonum.i.illoꝝ Theſſalorum,ſociorum Achillis:ve,pro vel,Dolopum ſociorū.ſ.Pyrrhi:& ego Dardanis.i.Dardani neptis,& ab illo inclyto viro Iouis filio oriunda:& nurus diuæ Veneris:non ibo ſeruitum matribus Graijs.i.nō abducar captiua : ſed magna genitrix deū me detinet his oris.i.regiōibus. Iamq; vale & ſerua amorem cōis nati.ſ.Iuli Aſcanij,quem cōmendat affectiōe materna:ſed in gratiam Iuliæ domus,quaſi dijs volentibus : regnū etiam in Italia vbi & aliam cōiugem,& alios liberos habiturus eſt Æneas,Aſcanio debeatur.

PIERIVS.

¶Protinus ad Priami ſedes.) In veteribus aliquot exēplaribus Protinus,omnino habetur:plura tamē ex illis:Procedo ad Priami ſedes,legunt. In Long.lectio eſt huiuſmodi,procedo & Priami ſedes,arcemq; reuiſo. & ita habetur in Medi.& in Porcio,& aliquot alijs antiquis.Quam lectionem ēt Ti.Donatus agnoſcit. Ait enim,procedo,hoc eſt,p̄gredior,vel vlterius accedo,& Priami ſedes,arcemq; reuiſo,ne illa ad domum patris ſui,aut ad munitum aliquē locum ſe cōtuliſſet.⸿Phœnix,& dirus Vlyſſes Prædam adſeruabāt.) Hoc etiā loco nōnulli codices manuſcripti legūt,durus Vlyſſes.Sed enim iam,dirum Vlyſſem,eē Virgilio diximus,vt immitē Achillem.Præterea, obſeruabāt,cum Porcio aliquot alij habent codices,quæ lectio variat etiam apud Liuiū, vt lib.vij.de ſecūdo bello Punico.P.Scipio quum obſeruari Numidam iuſſiſſet.Nā & adſeruari,aliquot habent cod.Neq; me fugit quid differētiæ ſtatuāt grammatici inter adſeruare & obſeruare,quam tamen ego non adeo accęptam ab authoribus inuenio. ⸿Obſtupui,ſteterūtq; comæ.) Iam ſępe dictū,obſtipui , ſemper haberi in codi.antiquis.Sed & ſteterāt,exacta ſpecie,aliquot habēt exemplaria:quū tamē Probus,ſteterunt,agnoſcat.⸿Tum ſic adfari.) In antiquis codi.tunc,habetur , vtrunq; idem ſignificat. ⸿Nō hęc ſine numine diuum Eueniunt,nec te comitē hinc aſportare Creuſam fas.) Quia reppererat Ser.comitē hinc aſportare,q̄; varie verſus à multis corrigatur,repetit.At eſſe ſane , verſus aliquot,qui ſcandendi rationem tritam in grammaticorum ſcholis non admittant,inficias non ierim.Inueni tamen in codicibus aliquot antiquis,Nec te comitem aſportare Creuſam Fas.Nā aſportare,etiam abſq; aduerbio locali hinc,per ſe plenum ſatis eſſe videtur.In Medi.& in Porcio,comitem hinc portare , legitur:neque deſunt ingenia eorum,qui comitem hinc aſportare,recte legi contendant,verſumq; eſſe pentametrum choriambicum hypercatalecticum : choriambum enim habere prima & quinta ſede,tertia anapæſtum,paribus duobus locis ſpōdæum.Sed enim de numeris & varijs metrorum generibus , quæ verſum heroicum ingrediuntur , alibi diſſerendum erit.Hoc loco malunt peritiores verſum exlegem eſſe.⸿Ad terram Heſperiam venies.) In vetuſtis aliquot exemplaribus Ti.Et terram Heſperiam:legitur,& ita etiam habetur apud Donatum.⸿Leni fluit agmine Tybris.) In codicibus aliquot peruetuſtis pro Leni,Læto habetur; ſed Ti.Donatus omnino , Leni,agnoſcit. ait enim, Laus interea fluminis illa eſt,ꝙ copioſus,ꝙ lenis,ꝙ in ipſo aquarum redundanti tractu,per agros vbertim fluens nihil lædat.⸿Sed me magna deum genitrix his detinet oris. Iamq; vale,& nati ſerua cōmunis amorem.)Ex antiquis pleriſq; codicibus , & ex nomiſmatis:genetrix,per è ſcribendum,vt alibi oſtendimus.

SERVIVS.

¶Manus effugit imago.) q̄ſi imago,quæ non tenetur.Naturale.n.eſt vt nō poſſit teneri.Nā in ſeptimo quod ait,Da dextrā miſero,auxilium ſignificat.⸿Simillima ſomno.) ſic Cicero,Simillimum deo iudico.Nam genitiuo debuit iūgi.

⸿Hęc vbi dicta dedit,lachrymātē,& multa volētē ÆN.
Dicere,deſeruit,tenueſq; receſſit in auras.
Ter conatus ibi collo dare brachia circùm,
Ter fruſtra comprenſa manus effugit imago:
Par leuibus ventis,volucriq; ſimillima ſomno.
Sic demum ſocios conſumpta nocte reuiſo,

⸿Sic demū.) Nouiſſime.⸿Inuenio admirās.) Quū inueniſſem admiratus ſum.⸿Exilio.) Ad exilium . Donatus contra metrū ſenſit,dicens Exilio,q̄ſi de Ilio.nā i,longa eſt.Miſerabile vulgus.Magnū eſt quod addidit vulgus.ſic Statius,Vn̄ hoc examē,& vna tot miſerę animis

animis opibusq;, & volebāt & poterat. ⸿ Lucifer Idæ.) Vt Troianis vē. Sic alibi: Tibi deſerit Heſperus Ætā. Illinc.n. oriri vel occidere putantur ſydera, vñ videri vel incipiunt, vel deſinūt. ⸿ Ducebatq; dié.) Quia lucis eſt p̄uius. ⸿ Opis.) Ferendi auxilij. ⸿ Ceſſi.) Deeſt igitur. ⸿ Montem.) Vt oſtēdit in nono, Idam ſignificat.

Atq; hic ingentem comitum affluxiſſe nouorum
Inuenio, admirans numerum, matreſq;, viroſq;,
Collectam exilio pubem, miſerabile vulgus.
Vndiq; conuenere, animis, opibuſq; parati,
In quaſcunq; velim pelago deducere terras:
Iamq; iugis ſummæ ſurgebat Lucifer Idæ,
Ducebatq; diem, Danaiq; obſeſſa tenebant
Limina portarum, nec ſpes opis vlla dabatur,
Ceſſi, & ſublato montem genitore petiui.

tris, & religioſas voces vxoris. Ceſſi potioribus, neq; debui niti, qui toties repugnantibus dijs fruſtra certaui. ℭ Ordo eſt. Vbi.i. poſtq;, ſup. Creuſa dedit, hæc dicta ipſa deſeruit, qa ablata à miniſtris deæ, ſup. me lachrymantem, & volēte dicere multa, & receſſit.i. euanuit: in auras tenueis.i. vix palpabiles: ego, ſup. ſum conatus: ibi.i. eo tempore, quo aufugeret:, ter dare collo, ſupp. Ordo.

DONATVS.

ℭ Hæc vbi di.d.la. &.m.vo. Di.de.te.q.re.ina.) Ingratum, ipiū, ac ſceleratū fuiſſet, ſi Æneas ab vmbra vxoris ſilētio receſſiſſet. debuit.n. vel ſua dicere vel ad ea reſpōdere, quæ audierat, iccirco dixit. dum lachrymas fundo, dum volo atq; diſpono proferre, quæ neceſſario fuerant dicenda, repēte diſceſſit, ac volenté multa dicere deſeruit. poſſet.n. mecum eſſe diutius, ſi expectaret meū etiā ipſa reſponſum, benedixit, deſeruit volenté loqui, non dixit, ego illam dimiſi. ⸿ Ter conatus ibi.c.d.b.ci. Ter.f.co.ma.) Proprie deſcripſit volentem amplecti, quod corporale non fuerat, ſæpe eſſe fruſtratū, manuſq; ſibi occurriſſe frequētius, cū non eſſet medium, quod tenere potuiſſet. ⸿ Effugit imago, par.l.v.) Fugit, inquit, vt ventus, receſſit vt ſomnus, more Saluſtij dixit, conatus ſum. ibi.n. ponitur conatus, vbi effectus ſequi non potuit. ⸿ Sic demū ſocios conſumpta nocte reuiſo.) Quantum ſe dixiſſe laboraſſe pro coniuge in tantis diſcurſibus & uigilijs per totam noctem toleratis? ⸿ Atq; hic ingentem.co.af.no. Inuenio, &c.) Cumq; hoc feciſſem, multos, quos dimiſeram, congeſtos inueni volentes mecū ire, quo vellē. adactus violentia ſuperum non ſolū ſe dicit neceſſitaté abſcedendi habuiſſe, ſed plurimos. muniuit illam partem, né videretur ſolus dimiſiſſe patriam, ſi id nullus alius feciſſe videretur. ⸿ Iamq; iugis ſummæ. ſur. Lu.i. Du.q;.di.) Noua deſcriptiōe vſus eſt diei naſcentis: nam ante ipſum exoritur lucifer, hunc in ſuperna tendentem ſequitur lux, quę diem plenū producta confirmet. videtur ergo lucifer non tantum nuncius diei eſſe venientis, ſed fidus quoq; certuſq; perductor. ⸿ Danaiq; ob.te. Li.po.n.ſ.o.vl. dabatur.) Poſuit ſaluti ſuæ ſuorūq; contraria, vnū lucis, quæ retectura fuerat, quod velauerant tenebræ. aliud ꝙ tenebant hoſtes oēs egreſſus, quæ res oſtendebat victoriā eſſe confectā. nullum etiā defenſiōi locum ſuperfuiſſe, hoc fuit tertiū ꝙ nulla eſſet ſpes cōmodi alicuius. ⸿ Ceſſi, & ſu.m. genitore petiui.) Ex plano, inqt, inutili ad vtilia montium ſuperiora cōſcendi. plenum excuſationis in vltimo poſuit verbum. Ceſſi cōſtrictus, inquit, maiori violentia probata mihi per Laocoontis exitium, per diligentiam matris, quæ mihi deos potius q̄; græcos inimicos oſtendit. permiſſum incendium ex filij mei vertice, per hortatum patris, & religioſas voces vxoris, & diuina, quæ tradidit, verba, ceſſi potioribus. neq;.n. debui vlterius niti, qui toties dis repugnantibus fruſtra certaui. plene reſpondit interrogationi Didonis, quæ dixit, narra mihi inſidias Danaum caſuſq; tuorum, quod quia factum eſt, aggreditur alteram, errores ſuos euidentiſſime relaturus. habet tamen etiam ipſa, caſuſq; tuorum, nam perdidit contagione ſocios, amiſitq; patrem.

eius brachia: circū.i. per circuitum, circūplectendo ea: ſed imago comprenſa fruſtra, quia contineri nequibat: effugit ter manus, ſup. meas: exiens par.i. ſimilis: & comparabilis ventis leuibus: & ſimillima ſomno.i. deo inſomniorum, aut fantaſmati: volucri.i. cito, & aduolanti, & auolanti. Et ego reuiſo.i. iterū viſo, ſocios.ſ. quos in mōte Ida dereliquerat in valle reconditos, (ſeu, vt hiſtoriam habere volunt, poſt habitā Troiam, habitauit in Idæ montib. vbi Scepſin vrbé habuerat, donec creſcēte multitudine Græcis, formidoloſus factus aufugere conatus eſt: vt autem fatalem fugā oſtēderet Virgilius non vi humana, ſed dijs iubētibus eam factam docet.) reuiſo, inquā, demum.i. tandé, aut nouiſſime poſt longam expectationé, ſic.i. certior factus, quia coniugem amiſſam. & à dea abreptam recuperare non poſſem: & hoc nocte conſumpta.i. peracta. Atq; ego inuenio hic.i. hoc loco vbi meos dereliqueram: aut hic.i. mō: ingenté.i. valde magnum numerū: comitum nouorum.i. recentiū: affluxiſſe.i. ex omni parte in moré fluctuum aduenisse: inuenio, inquā, admirans.ſ. poſtq; inueneram vnde tot ſalui euaſiſſe poterant: ingenté, dico, numerū: appoſitorie, matres.i. matronas, & viros.ſ. eorum maritos, & pubem collectam: exilio.i. ad exilium obeundū mecum: vulgus miſerabile i. miſeratiōe dignū, quod perſoluit quę nō rapuit: aut imbelle, & inerme: & ita purgatur Æneas: ſi quis obijciat, qa ſi ingenté numerū inuenerat, debuiſſe collecta manu rediſſe ad defendēdā patriam: ad quod dicit multos quidé fuiſſe: ſed miſerabile vulgus: nec qui aio bellandi, aut defendendæ patriæ cōuenerant. ſed collectā exilio pubem. Ipſi, ſup. conuenere vndiq;.i. ex omni parte: parati animis, & opibus.i. facultatib. ſuis, ſup. ſequi. in qualcunq; terras: ego velim deducere, ſup. ipſos: pelago.i. per pelagus. Iāq; i. & iam. Lucifer.i. ſtella matutina lucé ferens: ſurgebat.i. oriebatur: iugis.i. ſuper verticé: Idæ ſummæ.i. montis ſyluoſi in Phrygia: vbi (vt dixi) Æneas primas ſedes habuiſſe perhibetur: & ducebat.i. ferebat dié: Danai.i. Græci tenebant limina portarum obſeſſa: ne.ſ. qui aufugerant collecta manu ingrediantur ciuitatem vindicaturi, per hoc aūt purgatur ēt Æneas, quia ſignificatur feciſſe periculū, & exploraſſe quidnam Græci agerent: ſed compertum habuiſſe, quia nec vlla ſpes opis.i. auxilij contra Græcos, aut opis recuperandæ, dabatur: & ideo ſubdit ceſſi.i. locum dedi fatis, & tot monitis, de quibus docte loquutus eſt Donatus: & petiui montem.ſ. Idam, quo difficilis ſit Græcis aſcenſus: & hoc genitore.i. patre meo Anchiſa: ſublato.i. ſurſum lato.i. & in humeris meis rurſus portato: aut potius à miniſtris, quum iam miniſtri adeſſent: nec vlla vis vrgeret, ab illis ſurſum lato.

ASCENSIVS.

ℭ Hæc vbi dicta.) Cōcludit hoc loco hūc.ij. in quo inſidias dixit Danaum, caſuſq; ſuorū, & p̄cipue Priami, & nunc Creuſæ morté quia (vt dixi) in ſingulis.vj. prioribus libris, ad finé operis mortem alicuius memorat Donati, qui ſingula poetæ dicta diligēter penſitat, verba ſunt. ⸿ Hæc vbi dicta dedit lac.) Ingratū facinus fuiſſet, niſi demonſtraſſet & plura ſe fuiſſe dicturū: & ad illius dicta reſponſurum, ac diutius eam retenturum: niſi ipſa deceſſiſſet. ⸿ Ter conatus.) Demōſtrat proprie volenté amplecti, quod corporale non fuerat. ⸿ Conatus.) Ibi.n. ponitur conatus vbi effectus non ſequitur. ⸿ Ingenté numerum.) Præter eos quos dimiſerat, inuenit adueniſſe multos alios. Hoc autem dictū, ne ſolus patriā deſeruiſſe videatur. ⸿ Lucifer Idæ.) Noua deſcriptiōe vſus eſt diei naſcentis. Nam ante ipſum exoritur Lucifer: hūc ſequitur lux, quæ diem plenū confirmat; ergo non tantum nuncius veniētis diei eſt: ſed fidus, certuſq; productor. ⸿ Danaiq; obſeſſa tenebāt Limina portarum.) Hoc ſignum erat illos potitos eſſe victoria, & lux contraria ſaluti ſuæ & ſuorū erat, ergo ſpoliatus omni ſpe. ⸿ Ceſſi.) Veluti neceſſitate coactus per Laocoontis exitium, per diligentiā matris, quæ mihi deos potius q̄; Græcos inimicos oſtendit, per incendium ex filij mei vertice: per hortationem patris, &

Lucifer.

PIERIVS.

ℭ Ter fruſtra comprēſa manus effugit imago.) In vetuſtiſſimis aliquot exemplaribus, vaticanę bibliothecę, & nōnullis alijs: p̄cipueq; in Longobardico, & in Mediceo, compreſſa, legitur: & ita etiā legere eſt apud Dona. facile vero crediderim antiquorū more, compreſa, Sicilico, geminationis nota, ſuperimpoſito fuiſſe prius, vnde comprenſa emanarit eorum errore, qui Sicilion pro n litera vt, plerunq; alias, accæpere. Neq; illud diſſimularim eſſe veteres codices, in quibus, cōpreſſa manu effugis, abſq; ſynalœphe legatur. Sed enim hoc non æque placet, quia verſus ita nimium elangueſceret. ⸿ Par leuibus ventis, volucriq; ſimillima ſomno.) Non prætereunda fuit lectio Medicei codicis, Par leuibus pennis, volucriq; ſimillima vēto: licet ſomno dubio procul caſtior lectio ſit, & agnita Seruio: & leuibus ventis, alia fere oīa habeant exemplaria. ⸿ Et ſublato montem genitore petiui.) Sunt qui montis, plurali numero legendum adſerant eam lectioné ex antiqs codicibus. In Mediceo tantum inueni. In alijs, montem, vnitatis numero ſcriptum obſeruaui. Sed in contextu etiam Donatiano, montis, eſt numero multitudinis.

SECVNDI LIBRI FINIS.




IN.III.ÆNEIDOS LIBRVM MONOSTICHON.

Tertius à Troia vectos canit æquore Teucros.

IN EVNDEM MODESTINI IVRISCONS. ARGVMENTVM.

Poſt euerſa Phrygũ regna, vt fuga cœpta moueri:
Vtq́; ſit in Thracen primo deuectus, ibiq́;
Mœnia condiderit Polydori cæde piata,
Regis & hoſpitium, vt Phœbi reſponſa canebant.
Cœptum iter in Creten, rurſus noua fata reperta.
Naufragus vt fuerit Strophadas cõpulſus ad vndas:
Inde fugam, & diræ narrat præcepta Celænus:
Liquerit vtq́; Helenum perceptis ordine fatis:
Supplicem Achemenidẽ Polyphemo urgẽte receptũ.

ASCENSIVS.

Poſt euerſa Phrygũ regna, &c.) Iuxta morẽ in ſuperioribus obſeruatũ, anteq̃; ad inſequentis libri explanationem progrediamur, p̃mittemus argumẽtorum ordinẽ, atq; elucidationẽ. Ordo itaq; monoſtichi. i. illius ſolius verſus, materiam totius. iij. complectentis, eſt hmõi: Tertius ſup. liber Æneidos, canit Teucros. i. Troianos: vectos æquore. i. Pelago, quũ & per terras, ſed vehiculis auehi poſſent, vectos dicit à Troia: cuius. ſ. euerſionẽ in ij. recitauit Æneas. Reliquorũ aũt verſuũ, q diſtinctius argumẽtũ exprimunt, ordo & explanatio talis eſt: Æneas, ſup. enarrat, enarrat, poſt regna Phrygũ. i. Troianorum: euerſa. i. penitus deſtructa: & è fundamẽtis verſa: qa dictũ eſt, Neptunus muros, magnoq́; emota tridenti Fundamẽta quatit: enarrat dico, vt. i. qualiter (quæ particula ab ĩperitis ablata, inſerenda eſt: qa aliter verſus non ſtaret, nec ſentẽtia cohæreret: quam prius poſitam indicat copulatiua cõiunctio, quum dicitur, vtq́; ſit, &c.) fuga, ſup. ſit: cœpta. i. incœpta: moueri. i. p motum fieri, hoc eſt, qualiter fugere cœperit (de quo Ser. ad p̃ncipiũ. iij. videbimus) quod pro & enarrat, ſup. vt. i. qualiter, ipſe, ſupp. ſit deuectus: primo in Thracen. i. in Thraciam (declinatur autẽ hæc Thrace, Thraces:

Amiſſumq; patrem Drepani, atq; hinc deide quieuit.

ALIVD IN EVNDEM.

Poſt caſum Troiæ fabricata claſſe ſuperſtes,
Vela dat Æneas, vrbemq; in littore Thracum,
Mox aliam pulſus Cretæis condidit oris.
Cedit & hinc, Helenumq; videt, præcæptaq; diſcit:
Et cæcum Cyclopa fugit, ſepelitq; parentem.

Thraces, & hæc Thracia, Thracię, & dicit ſignáter deuectus, quia prius Antandrum petiit, q; Thraciam: ſed nõ eſt in eam deuectus nauibus, ſicut ĩ Thraciam.) q3, pro &: vt, ſupp. ipſe cõdiderit ibi.i. in Thracia: mœnia.ſ. Ænei oppidi: & hoc cęde i. occiſione Polydori, illius filij Priami, quẽ Polymneſtor Thraciæ rex occiderat auri cæcus amore: piata.i. purgata exequijs celebratis. Vnde dicetur, Ergo inſtauramus Polydoro funus, &c. & enarrat hoſpitiũ, ſcilicet Polymneſtoris regis: (de quo dicetur, Omnibus idem animus ſcelerata excedere terra Linquere pollutum hoſpitium, &c. &, ſup. enarrat vt.i. qualiter reſponſa Phœbi: canebant.i. vaticinabantur (& indicabant quo fugere deberent canendo Dardanidæ duri, quæ vos à ſtirpe parentum Prima tulit Tellus, eadem vos vbere læto Accipiet reduces, antiquam exquirite matrem.) &, ſup. enarrat: iter cœptum in Creté: (aut, vt iter cœptum eſt in Cretem: cœptum autem erat errore Anchiſę, quia animaduertens Teucrum ex Creta oriundum, putauit illuc redeundum eſſe: quum oracula Italiam ſignificarent, dicendo, Dardanidæ duri, &c. Illinc enim Dardanus ortus. Iterum autem Græce declinauit Creten, à nominatiuo Crete, qui Latinis Creta eſt:) & enarrat, ſupp. noua fata.i. incommoda fatalia: hoc eſt, miſerandam luem, ac peſtilentiam eſſe reperta rurſus in Creta, ſcilicet aut enarrat, vt noua fata reperta ſint rurſus in Creta: & vt, ideſt qualiter ipſe, fuerit compulſus: naufragio, ideſt tempeſtate naufragium faciente ad vndas Strophadum, illarum inſularum in q̃bus Harpyias offendit (ſunt qui legant Strophadas, pro Strophadicas, niſi ſit dura appoſitio: quia Strophades non ſunt vndæ: legatur ergo potius Strophadum) & enarrat fugam iterum inde i. à Strophadum vndis factã: (atq; enarrat pcępta Celęnus, quæ eſt vna Harpyiarum dictura: Quæ Phœbo pater oĩpotens, mihi Phœbus Apollo pdixit: Vobis furiarũ ego maxima pãdo, &c. Declinatur autẽ, hęc Celæno, huius Celęnus: ſicut Sappho, Sapphus, q̃ apud Oui. An niſi legiſſes authoris noĩa Sapphus. & Clio Clius, vnde Ouidi. Non mihi ſunt viſæ Clio, Cliusq; ſorores: &c. & ideo, legendũ eſt pcępta Celęnus, non Celęno, non enim Celæno enarrat hæc omnia, ſed Æneas: & enarrat, vt.i. qualiter ipſe Æneas, liquerit Helenum, filium Priami, in Epiro regnantem:) & hoc fatis.i. rebus fataliter venturis perceptis.i. prius accęptis & intellectis: narrãte.ſ. Heleno vate: ordine.i. per ordinem: &, ſup. narrat, vt recępit Achemenidem comitem infelicis Vlyſſi, qui ab Vlyſſe iuxta antra Polyphemi derelictus erat: ſupplicé.i. ſuppliciter orãtem: recępit, dico.i. in locum tutum: hoc eſt, in nauem ſuã ſuſcæpit: Polyphemo Cyclope.ſ. vrgẽte.i. impellẽte eos ad fugã: ideo enim ſuſcępit eum, quia cauẽdũ ſignificauit à Polyphemo (vnde dicturus eſt Æneas, Nos procul inde fugam trepidi celerare recępto Supplice ſic merito, &c. q3, pro &: narrat patrem.i. Anchiſen: amiſſum.i. defunctum, & mortuum Drepani.i. in illo oppido Siciliæ (vnde dicturus eſt, Hinc Drepani me portus, & illætabilis ora Accipit, &c.) atq; quieuit: deinde hic.i. in hac re.ſ. in morte patris: vnde dicet poeta, Factoq; hic fine quieuit.

# P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS LIBER TERTIVS.

POſtquam res Aſiæ, Priamiq; euertere gẽtẽ ÆN.
Immeritam viſum ſuperis, ceciditq; ſuperbum
Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia,
Diuerſa exilia, & deſertas quęrere terras
Auguriis agimur diuum, claſſemq; ſub ipſa
Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ,
Incerti quò fata ferant, vbi ſiſtere detur,
Contrahimusq; viros: vix prima incœperat æſtas,
Et pater Anchiſes dare fatis vela iubebat.
Littora quum patriæ lachrymans, portusq; relinquo,
Et campos vbi Troia fuit, feror exul in altum
Cum ſociis, natoq;, Penatibus, & magnis diis.

SERVIVS.

POſtquam res Aſię, Priamiq; euertere gẽtem.) Secundum interrogationem Didonis poſt inſidias Græcorum, & caſus ſuorum, proprios errores exequitur, quos pertulit antequã ad Africam perueniret: ordine, vt ſupra diximus, commutato. Nã rectum operis initium eſt, Fracti bello, fatisq; repulſi. Fuga autem eius hæc eſt, relinquens Ilium, Idam tenuit. Inde Antandrum ciuitatem: iuxta quã factis nauigijs tenuit Thraciam, in qua Ænum conſtituit, vt multi putant. Mox prodigijs territus Delum tenuit. Illic accępto augurio errore patris pteruectus Cycladas, venit ad Cretam: vbi quum peſtilentia laboraret, à dijs penatibus monitus ad Strophadas deuectus eſt inſulas. Inde prætervectus maritima Græciæ apud Epirum ſuſcęptus eſt Heleni hoſpitio. Vnde profectus Calabriam tenuit: & illinc ſtatim territus aduẽtu Diomedis abſceſſit, nauigauitq; vſq3 ad Scyllam, & Charybdim, quæ ſunt Aetnæ vicinę. Vnde vento pulſus, circũita maxima parte Siciliȩ, Drepanum venit. Vbi ſecundum Virgilium, perdidit patrem. Inde (Vt eſt in primo) ad Didonis regna peruenit. ¶ Poſtq̃.) Hæc particula cõnectendis adiungitur rebus: vt, Poſtq̃ altos tetigit fluctus. Sic enim dictis ſequentia copulantur. ¶ Res.) Modo imperium: vt res Agamemnonias. Bene autem Aſię, quaſi tertię orbis partis. Nam Phrygia in Aſia eſt: Ilium in Phrygia, ſed minore. ¶ Priamiq; euertere gentem.) Nõ eſt iteratio. Nã potuit aliud ſine alio fieri, vt vel Phrygia tota euerteretur, vel ſolum Ilium. ¶ Gentem ĩmeritam.) Bene gentẽ. Nam Laomedõtis, & Paridis culpa, vniuerſa gens perire non debuit. ¶ Viſum ſuperis.) Laus Ilij, quod nõ niſi dij potuerũt ſubuertere. Quotieſcunq; autem ratio non apparet, Sic Viſum ĩterponitur: vt Horatius, Sic viſum Veneri: quum amorem oſtenderet non eſſe pulchritudinis. Et bene accuſatio in deos habet quãdam venerationẽ alioquin ſacrilegium eſt. ¶ Supbũ Ilium.) Nobile. Ilium autem Virgilius, neutro tantum genere declinat. Horatius aũt fœminino, vt, Nõ ſemel Ilios vexata. Sane modo Ilium ꝓprie de ciuitate dixit. Nã regio, Troia eſt: quãuis interdum pro ciuitate prouinciam ponat: vt, Et campos vbi Troia fuit. ¶ Humo fumat Neptunia Troia.) Humo.i. ab humo: vt ſignificet patriæ ſuę ſolum quoq; arſiſſe. Sane quæritur qũo dixerit Cecidit, & Fumat. Sed aut per licentiã poeticã, tẽpus pro tẽpore poſuit: vt, Meminiſſe horret, luctuq; refugit. Aut certe naturã rerũ expreſſit. Nam ruina in breui fit, fumus vero longo permanet tempore. Nã quod ait Probus, ad diſcernendum tempus circunflectendam vltimam ſyllabam, vt intelligamus fumauit, non procedit: quia Pone tantum verbum in vltima habet accentum, vt ſignificet retro. ¶ Diuerſa exilia.) Multi ad illud referunt, Magnumq; ſparſa per orbem. Conſtat nãq3 diuerſas partes orbis tenuiſſe Troianos. Sed melius eſt ſpecialiter hoc Æneæ dare, qui compulſus augurijs eſt diuerſas terras è regione poſitas quærere. Deſertas autem à Dardano accipe. Nam vbique vberes eas eſſe legimus: vt, Atque vbere glebæ. ¶ Augurijs agimur diuum.) Ex flamma, quæ tempora Aſcanij paſta eſt, & curſu ſtellę: & Creuſæ admonitione, quæ dixit, Et terram Heſperiam venies. ¶ Sub ipſa Antandro.) Iuxta Antandrum. Eſt autem ciuitas Phrygiæ, dicta Antandros, vel quòd de Andro inſula eam condiderunt coloni, quaſi ἀντὶ ἄνδρου: Vel quia Gręci venientes per Thraciam, cepere Polydorum: pro cuius pretio hanc accæpere ciuitatem, quę ex facto nomen accæpit. Quamuis huic opinioni Virgilius non conſentiat, Fertur ta-

men

men quod poſt acceptum pretium à Græcis occiſus ſit lapidibus. Alij à Polymeſtore occiſum dicunt poſt euerſam Troiam, & in maria præcipitatum. Cuius quum mater Hecuba agnouiſſet cadauer; cum captiua duceretur, flendo in canem cõuerſa eſt, quum ſe præcipitare vellet in maria. quod ideo fingitur, quia nimio dolore inaniter Græcis conuitiabatur. ¶ Phrygiæ idæ.) Ad diſcretionẽ Cretenſis. ¶ Molimur.) Paramus. Et bene petit loca, in quibus & lateret, & nauigia præpararet. ¶ Incerti quò fata.) Quia quiſquis nauigat, licet mente deſtinet locum, quò tamen feratur, incertus eſt. ¶ Vbi ſiſtere detur.) A præteritis tractum eſt, quia nec in Thracia permanſit, nec in Creta. ¶ Contrahimusq; viros.) Colligimus. Vnde eſt, Vnam quæ Lycios. Item, Et fratres Lycia miſſos, & Apollinis agris: eos. ſ. qui ad auxilium venerant. ¶ Vix.) Mox. vt, Vix è conſpectu Siculę telluris in altum Vela dabant læti. ¶ Prima ęſtas.) Aut vernum tempus dicit: aut quia eſt & ꝑ adulta & præceps. ¶ Pater Anchiſes.) vt diximus, τὸ πρέπον ſeruat, vt pater iubeat. ¶ Exul.) Quaſi trans ſolum miſſus, aut extra ſolum vagus. ¶ Cũ ſocijs, natoq;, penatibus, & magnis dijs.) Duo humana poſuit. & duo diuina: patris non fit mentio, quia ſecundum Virgilium ad Italiam non venit. ¶ Penatibus & magnis dijs.) Varro quidem vnum eſſe dicit, penates & magnos deos. Nam & in baſi ſcribebatur. ¶ Magnis dijs.) Poteſt tamen hoc pro honore dici. Nam dii magni ſunt, Iuppiter, Minerua, Mercurius: qui Romę colebantur. Penates vero apud Laurolauinium. Vnde apparet non eſſe vnum.

DONATVS.

NArraturus, ſecundum Didonis ꝓpoſitionem etiam errores ſuos, inde primum ſumpſit exordium, vnde reuera cõuenerat. nã laboꝝ eius caput fuit, abeũdi de Troia neceſſitas. neq; n. errare per diuerſa potuiſſet, niſi primũ patriæ ſuæ finibus fuiſſet excluſus. in ipſius igitur profectionis ſeu nauigationis cæpto, quot doloꝝ cauſis afflictus ſit, quantaq; gemuerit licet diffuſa & magna, ſumma tamen breuitate cõſtringit. nõ omittens etiã tunc excuſationẽ ſuam, qua vult eſſe firmatum nõ tm̃ græcis ſed dis aduerſantibus, & ob nullam eius aut ſuorum culpam periſſe imperium Troiæ. quapropter incipit ſic. ¶ Poſtq̃; res aſiæ, p. q;. e. g. &c.) Omnia, inquit, in vnum aduerſa confluxerãt, & quę tranſacta videbantur, & quæ portabat aſperior futuri tẽporis ſpes, nec fuit quod cõſolaretur pręterita, quando futuroꝝ quoq; ĩmanitas ſæuiebat. ponit ergo pręterita quatuor, & futura totidem paria vel deteriora conſtituens. pręterita ſunt hæc. ¶ Poſtq̃; res aſiæ,) hoc eſt poſt interitũ ilienſis imperij, priamiq; euertere gentẽ ĩmeritam viſum ſuperis, mentionem facit gentis Priami, quaſi ſola periſſet in Troia. quod iccirco intelligitur poſuiſſe, quia vehementer angebatur perditæ vxoris luctu, quã cõſtabat fuiſſe filiã Priami, quæ cũ nihil tale de funere cõmeruiſſet, ab affectibus eius matrimonioq; diſiuncta eſt. quum vero dicit viſum ſuperis, oſtẽdit non hoĩum tale meritũ fuiſſe, vel regni, vt funditus perirent. ſed intolerabilem deoꝝ interueniſſe prauitatẽ, vt ĩnocentium ſpes, ſalus, & fortuna cõciderent. ¶ Ceciditq; ſuperbum iliũ,) vt nõ leue videretur, cuius dolebat interitum, dixit ſuperbum iliũ, hoc eſt magnũ. & oĩs humo fumat Neptunia Troia. omnis, inquit, fumat. eſſet enim ſolatium in aduerſis, ſi aliquid ſaltem ſemiuſtum vel ſemirutum remanſiſſet, quod ait humo fumat, expreſſius dici non potuit, omnia fuiſſe conſumpta, cũ ipſis enim, quæ comburit finitur incendium, & deficiente materia fumum ſola remanẽs terra reſpirat. interea poſtq̃; non ſemel accipiẽdum eſt. quamuis ſemel poſitum videatur, vt ſit, poſtq̃; res aſiæ, poſtq̃; viſum eſt ſuperis euertere gentem ĩmeritam Priami, poſtq̃; cecidit ſuperbum iliũ, poſtq̃; oĩs humo fumat Neptunia Troia. hæc ſunt quatuor p̃terita, videamus futura, vtrum aliquã ſpem ꝓſperitatis habere potuerint, quatuor fuerunt etiã ipſa & deteſtãda. Diuerſa exilia, & deſertas quęrere terras, Augurijs agimur diuum. ecce ex his duo peſſima. auellebant̃ q̃ppe à terminis patrię, diuerſa exilia, & terrarũ ſolitudines petituri, habet. n. ſolatiũ, qui vrget̃, qui ad adoptiua vel ad definita mala compellitur. Claſſemq; ſub ipſa Antandro, & phrygiæ molimur mõtibus idæ, Incerti quo fata ferãt, vbi ſiſtere detur. Dixit alia duo, parabamus, inquit, naues neſcij, quo ire deberemus, vel in q̃bus locis cõmorari cõtigeret. hoc ipſum incertum pœna fuit. maxima. res. n. q̃uis acerba, ſi euidenti ſpecialitate ſignetur, meditatione cõtinua gignit aliquam tranqllitatem, vt aĩum ſubleuet. Compleuit quatuor aduerſa, quæ ad futurũ tẽpus ꝑtinebant. diuerſa exilia, deſertas, Incerti, quo fata ferãt, & vbi ſiſtere detur. ¶ Contrahimusq; viros.) ſ. vt creſceret comitũ numerus. ¶ Vix prima incœperat æſtas, Et pa. A. d. ſ. v. iu.) Fugitiui nõ agunt, quod volunt, ſed quod facere coguntur, ꝓinde maturum, inquit, pelago tẽpus opperiri nequimus, ſed mox cũ ipſo æſtatis tẽpore iniquo nauigauimus, & quia definita loca non habuimus, nauigauimus, quocũq; vellent fata, & quo duceret ventus. ¶ Littora cũ pa. l. p. r. Et c. v. t. f.) Nõ dixit, dimitto patriam nauigans, quoniam oĩs interierat, ſed dimitto littora ciuitatis quondã lachrymis. & dolore coniectus. relinquo ſecuritatem portus ac terrę, & in altum ꝓducor, hoc eſt ad incerta altioris & interioris pelagi, vbi ſola deſperatio eſt videns cãpos, vbi Troia fuit, duplicẽ locus iſte poteſt admittere intellectũ. vnum quod dolebat latitudinem mœnium ꝑ cãpos antea ingentes effuſam ſic interiſſe, vt ex ea nihil extaret. alteꝝ, quia camporum planitiem videbat, in qua in altitudinem immẽſam ſurrexerat Troia. hic Æneam memorat poeta perimpleſſe excuſationem ſuã. dum. n. doloris ſui cauſas exponit, oſtendit etiã illud non fuiſſe aliquid, quod poſſit ſeparari, & ſe magis augurijs deorum quibuſuis excluſum. Littora cum patrię lachrymans portusq; relinquo, & campos vbi Troia fuit. Tria poſuit, quę per naturã ſuam nõ potuerunt ire, littus, portum, & cãpos. ¶ Feror exul in altum. Cum ſocijs, natoq;, penatibus, & magnis dijs.) Tacuit patrem ſuum, quia ſupradixit, Et pater Anchiſes dare fatis vela iubebat. proinde quem iam memorauerat ibi fuiſſe ſuperfluum, indeq; vitioſum fuerat iterum nominare.

ASCENSIVS.

POſtq̃; res Aſię.) Enarraturus errores ſuos, quos Dido ſecũdo loco petierat, ne ꝓlixiuſcula narratiõe de excidio Troię ſatiati, longã de erroribus recitationẽ auditores faſtidirent: excitat eorum animos, magnifica proponendo: facit itaq; magnificum exordiũ: in quo vt Dona. argutiſſime declarat, quatuor egregia decidiſſe, aut euerſa eſſe paucis conqueritur: & totidem mala futura eſſe, vt ex eodem dicere poſſumus: cuius verba ſunt: Narraturus errores ſuos, optime incœpit ab recedendi de Troia neceſſitate, non tamen omittit excuſationem ſuam qua vult eſſe firmatum, non tam Græcis, ſed diis aduerſantibus, ob nullam culpam periſſe imperium Troiæ. ¶ Poſtquam res Aſiæ.) Ponit quatuor aduerſa præterita quibus affligebatur: & totidem futura, vt ſpes acerba futurorum, augeret mala præterita. Præterea ſunt interitus Ilienſis imperij. Euerſio familiæ Priami, quod maxime dolet, propter vxorem quę filia Priami fuit. Quum vero dicit, Viſum ſuperis: oſtendit non meritis Troianorum, ſed deorum intolerabili prauitate eueniſſe, vt regnum funditus interiret. ¶ Superbum.) Nobile: vt non læuis res videretur, cuius interitum dolebat. ¶ Omnis.) Eſſet enim ſolatium ſi aliquid ſemiuſtum, & ſemidirutum relinqueretur. ¶ Fumat.) Oſtendit omnia fuiſſe conſumpta. Nam omnibus incendio abſumptis, ſolum fumum reſpirat terra. Ergo repete ſic: Poſtquam res Aſiæ: poſtquam viſum ſuperis poſtquam cecidit ſuperbum Ilium: poſtquam omnis humo fumat Neptunia Troia. Atque habes quatuor præterita: futura autem ſunt alia quatuor, & quòd auellerentur à patrio ſolo, quòd quærerent deſertas terras, & quod eſſent incerti quo irent, & vbi poſſent ſiſtere. Nam hoc ipſum incertum pœna eſt, quum laborum finis nuſquã appareat. ¶ Vix.) Nam fugitiui maturum tempus expectare non poſſunt: & quia definita loca non habuimus, nauigauimus quo fata ducebant. ¶ Littora.) Nam patria perierat, & commuto terram, locum ſtabilem & certum, & ſequor incerta maris. ¶ Et cãpos.) Non ſine ſummo dolore, videt latitudinem camporum, in qua mœnia diruta iacebãt: & tria poſuit, quæ per naturam ſuam nõ potuerũt perire, littus, portum, campum. ¶ Cum ſociis, natoq;: Penatibus: & magnis diis.) Tacuit patrem: quia iam eum nominauerat. ¶ Ordo eſt. Poſtquam viſum, ſupple eſt, ſcilicet bonum: hoc eſt, placuit ſuperis: euertere res Aſiæ, ideſt imperium quod Troiani in Aſia habuerant: & poſtquam viſum eſt ſuperis, euertere gentem, ideſt progeniem: & domum Priami immeritam, ideſt quæ non meruiſſe videbatur hominibus, quia pia, & relligioſa fuerat, aut, reuera, immeritam: ſed ideo euerſam, vt Romana ex ea oriatur: vnde Venus in. j. ad Iouem: Certe hinc Romanos olim voluẽtibus annis, Hinc fore ductores reuocato à ſanguine Teucri, Qui mare, q terras omni ditione tenerẽt Pollicitus, quæ te genitor ſententia vertit? Hoc equidẽ occaſum Troiæ triſtisq; ruinas Solabar fatis cõtraria fata rependens. Quia ergo Romana gens exoriri tam glorioſa non poterat, niſi Troiana occumberet: non enim pręſtantiorem potuit habere originẽ: nec poterãt duę ſimul eſſe monarchię, & ſumma rerum imperia: viſum eſt ſuperis ęquum, Priami euertere gentem ĩmeritã, vt Romana exurgeret. Nec ꝓpterea iniuſti fuerunt, qui excidium tanta gloria extulerunt: quum etiã (ſm poetę ſententiam) mori malũ

non ſit

non ſit ſaltem culpæ: vnde illud eſt, Vſq; adeo ne mori miſerum eſt? Nec ſi catholice loqui volumus, Iniuſtus eſt deus, qui iuſtos interdum temporaliter adfligi ſinit: veꝝ quia non potuit alia via cōmodius oriri gens Romana: q̃; immeritæ gentis euerſione: & egregij pietate viri innumeris laboribus acclamatū eſt in.j. Tātæ molis erat Romanā condere gentem.) & poſtq̃; Ilium.i. pcipuū oppidum in Troia. ſupbum.i. magnifice, & ſuperbe extructum: aut glorioſum, ſeu inclytū: cecidit.i. corruit in cineres: & omnis Troia Nepunia.i. à Neptuno fabricata (fumat, vt quidam volūt, p fumauit: ſed melius eſt, vt ſit fumat.) ſ. adhuc: quia poſt caſum perdurauit fumus, quū primū fuga ex Ida moliret Aeneas, fumat aūt, non ad auras e fumarijs: ſed humo.i. in terra, aut potius de terra, vnde fumus oriebať (qa ſi in terra, vellet dicere, diceret humi: ſed ſignificantius dixit, humo, vt ſit pro aduerbio de loco, quo ſignificatur natura fumi: cuius eſt aſcendere, & vltima ruina Troiæ: cuius fumus ab humo exurgebat.) poſtq̃; (inquit) hęc cōtigerunt: nos agimur.i. impellimur auguriis diuum.i. portentis deorum (vt quæ per crinem flagrantem Iuli, & per ſtellā quę facem ducebat portendebatur: item per monita Hectoris & Creuſæ, q̃ illi à dijs accęperāt. Pręterea, per oracula deorum nō recte intellecta, per rňſa Heleni, per Harpyiarū minas, & per alia multa, quę quidem licet, iam tum quum fugere īciperet, futura erant: nunc tamen, quū ea narrat pterita ſunt: nam niſi ad futura reſpiceret, nō diceret, diuerſa exilia: quū neq; dij, neq; homines, hactenus diuerſa exilia pronunciauerit.) agimur aūt, dicit, ne vltro patriā deſeruiſſe culpetur, agimur ergo q̃rere diuerſa exilia.i. in quibus exules, & extorres degamus: & terras deſertas.i. quas poſtea deſeruimus, vt Thraciā, Cretā, Siciliā, &c. (nec placet, vt de Italia à Dardano deſerta, cum Seruio ītelligā: tūc enim nō diuerſa exilia, ſed ſolā Italiam intelligeret ſe iuſſum petere; verum quū fugā obirent Troiani, incerti erāt quo fata ferant. Nā Hector dixerat, quidē fugiendū, ſed non quo: dicens, Solū pererrato ſtatues, q̃ deniq; ponto. Creuſa vero dixerat ēt locū, ſed dubie: quia Lydiū Tybrim, à Colonis nominauit quū Lydia lōge ſit ab Italia: Caſſandra vero Anchiſæ, expreſſe ſignificauerat Italiā petendā. Vñ dicet in hoc. in. Sola mihi tales caſus, Caſſandra canebat. Et ſæpe Italiā, ſæpe Itala regna vocare. Sed qs ad Heſperiæ venturos littora Teucros Crederet? Aut quem tunc vates Caſſandra moueret? Dii pterea penates, pauloāte dixerant, Eſt locus Heſperiā, &c. Quę verba Ilioneus in.j. repetiit: ſed q̃ hic dicētur, geſta ſunt ante ea q̃ in.j. dicta ſunt: loqtur ergo nūc Æneas de ea ſcientia quā habebat, quū fugam īciperet: per quā, quum neſciret quo fata ferāt, vbi ſiſtere detur: coactus eſt diuerſa exilia, & terras deſertas q̃rere.) & nos molimur.i. cū mole, & difficultate paramus claſſem.i. collectionē nauiū ſub ipſa Antādro, vrbe illa Phrygię: (declinať aūt, hęc Antādros, nā in um neutra ſunt: & ſub montibus Idę Phrygiæ: qa ēt Ida in Creta eſt, ſed claſſem parabat inter Antandrū, & idam montē, molimur, dico, exiſtentes incerti, quo fata ferāt.i. auehāt nos: & ideo moleſtū & difficile erat parare claſſem, quū ēt incerti eſſent, vbi detur ſiſtere.i. ſubducere claſſem, & finire errores, & nos contrahimus.i. congregamus viros: (quoꝝ in.j. meminit, Ilioneū, Cloanthū Sergeſtū, Gyan, Leucaſpim, Achaten, atq; alios.) Prima ęſtas.i. verna temperies vix incœperat: &.i. iam: vel, & tñ iam: (habet enim elegantiā hoc loco, particula, &.) Anchiſes pater (Seruat decorum patri quādiu vixerat, gubernacula tribuens.) iubebat dare vela fatis.i. ſecūdū fata: aut vt fata indicabāt: quū.i. quādo ego lachrymans (ergo īuitus deceſſit) relinquo littora patrię: & portus patrię: & relinquo cāpos.ſ. arabiles (quia iam ignis omnia exederat) vbi Troia fuit. Et ego feror exul in altū.ſ. mare, cum ſocijs, cum nato, cum penatibus, & magnis dij. De quibus Seruium vidimus.

PIERIVS.

Diuerſa exilia & deſertas quærere terras Auguriis agimur diuum.) In codi. aliquot manu ſcriptis, & vetuſtate ipſa venerabilibus, legere eſt, Diuerſa exilia, & diuerſas quęrere terras: ſed, deſertas, Ti. Dona. agnoſcit, vt in integris eius in Virgilium commētarijs legimus. Ex hiſq; duo peſſima Aeneæ propoſita dicit. Auellebantur quippe à cineribus patriæ, diuerſa exilia, & terrarum ſolitudines petituri: hoc enim modo, deſertas terras interpretatur. Seruius vero quum videret terras Aeneę fatis debitas, hominū robore, & frequentia, & hubere glebæ commendari, commentus eſt: non ſolitudinarias, aut incultas, ſed à Dardano deſertas interpretari, quæ ſententia (ſi cui magis adrideat) non laboro. Sane vero ſunt, qui reſpexiſſe Virgi. dicant, ad primam vrbis Romæ ædificationem: quam Strabo dicat, non apto, neq; idoneo loco poſitam, ſolo neq; feraci, neq; agro ſatis ad alēdum ſpacioſo, ſed quem Romulus, & Remus neceſſitate coacti, potius q̃; voluntate, coluerint: ita enim Strabo: κτίσαι τὴν ῥώμην ἐν τόποις οὐ πρὸς αἵρεσιν μᾶλλον ἢ πρὸς ἀνάγκην ἐπιτηδείοις. οὔτε γὰρ ἐρυμνὸν τὸ ἔδαφος, οὔτε χώραν οἰκείαν ἔχον τὴν περὶξ ὅση πόλις πρόσφορος. In ſuperioribus aūt ꝙ vulgata legūt exēplaria, viſum ſuperis, vetera q̃dā habēt, viſum eſt ſuperis, ſubſtātiuo verbo interiecto, quod quamuis verſum numeroſiorem faciat: abſq; eo tamen ſtructura videtur elegātior. Miſſa vero ſint, quæ multa ſuper fumat, diſputant grammatici. Si dixero Comminianum aſſerere fumat, hoc loco ſolœciſmum eſſe per tempus. Claſſemq; ſub ipſa Antandro & Phrygiæ moliri montibus Idæ.) In exempla. aliquot antiquis abſq;, &, particula copulatiua, legitur, Sub ipſa Antandro Phrygię molimur montibus Idę. Verum ea particula nimirum loco hoc & neceſſaria eſt, & ad venuſtatem facere videtur. Quantum vero pertinet ad Antandrum, Pomp. Mella in altero, inquit, latere Antandrum, duplex cauſa nominis iactatur. Alij Aſcanium filium Aeneæ, quum ibi regnaret, captum à Pelaſgis, ea ſe redemiſſe commemorant, vnde nnmen quaſi ἀντὶ ἀνδρός. Alij ab iis putant conditam, quos ex Andro inſula, vis & ſeditio exegerat. Hinc Antandrum quaſi pro Andro, Stephanus, ab Antandro, Aeolum duce, appellatam autumat. Eam Ariſto. prius Edonida nuncupatam ait, quā Cimmerij centum annos incoluerint. Quæ ſuper hoc Ser. recitat de Polydoro ea inſula redempto: deq; eodem lapidibus obruto, vel in mare præcipitato, partim ex Euripide ſunt, quem hic Virgil. ſequitur, partim ex alijs. De eo ſane longe aliter habetur apud Homerum qui eum in bello ab Achille pilo confoſſum, ait his verſibus.

αὐτὰρ ὁ βῆ σὺν δουρὶ μετ᾽ ἀντίθεον Πολύδωρον
Πριαμίδην, τὸν γ᾽ οὔτι πατὴρ εἴασκε μάχεσθαι,
οὕνεκά οἱ μετὰ παισὶ νεώτατος ἔσκε γόνοιο.
τὸν βάλε μέσσον ἄκοντι ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς.

Quos verſus pro iis qui Græce neſciunt, ita fere ad verbum interpretati ſumus:

Priamidem à telo Polydorum inuadit acuto
Ora deo ſimilem, genitor quem in bella vetabat
Ire, ſatus quoniam natorum hic vltimus eſſet.
Hunc medium ipſe acer pilo transfixit Achilles.

Cum ſocijs natoq; Penatibus, & magnis diis.) In antiquis aliquot codicibus, gnato, cū g ante n, prout veteres ſcriptitaſſe, Victorinus author eſt, & dis, vnico i, κατὰ κρᾶσιν. Probus tamē mauult dijs, per duas ii, literas ſcribi.

Terra procul vaſtis colitur Mauortia campis,
Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo.
Hoſpitium antiquum Troiæ, ſociiq; penates,
Dum fortuna fuit, feror huc, & littore curuo
Mœnia prima loco, fatis ingreſſus iniquis,
Æneadaſq; meo nomen de nomine fingo.
Sacra Dionęæ matri, diuiſq; ferebam
Auſpicibus cœptorum operum, ſuperoq; nitentem
Cœlicolum regi mactabam in littore taurum.
Forte fuit iuxta tumulus, quo cornea ſummo
Virgulta, & denſis haſtilibus horrida myrtus.
Acceſſi, viridemq; ab humo conuellere ſyluam

SERVIVS.

Terra procul.) Procul eſt quaſi porro ab oculis. Vnde poteſt & ſatis longe ſignificare: & non valde, vt in quinto, Eſt procul in pelago ſaxum. quod ſatis longe fuiſſe intelligi nō poteſt, ne voluptas pereat ſpectaculi. Quanquam & hic ſimilis poſſit eſſe ſignificatio. Breuis eſt enim Helleſpōti trāſitus. Vaſtis) Aut vaſtatis, aut magnis. Thraces arant.) Figurate, nā minus ē q̃;. Acri quondā.) Sæuo & cruento. Lycurgus autē rex Thraciæ fuit: qui vt habet fabula, dum contemnens Liberum, eius amputat vites, crura ſua incidit. Re vera autem abſtemius fuit: quos conſtat acrioris eſſe naturæ, quod etiam de Demoſthene dictum eſt. Regnata.) Participiū ſine verbi origine. Hoſpitium antiquum.) Aut charum: aut re vera antiquum. Nam tanta īter ipſos familiaritas fuit, vt Ilione filia Priami Polymneſtori nuberet Thracū regi. Dum fortuna fuit.) Scilicet bona: & ſimul oſtendit fidē cū felicitate deficere. Sane ſciendum

Conatus, ramis tegerem vt frondentibus aras,
Horrendum, & dictu video mirabile monſtrum,
Nam, quæ prima ſolo ruptis radicibus arbos
Vellitur, huic atro liquuntur ſanguine guttæ,
Et terram tabo maculant, mihi frigidus horror
Membra quatit, gelidusq; coit formidine ſanguis.
Rurſus & alterius lentum conuellere vimen
Inſequor, & cauſas penitus tentare latenteis,
Alter, & alterius ſequitur, de cortice ſanguis
Multa moues animo, nymphas venerabar agreſtes,
Gradiuumq; patrem, Geticis qui pręſidet aruis,
Rite ſecundarent viſus, omenq; leuarent.

ſciendum quotienſcunq; fortunã ſolam dicimus, felicitatẽ ĩtelligi. Vnde & fortunatos tãtum felices: & infortunatos ſolos infelices vocamus. Littore curuo.) Perpetuum epitheton littorum eſt. Nam quod in ſexto ait, Tunc ſe ad Caietę: recto fert littore portum: Significat eum ita nauigaſſe, vt non linqueret littus. ⁋ Prima loco.) Quia apud Cretam alia fecit, Modo aũt Ænum ſignificat. vt Salluſtius ĩ Ænum & Maroneam, viamq; militarem. Quãquã Homerus dicat inde auxilia ad Troiam veniſſe, ergo iam fuerat. Euphorion, & Callimachus hoc dicũe etiam, quod Ænum dicatur à ſocio Vlyſſis illic ſepulto eo tempore, quo miſſus eſt ad frumenta portanda. ⁋ Fatis inquis.) Bene quid ſit futurũ pręoccupat. ⁋ Æneadas.) Ecce nec Virgilius Ænũ dicit.) Sacra Dionææ matri.) Veneri à matre Dione ſecundum Homerum. Et bene diſpenſat, vt ſi aduerſã nauigatio ſequatur, Dionæam Venerem dicat, vt hoc loco, ſi proſpera, de mari eam dicat eſſe procreatam, vt, Vnde genus ducis. Hæc autem inquantum poteſt, reſeruat. ⁋ Auſpicibus cœptorum operum. Ioui, qui arcis deus eſt: Apollini, propter auguria: Libero, cauſa libertatis. Nam dĳ alĳ ſi inuocentur, ad priuatam pertinet cauſam. Vnde de Didone legimus, Iunoni ante oẽs cui vincla iugalia curæ, ꝓpter nuptias. quãuis enim reipublicæ vtilitas ſimularetur, erat tamen ſpecialis cauſa Didonis. Simititer & hic Æneas ſacrificat Veneri. Quod autẽ de Libero diximus, hęc cauſa eſt: vt ſignum ſit liberæ ciuitatis. Nam apud maiores aut ſtipẽdiariæ erant, aut fœderatæ, aut liberæ. ſed in liberis ciuitatibus ſimulachrum Marſiæ erat, qui in tutela Liberi patris eſt. ⁋ Mactabam in littore taurum.) Contra rationem Ioui taurum ſacrificat: adeo vt hinc putetur ſubſecutum eſſe ꝓdigium. Vbiq; enim Ioui iuuencum legimus immolatum, vt, Statuam ante aras aurata fronte iuuencum, Iam cornu petat, & pedibus qui ſpargat arenam. Item Iuuenalis, Qui vexat naſcendi robora cornu. Nã in victimis etiã ætas eſt conſideranda. ⁋ Tumulus.) Hoc ſermone, & collem & ſepulchrum fuiſſe ſignificat. ⁋ Quo ſummo.) In quo ſũmo. ⁋ Cornea virgulta & myrtus.) Bene legit haſtis apta virgulta. Nam legimus, Et bona bello cornus. Item, Et paſtoralem præfixa cuſpide myrtum. Ergo ſi telis fuerat confixus, merito illic hęc coaluere virgulta. Cornus autem declinatur vt ficus, ſi arbor ſit. Nam cornu animalis, indeclinabile eſt: licet genitiuũ vſurparit Lucanus: vt, Cornus tibi cura ſiniſtri Lentule. Sic Cicero in Arato, huius genus: pro genu. ⁋ Acceſſi.) Non ad cornum, ſed ad myrtũ, quæ inter verbenas eſt. Et bene matri ſacrificaturus aras coronat ex myrto. ⁋ Syluam.) Bene variat vt nunc ſyluam, nunc numina, nunc virgulta, nunc arborem dicat. ⁋ Mõſtrum.) Bene monſtrum: nam ſtatim quid eſſet apparuit. & hoc proprietas eſt: abuſione tamen plerunq; corrumpitur. ⁋ Liquuntur ſanguine guttæ.) Li in verbo producitur, vt hoc loco. Item, Canis cum montibus humor Liquitur. In nomine vero, breuis eſt: vt liquor. ⁋ Tabo.) Corrupto ſanguine. & eſt nomen caſus ſeptimi tãtum, vt ſponte, natu. quod ſi velis declinare, hæc tabes huius tabis dicis. ⁋ Membra quatit.) Cauſa pendet ex cauſa. Nam timor ſanguinem gelat: qui coactus gignit frigus. ⁋ Lentum vimen.) Molle & flexuoſum. Vnde & victos dicimus curuos per ſenectutem. ⁋ Tentare latenteis.) Miraculum eſt enim ex arbore ſanguinem fluere. ⁋ Multa mouens aĩo.) Nõ dicit quæ, ſed ex ſequentibus intelligimus. Cogitabã, inquit, ne forte ſanguis eſſet ex nymphis. Hamadryades nãq; cũ arboribus & naſcuntur, & pereunt. Vnde plerunq; cæſa arbore ſanguis emanat. Nam Ouidi. ait, quũ Eriſichthon arborem incideret, primo ſanguis effluxit: poſt vlulatus ſecutus eſt. Inde Statius, Nec amplexę dimittũt robora nymphæ. Itẽ, Cogitabam ne forte ex terra Martis iure ſanguis efflueret. Nam quod dicit hæc ſe veneratum eſſe numina, illas conſtat præceſſiſſe cogitationes. ⁋ Gradiuumq; patrem.) θούριον ἄρηα, ideſt exilientem in prælia: quod in bellãtibus fit, neceſſe eſt. ⁋ Geticis.) Thracĳs. Getæ autẽ populi ſunt Myſiæ, quæ quia lata eſt, multas continet gentes. ⁋ Rite ſecundarent.) Recte proſperos facerent. ⁋ Viſus.) Pro viſa poſuit. Tunc enim maſculino vtimur genere, quum de his loquimur, quibus videmus: vt ſi dicas, Nubecula obeſt viſibus meis. Si autem neutro vtamur, ea quæ viden-

tur

tur ſignificamus: vt ſi hoc loco diceret, Rite ſecundarent viſa. quod propter metrum nequaq; poſuit. Similia ſunt nuntius & nuntium, auditus & auditum. ⁋ Omenq; leuarẽt.) Bonum ac leue facerent.

DONATVS.

❡ Terra procul. v. c. m. c. Thraces arant &c.) Deſcriptio terrę ad incerta nauigãtibus prima occurrit, quæ ſic euidenter Didoni exponitur ignoranti, vt & ſitus loci, & incolarũ ꝑſona ſignetur, deĩde opportunitas, quæ detinere poſſet errantes. nam & ꝓximitas placebat laborem ablatura fugiẽtibus, & vbertas lęta camporum, cõmoda videbatur his, qui rẽ omnem ſubſtantiamq; perdiderant. quod vero thraces incolę amiſerant Lycurgum regẽ, videbatur fieri poſſe, vt aduerſarius nullus emergeret, qui poſſet prohibere venientes. firmabat omnem ſpem remanendi interpoſiti dudũ religione fœderis, diuturnitate quoq; tẽporis roborati. quis. n. non fideret, non negaturos beneuolentiam miſeris? quę florẽtibus adhuc rebus & debita fuit & memoria longiore ſeruata. ⁋ Feror huc.) Non dixit veniſſe, ſed ex euentu delatus ſum, ipſe enim hoc nõ conſilio neq; humana voluntate effecerat. ⁋ Et littore. c. Mœnia. p. l. f. in. i. Aeneadasq;. m. n. de no. fin.) Mox, inquit, vt littus attigi loci eius, diſpoſitionem, ſum nouę ciuitatis aggreſſus, meos omnes ſignans noĩe meo, vt Aeneadæ dicerentur. fatis ingreſſus iniquis. hoc rerum exitus, non initia docuerunt. cæterum ſi ante pręſtitiſſet, tranſire potuiſſet, ſed res magnas nõ auderet incipere. exponit iam, qua ratione iniqua fata cognouerit. ⁋ Sacra Dionę ma. d. q;. f. Auſpicibus. coe. o. &c.) Cõditurus, inquit, nouam ſedem ſacrorum, obſequĳs ꝓuocabam in auxiliũ deos, & primum quidẽ matrẽ meam, deinde alios, quos ſciebam auſpicio nouorũ fundamentoꝝ eſſe neceſſarios, ipſum quoq; Iouem: cui nitentẽ taurũ hoc eſt candidum ſ mactabam in littore. recte dictum in littore. vbi. n. nondum fuerat ciuitas, nec templum fuiſſe conſtabat. ⁋ Quo cornea ſummo Virgulta, & denſis ha. hor. myr.) Hęc duo genera lignorum haſtilibus bellicis apta ſunt, proinde pacis auſpicium habere non poſſunt, ac per hoc ſacrificanti in cauſa ciuitatis nouæ, portendebatur id, quod accidit, crudele illic eſſe hominum genus, & humano ſanguini infeſtum, nec debere Troianos habere fiduciam prioris amicitiæ, quoniã mutatio fidei extiterat fractis viribus Troiæ, cum hoc nondum ſciretur, tamen qm̃ neceſſe fuerat propter fundamenta noua, viridi fronde aras contegere pręparabat Aeneas, vel maxime ramis myrti, quæ aſſignatur Veneri, ait ergo. ⁋ Acceſſi, viridemq; ab humo cõuellere ſyluam Conatus, ramis tegerem vt frondentibus aras, Horrendum, &. d. v. m. m.) Horrendum ꝓpter ſanguinem, mirabile autem, ꝙ fluebat ex ligno. ⁋ Nã, quæ. p. ſ. r. r. a. Vellitur. h. a. l. ſ. g. Et ter. t. m.) Tantum valẽt, per quę futura monſtrantur, vt eorum etiam natura mutetur in aliam. deniq; tolle cauſam monſtri de medio. impoſſibile eſt, vt ſanguis fluat ex ligno. Fluentes igitur guttæ maculabant terram tabo, hoc eſt cruore corrupto. ⁋ Mihi fri. hor. Mẽbra qua. geli. q;. c. for. ſan.) Ex viſu tali occupauerat frigus membra mea. frigus quoq; excluſo calore congelaſcere fecerat mei corporis ſanguinem. itaq; factum eſt, vt mutata natura vtrunq; lignum funderet ſanguinem, & humanum corpus ingenitam ſanguinis ſubſtãtiam denegaret. ⁋ Rurſus & alterius. l. c. v. Inſequor &. c. p. t. l. Alter &. a. ſ. de. c. ſ.) Quum, quid illud eſſe, confuſus ſentire nõ poſſem, repetitione facta, volui experiri. temerarium enim fuerat ꝓnuntiare de eo, quod ſemel videram. alterius de cortice, aut ſecũdi viminis eiuſdẽ ligni aut alterius generis dixit. ſupra enim ait, & myrtum illic fuiſſe, & cornum. potuit enim alterum ligni genus videri tentaſſe, quando in altero ſanguinem vidit. ⁋ Multa mouens animo &c.) Omenq; leuarent. In prima auulſione potuit videri caſus. quũ autem in ſecunda eadem reperiſſem, vehementer commotus voluebam aĩo multa atq; diuerſa. cõſtabat enim ſanguinem illum execrandum aliquod ſignificare. rogabã deos loci, vt ſecundarent omina, quę eſſe conſtabat aduerſa. leuarent, hoc eſt imminentem malorum ruinam aut auerterent penitus, aut facerent leuiorem, docet hoc Virgilius, proſperari poſſe per deos humanis obſequiis, quod fuerit malis hominibus demonſtratum.

Aſcenſius.

ASCENSIVS.

¶Terra procul,&c.) Docet,quo coactus ſit diuerſa quęrere exilia:quia videlicet nõ ꝑmittebat cõſiſtere,nec in Thracia,vbi primas ſedes,& Aenum oppidum locauit:nec in Creta:nec in Sicilia. Recitat ergo primo,quomodo in Thraciã delatus illic oppidum ædificauerit:& abire coactus ſit, propter ſcelus cõmiſſum in Polydorum,filium Priami. De qua re dicit ſic Donatus. ꝶ Terra procul.) Optime ignoranti Didoni terrã exponit:in qua,ſitus loci,& incolarum perſona & opportunitas,quum propter ꝓpinquitatem laborem,longioris itineris leuaret:& propter fertilitatem indigentibus poſſet opitulari. Quoniã aũt Thraces amiſerãt Lycurgũ regem,videbatur quod nullus aduerſarius venientes, prohibere poſſet. Firmabat aũt ſpem religio fœderis,diuturnitate tẽporis roborata. ꝶ Feror.) Nã non ſuo conſilio venit. ꝶ Fatis iniquis.) Hoc exitus rerũ nõ initia docuerunt. ꝶ Sacra.) Primo inuocabam auxilium maternũ:deinde,aliorum deorum, qui auſpicio nouoꝝ fundamentorũ,eſſent neceſſarij. ¶Ordo eſt. Terra Mauortia.i.bellicoſa:& patria Mauortis,ſeu Martis (q̇ Thracũ lingua,Gradiuus dicitur.) ſ.Thracia:colitur procul.i.late,aut lõgiuſcule à Troia cãpis vaſtis.i.valde amplis:Thraces arant (ergo Thraciam ſignificauit (regnata.i.ea quæ regno gubernata ſunt, quõdã.i.olim ſup.ab Lycurgo Thracũ rege:acri.i. ſtrenuo & bellicoſo:& ita regnata erit accuſatiui caſus,pluralis numeri,& neutri generis. Aut ſic potius: Terra Mauortia regnata quondam acri Lycurgo colitur (quod vulgo dicitur,cultiuat) hoc eſt ſubigitur,& aptatur ſationi ab agricolis:procul in vaſtis campis,ſup. quã terram (Moris enim Virgiliani,eſt reticere relatiuum in deſcriptiõe locoꝝ,ſicut,Vrbs antiqua fuit Tyrij tenuere coloni,Eſt in ſeceſſu longo locus,&c.Eſt locus Heſperiam Graii cognomine dicunt,&c.) Thraces arãt (dictio aũt,regnata,videtur potius fœminina,& nominatiui caſus q̃ cætera,nominatiui caſus ſunt.dic ergo) terra inq̃; regnata acri Lycurgo,appoſitorie, hoſpitium antiquum Troiæ.i.Troianoꝝ,qui iure hoſpitalitatis olim à Thracibꝰ accipiebãtur:& eos viciſſim accipiebãt (vti moris erat apud veteres,apud quos pauciores q̃; nũc ſunt:erãt cauponæ.i. diuerſoria mercenaria.) & Penates ſocij.i.cõfœderati,& amici:dũ fortuna.ſ.proſpera fuit (quo verbo mortaliũ fidem taxat) ego feror ſ.augurijs actus diuum:aut vi ventoꝝ:huc.i.in hanc terrã:hoc eſt in Thraciã:& loco prima mœnia.ſ.Æni oppidi:in littore curuo i.ꝙ ſemꝑ curuũ eſt:loco,dicit.i.ſtatuo:ingreſſus.i.auſpicatus,aut incipiens,fatis iniquis.i.malignis,& mihi non fauẽtibus,vt illic maneant:aut iniquis.i.mihi non cõceſſis,cũ alio vocarer, & ego fingo nomẽ Æneadas.i.voco populos illius ciuitatis Æneadas, de meo nomine. Ego ferebã.i.offerebã:matri.ſ.Veneri: Dionęę.i. ex Dione nympha genitæ,& diuis auſpicibus.i.authoribus & ꝓſidibus:operũ cœptoꝝ.i.inchoatorum:ſacra.i.ſacrificia illis apta, & mactabam ſupero.i.cœleſti,aut ſupremo regi:cœlicolum,pro cœlicolarũ,hoc eſt, Ioui in littore:taurum nitentẽ.i.candidum, quum vitulus illi mactandus ſit:verũ quia nitentẽ dici poteſt ſignificari intactus & vitulus,licet mas ſit,nec peccatũ eſſe in ſacrificio,nec ideo pulſum Æneam,ſed quia vocabatur in Italiã. Itaque nuſq̃; perſiſtere permittebatur,quod tandem cognouit. Vnde ipſe in.j. Per tot diſcrimina rerum tendimus in Latium: ſedes vbi fata Quietas oſtendunt,illic fas regna reſurgere Troiæ. Tumulus.ſ.ſepulchrũ in colliculo erat:forte.i.à caſu:iuxta.i.ꝓpe eũ locum vbi mactabant:erat enim caſuale, illic ꝓciſe mactaſſe vbi ſepulchrũ erat:quo.i.in quo.ſ.tumulo:hoc eſt, colliculo:ſummo i.in curuo vertice,ſup.erant:virgulta cornea.i.corni arboris, & myrtus horrida.i.aſpera:denſis haſtilibus.i.virgultis:vnde facile haſtilia fierent. Ego acceſſi.ſ.tumulũ:& conatus conuellere ab humo.i.funditus:ſyluã viridẽ.i.denſa illa haſtilia virentia:vt tegerem aras,ramis frondẽtibus:ego video mõſtrũ.i. portentum, aut prodigiũ,horrendũ.& mirabile dictu.i.dum dicitur. Nã guttæ atro ſanguine.i.atri ſanguinis:aut ab atro ſanguine, diſtillantes liquuntur.i.defluũt,huic,ſup.arbori,q̃ arbor vellitur.i.euellitur:prima ſolo.i.terra in qua ſuſtentabat:& hoc radicibus ruptis &,ſup.guttę:maculant.i.cõtaminant terrã:tabe.i.ſanguine atro, & corrupto:horror frigidus.i.me frigere faciens:quatit.i. concutit,& tremere facit mihi mẽbra:& ſãguis.ſ.meus:gelidus.i.quaſi cõgelatus:coit.i.cõcreſcit,& cõſtringit formidine.i.præ timore. Ego inſequor.i.inſequẽter conor rurſus cõuellere:&.i.ẽt:vimen i.virgultũ:lentũ.i.tenue,& flexibile:alterius.ſ.arboris:& tẽtare.i. tentãdo ſcrutari:cauſas latẽteis.i.ignotas mihi:penitus.i.oĩno:& alter ſanguis ſequitur de cortice alterius.ſ.virgulti,aut viminis: ego mouẽs.i.agitãs:multa.i.multas res,animo venerabar nymphas Agreſtes:ꝓcipue Amadriades.i.nymphas arboꝝ:q̃ cũ arboribus naſcuntur,& intereunt:(ideo ergo venerabat eas:ne forte q̃uis illarũ arboribus cõiuncta eſſet. & venerabar patrẽ Gradiuũ i.Martẽ,qui ꝓſidet aruis Geticis.i.Getarũ,populoꝝ bellicoſorũ, quia,vt alibi dicetur,Mortẽ contemnunt laudato vulnere Getę. Et ideo dicit Mars,illis ꝓſidere,& toti Thraciæ:quocirca ne forte ſuccẽſeat Ænee,ꝙ ſe eo cõtulerit,venerabar (inquit) Gradiuũ patrem:& nymphas,ſup.vt ſecundarent.i.proſperos facerent viſus.i.viſiones,& leuarent.i.in mitiorem partẽ conuerteret:omẽ i.portentum illud,quod non fauſtum videbatur.

PIERIVS.

¶Hoſpitium antiquum Troiæ.)) In antiquo admodum codice legere eſt:anticũ:& ita inferius,Terra antica,per c,eadem proportione,qua poſticum dicimus. Ait tamẽ Velius longus in vno ex his u,inſertum eſſe. In altero minime:ne quis nouã hanc eſſe quęſtionem putet. ꝶ Æneadasq; meo nomen de nomine fingo.) Adnotat Ser. Æneadas,nõ Ænos,à Virgil.dictum,quippe quod cõſtet Ænum ante Troiana bella celebrem fuiſſe vrbem. Homerusq; Ἰλιάδ. δ, Ductorem Thracum ex Æno veniſſe dicit ὃσ γὰρ αἴνοθεν εἰληλούθει. Is vero forte ad ſua tempora reſpexit. Quod & Virgil.eo loco fecit,Portusq; require Velinos. Nã Pli.omnino Ænos oppidũ Thracię,memorat:vbi Polydori tumulus, & ab Ænea cõditum,cui ſacrificium quot annis,vt conditori fieret,ẽt apud Liuium legas his verbis ex antiquo cod.deſumptis. Proficiſcunt ab Theſſalonica Ænum ad ſtatum ſacrificiũ,quod Ænee cõditori cum magna cerimonia quotannis faciunt. Addam etiã illud paulo ſupra,corrigendum in eadem Liuiana pagina. Paris abominatus mentionẽ tam fœdi facinoris ad Ænon deportaturum eos dixit. Quod in co.vulgatis,Atheneo,legitur:& nõnulli praue Atheneum corrigere tentarunt. Apud Harpocrationem tamen legi,Euphoꝝ tradere vrbem,eam primum à Gręcis, vulpinarium inſularum accolis habitatam:poſtremo vero ex Mitylene,& Cumis:Coloniã eo traductã. Oppidũ ſane id Abſynthon, alio nomine vocatũ,ait Stephanus,de quo,ſi qs plura quæſierit, Strabonis.vij.legat. ꝶ Video mirabile mõſtrũ.) In codi.aliquot manu ſcriptis,miſerabile,legitur, Sed mirabile id fuiſſe Ti.Dona. ait,ꝙ ſanguis ex ligno flueret. ꝶ Nam quę prima ſolo ruptis radicibus arbor Vellitur,huic atro liquũtur ſanguine guttæ.) In antiquo admodum codice ſcriptum erat, Nãq; vbi prima: & pro, huic atro:hinc atro:vt aduerbiũ,aduerbio reſpõderet:recenti vero emendatione repoſitum id,quod in vulgatis habetur exempla. Pro liquuntur,autem ſunt vetera exemplaria quæ,linquuntur,habent. Sed enim,liquuntur:magis omnino placet,quod ẽt agnoſcit Seruius. ꝶ Alter,& alterius ſeqtur de cortice ſanguis.) In codic.antiquis plerisq;,alter,non ater,habetur. Animaduerti vero in aliquot exemplaribus,l,literam abraſam eſſe. In aliquot additam aliena manu,vt in Mediceo diſcernitur.

Tertia,ſed poſtquam maiore haſtilia nixu
Aggredior,genibusq; aduerſæ obluctor arenæ.
(Eloquar?an ſileam?) gemitus lachrymabilis imo
Auditur tumulo,& vox reddita fertur ad aures.
ꝶ Quid miſerũ Ænea laceras?iã parce ſepulto, POLY.
Parce pias ſcelerare manus,non me tibi Troia
Externum tulit,haud cruor hic de ſtipite manat.
Heu fuge crudeles terras,fuge littus auarum.
Nam Polydorus ego,hic confixum ferrea texit
Telorum ſeges,& iaculis increuit acutis,

SERVIVS.

¶Obluctor.) Acrius nitẽtem oſtẽdit. ꝶ Eloquar?an ſileam?) Parentheſis ad miraculum poſita. ꝶ Gemitus lachrymabilis.) Poteſt enim eſſe etiam iraſcentis. ꝶ Vox reddita.) Pro data. Redditur.n.qcquid ad nos ꝑ alteꝝ tranſit,quanq̃; hic etiã hoc poſſit intelligi. nam ad eũ vox miſſa per tumulum eſt. ꝶ Laceras.) Per membra diſijcis. Nã lacerare eſt ſæpius vulnerare,vt Lacerum crudeliter ora Deiphobum. ꝶ Sepulto.) Modo iacenti ſignificat:vt,Sõno vinoq; ſepulti. Item, Occupat Æneas aditum cuſtode ſepulto. Nam ſepultus eſt quaſi ſine pulſu. Non enim hunc ſepultum poſſumus dicere,quũ ſepultura non ſit in hoc rite facta:ſed fortuita ſit,obrutus terra. ꝶ Pias.) Bene etiam ille qui læditur,excuſat Aeneã: quod pietatis grande teſtimonium eſt. ꝶ Scelerare.) Polluere: & eſt ſermo Plautinus, quo hodie non

¶ Tum vero ancipiti mentē formidine preſſus ÆNE.
Obſtupui, ſteteruntq; comæ, & vox faucibus hæſit.
Hūc Polydorum auri quondam cū pondere magno
Infelix Priamus, furtim mandarat alendum
Threicio regi, quum iam diffideret armis
Dardaniæ, cingiq; vrbem obſidione videret.
Ille, vt opes fractæ Teucrum, & fortuna receſſit,
Res Agamemnonias, victriciaq; arma ſequutus,
Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro
Vi potitur, quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames? poſtq̄ pauor oſſa reliquit,
Delectos populi ad proceres, primumq; parentem
Monſtra deum refero: & quæ ſit ſententia poſco.
Omnibus idem animus ſcelerata excedere terra.
Linquere pollutum hoſpitiū, & dare claſſibus auſtros,
Ergo inſtauramus Polydoro funus, & ingens
Aggeritur tumulo tellus, ſtant manibus aræ
Cœruleis mœſtæ vittis, atraq; cupreſſo,
Et circum Iliades crinem de more ſolutæ.
Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte,
Sanguinis & ſacri pateras, animamq; ſepulchro
Condimus, & magna ſupremum voce ciemus.

die nō vtimur. ¶ Externum tulit.) Ordo eſt, Troia me tibi tulit, hoc eſt educauit, non externum. Nam & ciuis Æneę fuerat & cognatus. ¶ Crudeles terras) Ideſt crudeliū & auarorum. ¶ Polydorus ego.) Siue ego diſtinguas, ſiue Ego hic: ſubaudias Sum neceſſe eſt. ¶ Increuit.) Reuiruit. Traxit autē hoc de hiſtoria Romana. Nam Romulus captato augurio haſtā de Auentino monte in Palatinum iecit: quæ fixa fronduit, & arborem fecit. Vituperabile enim eſt poetam aliquid fingere, quod penitus à veritate diſcedat. Deniq; obijcitur Virgilio de mutatione nauium in nymphas: & quod dicit per aureum ramum ad inferos eſſe deſcenſum. Tertium, cur Iris Didoni comam ſecuerit. Sed hoc purgatur Euripidis exemplo, qui de Alciſte hoc dixit, cum ſubiret fatum mariti. ¶ Infelix.) Aut qui iam infelix eſſe cœperat: aut cui etiam prouiſa nocuerunt. ¶ Mandarat.) Aphęreſis eſt, ſiue dixeris commendarat, ſiue emendarat. ¶ Threicio regi.) Hauſit ex prouincia crudelitatem: ex qua fuerūt Diomedes, Lycurgus, Tereus. Threicio autem pro Thracio, vt ſupra pro Thracia Threiſſa. Nam ſolutio eſt Ionicæ linguæ. Cum enim ſit θρᾴξ, Iones dicunt θρέιξ: cuius ſolutio facit Threicius vel Threiſſa. ¶ Cingiq; vrbem obſidione videret.) Inter ipſa principia obſidionis: Nam poſtea iam minime poterat. ¶ Fortuna.) Melior ſcilicet. ¶ Res Agamemnonias.) Ideſt imperium. ¶ Victricia.) Oīa noīa à verbo veniētia, quū in or exeunt, maſculina ſunt: vt victor, quū in trix, fœminina ſunt, vt victrix. Neutra vero non faciunt, niſi tantū ex numero plurali. Vnde eſt victricia. ¶ Fas omne.) Et cognationis. & iuris hoſpitij. ¶ Obtruncat.) Occidit intellige. Nam obtrūcare proprie eſt capita cædere. ¶ Vi potitur.) Hoc verbum de his eſt quæ permiſcēt cōiugationes: cum enim ſit tertiæ coniugationis, infinitum modum à quarta facit, vt potiri. Vnde pleriq; decipiuntur, vt potiris dicant. Similiter fio: pro fiere, fieri facit permiſta coniugatione. ¶ Auri ſacra fames.) Ideſt execrabilis, vt, Sacræ pādūtur portæ. Tractus eſt aūt ſermo ex more Gallorum. Nā Maſſilienſes quotiens peſtilētia laborabāt, vnus ſe ex pauperibus offerebat alendus anno integro publicis & purioribus cibis. hic poſtea ornatus verbenis & veſtibus ſacris, circunducebatur per totam ciuitatem cum execrationibus, vt in ipſum reciderent mala totius ciuitàtis, & ſic pręcipitabatur. Hoc autem in Petronio lectum eſt. Sane ſciendum latenter Aeneam hoc agere, vt Troianos Didoni ex infelicitatis ſimilitudine commēdet. Nam & eius marito, auri cauſa intulit necem. ¶ Omnibus idem) Plus eſt quàm ſi diceret ſimilis. ¶ Scelerata terra.) Pro ſceleratorū, vt ſupra. Captiua veſtis. ¶ Claſſibus auſtros.) Hypallage eſt. ¶ Inſtauramus funus.) Modo ſepulchrum quod virgulta ā vellendo diruerat. Nam ꝓprie funus eſt incenſum cadauer. ¶ Stāt.) Poſitæ ſunt. Multa aūt (vt ſupra diximus) hic ſermo ſignificat. ¶ Manibus.) Manes ſunt animæ illo tempore, quo de alijs recedentes corporibus, necdum in alia tranſierunt. Sunt autem noxiæ, & dicūtur per Antiphraſim. Nam manū (vt ſupra diximus) bonum eſt. Vnde eſt & mane dictum. Similiter etiam Eumenidas dicimus, parcas bellum, lucum. Alij manes à manando dictos intelligunt. Nam manibus plena ſunt loca inter lunarem & terrenū circulum, vnde & defluunt. Quidā manes, deos infernos tradunt. ¶ Atraq; cupreſſo.) Nigra, funeſta. Nam inferis conſecrata eſt, qa cęſa nunq̄ reuireſcit. Moris aūt Romani fuerat ramum cupreſſi ante domū funeſtā poni, ne quiſquam pōtifex per ignorātiam pollueretur ingreſſus. Hinc Horatius, Nec præter inuiſam cupreſſum vlla breuem dominum ſequetur. Atra autem, ꝙ atratos lares ſignificet. ¶ Crinē de more.) Aut de more gentis, vt etiā in Ægypto eſt. Aut certe more preliātiū. ¶ Tepido lacte.) Statim mulcto. ¶ Cymbia. Pocula in modū cymbæ facta. ¶ Sanguinis ſacri.) De victimis ſumpti. ¶ Animamq; ſepulchro Condimus.) Bene

ne animā lacte & ſanguine ad tumulum dicit elicitam. Lacte nāq; corpus nutritur poſt animæ couiunctionē, & anima ſine ſanguine nūq̄ eſt, quo effuſo recedit. Legimus præterea in ſexto, inſepultorū animas vagas eſſe: & hunc conſtat nō legitime ſepultum fuiſſe. Rite ergo reddita legitima ſepultura, redit anima ad quietem ſepulchri, quam Stoici herciſcundi, ideſt mediū ſequentes, tam diu durare dicūt quàm diu durat & corpus. Vnde Ægyptij periti ſapientia, cōdita diutius reſeruant cadauera, ſcilicet vt anima multo tempore perdúret, & corpori ſit obnoxia, nec cito ad alia trāſeat. Romani cōtra faciebant, cōburentes cadauera, vt ſtatim aīa in generalitatē, ideſt in ſuam naturam rediret. Dicit ergo nūc ſacrificijs quibuſdā elicitā animam, & ſepulchro conditam, obnoxiāq; factam corpori: quod ante horrebat, quaſi per vim extorta. Ideo autem Stoicos medium ſequi diximus: quia Plato perpetuam dicit animam, & ad diuerſa corpora tranſitum facere ſtatim pro meritis vitę prioris, Pythagoras vero non μετεμψύχωσιν, ſed παλιγγενεσίαν eſſe dicit, hoc eſt redire, ſed poſt tempus ¶ Supremū.) Non eſt nomen, ſed aduerbium: vt, Toruum clama. ¶ Ciemus.) Hoc loco dicimus more ſolemni, Vale: nos te ordine quo natura permiſerit, vncti ſequemur.

DONATVS.

¶ Tertia ſed poſtq̄ ma.h.n. Aggredior. &c.) Cognitionē cauſæ melius deſiderans noſcere, licet iā primo & repetito facto fuiſſet cōperta, tertio tamen volui manifeſtius cōprehendere. tenui fortiore nixu haſtilia terrtia, obluctās cū terra genibus meis, quę illorum radices non ſinebat abrūpi. ¶ Gemitus la.i.a.t. & vox.r.f. ad au.) Moraliter poſitum, vt primo dolētis gemitū, dehinc voces audiſſet. ¶ Quid miſerum Ænea laceras? iam parce ſep. &c.) Locus iſte plenas partes tenet loci communis, quamuis non ſit inuentio ex perſona defuncti. Æneas tamen ſi in hac cauſa argueretur, diceret, feci, & abſoluta qualitate ſeſe defenderet, quia quicquid illud fuit, neſcius fecerat. Admirabili tamē virtute poeta ipſum induxit defenſorem facti, qui ob iniuriam ſuā accuſatorē eſſe debuerat. ideoq; acerbitatem ipſam latius extendit, ex vno crimine multa exoriri poſſe euidenter oſtēdens, quę tamē ipſa inſtruētis animo, non arguentis īgerit, fuit quidem primū crimen & ſolum, ſepulchri violati. ex hoc habet rationē loci, temporis, & perſonarum. alia quoq; congeſſit, qd miſerū, inquit, Ænea laceras? cū fortuna ait hominis miſeranda eſſe debeat, & ſubleuanda potius q̄ lædenda, cur Ænea tuo illicito labore vexatur? qui ſemper coluiſti pietatem. quod autem noīe ſuo eundem vocaret, ex eo intelligere potuit, quod notus cū noto loquebatur. ecce duo ante principale crimen, & miſer, & notus accedit ad ſepulchri violati inuidiam. Iam parce ſepulto, hoc eſt vel modum ſerua. Tertio enim iam faciebat. Parce pias ſcelerare manus, aliud dat notitiæ ſignum propter augmentum criminum prohibēdum. Aliud eſt enim peccare in ignotum, aliud in eum, qui ſit notus. quum igitur dicit, parce pias ſcelerare manus, oſtendit, quia & ipſum, & mores eius, & viuēdi ſtudium nouerat. ſed quæritur cur dixerit, parce pias ſcelerare manus, quum iam quod prohibuerat fieri, factum eſſe cōſtaret. Poſt admonitionem & cognitionem ait, parce ſcelerare, prius enim facta, quæ Aenea ipſo neſciente proceſſerant, potuerunt habere veniam. hæc enim fecerat, qui neſcierat cauſam. Hæret autem inexpiabilis nota ſi fuerit voluntate peccatum. ergo recte dixit, parce ſcelerare, antequam facto & mente peccaret. Parce pias ſcelerare manus. quod prohibeo, inquit, fieri, & mihi proderit & tibi. hoc genus perſuaſionis magnum eſt, vt quod vnuſquiſq; petitur, ſciat etiam ſibi profuturum, & mihi ait parces, & tibi erit commodum, ne manus tuas pias & religioſas funeſtes, & inexpiabili labe commacules, præ

ſenti

ſenti vel maxime tempore,quo ſacra numinibus reddis. ¶Non me tibi Troia ex.tu.) Peccas,īquit,in hoiem,peccas in miſerum, peccas in defunctum,peccas in ciuem,peccas in tuum.Creuſę.n. fuerat frater Polydorus,perindeq́; Æneæ affinis. pulchre tamē dixit.Nō me tibi Troia externum tulit,hoc eſt nō ita me tibi ciuem genuit Troia,vt tantummodo ciuis tuus eſſem,verūetiā vt iūgerer generi tuo,haud,cruor hic de ſtipite manat,an putas fieri potuiſſe,vt ex ligno ſāguis exiſſet.ecce tractat & partes loci.iā·n. vt dictum eſt,perſonarum tractauit partes,& tēporis. ¶Heu fuge,inquit.c.t.l.a.)Hominum culpa & morum,aſcribitur terris, in quibus nati ſunt,quaſi demum nō hoium genus,ſed eorū parens terra peccaſſet,hoc ſatiat,& hoc vult intelligi,ne vnum quidem illic eſſe,qui viuat hoium more,ac per hoc vitium eiuſmodi non hoium eſſe,ſed loci.in hoibus quippe eſt proculdubio diuerſitas,neq;.n.aut omnes boni,aut omnes mali reperiūtur,ſed hic,quia ſuadebat fugam,etiam terram ipſam dixit īmanem,ne ſperaret Æneas poſſe illic aliquem reperiri,qui humanum aīum gereret,& hac ſpe tranſductus in ijſdem locis remaneret,in quibus occidi potuiſſet,ſed nō ad ſolam cōſeruationem ſalutis huiuſmodi poteſt admonitio pertinere.non enim debuit pius & religioſus inter ſceleratos & impios commorari,etiam ſi nihil auderent aduerſus ipſum.itē,quod ait,fuge crudeles terras,fuge littus auarum,duplicatio vnius verbi magnā habet cogendi neceſſitatem.nam bis ait,fuge,vt ſine dilatione fugeret.interea docemur inſtruente Virgilio,crudelitatē ſine auaritia,& auaritiam ſine crudelitate eſſe nō poſſe.nam expleri auaritia non poteſt,niſi ſpes iteruenerit lucri.itaq; ſic inter ſe cōnexæ ſunt,vt altera ſine exceſſu alterius cōpleri nō poſſit.Hic locus in primo lib.ex Pygmalionis ꝑſona tractatus eſt.idē.n.dictus eſt ipius,& ꝙ auri cupiditate cæcus maritum ſororis inſontē necaſſet. ¶Nam Polydorus ego.) Nomē ſuū tm̄ dixit,tacuit de patria,quia iā ſupra dixerat,nō me tibi Troia externum tulit,tacuit de parētibus, tacuit de perſona eius,cui fuerat cōmendatus à patre.tacuit de cauſa,ꝓpter quā cōſtabat occiſum.omnia.n.præter ſepulchrū eius Æneas nouerat,ſolum ergo ſuffecerat nomē dixiſſe,ꝓpter illam partē,qua dixit.nō me tibi Troia externum tulit. ¶Hic.c.f.t.Telorū ſ.&.i.i.a.)Et facinus in ſe admiſſum refert illud firmare contendit,quod dixit fuge crudeles terras,vt non tm̄ telorum multitudinem,verum etiam naturā ſæuoꝝ hoium ſimul oſtenderet,tela enim ꝓculdubio manibus hoium portabantur quum peteretur corpus inſontis.tanta,inquit,ſæuitia cunctoꝝ fuit, vt cum vnū telum pueri necem ꝑficere potuiſſet,vnum in corpus omnes oia tela preſſiſſent & cōfixiſſent.Et iaculis increuit acutis,vt ad illius funus acuto ferro multitudo ſæua cōfluxiſſe videret̄. quod aūt dixit,increuit,crebro percuſſit accipiendum eſt,vt nō remāſiſſet locus imunis à vulnere. ¶Tum vero.a.m.f.p.&c.) Propterea dixit,tum vero,qa ſupra dixit,Mihi frigidus horror Mēbra quatit gelidusq́; coit formidine ſanguis.horror.n.qui ex viſu ſanguinis ſtillātis ex ligno fuerat exortus voce dehinc Polydori gementis caſus ſuos vehementiſſime cumulatus eſt,vſqueadeo, vt mens oīs in hebetudinem verſa ſit.& in ſilentium tranſiret vox,comarum vero mollities obdurata coſtiterit,retulit Polydori verba, dehinc ſua ſubnectit,vt oſtēdat qūo factum ſit,vt Troianus puer in alienis terris fuiſſet occiſus. ¶Hunc.p.a.q.c.p.m.&c.)Hunc,inquit,nutriendum infelix amico & regi dederat Priamus,cogente illa neceſſitate,ꝙ videret obſidione ꝑfecta,nullam ſpem remāſiſſe,vim.ſ.temporis paſſus,vt poſteritas eius quæ fuit in pluribus liberis,in vno ſaltē ſuꝑſtite remaneret.ac ne deeſſet victuro ſubſtātia,maximū quoq; auri tradidit pōdus ex ſua natura mores alienos expendens,perindeq́; nihil exiſtimans ſecus interuenire potuiſſe,quod amicitias veteres rūperet,regis quoq; aīum, qui oī opulētia ſuꝑflueret,transducere nō poſſe in eam partem vt auaritia pręceps cōmendatum ſibi innocentē amici filium filiumq́; collegæ cōfoderet.inde igit̄ magis Priamus infelix,ꝙ in aduerſis dū filium incolumē cuperet,nihil cōtrarium ꝓuidēs,dedit materiem pretij & pōderis magni,non qua viueret puer,ſed qua poſſet occidi.egit cauſam Priami,ne īprudens,ne incautus, ne in cauſa filij minus diligens fuiſſe videretur.dederat.n. vicino (vt dictum eſt)noto amico,veteri,dederat nō oneroſum, dederat cū ſubſtantia,dederat diuiti,dederat regi,dederat preſſus,dederat deſꝑatis oībus. ¶Illæ vt opes fractæ.t.&.f.r.Res ag.vi.q;.a.ſ.Fas omne ab.Po.o.&.a.Vi po.) Ille,inquit.i.qui ſperaret̄ humanus,qui amico ſeruaturus fidē putaretur,ille diues,ille rex, ille dilectus ex plurimis,& hæſitantis Priami deliberatione cæteris prælatus,qui alendum ſuſceperat innocentem amici veteris filium.intelligit patris fortunam & troianorum,votiſq́; hoſtium auaritia pręcipitāte cōſentiens oīa fœderum religioſa corrupit.iugulauit puerū,& ſcelerata cōſecutus eſt lucra.iterea cum de modo auri loqueretur,dediſſe,inquit,magna,quod qa ſpecialitatem nō habet,nos arbitraremur tm̄,quantū rex,quantum pater filio qui eum vlterius viſurus nō eſſet dare potuit.cunq; illos cōſumptos ſe cū omnibus poſtea fuerat collaturus, poſtremo tātum,quantum amicum in perfidiā,quantum in auaritiā regem, quātum miſerrimi ſtatus & veteris amicitię debito,regem in necem pueri potuit ꝓuocare.hic quoq; locum,tēpus,perſonamq́; tractauit,quæ funeſta ac nefanda facturo opportuna ſunt viſa. nam lacus quāuis ꝓximus,tamē interpoſitione pelagi ſeparatus erat à finibus Troiæ.perſonæ vero tractatus fuit,ꝙ facile puerū & ſolum necare potuiſſet? defenſorē autē emerſurum credebat nullum,qui vltionē moliretur occiſi.idonea vero temporis dabatur occaſio ilienſis imperij felicitate deiecta.ferit ille,quod infelix de hoſte Priamus metuit,ecce Virgilius docet in aduerſis nec amicis habendā fidem,vbi poſſunt ſcelere lucra captari.difficile eſt enim ſeruari fidem,quū fatorum aduerſa fuerit facta cōuerſio.perinde enim inter amicos fides eſt,vt fortunæ & fatorū curſus ſeſe prębuerit.hinc poeta cōpulſus ex perſona eius,quem loquentem induxerat,ſic cupiditatis auri vituperatione clauſit, vt generali exclamatione diceret. ¶Quid nō mortalia pe.co.Auri ſa.fa.) Quum dicit,quid non?non tm̄ de præſenti cauſa ſenſit, ſed de omni genere perſonarum & neceſſitudinum & de criminibus omnibus,ſicuti enim lectum cōſtat,& exempla veterum docuerunt,fecit auri cupiditas patriæ proditores,auriq́; pōdere fidem ſæpe militum fractam,fractā coniugum,fractā nautarum, fractā ꝓximorum,fractam fœderum,fractam amicorum.dedimus intelligendi viā,cætera lector inueniet,quæ tanta ſunt vno verſu concluſa,vt hæc libris explicari non poſſent. ¶Poſtquam p.o.r.) Supra enim dixit,Tum vero ancipiti mentem formidine preſſus Obſtupui,ſteteruntq́; comæ,& vox faucibus hęſit.Poſt quā pauore diſcedente integratus eſt,inqt,animi mei vigor. ¶Delectos populi ad.p.p.q;.p.Monſtra.d.r.& quæ ſit ſen.po.) Quid vidiſſet,vel quid audiſſet,primum ad patrē,qui iudicare de mōſtris & augurijs noſſet,deinde ad potiores cæteros pertulit.debuit enim quid facto opus eſſet omnium definiri ſentētia. ¶Omnibus idem ani.)Omnes,inquit,vnum tenuere conſilium. ¶Scelerata ex.ter. Linquere pol.ho.&.d.c.a.) In tractatibus publicis, quum dubia in medio veniunt,id maxime fieri conuenit, quod plurimis cordi ſederit,hic autem,quoniam euidens malum videbatur,& tam execrabile extiterat factum,oēs probant eſſe fugiēdum,ne in terris crudelibus pii & religioſi cum iugi ſalutis,ſuæ periculo morarentur.nūquam enim diſſimilitudo morum amicitię vinculis poteſt coniungi.præter hāc cauſam,accedebat alia, ꝙ incolarum ſcelere pollutum fuiſſet hoſpitium, hoc eſt ſoluta per ſcelus amicitia,quę religionis fœdere fuerat iniūcta.vnde ad id tendebat res,vt illic cōſiſtere vtile non videretur,& irreligioſum eſſet illic rememorari,vbi innocentis Troiani pueri ſanguis fuiſſet effuſus.Dare claſſibus auſtros.Locutio non tantum nō vitioſa,verumetiam ſplendida.ſimplex enim fuerat dicere dare naues ventis,ſed vt nouitatem induceret eloquentię,ait dare claſſibus auſtros,vt ad fugam paratas naues efficerent.dare enim vētum naui,eſt flatibus obijcere,vt agi poſſit auris exceptis, & velocius currere. ¶Ergo inſtauramus Polydoro funus &c.) Læſi manes placari debuerant interueniente ſacrorum ſolemnium ritu.accedebat enim ad expiationem violati ſepulchri etiam perſonæ meritum,quia ciuis fuerat,& affinis Aeneæ, filius regis, quodq́; monuerat,vt ſceleratas terras, & auarum littus Troiani relinquerent,& apertis periculis liberarentur.ergo talia ſunt exhibita,quę poſſent curare,quod male fuerat geſtum,& quę talem ſacrorum ſpeciem demonſtraret,quę etiam ſtatim mortuis exhiberi conſueuit.hac occaſione poeta docuit,quemadmodum talibus cauſis poſſit occurri.

ACSENSIVS.

¶Tertia,&c.) Docet quomodo agnouit Polydorum illic ſepultum, poſtquam à Polymneſtore, rege Thraciæ, perfido, occiſus fuerat: vtq; illic exequias peregerit, & terram reliquerit: vnde Donatus dicit ſic. ¶Gemitus.) Moraliter, primo gemitus, deinde voces, auditæ ſunt. ¶Quid miſerum?) Artificioſa res. Si enim Aeneas loqueretur, diceret, feci: & abſoluta qualitate ſeſe defenderet, quia neſcius fecerat:ſed poeta eum inducit defenſorem, qui accuſator eſſe debuit. Ideóque acerbitatem latius extendit:& ex vno crimine, multa poſſe exoriri, euidenter oſtendit; ſed inſtruit,& non arguit. Primum crimen,eſt ſepulchrum violatum;& hoc ratione loci tēporis,&

ris,& perſonarũ. Addit,miſeriá,quæ ſubleuatione,& nõ oppreſſione digna eſt.) Ænea. Ex nomine proprio apparet,notũ,nõ noto,loqui. ☞ Pias.) Manus:cur parce,ſi iã patrata res fuerat?qa & ignorãs fecerat,merebatur veniã. Non aũt meretur,quod deinde eſſet facturus. ſic, Si mihi parces,te crimine ſolues. ☞ Non me tibi Troia.) Peccares enim in hoĩem,in miſerum,in defunctũ,in ciuẽ in tuum. Ergo, Non tulit me tibi Troia Externum.i.nõ ſolum ciuẽ,ſed affinẽ. Frater enim Creuſæ erat. ☞ De ſtipire manat.) Perſonarũ,& tẽporis,poſuerat partes:nũc ponit loci. ☞ Crudeles terras.) Demõſtrat hoc,eſſe Vitiũ terræ parentis:vt per hoc, omnes eodem vitio laborare ſignificaret. Ergo & ab aliis,poterat eãdem iniuriam expectare:atq; etiam nõ decebat,etiam ſi tutus permãſiſſet,pium inter impios verſari. ☞ Fuge, fuge.) Ex duplicatione verbi,neceſſitatẽ oſtẽdit fugiendi. ☞ Tum Vero.) Quia ſupra dixerat, Mihi frigidus horror Membra quatit. Nam ad illum horrorem,qui fuit ex ſanguine,accedens vox lamentabilis Polydori,mentem in hebetudinem conuertit:& vox in ſilentium trãſiit. Hũc,ea ratione miſit Priamus vt quũ ſe in ſummis periculis cerneret,ſaltẽ poſteritas ſua in hoc filio remaneret:& auri vim magnam dedit:vt eſſet quo viueret:& ex ſe naturã Polymneſtoris cõiectans tutũ filium apud veterem amicũ credidit:infelix ergo qui dum filium in tuto collocare putat,eũ ꝑdidit. Ergo Priamus nec incautus,nec imprudẽs,nec in filii cauſa indiligens fuiſſe demonſtratur. Dederat enim vicino,affini,amico veteri,dederat cũ diuitiis,dederat regi. ☞ Ille.) ſ.qui ſperaret humanus,cuius fidei cõmiſſus fuerat,qui diues,qui ex plurimis delectus,qui ſuſcẽpe rat innocentẽ amici filium notatur hic pſona.ſ.auara. Itẽ locus, nã mare interpoſitũ erat inter ſe & Troiã:item tẽpus.ſ.in quo pe rierat imperiũ,vt non timeret vltionẽ. Oſtendit præterea poeta in rebus aduerſis,ne amicis quidẽ fidendum. Dãnat auaritiam tã quam quæ ad omnia ſcelera impellat. ☞ Primumq; parentem.) Qui iudicare de monſtris poſſet,& ad ꝓceres:qã ꝙ facto opus eſſet,debuit oĩum definiri ſentẽtia. Idem ſolet decerni,quod maiori parti placet:ſed hic tã manifeſtũ ſcelus fuit,vt oẽs fugiendũ cenſerent inde:vbi per ſcelus fuerat ſoluta amicitia, quæ fœdere deuincta erat. Nõ ergo vtile illic morari. Nec religioſum cũ ſanguine pueri pollutus eſſet locus. ☞ Cõdimus.) Erat placandi manes læſi:pſertim illius qui ciuis,& affinis,& regis filius erat:& q recte monuerat Troianos,vt ſceleratam terram relinquerẽt. Docet autem poeta,quæ poſſint curare:ꝙ male ſint geſta eſſe curãda. ¶ Ordo eſt. Sed poſtq; ego aggredior: maiore nixu.i.conatu auellendi,tertia haſtilia.i.tertium virgultum:niſi forte plura ſimul auellerit,atq; ita proprie dixerit,tertia haſtilia:& ego obluctor.i.incumbo genibus:harenæ.i.terræ,quæ in littore harenoſo eſſe ſolet:aduerſæ.i.mihi deſuper incũbenti oppoſitæ.( Eloquar? an ſileam?hoc per parentheſim dicit,addubitãs an dicere debeat rem quæ fide admirabilior ſit,credulitatemq; vix mereatur.) Gemitus lachrymabilis.i.quaſi ab lachrymante editus,audit,ſup.à me de tumulo imo.i.profundo:& vox reddita.i.data facto iam tranſitu:fertur ad aures.ſ.meas:vox aũt fuit hæc. O Ænea quid laceras miſerum?ideſt miſeratione:& nõ tali laceratione dignũ, parce iam ſepulto.i.iacẽti & proſtrato:parce.i.caue ſcelerare manus tuas:pias.i.inſontes:& ignoranter in me peccantes. Troia tulit me tibi,non externum:aut per liptotẽ, Troia non tulit.i. produxit me externum tibi:ſed,ſup.affinem:aut cruor hic,ſupp.non manat.i.diſtillat de ſtipite:ſicut videris opinari venerando Amadryadas(ſunt qui legant haud:ſed,vt dixi,poſita ſemel negatione ante particulam,vel,& aut,intelligitur repeti:vt nõ ſum qui tua furari velim,aut deſtruere.) heu dolẽtis eſt:fuge terras crudeles.i.in quibus impium facinus cõmiſſum eſt:fuge littus auarũ, ideſt in quo auarus rex imperium tenet. Nam (ſup.ſi neſcis.) ego ſup.ſum Polydorus,filius ille Priami quem noſti depoſitũ eſſe, & creditum Polymneſtori:quocirca non plura dixit Æneæ rem cognoſcenti,ſed Æneas reliqua dicturus eſt, Tyriis ignorantibus ferrea ſeges teloꝝ.ſ.quibus cõfoſſus eram:texit.i.ſepeliuit,& occultauit me hic,& ĩcreuit.i.reuiruit:acutis iaculis.i.in haſtilia iſta acuta,quæ auellis:ego preſſus mentẽ.i.habens mentem oppreſſam:tum vero.i.præcipue tunc:aut quaſi tunc ad verum: formidine ancipiti.i.me ancipitẽ & dubium quid facerem reddẽte:obſtupui,& comæ.i.capilli:ſteterunt.i.obrigauerũt.(iterũ mediam corripit:ſicut in lib.ii.dictũ eſt.) & vox hæſit.i.inhæſit faucibus, Ita vt eloqui neſcirẽ:quia vero nõ omnia,vt dixi,nota erãt Didoni:& cæteris audientibus explicat ea,dicẽs: Priamus infelix.ſ.ꝓpter caſum qui poſt euenit:mandarat quondã cum magno pondere auri hunc Polydorũ alẽdum:furtim.i.ſecrete:regi Threicio i. Thracio .ſ. Polymneſtori:tunc,ſup.quum ipſe diffideret.i. male cõſideret,armis.i.potentiis:Dardaniæ.i.Troiæ.i.quãdo incæperat deſperare de ſalute Troianorum:ac etiam Troiæ:& quum videret vrbem cingi obſidione,quod ſignum erat:quia iam ĩferiores eſſent,atq; impares Troiani,qppe qui nõ poterant hoſtẽ propellere,ideo aũt alendum dederat,vt aliquis ſupereſſet ſuæ generationis, qui Troianis olim recollectis præſit. Ille.ſ.rex Thracius Polymneſtor:vt.i.poſtq;:res Teucrum.i.Teucrorũ: fractæ, ſup.erant:& fortuna receſſit,ſup.ab eis:ſequutus.i.inſequens:res Agamẽnonias.i.partes Agamẽnonis imperatoris exercitus Græcoꝝ:& arma victricia.i.victoꝝ Græcoꝝ,quos victores fere cõiecturis colligebat,abrumpit omne fas.ſ.deorũ:& hoĩum,ius hoſpitalitatis violãdo:& obtrũcat Polydorum.i.caput eius amputat,& potitur vi.i.violentia:auro.ſ.depoſito cum Polydoro:o ſacra.i.execrabilis fames.i.cupido,& auiditas auri:quid.i.ad quid nõ cogis?q.d.ad nihil nõ cogis:ſed ad omne nephas cogis mortalia pectora,ꝙ recte in gratiã Didonis dicit Æneas,qui audierat à matre:licet id Dido eum ſcire neſciebat: Pygmalionis auaritiã, & ſcelus in Sicheum eius coniugem. Poſtq; pauor.i.ille ſtupor reliquit oſſa:ego refero.i.in conſultationem porto,mõſtra.i.portẽta deum(qui curarunt,vt ad Polydori tumulum,haſtilia auellerem:& eius vocem haurirem.) ad delectos proceres.i.primores, & principes populi:& primum.i.præcipue:ad parentem.ſ. Anchiſen,refero(inquit)&,pro.i.poſco,quæ ſententia ſit.i. quid ſentiãt faciẽdum. Idẽ.i.vniformis animus erat omnibus, excedere.i.vt excederemus,terra ſcelerata.i.ſcelere tanto polluta,& hoſpitium pollutum linqui,ſup.debere:aut linquere hoſpitium pollutum i.violatum,& fœdatum tali ſcelere,& dare auſtros claſſibus:hypallage.i.claſſes: Auſtris.i.ventis. Ergo, quia abire decreuimus, inſtauramus.i.inſtar prioris facimus: Polydoro funus.i.ſepulchrum,aut totum officium funebre quod ꝑtermiſſum erat,facimus,& ingens Tellus.i.magna moles terræ,aggeritur.i.accumulatur,& apportatur ab oĩbus.ſ.vnde ꝑ ĩperſonale loquit,tumulo.i.ad tumulum extruẽdũ:aræ ſtãt.i.erectæ,aut poſitæ ſunt,mœſtæ.i.lugubres,qa manibus.i.animis quæ à corpore manarũt:ſed nõdum in ſedes debitas recæptæ ſunt,ſm Æthnicos:aut quæ à lunari globo in corpora manant(ſed vtrunq; reprobatum à fide,q̃ infundendo creatas,& creãdo infuſas prædicãs,ſtatim vt exutæ ſunt corporibus in loca merita recipi affirmat,q̃ tamẽ varia legũtur.) aut manibus.i.diis inferis,vittis.i.ſertis appoſitis, ceruleis, aut marinis,& in littore lectis,aut ſubnigris,& cupreſſo atra.i.funeſta,& Iliades.i.mulieres Troianæ,ſup.ſtant,circum.i.in circuitu,ſolutæ crinẽ.i.habentes crinẽ paſſum & ſolutum,de more.ſ. patriæ,aut exequiarum. Nos inferimus.ſ.in tumulum.cymbia.i. pocula in morẽ nauiũ,hoc eſt,cymbarum facta,ſpumãtia.i. abũde repleta,lacte tepido recẽs mulſo,& pateras ſanguinis,ſacri.i. ex ſacrificio collecti,& cõdimus.i.cõſepelimus:animam.ſ. Polydori,quæ lacte & ſanguine,quibus maxime viuitur: corpori coniri ab æthnicis credebatur,& ciemus.i.clamamus magna voce,ſupremum.i.vltimo loco,aut ſupremum.i.vltimum vale,vnde peracto omni officio exeqali,dicitur conclamatum eſſe,quid aũt clamabatur,iam docuit Seruius.

PIERIVS.

¶ Tertia,ſed poſtq; maiore haſtilia nixu Adgredior.) Niſu vnico ſ,ſcribi placet Valerio Probo,qui nomen appellatiuum, niſus,nihil differre ait ſcriptione à nomine proprio, Niſus, & plura ita exemplaria vetuſta conuenire dictum. Maioris illud momenti, ꝙ Soſipater Cariſius,vbi de aduerbiis per ordinem agit,verſum hunc citans agnoſcit tertio,aduerbiũ. Cuius vt ſtet ſententia,vel Creticus heroico cõdonandus,vel manifeſta ſynizeſis admittẽda,vel, o ,breue fuerit ea ratione quod aiunt grãmatici,o,finalẽ ſæpe corripi,quando in aduerbium trãſeat,vt cito,ſero , modo. Statius: Sero memor thalami. Martia. Accipe quo das. Sed enim vix tãti fuerint grammatici veteres,vt tertia haſtilia,cuiq; diſplicere poſſit. Sit ſane locus aduerbii,vt tertia,pro tertio poſitum, ſit,nomen pro aduerbio poſitum,ſæpe apud authores oẽs reperimus. ☞ Iam parce ſepulto.) Sũt codices antiqui vbi,ſepulchro, legatur. Quam lectionem Ti. Dona. agnoſcit,niſi ter eadẽ pagina eodẽ verbo pactum eſt. ☞ Non me tibi Troia externũ tulit.) Sunt codices nõnulli,in qbus,extremum ſcriptum eſt. Sed enim Seruius cur,externum,legendum ſit,rationem adiicit, Polydorum ciuem,& cognatũ Æneæ fuiſſe. Eadem apud Liuiũ ſnia vbi Scipio milites ad Ilergetũ excidium ferociter accendit. Non.n.eos, ait eſſe,neq; natos in eadẽ terra,nec vlla ſecum ſocietate coniunctos. Et eruditus ille vir qui Virgiliũ in ædibus Aldi tertio editũ emẽdauit. In recognitione Externum,ſubiecit. Quæ dicta volui, quia nõnullos eſſe ſcio,qui lectionẽ extremũ amẽt, referriq; ad

nobilitatem

nobilitatem generis dicant. Clamante.ſ. Polydoro ſe non extremo loco natum, quo debeat ita contemptui & iniuriæ expoſitus eſſe: quod ridiculum eſt. ⁋ Aut cruor hic de ſtip.ma.) In antiquis aliquot codi. Haud, legitur puncto firmo pꝛfixo. In multis vero obſerues aſpirationẽ abraſam. Quo quidem loco, aut, pro neq;, poſitum ait Priſcia. de conſtructione. ⁋ Iaculis increuit acutis.) In codicibus aliquot anti. impleuit, habetur, paraphraſi etiam adiecta, abundauit Ti. Donatus: vt in integris eius cõmentariis habetur, verbum id exponit, crebro percuſſit, accipiendũq; eſſe vt non remanſerit locus immunis à vulnere, & paulo ſuperius dixerat ad illius funus accumulato ferro multitudinem ſæuã cõfluxiſſe. Tu quæ Seruius de haſta Romuli dicat, videris. ⁋ Obſtupui, ſteteruntq; comæ.) In anti. aliquot codi. legere eſt, obſtipui, ſteterãtq;: ſed enim ſteterunt, & receptũ eſt à doctis viris: & agnoſcitur à Valerio Probo. De ſyllaba vero quę pene vltimã pꝛcedit, in obſtipui, ſatis alibi dictum, ne toties eadem repetamus. ⁋ Ille vt opes fractæ Teucrũ & fortuna receſſit.) In codi. aliquot anti. nõ habetur &, copulatiua particula, quę quidẽ nõ ſine læſione, tam numeri q̃; elegantiæ, iudicio meo, ex hoc verſu detrahi põt. ⁋ Primũq; parentẽ.) Vetera quædã exẽplaria, parentũ, legũt. hoc eſt, primũ ex patribus, aut ex ſenioribus: ſed, parentẽ, magis oĩno placet. ⁋ Atraq; cupreſſo.) In anti. pleriſq; co. cupreſſu, eſt: Non tam: quia nomen quartæ olim fuerit declinationis, q̃; q multa hmõi paſſim reperiuntur apud veteres o, in u, mutaſſe: prout multi adhuc loquuntur populi: maximeq; à Piceno in Brutios vſq;. Teſtimonio vero ſunt monumenta pleraq;, in quibus antiqua ſcribendi ratio ſeſe fidelius, q̃; in libris oſtẽtat. Vidi ego in agro Spoletano extra portã diui Petri lapidẽ, in quo ſcriptũ erat pulcherrimis characteribus. In monte vero Tarpeio, antiquiſſimo ſane monumento legitur: Hercules inuicte catius hoc tuo donu, pro dono. Quid qđ annus, pro annos, Romæ pluribus locis legas? In æde diuæ Sabinæ, Iuxta quæ vixit annus. l. menſis. v. dies. xx. Et alibi. Nicephorus Pitinnus qui vixſit annus duo. In quo illud etiam adnotatione dignum, quod in, vixſit, s litera adiecta eſt poſt x, veluti ſæpe alibi auxſilium maxſumus; & huiuſmodi pleraq; reperiuntur eodem modo ſcripta. Sed, vt ad Virgilianã lectionẽ redeamus, in Medi. prius cupreſſo per o, ſcriptũ erat: nunc ea abraſa vocalis u, ſuperaddita eſt aliena manu. ⁋ Iliades crinem de more ſolutæ.) In anti. aliquot codi. crinis, legitur numero multitudinis: ſed magis poeticum eſt crinem, per figuram intellectionis.

IN FRONT
P. XIIX
IN AGRV
P. AIIX

Inde vbi prima fides pelago, placataq; venti
Dant maria, & lenis crepitans vocat Auſter in Altũ,
Deducunt ſocii naues, & littora complent.
Prouehimur portu, terræq;, vrbesq; recedunt.
Sacra mari colitur medio, gratiſſima Tellus,
Nereidum matri, & Neptunio Ægeo,
Quam pius Arcitenens oras, & littora circum
Errantem, Mycone celſa, Gyaroq; reuinxit,
Immotamq; coli dedit, & contemnere ventos.
Huc feror, hęc feſſos tuto placidiſſima portu
Accipit, egreſſi veneramur Apollinis vrbem.
Rex Anius, rex idem hominum, Phœbiq; ſacerdos,
Vittis, & ſacra redimitus tempora lauro
Occurrit, veterem Anchiſen agnoſcit amicum.
Iungimus hoſpitio dextras, & tecta ſubimus.
Templa dei ſaxo venerabar ſtructa vetuſto.
⁋ Da pꝛpriã Tymbræe domũ, da mœnia feſſis, AENE.
Et genus, & manſuram vrbem, ſerua altera Troię
Pergama, relliquias Danaum, atq; immitis Achilli.
Quem ſequimur? quoue ire iubes? vbi ponere ſedes?
Da pater augurium, atq; animis illabere noſtris.

SERVIVS.

❡ Fides pelago.) Quia alibi ait, Totiens deceptus fraude ſereni. ⁋ Lenis crepitans auſter.) Duo epitheta poſuit vitioſe, vt diximus ſupra. Fecit autẽ hoc improprie prope in decẽ verſibus. ⁋ Auſter) autẽ, quiuis ventus. ⁋ Terræq; vrbesq; recedũt.) Phyſicã rem dicit: ita enim nauigãtibus videtur, quaſi ab his terra diſcedat. ⁋ Sacra mari colitur medio.) Ordo eſt, In mari medio Ægęo colitur tellus ſacra Neptuno, & Nereidũ matri, ideſt Doridi gratiſſima. Fabula talis eſt, Poſt vitiatã Latonam Iupiter quũ etiã eius ſororem Aſteriẽ vitiare vellet, illa optauit à diis vt in auem cõuerteretur: verſaq; in coturnicem eſt. Et quũ vellet mare trãsfretare, quod eſt coturnicũ, afflata a Ioue, & in lapidẽ cõuerſa, diu ſub fluctibus latuit. Poſtea ſupplicante Ioui Latona leuata, ſupferri aquis cœpit: hæc primo Neptuno & Doridi fuit cõſecrata. Poſtea cũ Iuno grauidã Pythone imiſſo Latonã perſequeretur, terris oĩbus expulſa, tandẽ aliquãdo applicãdo ſe littoribus, a ſorore ſuſcepta eſt: & illic Dianam primo, poſt Apollinẽ peperit. Qui ſtatim occiſo Pythone vltus eſt matris iniuriã. Sane nata Diana parturienti Apollinẽ matri dicitur præbuiſſe obſtetricis officiũ. Vnde quũ Diana ſit virgo, tñ a parturientibus inuocatur: hæc nanq; eſt Diana, Iuno, Proſerpina. Nata igitur duo numina terrã ſibi natalẽ errare non paſſa ſunt: ſed eam duabus inſulis religauerunt. Veritas vero lõge alia eſt: Nam hęc inſula quũ terræ motu laboraret (qui fit ſub terris latentibus ventis, vt Lucanus, Quærentẽ erũpere vẽtum Credidit) petito oraculo Apollinis, terræ motu caruit. Nam pꝛcepit ne illic mortuus ſepeliretur, vt in Vulcano: & iuſſit quædã ſacrificia fieri: poſtea e Mycone Gyaroq; vicinis inſulis populi venerunt, q eã teneret, quod etiã Virgilius latẽter oſtẽdit. Quod aũt diximus Dianã primo natam, rõnis eſt. Nam cõſtat primam, noctẽ fuiſſe: cuius inſtrumentũ eſt Luna. i. Diana. poſt diem, quem Sol efficit, qui eſt Apollo. Vt aũt Delos primo Ortygia diceretur, factũ eſt a Coturnice, quę Græce ὄρτυξ vocatur. Delos aũt, q a diu latuit, & poſt apparuit. Nã δῆλον Græci, manifeſtũ dicunt. Vel quod verius eſt, quia cũ vbiq; Apollinis reſponſa obſcura ſint, manifeſta illic dantur oracula. Delos & ciuitas dicitur, & inſula. Vnde interdũ recipit præpoſitionẽ. ⁋ Pius Arcitenẽs.) Qui vltus eſt matrẽ. ⁋ Coli dedit.) A vicinis ſcilicet populis. ⁋ Ventos contemnere.) Propter terræ motum. ⁋ Apollinis vrbem.) Delon: & eſt definitio. ⁋ Rex ſacerdos.) Maiorum enim hæc erat conſuetudo, vt rex eſſet etiam ſacerdos, vel pontifex. Vnde hodie quoq; Imperatores, põtifices dicimus. ⁋ Vittis & lauro.) Vittæ, ſacerdotis ſunt: laurus vero etiã imperatoris victoris. ⁋ Anchiſen amicũ.) κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus. Nam quomodo fuerint amici, palã non dicit. ⁋ Hoſpitio.) Septimus caſus eſt, ideſt iure hoſpitalitatis. Nã ad hoſpitiũ non poteſt intelligi: quia iam amicus fuit. ⁋ Da propriã.) Perpetuã: vt, Propriamq; dicabo. Et bene poſt experimentũ malæ conditæ ciuitatis perpetuas poſtulat ſedes. ⁋ Tymbræe.) ⁋ Tymbræus Apollo dicitur a loco Troiæ vicino pleno Tymbra: in quo eius & nemꝰ eſt, & tẽplũ: vbi a Paride Achilles occiſus eſt. Vnde & fingitur manu Apollinis vulneratus. Ergo Tymbræus, vt Delius: nã numina a locis frequenter nomẽ accipiunt. Sane quia Grece τύμβρη facit: in deriuatione η in diphthongũ mutat: vt αἴτνη Ætnæus, δίρκη, Dircæus. ⁋ Domũ.) Familiã: vt, Domus tenet a quo Sergia nomẽ. ⁋ Manſurã vrbẽ.) Duo ponit, & vrbẽ & perpetuitatem. Manſurã autẽ ideo, vel propter Troiã: vel propter eam, quã in Thracia condidit. ⁋ Serua altera.) Non quia prima ſeruauerit: ſed quia ſeruare voluit, vt Homerus dicit. ⁋ Quẽ ſequimur?) Quia Cadmus oraculo Apollinis bouem ſecutus, in Hyanthe Bœotiam cõdidit. ⁋ Da pater.) Religionis, vt ſupra diximus, nomen eſt. Nã & hominibus datur: vt, Inde toro pater Æneas. & montibus, vt, Pater Apenninus. & fluuiis, vt Tybri pater. & numinibus ẽt: vt, Quidue pater Neptune paras? Itẽ, Ipſe pater Danais aĩos viresq; ſecundas Sufficit. Itẽ, Odit & ipſe pater Pluton. ⁋ Augurium.) Modo oraculũ: ſed vſurpatiue. ⁋ Animis inlabere.) Quia Apollinis reſponſa ſemp obſcura ſunt, vera tamen. Vnde cum intelligentia oraculum poſtulat.

DONATVS.

❡ Inde vbi prima fides p. pl. q; u. Dant m. & l. c. u. a. in altum.) Vnam rem copioſe dixit, & ambitioſo genere, quæ nauigaturis ex ſententia occurrerat. nã tempus fiduciã dabat, quo & mare placidũ fuerat, & flatus ita temperati, vt lenitate ſui etiam inuitos hortari potuiſſent ad nauigãdum. deniq;. ⁋ Deducunt ſocii naues.) Quas manſuri ſubduxerant. ⁋ Et littora complent.) Et

hominibus.ſ.& nauibus opplebant littora, qm̃ oībus abeundi ſtabat vna ſnīa. ⁋Prouehimur portu, t.qꝫ, u.qꝫ re.) Quã cito dixit nauigatum & in altum producta nauigia, in tm̃ vt nec terra iam, nec vrbes viderent. ⁋Sacra mari colitur medio gratiſſima tellus Nereidũ matri, & neptunio ægeo.) Quã prius arcitenẽs oras & littora circum Errantẽ Micone celſa, gyaroqꝫ reuinxit, Immotãqꝫ coli dedit, & cõtẽnere vẽtos Huc f. hæc feſſos t.pl.p. Accipit.) Dicendo, feſſos accipit, & longã & laborioſam nauigationẽ oſtẽdit, caſu aũt factũ, ut ad illã inſulã deferrentur. nõ enim nouerant eã. interea deſcripſit inſulæ ſitũ, & quo cõditore cõſtiterit, & quod numen in ea coleret, quoue deo auxiliãte ex erratica & mobili, ſtabilis & ĩmobilis facta ſit. ⁋Egreſſi veneramur Apollinis vrbem.) Vt primum, inquit, nauibus ſumus egreſſi, venerati vrbẽ ſumus in honorẽ eius, qui eã firmauit & cõdidit, & qui in ea ꝓcipue colebatur. ⁋Rex Anius, r.i.ho.ph.qꝫ ſa. Vittis & ſa.re.tẽ.lauro Occurrit, veterem Anchiſen ag.am.) Quod ait occurrit, magna laus eius eſt, qui cũ eſſet rex, & ſacerdotii dignitate ꝓditus nõ expectauit, vt ad ſe peregrini potius venirẽt, ſed ipſe occurrit, humanitate vel maxime ductus, quã teſtabatur occurrendo, quod autẽ dixit, veterẽ Anchiſen agnoſcit amicũ, nõ antiquũ, quaſi veteris amicitiæ tantũmodo debemus accipere, ſed talẽ quoqꝫ, qualis fuerat, cum ſtaret felicitas Troianoꝝ. multi enim vt Polymneſtor fecit, qui cũ teucrorum fortuna mutatus eſt, tandiu amicitias tenẽt, quãdiu ſtat vniuſcuiuſqꝫ ſubſtantia. Ecce iſte Anius, nõ fortunã præſentẽ confiderauit Anchiſæ, ſed veterẽ tenuit, tantũqꝫ habuit amicũ, quãtus fuit, nõ quantus veniebat. Laurus & victæ inſignia fuerunt ſacerdotis, nõ ſigna lætitiæ, qm̃ non conueniebant tempori, quo victi ſuſcipiebant & triſtes. deniqꝫ ſacra lauro, inquit, vt oſtenderet eam religiõnis cauſa portari loco, magna exempla in hoc Polymneſtore & Anio Virgilius poſuit, malę bonęqꝫ amicitię, quibus hoĩes vel à peſſimis actibus reuocat, vel hortat ad bonos. ⁋Iungimus hoſpitio de.& t.ſu.) Merito, inquit, patris mei rex cũ oĩbus amicitiã iunxit & vniuerſos induxit in domũ. de exhibitis alimoniis tacuit. qui enim occurrit veniẽtibus, qui duxit in domũ, officia quoqꝫ plene humanitatis impleſſe mõſtrabatur. ⁋Templa dei ſaxo ue.ſt.ue.) Opus tẽpli uetuſtatis ratione laudauit. quicquid enim vetus dicitur, nec tamen antiquitate vexatũ eſt atqꝫ illæſum permanet, proculdubio magnũ eſt. ⁋Da propriã thymbrę domũ &c.) Occaſio fuit, vt ex reſponſo Apollinis purgaret ſcrupulus, qui Troianorũ animos vehementer angebat, quia incerti in oĩbus fuerant, neſciebant quo tenderent, nec nouerant vbi certã ſedem habere potuiſſent. ſic enim ſuperius dixit. diuerſa exilia, & deſertas quærere terras Auguriis agimur diuũ, Incerti quo fata ferant, vbi ſiſtere det. Præfatio igitur Ænee plenã tenet deſideriꝝ, manifeſtiſſimãqꝫ petitionẽ, eſt in breuitate verboꝝ tamen intellectu latiſſima. ſolicitus quippe diligentiſſimusqꝫ conſultor oĩa complecti debuit paucis, vt accepto plene reſponſo ſemel in oĩbus redderet inſtructior. ⁋Da ꝓpriã thymbrę domũ.) Da ſignificat oſtende, q̃ nobis futura ſit domus. Addidit propriã, ne talis teneret, quã iteꝝ perderent ſicut in trhacia factũ eſt. ⁋Da mœnia feſſis.) Et paratã, inquit, ciuitatẽ, qm̃ feſſis nouã condere difficillimũ eſt, & genus.ſ. augumentũ generis, quod ex maxima parte in excidio Troiæ fuerat conſumptũ. ⁋Et manſurã vrbẽ.) Quæ nunq̃ periret ut Troia. ⁋Serua altera Troiæ pergama relliquias Danaum atqꝫ immitis Achilli.) Et quicquid te monſtrante noſtrũ fuerit factum, tu ſerua, nos quoqꝫ cuſtodi. poſuit duo, incertus enim fuerat, quid fuiſſet Apollo dicturus. petiit parata mœnia, & ne forte hæc illi facturũ ratione negaretur, ſecundo petiit, vt pergama, quæ ſe conditurũ eſſe ſperabat, rogatus Apollo ſeruaret. ſerua bis accipiendũ eſt. ſerua altera Troiæ pergama. ſerua reliquias Danaũ, atqꝫ immitis Achilli. reliquiaꝝ iccirco fecit cõmemorationẽ, vt miſericordẽ faceret, quẽ rogabat. ⁋Quem ſequimur?) Nouerat enim nõnunq̃ in reſponſis etiam per ſigna monſtrari, quid agendum ſit. quoue ire iubes, vt ſuper terrarũ vocabulo incertos dignaretur inſtruere. vbi ponere ſedes, vt locum ipſum noſſet, in quo nouam conſtrueret ſedem. in concluſione petitiones ſuas recte cõmendat, ne reſponſo dubio (velut factum eſt) ſignis incertior fieret, qui plena & perſpicua deſiderabat audire. ⁋Da pater augurium, atqꝫ ani.il.no.) Paterno, inquit, animo nos inſtrue, fauore pleniſſimo animis noſtris, quæ deſideramus, infunde. hoc loco Ænee verba cõſideranda ſunt. quum enim ſupplicis & deprecantis more, diuina beneficia poſtulare debuiſſet, imperatiuo modo vſus, da, inquit, propriam domum, da mœnia da genus, da manſuram vrbem. item ſerua altera Troiæ pergama, ſerua reliquias Danaum. item da pater augurium, & illabere animis noſtris. omnia imperatiuo modo proſecutus eſt. hoc cum non ſit deprecantis, ſed iubentis, intelligitur fiducia numinis ſic locutus & meriti ſui. deniqꝫ & in ſexto libro ex eiuſdem Æneæ perſona ſic poſitum eſt. Apollinem ſemper Troianoꝝ fuiſſe fautorem. preces enim illic ſunt neceſſariæ, vbi concilianda eſt beneuolentia eius, qui aliquid poſtulatur. cum vero iam ex aliis beneuolum conſtat eſſe, remoto circuitu deſideria ipſa oportet exponi.

ASCENSIVS.

⁋Inde vbi prima.) Docet igitur, quomodo derelicta Thracia, in Delon profecti ſunt: vtqꝫ illic, ſuſcæpti hoſpitio honorifico ab Anio rege oracula cõſuluerunt: de qua re dicit Donatus ſic. ⁋Deducunt.) Quas miſeri ſubduxerant. Occurrit magna beniuolentia, vt rex, & ſacerdos, non expectauerit peregrinos ad ſe venire, ſed vltro occurrit. ⁋veterem amicum.) q.d. illum talem tunc habuit amicũ, qualem habebat ſtante Troianoꝝ felicitate: neqꝫ ſequutus eſt fortunam, vt Polymneſtor: & tantũ habuit amicum, quantus fuit, non quantus veniebat. ⁋Sacra.) Vt oſtenderet vittas, & laurum non eſſe ſigna lætitię, quæ triſtitiæ Troianorum non cõueniebat, ſed ſacerdotii. Magna autẽ exempla poſuit, malæ, bonæqꝫ amicitiæ Polymneſtorem: & Aniũ, quæ nos ad bonum hortentur, & à malo reuocent. ⁋Propriam.) Nã incerti hactenus vagabantur: vt, Incerti quo fata ferant, vbi ſiſtere detur? Eſt autem præcatio breuis, & quæ omnia cõtineat. Nam petit & mouet cõmiſerationẽ. ⁋Da.) i. oſtende. Da pater auguriũ. Paterno animo infunde animis noſtris, aperta & perſpicua oracula. Vſus eſt autem imperatiuo, da, & illabere, quod eſt deprecantis ex fiducia in Apollinem, qui Troianis fauebat. Amicitiæ exẽpla

⁋Ordo eſt. Inde.i. deinde: poſtq̃ officiũ funebre peregimus: vbi.i. quando: prima fides.i. credulitas: & confidendi ratio, ſup. eſt facta: pelago.i. vbi primum potuimus ſatis confidere pelago: & venti dant.i. concedunt, & permittunt quieſcendo: maria placata.i. tranquilla: & Auſter.i. quiuis ventus: lenis.i. tenuis, & leniter ſlans: vocat, ſup. nos: in altum, ſup. mare: crepitans.i. crepitando: aut cum crepitu: & ita diuiſim conſtruendo epitheta, non erit vitioſum vni bina dediſſe: quia ex diuerſis partibus: ſocii (quia vile miniſterium eſt, non dicit ſe id feciſſe) deducunt.i. deorſum ducunt ab littore, quo eas ſubduxerãt naues: & cõplent littora: aut portũ, ſi de nauibus loquitur: aut, reuera, littora, ſi de ſociis euntibus, & redeuntibus, & ſarcinulas ſuas ingerentibus, intelligendum eſt: nos prouehimur.i. porro auehimur portu: & terræ: & vrbes recedunt.i. videntur abeuntibus recedere, quũ ipſi recedant: nã id vectis accidit: & ita male merebitur de poeta, qui hypallagem dixerit: Tellus ſacra.ſ. Delos: exiſtens gratiſſima matri Nereidũ.i. Doridi nymphaꝝ matri: & Neptunio, ſup. patri.i. Nereo, aut ipſi Neptuno, ſm̃ Seruiũ. colitur, ſup. in medio mari Ægeo: quã, ſup. Tellurem, ſeu terrã: errantem.i. vagantem, & fluctuantẽ circum oras, & littora: Arcitenens.ſ. Apollo: pius.ſ. in matrem: cuius iniurias vltus eſt: reuinxit.i. colligauit: Mycone.i. cum illa inſula: celſa.i. ſublimi: & cum, ſup. Gyaro, illa quoqꝫ inſula in mari Ægeo: & dedit.i. cõceſſit eam coli: immotam.i. quietã habitari: & contẽnere.i. vilipendere: & nihil curare ventos, vnde prius agitabatur. (Quia dicit, Mycone celſa: neceſſe eſt, vt ſit ablatiui caſus: & declinet, hæc Mycone, Mycones: ſicut Crete, Cretes: regitur autẽ virtute inſtrumenti: vt ſit, Reuinxit per illas duas inſulas, quas ita affixit, vt mouere nequiret: aut intelligitur prępoſitio, cum, ſignificans comitantiã, vt ſit, reuinxit.i. colligauit eam cũ Mycone, & Gyaro.i. colligauit eas ſimul.) Ego feror huc.i. in hanc terram: videlicet Delon: hæc exiſtens placidiſſima: accipit nos feſſos placido portu: nos egreſſi veneramur vrbẽ Apollinis.ſ. genitoris (de qua per Landinum ad finẽ huius particulæ plura dicẽtur) Anius rex, & idẽ rex hoĩum, & ſacerdos Phœbi: redimitus tempora.i. habens tempora redimita.i. cincta cum ornatu: vittis, quia ſacerdos: & lauro ſacra, quia rex: occurrit, ſup. nobis: & agnoſcit Anchiſen veterem amicum, ſupp. ſuum: nos iungimus dextras hoſpitalitatis: & ſubimus.i. intramus: tecta.ſ. regia: hoc eſt, regiam ipſam: & ego venerabar templa dei.ſ. Apollinis: ſtructa, ſup. in, aut ex ſaxo vetuſto: &, ſup. dico. O Thymbræe.ſ. Apollo: quia à thymbra herba, quæ circa eius templum in Phrygia abundat, ſic dictus eſt: da.i. dic, & ſignifica, aut aſſigna: & oſtende nobis domum.i. habitationem, & ſedem: propriam.i. nobis debitã, & in qua permanere poſſimus: da feſſis .ſ. nobis, aut noſtris: mœnia.ſ. quibus ab hoſtibus, & aduerſariis tutari poſſemus: da genus.i. propagationem generis, & vrbem

manſuram:

manſuram.i.perduraturam, vt Troia periit: ſerua.ſ.indicando manſuram vrbem, altera Pergama Troiæ.i.ſerua nos, qui ſumus altera Pergama.i.mœnia: hoc eſt, tutamina Troiæ: quę, niſi nos extaremus, penitus perierit: vnde dicit appoſitorie, altera Pergama Troiæ.ſ.nos relliquias, Danaum, pro Danaoꝝ, atq; Achilli, imitis.i.ſæui, & crudelis. O pater.ſ.Apollo: da auguriũ .i.oraculũ atq; illabere noſtris animis.i.ſignifica nobis: illabendo noſtris animis, ita vt & intelligere & credere valeamus: quẽ ſequimur (non dicit, ſequamur, aut ſequemur: vt ſe paratiſſimũ ſignificet, quo iuſſerit ſequi: ita, vt nõ ſequuturus, ſed iam ſequi cenſeatur, ob quã rẽ pro futuro interdum præteritũ ponimus, vt, Si hunc animũ habueritis, viciſtis.ue, pro vel: quo iubes ire, & vbi iubes ponere ſedes? q.d. nihil cũctabimur vbi iuſſeris. De Delo aũt, & templo Apollinis genitoris, collegit Lãdinus hæc. Tellus, Delon inſulã intelligit: de qua Pli. ipſa quoq; clariſſima Cycladũ media, & tẽplo Apollinis, & mercatu celebrata, quæ diu fluctuata, vt proditur: ſola motũ terræ nõ ſenſit. Ad M. Varronis ætatẽ, Mutianus prodidit bis concuſſam. Hanc Ariſtoteles ita appellatã putat: qm̃ repente apparuerit enata. Eglathoſthenes, Cynthiã: alii Orthigiã, Aſteriã, Lagiã, Mydiam, Cyneum, Pyrpilẽ, igne ibi primũ reperto. Herod. autem ita ſcribit: Ferunt autẽ Delii poſt diſceſſum Dectis Xerxis prefecti, Delon ſe mouiſſe primo: atq; poſtremo vſq; in mea tempora. Strabo ait, In Ægeo mari magis, Delos eminet, & circũſtantes illi Cyclades, & ipſi incũbentes Sporades.i.ſparſæ. Delos vrbẽ habet, & Apollinis, Latonæq; tẽplum, & Cynthus mons ſublimis, & aſper incumbit vrbi. Pyndarus quoq; illam olim errabundam fuiſſe. Sed aduentante partu Latonę, quatuor terreſtribus e trũcis colũnę, durã in petra ſolido ex adamante continuerunt. Saxo vetuſto. Credunt aliqui dictum, quia inſula, ſaxũ ſit, in quod aſteria, iam conturnix, verſa eſt. Cloatius aũt Verius, referente Macro. ſcribit in Delo arã eſſe Apollinis genitoris, in qua nullũ animal ſacrificat̃, quã Pythagorã, veluti inuiolatam adorauiſſe ferunt. Hanc igitur Virgi. eſſe ab Ænea adoratã: demonſtrat ſiquidem, nullo acto ſacrificio, præces inchoat: & vt genitoris arã demõſtraret, dixit: Da pater: at mox quũ tauꝝ mactat apud aliam arã intelligimus. Vnde hic patrẽ, quod ipſi proprium eſt, ibi Apollinem nominat. Cato de liberis educandis: ita ait: Nutrix hęc omnia faciebat in verbenis, & tubis ſine hoſtia: vt Deli eſt ara Apollinis genitoris. Quod ait, ſaxo vetuſto: dicit Epaphus delphis quondã eueniſſe: vt tẽplum antea religioſum, & intactũ ſpoliatum, incenſumq; ſit: & addit multas circa Corymthum vrbes, inſulasq; ꝓximas terræ motu hauſtas. Delon neq; antea, nec poſtea, hoc incõmodo vexatã, ſed ſemper eodẽ manere ſaxo. Thucidides autem in.iij. hiſtoriaꝝ ſcribit: non mirum, ergo ſi pręſidio religionis tutam inſulam ſemper oſtenderit: & reuerentiam locorum ſibi acceſſiſſe dicit, cõtinua ſaxi eiuſdẽ.ſ. inſulæ firmitate, Anius Apollinis filius fuit, qui habuit Andrũ filium. Arcitenens: Ex Neuio, qui in.ij. libro Belli Puni. ait. Deinde pollens ſagittis indutus Arcitenens: & ab Homero eſt, a quo Apollo dicitur ἀργύρο τοξοσ.

PIERIVS.

Et lenis crepitans vocat Auſter.) In codicibus aliquot antiquioribus, lene crepitans: quod quidẽ & placeret: & erudite poſitum videretur: niſi, lenis, agnoſcerent interpretes; quorũ hæc paraphraſis. Nã tempus fiduciã dabat, quo & mare placidũ fuerat, & flatus ita temperati, vt lenitate ſua, etiam inuitos hortari potuiſſent ad nauigandum. Nereidũ matri, & Neptuno Aegeo.) Vt miſſas faciam varias multorũ lectiones & ſententias in hoc verſu, quum alii, Neptunio, legẽdũ velint. Alii Ægæo, vt in codi. Lõgobardico eſt, Neptuno Aegæo, abſq; ſynalepha, veluti etiam matri &, ad Græcorum imitationem poſita nõ inerudite docti omnes arbitrantur. Quã pius Arcitenens, oras, & littora circum Errantem.) Antiqui aliquot codices, prius, legunt: vt ſit, prius errantem. Sed magis placet, pius, vt oſtendat Apollinem eo beneficio inſulam promeruiſſe, ob officium matri ſuæ toto orbe erranti præſtitum: cuiuſmodi pietas filiũ addeceat. Errantem Mycone celſa, Gyaroq; reuinxit.) Antiqui codi. pleriq; omnes, hoc dictionum ordine verſum legunt, Errantem Gyaro celſa, Myconeq; reuinxit. Gyaron enim generẽ muliebri dici: author Stephanus. Neq; vero tacendum Gyaro nomen aptoton eſſe Probo grãmatico. Hęc Gyaro, huius Gyaro declinanti. Cuiuſmodi eſſe etiam Celæno tradit. Illud ſane ſcitu dignum, ꝙ Antigonus Cariſtius eſſe in ea inſula mures tradit, qui ferrum abrodant. Pro Mycone autem Mycono, paſſim in veteribus exemplaribus inueni, ita quidem Græce ſcribitur: καὶ μυκονὸσ λέγεται μία τῶν κυκλάδων. Et eo caſu quippe in os finitum nomen apud Strabonẽ, & Thucididem reperitur. Quòd vero gigantes illos, quos poſtremo Hercules cõfecerit, in ea poſitos fabulantur, vt apud Stra. lib.x. legere eſt. Animaduertendũ eſt codices etiam Græcos variare. In aliquibus enim legitur, τῶν γιγάντων τοὺσ ὑστάτουσ: ꝙ nimirum poſtremos ſignificaret. Sed in aliquot aliis, τοὺσ ὑγιεινοτάτουσ, legas, hoc eſt, validiſſimos. Vnde forte ſit ꝓuerbio locus. Omnia ſub vnam Myconum, quum ſuperfuiſſe adhuc aliquid longe difficilius ad expugnandum innuamus. Vel id deniq; confectũ eſſe, ꝙ ſe noſtris conatibus difficillimum obieciſſet. Neq; vero hæc à me dicuntur, vt alterius cuiuſpiam ſentẽtiam improbem: ſed quia non temere ſcriptum crediderim, validiſſimos gigantum, in ea poſitos. Egreſſi veneramur Apollinis vrbem.) Sunt anti. codi. in quibus, eggreſſi, g litera geminata, ſcriptum inuenias, ꝙ verbi cõpoſitio ſit ab extra, & gradior, non ab e, & gradior, ideoq; ſit ea litera geminanda, vt ex compoſitæ dictionis ſingulis partibus aliquid appareat e, quippe & c, quod in x duplici litera latitabat. Ecgreſſi, inde c, ob cognationem in g, abeunte eggreſſi. Ita olim exfatus, mox ecfatus, tactum à Ter. Scauro, & omnium deniq; vſu, effatus, recæptum. Occurrit veterẽ Anchiſem agnoſcit amicum.) In antiquiſſimo codi. obcurrit, prępoſitione incolumi ſcriptum eſt, quod improbat Scaurus. Eodem modo adgnoſcit, quanuis in Mediceo, & in pleriſq; aliis, adgnouit, præterito tempore poſitum eſt, quæ quodammodo reditio cauſæ videtur eſſe, cur occurrerit. Sane præteritũ agnouit hoc loco, Pontanus etiam agnouiſſe videtur. Templa dei ſaxo venerabar ſtructa vetuſto.) In pleriſq; codicibus antiqs, veneramur, numero plurium habetur. Sed multi ſupra bar vltimam ſyllabam, mur notatum habent, non tam variandæ lectionis cauſa, q̃ paraphraſeos. Quippe, vt venerabar, pro venerabamur poſitum innuant, quia verba reliqua, eadem periodo contenta ſunt in pluralitatis numero, iungimus, ſubimus: ſed enim quia ſubſequuntur preces in perſona Æneæ nuncupatæ, mihi non diſplicet, venerabar, vnitatis numero. Nã etiam in.vj. reliquis hoc vel illud procurantibus, Pius Æneas arces quibus altus Apollo præſidet, horrendæq; procul ſecreta Sybillæ antrum immane petit. Quod vero ſaxum vetuſtum appellauit, id redigit in memoriam mihi, quod apud M. Tullium in Verrinis legere eſt, vbi de hac inſula loquitur: & Apollinis templo, eſt enim tanta apud eos eius fani religio, atq; antiquitas, vt in eo loco ipſum Apollinem natum eſſe arbitrentur.

Vix ea fatus eram, tremere omnia viſa repente,
Liminaq;, lauruſq; dei, totuſq; moueri
Mons circum, & mugire adytis cortina recluſis.
Submiſſi petimus terram, & vox fertur ad aures.
Dardanidæ duri, quæ vos à ſtirpe parentũ PHOE.
Prima tulit tellus, eadem vos vbere læto
Accipiet reduces, antiquam exquirite matrem,
Hic domus Ænee, cunctis dominabitur oris.
Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis.
Hęc Phœbus, miſtoq; ingẽs exorta tumultu AENE.
Lætitia, & cuncti quæ ſint ea mœnia quærunt,
Quo Phœbus vocet errantes, iubeatq; reuerti,

SERVIVS.

Viſa repente.) Stoicos & Academicos ſecutus eſt: qui dicunt ea quæ contra naturã ſunt, nõ fieri, ſed fieri videri. Vnde magica ars à Romanis õis excluſa eſt: ſicut Plinius ſecundus docet in naturali hiſtoria. Liminaq;.) Que breuis eſt pro longa poſita: quæ hac ratione defendit̃: aut qa oĩa monoſyllaba ad artẽ non pertinent: & his licenter vti poſſumus. Aut certe quia oẽ μόριον.i. particula quę ſui ſubſtantiã nõ habet, mẽbrũ putatur ſuperioris orõnis. quod ſi eſt: liminaq;, quaſi vna pars orõnis eſt: & põt Que finalitatis rõne vel ꝓduci vel corripi. Moueri mons.) Cynthus. Vnde Cynthius Apollo. Cortina.) Locus vnde oraculũ datur. Dicit̃ autẽ cortina, uel ꝙ Apollinis tripos corio Pythonis tectus eſt: uel ꝙ certa illinc reſpõſa fundunt̃, quaſi certina, uel (quod eſt uerius) qa cor illic uatis tenet̃. Nã cauerna quædã in templo Apollinis fuit, ad quã Phœbas rapta uaticinabat̃, ut Lucanus



UNIVERSITARIA

Tum genitor, veterum voluens monimenta virorũ,
¶Audite, o pꝛoceres (ait) & ſpes diſcite veſtras ANCH,
Creta Iouis magni medio iacet inſula Ponto,
Mons idęus vbi, & gentis cunabula noſtræ,
Centum vrbes habitant magnas, vberrima regna,
Maximus vnde pater (ſi rite audita recordor)
Teucrus, Rhœteas primum eſt aduectus in oras,
Optauitq; locum regno, nondum Ilium, & arces,
Pergameæ ſteterant, habitabant vallibus imis.
Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiaq; æra,
Idæumq; nemus, hinc fida ſilentia ſacris,
Et iuncti currum dominę ſubiere leones.
Ergo agite, & diuum ducunt qua iuſſa, ſequamur,
Placemus ventos, & Gnoſſia regna petamus,
Nec longo diſtant curſu (modo Iupiter adſit)
Tertia lux claſſem Cretæis ſiſtet in oris.

...anus oſtendit. ¶Sũmiſſi.) Inclinati. Et eſt ſciendũ pro qualitate numinũ, orantes interdum ima, interdũ ſumma reſpicere. Nã poteſtates aliæ cœleſtes ſunt, aliæ terrenæ, aliæ permiſtæ. Vnde nũc Apollinẽ deprecãtes, terrã petunt. Ipſe enim eſt & Sol, & Liber pater, qui inferos petiit. vt Horatius, Te vidit inſomnis Cerberus. Bene ergo terrã petũt, vnde ad eos reſponſa perueniunt: Apollo etiã inferis notus eſt. ¶Dardanidæ.) Vt diximus, obſcura quidẽ, ſed vera ſunt oĩa. Nã dicẽdo Dardanidæ, oſtẽdit Italiã, vnde Dardanus fuit. ꝙ ſi Cretã ſignificaret, Teucriadæ diceret. ¶Duri.) Vel futuꝝ oſtẽdit laborem: vel eoꝝ arguit inſipientiam. ¶Stirpe.) Strips genere feminino originẽ ſignificat, vt Heu ſtirpẽ inuiſam. maſculino, arborem: vt, Sed ſtirpẽ Teucri nullo diſcrimine ſacrũ. Sed Horatius cõtra regulã nititur: vt, Stirpesq; raptas & ſpecus & domos. ¶Prima tellus.) Italia vñ Dardanus venit. Teucer enim de Creta poſt venit. ¶Vbere lęto.) Quod Italiæ eſt propriũ: vt alibi, Atq; vbere glebę. ¶Antiquã exquirite matrẽ.) i. terrã. Tractum aũt eſt de hiſtoria: nã Brutus, & filii Tarquini cũ oraculũ Delphici Apollinis peterent, reſpõſum eſt eius imperiũ fore, q primus matrem reuerſus oſcularet. quod ſolus Brutus agnoſcens, de naui egreſſus, ſimulãs caſum, oſculatus eſt terrã: vnde & potitus imperio eſt. ¶Exquirite.) Hoc dicendo oſtendit difficultatẽ. ¶Hic domus.) Ad illud reſpicit hoc, Da propriã Tymbræe domũ. ¶Nati natorũ.) Propter illud, Et manſuram vrbẽ. Nã oraculum ſemper ad petita reſpondet. Sane hic verſus Homeri eſt, quem & ipſe Orpheo ſuſtulit. Item, Orpheus de oraculo Apollinis Hyperborei. Mire autẽ ſequenti verſu hæc oſtẽdit, dicendo, Hæc Phœbus. ¶Tumultu.) Quia dixit Exquirite. ¶Lætitia.) Propter promiſſam imperii æternitatem. ¶Monumenta virorũ.) Hiſtorias. ¶Spes diſcite veſtras.) Aut quaſi ſenex loquitur: aut quia (vt ſupra diximus) ſcit ſe eſſe moriturũ. ¶Creta.) Dardanus Iouis filius, & Electræ, profectus de Corito ciuitate Tuſciæ, primus venit ad Troiã: & illic parua ædificia collocauit. Poſt cuius obitũ Teucer venit ex Creta: & inuenit Dardani ſocios habitantes in vallibus, qui cõſtituit arces & mœnia. Modo ergo errat Anchiſes: nec reſpiciens aduentũ Dardani, oraculũ Cretã ſignificare credit. Argumentat ex his quæ ſolent ab aduenis fieri. Ida, inquit, illic eſt: quæ in Troia ad ſimilitudinẽ dicta: vt, Effigiẽ Xanthi Troiamq; videtis, Quã veſtræ fecere manus. Itẽ ſacrorũ ſimilitudo: quã apud maiores nefas erat perire. Vnde Æneas in. xii. Sacra deosq; dabo, ſocer arma Latinus habeto. ¶Iouis magni.) Quia illic dicitur eſſe nutritus: quod (vt Saluſtius dicit) ideo fingitur, quia primo Cretenſes conſtat inueniſſe religionem. Sane nati Iouis fabula hæc eſt, Saturnus poſtq̃ à Themide oraculo cõperit à filio ſe poſſe regno depelli, natos ex Rhea vxore deuorabat. quę natum Iouem, pulchritudine delectata, nymphis cõmendauit in monte Cretæ Dictæo: vbi eũ aluerunt apes. & adhibiti ſunt Curetes, & Coribãtes: qui tinnitu æris prohiberent audiri pueri vagitũ, vnde ipſi ſunt Matris deũ miniſtri vt aũt fingatur Saturnus filios ſuos comediſſe, ratio hæc eſt: qa dr̃ deus eſſe æternitatis & ſeculoꝝ. Secula aũt annos ex ſe natos in ſe reuoluũt. vnde Grece κρόνοσ, quaſi χρόνοσ, ideſt tẽpus dicitur. ¶Medio ponto.) Poteſt quidẽ intelligi ſm̃ Salluſtium, longe à continenti. ſed altior eſt hoc loco poetæ intuitus. Nã apud Coſmographos legimus, quæ inſula in quo ſit mari: vt Sardinia in Africo, Delos in Aegæo. & de aliis: De Creta oẽs dubitant in quo ſit mari. Nã parte Libycũ, parte Ionium reſpicit, parte Ægyptiũ, parte Achaicum. ¶Mons Idæus vbi.) Deriuatiuũ eſt pro principali: & eſt ἴδη Idæus, vt αἴτνη Aetnæus. ¶Cunabula gentis.) Nutrimenta. Nam vbi iacent infantes, cunæ vocantur. Et latenter dat gloriam Troianis dicens eos à diis originem ducere. Vnde eſt, Ab Ioue principium generis. Ibi enim & de Dardano, & de Teucro intelligimus, quaſi Iouis ciues. ¶Vrbes habitant.) Non dicit Qui: ſed intelligimus Cretenſes. aut certe habitant, pro habitantur: vt Inſinuat pauor. Et primũ quidẽ centũ habuit ciuitates. vnde Hecatõpolis dicta eſt. poſt vigintiquatuor. inde duas, Gnoſon & Hierapidnam. ¶Vberrima regna.) Hic decipit: quia audit, Atq; vbere glebę. ¶Maximus vnde pater.) Fallitur. Nam antiquior eſt Dardanus. ¶Si rite audita recordor.) Bene dubitatione excuſat errorẽ. ¶Rhœteas.) Amat Virgilius declinationes Græcas, ſalua regulæ reuerentia, in latinas cõuertere: & Græcã diphthongũ in e lõgũ mutant: vt, αἰνείασ Æneas, μήδεια Medea, ῥοίτειον, rhœteum. ¶Optauitq;.) Elegit: vt Pars optate locum. ¶Habitabant.) Hi ſunt qui cũ Dardano venerant. ¶Mater cultrix Cybeli.) Mõtis Phrygiæ, in quo colitur: à quo & Cibele dicta eſt. Alii dicunt Cybelũ ſacerdotẽ eius primũ, & ab eo Cybelẽ dictã. Nõnulli cultrix, Cybele legunt: vt ſit quaſi Cybeleia. Alii Cybele, ἀπὸ τοῦ κυβίσθαι τὴν κεφαλὴν. i. à capitis rotatione, quod propriũ eſt eius ſacerdotũ. ¶Corybantiaq; æra.) Corybantes dæmones ſunt miniſtri matris deũ. Dęmones quaſi δαίμονεσ, qui totũ ſciunt. ¶Fida ſilẽtia ſacris.) Hinc, inquit, inuentũ eſt ſeruare ſacris fidele ſilentiũ. ¶Et iuncti currũ dominæ ſubire leones.) Dominas deas dicũt: vt alibi, Hi dominã ditis thalamo deducere adorti. Fabula talis eſt, Schœnos ciuitas eſt: inde fuit virgo Atlante pꝛepotens curſu: adeo vt ſponſos pꝛouocatos, ac victos occideret. Poſtea Hippomenes Venerẽ vt ſibi adeſſet rogauit. à qua cũ accepiſſet de horto Heſperidũ tria mala aurea, prouocauit puellã, & ſingula cœpit iacere. Tunc Atlante cupiditate colligendoꝝ maloꝝ retẽta ſuperata eſt. Sed Hippomenes potitus victoria, in luco matris deũ amoris impatientia, cũ victa cõcubuit. Vnde irata dea in leones eos cõuertit, & ſuo currui ſubiugauit: & pꝛecepit ne ſecum vnq̃ leones coĩrẽt. Nã & Plinius in naturali hiſtoria dicit leonẽ cũ parda libenter, & pardũ cum leæna concũbere. Ideo aũt mater deum curru vehi dicitur: quia ipſa eſt terra, q̃ pendet in aere. Ideo ſuſtinetur rotis: quia mũdus rotatur, & reuolubilis eſt. Ideo ei ſubiugãtur leones, vt oſtendatur maternã pietatẽ totũ poſſe ſuperare. Inde Corybantes eius miniſtri cũ ſtrictis gladiis eſſe fingunt, vt ſignificetur: oẽs pro terra ſua debere pugnare. Quod aũt turritam geſtat coronã: oſtendit ſuperpoſitas terræ eſſe ciuitates, quas inſignitas turribus cõſtat. ¶Gnoſia regna.) Creta à Gnoſo ciuitate eius. ¶Nec longo diſtant curſu.) A Delo. ſ. ¶Modo Iupiter adſit.) Aut aer: ac ſi diceret, immõ ſit ſerenũ: vt Horatius, Manet ſub Ioue frigido venator Teneræ cõiugis imemor. Aut re vera Iupiter, qui pꝛeeſt inſulæ quam petimus. ¶Cretęis.) Quia κρήτη ideo Cretęis, vt Aetnæis.

DONATVS.

¶Vix ea fatus e. t. o. u. r. Li. q;, Laurusq; dei, t. q; m. M. c. & m. a. c. re.) Mox ait, vt dicta compleui, oĩa mihi viſa ſunt tremere. à generalitate tranſiit ad ſpecies. Dixit enim liminaq;, laurusq; dei, totusq; moueri mons circũ, & mugire adytis cortina recluſis, hæc ſic mota ſunt, vel mugierunt, vt deũ ipſum præſentem fuiſſe monſtrarent. ¶Summiſſi petimus t. & u. f. ad a.) Pauore, inquit, nimio veſtigiis firmis non potuimus ſtare, demiſſiq; ad terrã has uoces audiuimus. ¶Dardanidæ duri.) Hoc eſt ad tolerandũ laborem fortes. ¶Quæ vos à ſtirpe parentũ Pri. t. t. e. u. ub. læto Accipiet re. an. ex. m.) Quid breuius? quid euidentius hoc reſponſo? cuius tanta beneuolentia eſt, vt cum fine verboꝝ cõſulentis prolatũ ſit, & Æneã dudum ſuſpenſum atq; incertum inſtructum, ſecurum, lætumq; reddiderit, oſtendens Troianos apud iliũ peregrinos fuiſſe, perindeq; non iniuriam ex deoꝝ inuidia, ſed beneficium conſecutos. vt originalibus terris & ſuis parentibus redderent. ut autẽ propriã domũ fore & genus atq; vrbem in æternũ manſuram manifeſta ratione mõſtraret, addidit. ¶Hic domus Æneæ cunctis dominabitur oris, Et nati na. & q. na. ab i.) Ecce & altera pergama perpetuo manſura dignanter oſtendit, & Troianam progeniem magna incrementa ſumpturam. ¶Hęc phœbus. (Poſt eiuſmodi reſponſum, quo ſolum continebatur incertum, vt conſtaret, quæ eſſet illa regio,

regio,ad quam tendere deberent.¶ Mixtoꝗ ingens ex.tu. Læ. &
cuncti,quæ ſint ea m. quæ.&c.) Læti quidem fuerunt omnes;
ꝙ optata cognouiſſent,ſed vniuerſi quærebant nomen loci.an/
tiqua enim memoria fuit, quam poſterioris æui homines igno
rabant,quā quum omnes non noſſent,deerant,qui imprudētes
inſtruerent.¶ Tum genitor ve.uo.m.ui.) Anchiſes pater meus,
qui longe cæteros annis, & ſcientia præcedebat, reuoluta pri/
ſcorum familia expoſitionē reſponſi audacter ingreſſus.¶ Au/
dite o p.ait,) Quid,inquit,ſperare debeatis audite.¶ Creta Io/
uis magi &c.) Nō tantum expoſuit Anchiſes id, quod ſecundū
reſponſum ſenſerat, verumetiam partes ſuas pleniſſime proſe/
cutus eſt, faciens in oībus lætiores, quos Apollo promiſſione
melioꝝ hilares fecerat. idem quippe dixerat, quæ vos à ſtirpe
parentū prima tulit tellus, eadē vos vbere læto accipiet redu/
ces,antiquā exquirite matrē. Hoc dicto ademit oībus luctum
perditæ ciuitatis.non enim magnus dolor eſſe debuit obuenti/
tiam perdidiſſe, vel maxime cum originalis ſalua incolumisqꝫ
promitteretur.certe quā pulchrū, q̄ honeſtum, q̄ religioſum
fuit,his terris reddi,quę parentes in origine protulerunt. & qa
potuit fieri, vt à melioribus ad interiora cogerentur, addidit
vbere læto.ecce oſtendit & cōmodum. vbere quod dixit, allu/
dere voluit, quia ſupra terram ipſam matrem appellauit. læto
autem iccirco poſuit, ne ſe odioſos vel graues vel certe impor
tunos venturos eſſe arbitrarentur,addidit reduces, vt ſatiaret
nō futuros oneri his terris, quę non aduenas ſed ſuos eſſent fe/
licius recepturæ. Anchiſes igitur hoc reſponſum ſe exiſtimans
interpretaturū,euidenter,quod veluti dubium fuit,incipit ape
rire.ſic tamen, vt non tantū dicat quid ſit, verumetiā Apollinis
promiſſa multifariis commodis rerum & honeſtis accumulet.
Creta Iouis magni,dixit & nomen loci,dixit & deum,qui illic
coleretur,& ad quem ſpecialiter inſula ipſa pertineret,ipſumqꝫ
magnū eſſe,perindeqꝫ in magno nomine magnam fauoris erga
incolas poſſe prouenire ſubſtantiā, dignam vero inſulā, in qua
tantus deus & eſſet,& pręcipue coleretur.¶ Medio iacet in.p.)
Ecce dixit ſitum eius,vt oſtēderet fluctibus clauſam.ac per hoc
aduerſus inſidias tutā,facilem autē victu,& alimoniæ proprię
cōmodā.quod vero dixit iacet, modū eius & immenſam lati/
tudinem voluit demonſtrare.venit iam ad ſigna. ¶ Mōs idæus
vbi & gentis cunabula noſtræ.) Quod hic dixit gentis cunabu/
la noſtræ,& nihil expreſſit,ſpecialiter inferiore in parte patefe/
cit.interea euidentius aperit, quod generaliter memorauerat,
nā iacet,inquit,nunc exponit quid ſit,,iacet. ¶ Centū vr.ha.ma.
vb.re.) Scilicet & numero,& magnitudine, atqꝫ vbertate præ/
cipuas.intimat etiā,quod obſcura,etiā dixit,& gentis cunabu/
la noſtræ.Maximus vnde pater (ſi rite audita recordor.) Teu/
crus rhœteas primum eſt aduectus ad oras.maximus pater eſt
qui maioris generis ſui antiquitate præcedit, neqꝫ enim ſolus
ille dicitur pater,ex quo naſcimur, verumetiā ille, à quo regi/
men ducimus.vbi enim generis defecerint nōia, & gradus ſan/
guinis fuerint expleti hoc eſt patris,aui,proaui,abaui,ataui,tri
taui, veteres eorū aut maiores dicuntur, aut patres. maximus
ergo eſt pater ipſorū maiorum, antiquiſſimus deniqꝫ Anchiſes
æuo,oībus qui tunc ſupererant potior.Si rite,inquit, audita re
cordor,,Teucrus rhœteas primum eſt aduectas ad oras,Opta/
uitqꝫ locū regno,nondū ilium & arces Pergameæ ſteterāt, ha/
bitabant vallibus imis.ecce & ipſe fabulam quandā ſatis anno/
ſam ex aliis dicit audiſſe,& hāc repetit notante memoria. affir
mare enim pro vero ſtultiſſimū fuit, quod opinione narrabat
incertū.Teucrū ergo primū refert illuc veniſſe ad Troiam,poſt
ipſum augmentū cæpiſſe ilium. primo enim qui illic cōmora/
bantur,in vallibus habitabant, vſqꝫ adeo firmabat certā & pro
miſſam,ut non tantū hoīes à Teucro deſcendentes illic diceret
viuere, verūetiam ſacroꝝ obſeruationē eandē,quæ in Troiana
ciuitate tenebatur, aſſerit cuſtodiri,iccirco ait,hinc mater cul/
trix Cybele,corybantiaqꝫ æra, Idæūqꝫ nemus, hinc fida ſilen/
tia ſacris,Et iuncti currū dominæ ſubiere leones. Ergo agite,&
diuum ducunt qua iuſſa,ſequamur. Ecce qui fuerāt incerti,quo
fata ferant, vbi ſiſtere de tur,nunc deos ſecuti & exponētis ver
ba,nauigationē tali aſſertione promiſſam ſubire cogebant,Pla
cemus ventos & Gnoſia regna petamus. non quia tunc aſperi
fuerant,dixit placemus, ſed vt nauigaturis flatus ſemper placi
dos exhiberent.ſubiungit, quid cōmodi ex eo ſacrificioꝝ obſe/
quio prouenire poſſet. Nec longo diſtant curſu (modo Iuppi/
ter adſit.) Tertia lux claſſem cretęis ſiſtet in oris.ſi enim fauerit
Iupiter,fauor compleuit oīa, quibus perfici oportuit ſuaſoria,
addendo,ꝙ nauigatio ipſa de proximitate nō futura eſſet odio
ſa,

ſa,tamen, inquit, *ſi fauerit Iupiter.* temerarium eſt enim poſt
triduum polliceri,cuius incerti ſint flatus,ideo poſuit conditio
nem pendentem ex Iouis voluntate, cui omnis poteſtas eſſet
dandi ventos,aut nocendi.

ASCENSIVS.

¶ Vix ea fatus erā,tremere omnia viſa repente, Liminaqꝫ,lau
rusqꝫ dei,totusqꝫ moueri Mons circū,& mugire adytis corti/
na recluſis,&c.) Docet ꝙ ſubſequutū eſt oraculū: vtqꝫ illo delu
ſus Anchiſes,eo ꝙ geminę eſſent Troianis origines,cohortatus
eſt in Cretā,vnde Teucer oriundus concedere: quū tamē deus
admoneret potius in Italiā proficiſcendū, vnde Dardanus or/
tus,dicendo,Dardanidę duri: verū is quoqꝫ error fatalis erat:
nā Caſſandra eum ſæpe prędixerat: vnde ipſum agnoſcēs An/
chiſes,poſtea dicturus eſt: Sola mihi tales caſus Caſſandra cane
bat. Nunc repeto hæc generi portendere debita noſtro. De hac
autē re,dicit Donatus ſic.¶ Vix ea fatus eram.) Motio earū re/
rum,præſentiam dei oſtendit.¶ Submiſſi.) Pauore nimio, veſti
giis firmis ſtare non potuimus, ſed ad terram demiſſi ſumus.
¶ Dardanidę duri,quę vos a ſtirpe parentū Prima tulit Tellus,
eadē vos vbere læto Accipiet reduces.) Nihil breuius,aut emi
nentius hoc reſponſo. Nā & in fine verboꝝ conſulentis,prolatū
eſt: & incertos,ſecuros reddidit. Oſtendit enim Troianos apud
Iliū peregrinos fuiſſe. Nunc originalib. terris a ſuis parentibus
reddi: ꝙ beneficiū,& nō iniuria eſt, preſertim quū vrbē perpe/
tuam promittat; & Troianos maxima incremēta ſumpturos.
Mixtoqꝫ ingens exorta tumultu.) Læti oēs erant, ſed q̄rebant
nomen loci. Nam antiqua memoria ignorabatur; ſed Anchiſes
oīum vetuſtiſſimus,rem aggreſſus eſt: fuit autē pulchrū,ac re
ligioſum his terris reddi, quæ parentes ab origine retulerunt:
& ne timerent, ne a meliorib. ad deteriora pergerent, addidit
vbere læto. ¶ Vbere.) Adluſit ad id quod terrā lætā appellauit.
¶ Reduces.) Ne timeant ſe futuros oneri his terris, quæ nō ad/
uenas, ſed ſuos reciperent. ¶ Creta Iouis magni.) Dixit & no/
men,& ad quē deum ipſa maxime pertineret,qui quū magnus
ſit,magnum poſſit incolis præſtare fauorem.¶ Medio Ponto.)
Vt, Vndiqꝫ fluctibus clauſa aduerſus hoſtes eſſet tuta. ¶ Iacet.)
Per hoc eius immēſam magnitudinē oſtendit.¶ Mons Idęus.)
Ponit ſigna ſpecialia.¶ Centum vrbes.) Exponit quod dixit,ia
cet: & oſtendit magnitudine,& vbertate pręcipuū regnum: vt,
Et,intimet quod dixit gentis incuno: ponit Teucrum. ¶ Maxi/
mus.) Vbi deeſt nomen conſanguinitatis, dicimus maiores,&
patres. Ergo maximus,eſt pater ipſoꝝ maioꝝ.¶ Hinc mater Cy
bele.) Ab obſeruatione ſacrorum arguit eos eſſe maiores ſuos.
¶ Diuum qua iuſſa ſequamur.) Nā nō amplius ſunt incerti,quo
fata ferant.¶ Placemus ventos.) Nō quia tunc eſſent aſperi, ſed
vt deinceps illis proſperis vtantur. Facit autē rem facilē a bre/
uitate nauigationis.¶ Iupiter.) Temerarium enim eſt,polliceri
aliquid de futuro: cuius ſumus incerti: niſi deus faueat. ¶ Ordo
eſt. Ego vix eram fatus ea,quæ ante dicta ſunt, ſup.quū omnia Ordo.
viſa ſunt repēte tremere: & limina.ſ.tēpli: & laurus dei.ſ.Apol/
linis.i.quæ in tutela & honore eius eſt eo ꝙ Daphne puella, ab
eo adamata,in eam cōuerſa fingitur: vnde eſt in Buco. Phœbo
ſua ſemper apud me Munera ſunt lauri: & quæ iuxta templum
eius ſtabat: & totus mons viſus eſt moueri circū.i.in circuitu,
& cortina,locus ſecretior corio tectus, vnde oraculū exit,ſup.
viſa eſt,mugire.i.mugitum edere: adytis.i.ſecretioribus pene/
tralib.quæ adire non licet: recluſis.i.apertis,& patefactis. Nos
ſubmiſſi.i.humiliati: petimus terrā: vt ab adytis perfecte vocē
acciperemus: vtqꝫ oraculis bona nunciarētur: & vox fertur ad
aureis.i.audimus vocē,dicentem: O Dardanidæ duri.i.fortes,
& perdurātes,& infrangibiles aduerſitate: eadē Tellus, quę tu
lit.i.extulit vos: prima a ſtirpe.i.radice,& origine parentū: acci
piet vos,reduces.i.redeūtes: accipiet,dico, lęto vbere.i.fœcūdi
tate,& vbertate exhilarante intuentes: adludit autē ad matrē
quæ vbera porrigit: vnde ſubdit,Exquirite matrē.i.terrā, quæ
vos prima tulit (loquitur autē,vt dixi,de Italia,vbi Dardanus
ortus,ſed non intellexerunt tunc id Troiani.) domus.i.familia
Æneæ ab Iulo tamen denoīata: videlicet domus Iulia domi/
nabitur: hic.i.apud antiquā matrem veſtram: cunctis oris.i.re/
gionibus. Et nati natoꝝ: & qui naſcentur ab illis.ſ.natis natoꝝ.i.
omnes in infinitū ſuccedentes, ſup. dominabuntur hic cunctis
oris. Hæc Phœbus,ſup.effatus eſt: & ingens lætitia exorta eſt:
tumultu.i.ſtrepitu,& murmure vehementi: mixto.i.admixto:
& cuncti.ſ.Dardanidæ: q̄runt.i.pcunctatur,quę ſint ea mœnia:
quo.i.ad q̄: Phœbus.ſ.Apollo vocet eos errātes: ve, p vel,quo
iubeat,ſup.eos reuerti. Tū.i.tunc genitor.ſ.Anchiſes: voluēs.i.

repetens, animoq́ agitans: aut cōplectens monumenta.i.teſtimonia, & indicia, quæ nos admonere poſſent: veterum virorum.i. maiorum noſtrorum vnde originem traximus: ait, o proceres, audite, & diſcite veſtras ſpes.i.vñ requiē vicinā ſperare poteſtis. Creta exiſtēs inſula magni Iouis.i.in qua magnus Iupiter, natus dicitur, iacet in medio Ponto.i.mari: vbi.i.in qua inſula eſt, ſup.mons Idæus; ſicut eſt in Troia: & vbi, ſup.ſunt, cunabula (Donatus legit, incunabula, quo is abſumat.) i.cunarum recæptacula: hoc eſt, primæ origines noſtræ gētis.i.generis & originis. & vbi ſup. Cretēſes, aut populi, habitant centū magnas vrbes, appoſitorie, vberrima regna: vnde.i.de qua īſula: maximus pater.i.primus author generis noſtri.ſ.Teucrus, eſt aduectus primus in oras Rhœteas.i.Phrygias, vbi eſt Rhœteū pmontoriū: fallitur aūt in ea re Anchiſes: quia ante Teucrū venerat Dardanus: & ita, licet verū ſit, eū primum e Creta in Phrygiā veniſſe: nō tamē erat omnino maximus pater, quocirca quū nollet incertū penitus affirmare, honeſtā ſubiunxit ſtatim parēthesim, dicēs: ſi.i.ſiquidē: ego recordor rite.i.vt decet: audita.i.ea quæ a maioribus meis audiuerim: & ipſe Teucer optauit.i.elegit locū: regno.ſ.ad regiā extruendā, quia Ilium.i.oppidū, præcipuū Troiæ, & arces Pergameæ.i.Troianæ: nondū ſteterant.i.erectæ erant: quia, ſup.indigenæ habitabāt tunc, imis vallibus.i.cauernis, & locis humilibus in cōuallibus. Hinc.i.ex hac dicta inſula, ſup.eſt, mater.ſ.deū, Cybele (declinatur Cybele, Cybeles: aut Cybelles, Cybellis aliquādo) cultrix.i.exornatrix regionis noſtræ. & hinc, ſup.ad ducta ſunt: æra Corybantia.i.q̄ a Corybātibus pulſantur: de quibus in.iiij.Geor.dictū eſt: & nemus Idæū, ſup.denominatū eſt: & forte conſitū eſt: hinc.i.ad ſimilitudinē Idæi nemoris in Creta: & fida ſilētia, ſup.cœpta ſunt: hinc.i.ex more huius regionis: ſacris.i.ſacrificiis: aut rebus ſacris agēdis: q̄ (vt Diodorus Siculus refert) nefas erat aperire, aut notificare, nō initiatis eiuſmodi ſacris: & leones iūcti.i.ſubiugati: ſubiere hinc.i.ex imitatione huius gentis. currū dominæ.i.deæ dominatricis.ſ.Cybeles: hoc eſt, hic tractus eſt mos, vt currus Cybeles a leonibus traheret. Ergo agite (adhortandi aduerbium,) & ſequamur quā iuſſa diuū.i.deorum (vt opinabat) ducūt. Placemus ventos.i.deos ventorū ſacrificio facto: & petamus regna Gnoſia.i.Cretenſia: à Cnoſo, ſeu Gnoſo oppido pcipuo in Creta: nec, ſup.ea regna diſtant longo curſu.i.ſpatio, ad quod percurrendū opus ſit longo curſu: quia tertia lux.i.tertius dies: ſiſtet.i.exponet: nos oris.i. regionibus Creteis.i.Cretēſibus (ſed à Crete, nominatiuo Græco, deduxit) modo.i.dummodo: aut ſi modo Iupiter adſit.i.nobis auxilio ſit & faueat.

PIERIVS.

Liminaq́, laurusq́ dei. Illud ego ſane præteriturus eram in ueniri codices manu ſcriptos, in q̄bus, Leimina, per ει, pma ſyllaba ſcriptū ſit: & ita alibi, vt in.ij. Leimē erat: niſi Probus grāmaticus interpellaſſet, noīa eſſe dicens, quæ plenitudinem patiuntur, hoc eſt, q̄ e litera plus ſcribantur, vt puta limen, leimē. In Cariſij ſane codice, quē lectitaui, vbi ex C. Iulii Ro. ſententia, laurus hoc loco numero multitudinis poſitū adſeritur, animaduerti Numinaq́, laurusq́ citatū eſſe nō limina, quod quidem memoriæ lapſu factum crediderim a librario, donec quid magis fide dignū inuenero: quum limina, caſtior omnino lectio videatur, quam tot veteres cod. oſtendant, Quintilianus agnoſcat. Et Val. Probus octauum poſitionis modum obſeruet in Liminaq́, laurusq́ dei: ſicuti ſeptimū in eo verſu: Omnia vincit amor: & nos cedamus amori. Et vox fertur ad aureis.) Codices antiqui oēs, hi qui, aures, admittunt: auris, per i, ſcribunt ex Velii ſententia. Sed ſunt etiā vetera quædam exemplaria, in quibus, ad auras, ſcriptum inuenitur: quod quidem non ita placet. Quæ vos a ſtirpe parentū Prima tulit Tellus.) In codicibus aliquot antiq. legere eſt, de ſtirpe: ſed, a ſtirpe, iam oēs recipiūt. Creta Iouis magni medio iacet inſula Ponto.) Nō temere q̄rit Seruius: cur, medio pōto, dixerit Virgilius. Neq́ inſulſe dubitationē ſoluit, dum tot maria enumerat, quæ Cretam inſulā adluunt. Dicamus itaq́, medio Ponto.i.ambiguo. Hic enim eſt Latinitatis modus, ut ea in medio eſſe dicamus, quæ nulli adhuc parti ſint adiudicata. Sed in Virgilianam hanc ſententiam, nemo procliuius iuit q̄ Solinus. Ait enim is, pronius eſt Cretā dicere, q̄ abſoluere in quo mari iaceat. Ita enim circūflui illius Græci, nomina permiſcuerunt, vt dum alia aliis ingerunt, pene oblimauerint vniuerſa. Teucrus Rhœteas primum eſt aduectus ad oras.) In cod. aliquot antiquis, Teucros, idiomate Græco ſcriptum eſt. in Longob. Teucer. Sed enim Soſipater Cari. ex Aurelii ſententia nomina quæ apud Græcos, aut per ροσ, aut per τροσ, aut per δροσ, aut per κροσ, efferuntur, ea oīa omiſſa Græca extremitate per er, apud nos efferri, & per ſecundā declinationē declinari docet, vt ἄγροσ, ager, agri: ἀντιπάτροσ, Antipater, Antipatri: μενάνδροσ, Menāder, menādri: τευκρὸσ, Teucer, Teucri. Quanq̄ ait ille Virgilius: Teucrus, & Euādrus extulerit. Præterea duo tantū noīa deſignat, quæ ſemper in ſuo ſtatu permaneant, Codrus & Congrus, nō enim dicit Coder, neq́ Conger. Priſcianus etiā hoc citato verſu Virgiliū ait, Teucrus & Euandrus protuliſſe. Quod vero vulgata plurimū exēplaria legunt, ad oras. Antiqui pleriq́ codices cū Medi. in oras, habent: ſed etiā, ad, reperitur. Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiaq́ æra.) Quia varia literarū verſura totus hic uerſus in antiquis codi. deluxatus eſt, lectio ea nonnullis magis adridet, hinc matrix cultrix Cybeles, ut adludatur ad euitandi ritus, quum preſertim ſequatur ad ſacrificii ſupplemeetū, Corybantiaq́ æra. Alii legunt, cultrix Cybeli, quæ.ſ. Cybelum Phrygiæ montē incoleret, a quo dea ſit Cybele cognominata, porro Cybelum Ti. Donatus agnoſcit in vndecimū locum, in quo Cybele colebatur: Sane κυβέλην Phœniciæ oppidum agnoſcit Herodianus, kybella uero oppidū aiunt Phrygiæ: & κιβέλλον, ſacellum: à quo Rhea, ſit Cybele appellata, neq́ non κυβελην γένησ, & κυβέλιοσ, ut Piſander in.x. Quantū uero pertinet ad l literam in eo nomine nunc ſimplicem, nūc geminatam, poetæ id ex cōmodo ſuo factitare ſolent, non quod ea ſcriptione Phrygiæ oppidum ab altero Phœniciæ diſcernatur. Legamus itaq́, hinc mater cultrix Cybeli. quā lectionē Seruius etiam uidetur agnouiſſe. Eſt autem colere, inter alia ſignificata, locum aliquē præſentia ſua honorabilem reddere: ut eo loco, Poſt habita coluiſſe Samo. Et, Pallas quas cōdidit arces ipſa colat. Et apud Liuiū, Vos Ceres mater, ac Proſerpina precor, cæteri ſuperni, inferniq́ di, q hāc urbē, hos ſacratos lacus, lucosq́ colitis.

SERVIVS.

Meritos.) Vnicuiq́ aptos. Ratio.n. victimarum fit pro qualitate numinū. Nā aut hæc immolātur quæ obſunt eorum muneribus, vt porcus Cereri, qa obeſt frugibus: hircus Libero quia uitibus nocet. Aut certe ad ſimilitudinē, ut inferis nigras pecudes, ſuperis albas īmolent: tēpeſtati atras, candidas ſerenitati. Taurū Neptuno.) Propter futuram nauigationē. Pulcher Apollo.) Propter oraculū datū. Nigram Hyemi pecudē, Zephyris fœlicibus albam.) Bono viſus eſt ordine, ut prius auerteret mala, ſic cōciliaret optanda. Fruſtra.n. profutura poſcunt aduerſis ſequentibus. Pulſum regnis ceſſiſſe paternis.) Non dicit quare. Sed talis hiſtoria eſt, Idomeneus Cretenſium rex quum poſt euerſam Troiam reuerteretur, in tēpeſtate deuouit diis ſacrificaturū ſe de re, quæ ei primū occurriſſet. Contigit ut filius eius primus occurreret. quē quū, ut alii dicunt, īmolaſſet: ut alii, immolare voluiſſet: a ciuibus pulſus regno, Salentinū Calabriæ promontoriū tenuit: iuxta quod condidit ciuitatē, vt, Et Salentinos obſedit milite campos Lictius Idomeneus. Relatio ergo hiſtoriæ ad inuitandū Troianis eundi deſyderiū pertinet: & re uera aliter ad hoſtis prouinciam ire non poterant. Idomenea.) Huius nominis penultima ſyllaba natura breuis, contra regulam

Sic fatus, meritos aris mactauit honores: AENE.
Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo,
Nigram hyemi pecudem, zephyris felicibus albam.
Fama volat pulſum regnis ceſſiſſe paternis
Idomenea ducem, deſertaq́ littora Cretæ,
Hoſte vacare domos, ſedesq́ aſtare relictas.
Linquimus Ortygiæ portus, pelagoq́ volamus,
Bacchatamq́ iugis Naxon, viridemq́ Donyſam,
Olearon, niueamq́ Paron, ſparſasq́ per æquor
Cycladas, & crebris legimus freta concita terris.
Nauticus exoritur vario certamine clamor:
Hortantur ſocii, Cretam, proauosq́ petamus.
Proſequitur ſurgens à puppi ventus euntes.
Et tandem antiquis Curetum allabimur oris.
Ergo auidus muros optatæ molior vrbis,
Pergameamq́ voco: lætam cognomine gentem.

Hortor amare focos, arcemq́; attollere tectis.
Iamq́; ferè ſicco ſubductæ littore puppes,
Connubiis, aruisq́; nouis operata iuuentus:
Iura, domosq́; dabam, ſubito cum tabida membris
Corrupto cœli tractu, miſerandaq́; venit
Arboribusq́;, ſatisq́; lues, & letifer annus.
Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant
Corpora, tum ſteriles exurere Syrius agros.
Arebant herbæ, & victum ſeges ægra negabat.
Rurſus ad oraclum Ortygiæ, Phœbumq́;, remenſo
Hortatur pater ire mari, veniamq́; precari,
Quem feſſis finem rebus ferat, vnde laborum
Tentare auxilium iubeat, quò vertere curſus.

gulam producta eſt. Sed quia qnq; Græcę ſunt linguæ, Aeolica, Ionica, Dorica, Attica, Cõis: fit vt in vno noĩe varietas inueniaẽ: vt ecce hoc Idomeneus. Cõis lingua facit genitiuũ ἰδομενέοσ, Dorica ἰδομενεῦσ, Attica ἰδομένεωσ, Ionica ἰδομενῆοσ. Vñ eſt in hoc verſu accuſatiuus, ſicut & Ilionea. ¶ Hoſte.) Hic multi diſtingunt. ¶ Aſtare.) Eſſe: quod tunc ſignãt, qñ de his loqmur quæ cadere non poſſunt: vt ſi dicas terras aſtare. ¶ Bacchatamq́; iugis Naxon.) Aut vitibus conſitã: aut celebratã Bacchis: aut vbi Bacchus ex Indis egit triũphũ. Nã vt ſupra diximus, ipſi cõſecrata eſt, quæ & Dia diciẽ. ¶ Viridéq; Donyſam.) A colore marmoris Lacedęmonii. ¶ Olearon.) Nã adiecit epithetõ cauſa varietatis. ¶ Niueãq; paron.) Vñ candidũ marmor: vt, Pariuſue lapis circũdatus auro. ¶ Sparſasq; ꝑ ęquor Cycladas.) Et hæ quas dixit, Cyclades ſunt. Vñ minus eſt & Alias. Sparſas aũt, qa nullo ordine cõtinentur, vt, Stœchades: quę ἀπὸ τοῦ ςοίχου dictę ſunt. Rectæ enim ſunt. Cyclades vero nõ ideo dicunẽ qa in rotunditate ſunt, ſed ꝙ longo ordine eas circũire neceſſe eſt: vel ꝓpter ꝓmontoria: vel qa naturale eſt, vt cõcitatiora ſint maria vicinitate terrarũ: quas cõſtat anhelitũ quẽdã ex ſe emittere. vñ in qnto nauigaturus Æneas, Eryci ſacrificat. ¶ Legimus.) Pręterimus: vt, Littoráq; Epiri legimus. Tractus aũt ſermo à nautis, ꝙ funẽ legẽdo, .i. colligendo, aſpera loca præterunt. ¶ Cretam proauosq; petamus.) Celeuma dicũt. Et bene metro Celeumatis vſus eſt Anapęstico trimero hypcatalecto. Celeuma aũt qſi ꝓceptũ. Vñ Salluſtius, Impediebãt iuſſa nautarũ. ¶ Surgẽs.) Flans: vt, Et flãdo ſurgentes demoror auſtros. Econtra, non flans, ponens & reſidens dicitur: vt, Cum venti poſuere, oĩsq; repente reſedit Flatus. ¶ Et tandẽ.) Ad deſideriũ pertinet nauigãtium: nã ſequitur, Ergo auidus muros. ¶ Curetum.) Curetes ſunt primi cultores Cretę. ¶ Pergameamq; voco.) Zeugma à ſuperioribus, hoc eſt vrbẽ. ¶ Gentemq;.) Socioꝝ multitudinem. ¶ Lætã) aũt propter ꝑgama reſtituta. ¶ Amare focos.) Sacrificia celebrare. ¶ Arcẽq; attollere.) Poetica periphraſis. i. domos ædificare. Nam arx eſt in ciuitate munitus locus. ¶ Ferè.) Re, longa eſt. ¶ Operata iuuentus.) Perfecit ſacrificia ꝓpter cõnubia, & nouas ſedes: quia apud veteres neq; vxor duci, neq; ager arari ſine ſacrificiis peractis poterat, vt alibi, lætis operatus in herbis. Itẽ Iuuenalis, ¶ Et matutinis operatur feſtina lucernis. ¶ Corrupto cœli tractu.) Hic eſt ordo peſtilẽtiæ, vt Lucretius docet, ꝑmo aeris corruptio, poſt aquarũ & terrę, mox omnium animalium. Notandum ſane Apolline offenſo peſtilenriã ſemper creari: quod etiã Homerus oſtendit, quum eum armatum inducit ſagittis, Vnde & Apollo dicitur ſecundum aliquos ἀπὸ τοῦ ἀπολεῖν. Contra ſi cytharam teneat, mitis eſt. Vnde Horatius, Cõdito mitis placidusq; telo Supplices audi pueros Apollo. ¶ Linquebant dulceis animas.) Item alibi, Et quum frigida mors anima ſeduxerit artus. Quare anima dicitur relinqui, & non magis relinquere? Secundũ eos. ſ. qui dicunt animam eſſe perpetuam: & ad diuerſa corpora tranſitum facere: quod ſi eſt, bene dicimur nos animas linquere, quorum nihil præter corpus eſt. Nam anima perpetuitatis eſt. Vnde Palinurus in ſexto, Nunc me fluctus habet: hoc eſt corpus, quod ſolũ meũ ẽ. ¶ Exurere Syrius agros.) Syrius ſtella eſt in ore canis poſitã: quæ annis oĩbus oritur circa octauũ Iulii kalendas: quæ orta plerunq; peſtilentiam toto anno facit, plerũq; paucis diebus: interdũ innoxia naſcitur. hinc eſt, Et in totũ regnaret Syrius annũ. Itẽ ſupra, Et lethifer ãnus. Tunc aũt peſtilentiã creat, ſi in hanc rem etiam cęteroꝝ conſentiat curſus aſtrorũ. Sane canicula in cuius ore eſt, tantũ generis fœminini eſt: quum ſit canis cõis generis, vnde hoc naſcitur. Nam in diminutione mutauit genus. ¶ Seges ægra.) Seges interdum terrã ſignificat: vt Horatius, Hęc ſeges ingratos tulit, & feret omnibus annis. Interdum frumenta: vt, Quid faciat lętas ſegetes. Hoc loco vtrũq; põt intelligi. ¶ Veniãq; ꝓcari.) Et beneficiũ: vt, Orantes veniã. aut & re vera veniã erroris Anchiſę, qui oraculũ male interpretatus eſt. ¶ Laborum tentare auxilium.) Propter peſtilentiam. ¶ Vertere curſus.) Propter ſedes.

DONATVS.

¶ Sic fatus meritos ar. m. h.) Meritos dixit cõuenientes, & dicit quibus dis ſacrificauerit .i. in quorum deorũ honorẽ. ¶ Taurum Ne.) Deo. ſ. maris, propter ingruentem nauigationem. ¶ Taurum tibi p. A.) Propter reſponſi beneficium. ¶ Nigram hyemi pecudem.) Vt cõquieſceret nec noceret. Zephyris felicibus Albã.) Vt plena proſperitate adeſſent. ¶ Fama volat pu. re. c. p. Idodu. de. q; lit. c. Ho. v. d. ſe q; a. re.) Opportunitatẽ cõuenientem oblatã narrat nouã ſedẽ magna cupiditate quærentibus, fama enim creberrima fuit, & volabat. hoc dicendo oſtendit ſine authore certo eandem famam fuiſſe Idomeneo regnis paternis excluſo vagari imperium Cretę, ac per hoc primũ eſſe cõmodum, ꝙ nullus eſſet, qui venientibus aduenis contrarius poſſit exiſtere. domus autem incolumis & parata, ſolos incolas quærere. fauebant ergo oĩa Troianis, locus, tempus, perſonę, locus quia ſecundũ aſſertionem Anchiſæ reſponſo Apollinis Creta putabatur erecta. tempus, quod loci eius vacabat imperiũ, nec fuerat qui poſſet obſiſtere. accedebat eo ꝙ etiam domus paratæ fuerant, quarũ ſtruendarũ labor habebatur in lucro. perſona, quia Troianis oĩa ſupra vota ceſſiſſe videbantur, imperium ſine dimicatione, diues terra vtpote, quæ Iouis præſenti foueretur auxilio & cognatorũ domicilium & domorũ parata ſubſtantia. ¶ Pelagoq; volamus.) Ecce quantũ valuerunt obſequia ſacrificiorũ, quæ nauigaturi perfecerant. non dixit nauigamus, ſed volamus. Incipit enumerare loca, per quæ tranſierunt, & hæc nomina regum ſignis ſuis. ¶ Bac. q; iu. Naxon, vi. q; Donyſam, Olearon, ni. q; paron, ſp. q; p. æ. Cycladas, & crebris legimus freta concita terris.) A ſpecie tranſiit ad generalitatem. dixit enim aliquas inſulas cũ ſignis & numinibus ſuis. nunc ait. & crebris legimus freta concita terris. quia nec cognitionẽ habere Æneas potuit vocabuloꝝ oĩum & odioſum fuit relationem ipſam facere longiorẽ. quod ait legimus, verbum eſt nauticũ. nam legere aiunt, cum colligunt funem. legere dicunt, cum pelagi prolixa tranſmittunt. hoc ipſum legimus, ad oẽs inſulas & ad freta pertinet. crebris ideo, quia hoc faciebat multarũ vicinitas inſularum. ¶ Nauticus ex. vario c. cl.) Vel morem nautarum expreſſit, vel eoꝝ gaudiũ, qui ſuffragantibus elementis ad proſpera ſperabant ſe eſſe venturos. vario, inquit, certamine. in naui enim varia ſunt officia, tamen omnia cum certamine, & labore. ¶ Hortantur ſocii, Cretã pr. q; pe.) Certabatur enim ad ea loca confeſtim ſe eſſe venturos, vnde Troianũ genus dicebatur exortum. ¶ Proſequitur ſ. a p. v. e. & t. an. c. al. o.) Ipſe eſt vẽtus proſperior, & vehementiſſimꝰ neceſſarius qui puppim nauis impellit. quod autem dixit tandem allabimur. quũ Anchiſes dixiſſet, tertia lux claſſem cretæis ſiſtet in oris, nõ prolixæ aut tardæ nauigationis fuiẽ, ſed cupiditatẽ deſiderantiũ voluit demonſtrare. tardum eſt enim cupientibus, etiã ſi celeritate ſumma ad optata vel ſperata proueniant. ¶ Ergo auidus.) Auidum dixit, non auarũ. ſed hæc ocio conſentiunt & ab ocioſis fieri conſuerunt rem inſtituẽdã ſatis properantẽ. ¶ Pergameãq; voco.) Vt pergamei uocarentur, quibus Troiæ deerat nomen. ¶ Hortor amare focos.) Vt haberent cum laribus nouis affectũ. ¶ Arcemq; at. t.) Quæ præcipue amauit in Troia, hæc reparare cupiebat; & arcem in altum ducere. ¶ Iamq; fere ſi. ſu. lit. pu.) Vbi aqua maris finitur, littus dicitur, ita & finis terræ, quæ littore iungitur; pelagi littus dixit, ꝓpterea ſubductas naues dicit fuiſſe, & in ſicco littore conſtituas, quia (vt dictum eſt) eſt & vdum littus. ¶ Connubiis, aruisq; no. op. iu.) Subductis nauibus tanq; in loco manſuri, cõnubiis & rei ruſticę operam dabant, hoc eſt, qui iuuenes erant, iungebantur vxoribus, vel inſiſtebant cultores agrorum. quæ res oſtendebant plenam fiduciam cõmanendi. ¶ Iura domosq; dabam.) Aut leges viuendi & domus, aut ipſarum domoꝝ iura, hoc eſt dominia legibus deputans, quod paratæ vrbi defuerat, hoc ſolum decreuerat Æneas addendũ, muros, arcem, vt pergama referre viderentur aliud pertinens ad tuitionem commanentium, aliud quod affectum locorum, quæ in Troia dilexerat, demonſtraret. ¶ Subito cum ta. m. Cor-

rupto cœli t.m.l.q; ve.Ar.q;,ſ.q; lu.& letifer annus.) Generalis quidem malorum propoſitio,ſed aperitur ſequenti ſpecialitate diſcuſſa,ſecuris,inquit, ac diſpoſitis omnibus repentina morbi calamitas grauis omnibus pernicioſas attulit cauſas. nã ex aeris corruptione lues exorta contagionem inflixerat diram. non tantum humanis corporibus, verũetiã arboribus, & his omnibus,quæ victus cauſa fuerant, Troianorũ laboribus ſata. ſupra enim dixit, aruiſq; nouis operata iuuentus, defecerant quoq; arbores,herbæ, & quicquid protulerat terra.ad hæc mala etiã illud acceſſerat,vt languore ipſo correpti non euaderent. & letifer annus, aut per totum annũ homines ſunt mortui, aut ãnus diem letum rebus oĩbus attulit. enumerat iam euidenter, quæ mala ex illo principali malo exorta ſint.¶ Linquebant dulces a. aut æg.tr.Cor.) Aut moriebantur homines,ait,aut corporibus tabe diſſolutis trahebant miſerabilem vitã.¶ Tum ſteriles exurere Syrius agros.) Syrius cum exoritur,omnia, quæ terra gignit,exurit,& facit eam ſterilem,ut ipſe eſt,adimendo,quę portabat.tantum deniq; in omnia inuaſerat malum, vt nonnullis perditis,nec illis ſpes ſalutis,retinendæ eſſe poſſet, qui ſe euaſuros forſitan credideſſent.¶ Rurſus ad o.o.P.q; remenſo Hor.p. irem.ve.q; pr.) Pater,inquit,meus quia & ſapientia atq; exercitatione cæteros anteibat, primus ſenſit aliquid factum cõtra præſcripta reſponſi,proinde dicebat ad Apollinem repetita nauigatione redeundum,vt errati venia peteretur.¶ Quem f.fi.r. fe.v.la.Te.a.iu.q.v.c.)E diceret laborũ finem, finiendiſq; ipſis laboribus, vnde prouenire auxilium poſſet, vel in quem locũ iuberet curſus nauigationis inflectit iubeat, in medio poſitum eſt,& tenet omnia,omnibuſq; deſideratis aptatur.

ASCENSIVS.

¶ Sic fatus.) Docet,ſacrificio peracto,in Cretam profectos, & illinc peſtilentia rurſus pulſos. vnde dicit Dona.ſic.¶ Mritos.) Cõuenientes Neptuno,propter ingruentẽ nauigationẽ.¶ Apollo.) Propter accęptũ oraculum.¶ Fama volat.) Opportunitatẽ conuenientẽ oblatã oſtendit. Fauebat ergo Troianis locus:quia ſm Anchiſen fata Cretã portendebant:item temporis,quia regnum vacabat.Erantq; domus paratę,ne eſſent cum magno labore ædificandæ.¶ Volamus.) Oſtendit ex proſpera nauigatione quantum valuerint obſequia ſacrificiorum.¶ Sparſaſq; per ęquor.) Poſt ſpecialia,tranſit ad generalitatem.Nam quum dixiſſet nomina aliquarum inſularum,addit, Crebris legimus freta concita terris,quia nec cognitionem habere Æneas omnium vocabulorum potuit:& odioſum fuit, relationem ipſam face-

Legere. re longiorẽ.¶ Legimus.) Legere autem,eſt nauticum verbum, quũ colligunt funes:quum Pelagi prolixa tranſmittunt. Et pertinet ad omnes inſulas,& ad freta pertinet.¶ Clamor.) Vel morem nautarũ expreſſit: vel eorum gaudium, qui ſuffragantibus ventis proſpera ſperabant.¶ Vario certamine.) Nam varia officia ſunt & omnia cum certamine & labore.¶ Tandem.) Nõ prolixæ nauigationis fuit:ſed cupiditatis nauigantium. Nam cupiẽti omnia tarda ſunt, & ſi ſummopere properentur.¶ Auidus.) Non auarus:ſed quaſi otii cupidus.¶ Focos.) Vt haberent cum laribus nouis affectus.¶ Arcemq;.) Quæ præcipue amauit in Troia:hæc reparare cupiebat.¶ Sicco.) Nam Vdũ etiam eſt littus.¶ Cõnubiis,aruiſq;.) Quæ res oſtendebat magnam fiduciã manendi.¶ Iura,domoſq;.) Leges viuẽdi & domos:aut ipſarũ domorum iura.i.dominos à legibus deputans.¶ Subito cũ tabida membris.) Securis,ac diſpoſitis omnibus ſubita peſtilẽtia coorta eſt ex aeris corruptione:non hominibus ſolũ, ſed & arboribus,& ſatis victus cauſa. Supra enim dixerat,Aruis operata iuuentus. Languore autẽ corporis, letum effugere nõ poterant.¶ Linquebant.) Ex principali malo hæc proueniebant: aut moriebantur homines:aut corporibus tabe diſſolutis trahebãt miſerabilem vitam.¶ Exurere Syrius.) Ergo qui ſpẽ euadendi habebant,fame perituri videbantur: quũ Syrius exurendo,oĩa ſterilia redderet.¶ Rurſus.) Pater,qui prudentiæ alios pręibat, primus ſenſit aliquid factum contra præcæpta Apollinis. Hæc

Ordo. ille.¶ Ordo eſt. Sup. Anchiſes, fatus ſic. mactauit aris,ideſt ad aras:honores meritos,ideſt cõuenientes, aut debitos diis,quibus aras extruxerat,appoſitorie,taurum Neptuno, ſcilicet mactauit:& mactauit tibi,o Apollo,etiam taurũ: & mactauit hyemi,ideſt deo tempeſtatum, pecudem nigrã: quia infauſtus eſt deus:& mactauit Zephyris fœlicibus Albam, ſup.pecudem:fama volat,ideſt velociter circũfertur: Idomenea ducem,ſcilicet Cretẽ.hoc eſt,principem terrę,ſiue is rex,ſiue dux dicendus. (Nam dux ſæpe officii,non dignitatis nomen eſt:vt de Achate, Duce lætus Achate:de Didone, Dux fœmina facti,&c.Declinatur autem hic Idomeneus: vnde præter conſimilium nominũ morem,penultimã accuſatiui producit.) Pulſum, ſcilicet quia filium immolare voluit:ceſſiſſe,ideſt exceſſiſſe regnis paternis, vnde pelli non debuit niſi ob deteſtabile facinus, & littora Cretæ deſerta,ſcilicet à duce,& illo, & alio, quũ filius iunior eſſet, q; qui præeſſet:vnde prius nõ immerito dixit, Deſertas quærere terras:& domos,ſcilicet Cretẽſes vacare, ideſt vacuas eſſe: hoſte.i.inimico:& ſedes relictas.ſ.a duce profugo: aſtare.i.paratas eſſe. Et ideo nos linquimus portus Ortygiæ.i.Deli: a Coturnice dictę:& volamus.i.celerrime nauigamus:pelago,ideſt per pelagus:& legimus,ideſt ordine ſuo pertranſimus nauigãdo:aut potius:linquimus Naxon inſulã illam:Bacchatam,ideſt Bacchis,hoc eſt,ſacerdotib. Bacchi habitatã, aut Baccho ſacrã, aut Bacchico munere, ideſt vitibus amatã: & ita ſcribitur per ch:nam a baccis,ſcilicet fructibus ſylueſtribus, aut vnionibus, Baccatam diceremus:iugis,ideſt in collibus, aut mõtibus ſuis, & Donyſam viridem, a colore marmoris quod & Lacedęmonium dicitur,& Olearon, & Paron niueã propter marmor candidiſſimum:& Cycladas,ſup.alias.i.inſulas in circuitu,in morem Cycladis veſtis iacentes,& (vt Plin.aſſerit) circa Delon in orbem ſitas:ſparſas per ęquor.ſ.Ægæum:& legimus.i.per nauigamus ſuo ordine.æquora concita.i.cõmota (vt ſit hypallage:pro eo quod eſt, Terras concitas æquoribus.) aut conſita.i. contermina:crebis terris: clamor nauticus.i.celeuma nautarũ, exoritur vario certamine: quia quum ſecundo vterentur vento certatim incumbebant, veloci nauigatione:vnde pręmiſſum eſt, Pelagoq; volamus. Socii hortantur vt, ſup.petamus Cretam:& proauos.i.maiores noſtros. Ventus ſurgens,ideſt flans: a puppi.i.a poſteriore parte nauis, & ita a tergo: proſequitur nos euntes.i.proficiſcentes:& nos allabimur (Præſentis eſt tẽporis,ab allabor,allaberis.) tandem: poſt.ſ.lon.deſideria, licet parum eſſet moræ: oris.i.regionibus: antiquis.i.charis nobis: aut vnde antiquã originẽ traximus: Curetũ.i.illorum populorum in Creta,qui primi cultores eius fuerũt. Ergo ego auidus, molior.i.cum mole extruo,muros vrbis:optatæ.i.deſyderatę: & voco Pergameã.ſ.vrbẽ: & hortor gentẽ lætã, cognomine.ſ. vrbis:amare focos.i.diis laribus ſacrificia celebrare: aut nouas domos libenter incolere: & attollere arcem tectis.i.ædificare domos:aut,reuera,arcem:& iam puppes,ſup.erãt fere ſubductæ.i.ſurſum ductæ:in littore ſicco: & iuuentus,ſupp.erat fere operata.i.ſacrificia expleuerat. (Nam facere & operari, quãdo per ſe ponuntur,rem ſacram connotant: vt, Quũ faciam vitula pro frugibus ipſe venito:Et herbis operata iuuentus.) operata ergo cõnubiis.i.propter cõnubia:& aruis nouis.i.propter arua noua iam primũ arata ab eis: & ego dabam eis iura.ſ.ciuitatis: & domos.ſ.priuatas,iam dicit.quum.i.quando lues.i.infectio: tabida.i.tabi plena:& miſeranda.i.miſerandos nos faciens: venit.i.ſuborta eſt ſubito:& hoc tractu.i.regione, aut climate,illo cœli.i.aeris vicini,corrupto: venit,dico,membris.ſ.hominũ,& arboribus,& ſatis:& annus letifer.i.mortifer:hoc eſt,mortem per peſtẽ adferens venit. Corpora linquebãt animas dulceis.i. ſanis:hoc eſt,vitã ſuam:aut ipſa ægra.i.ſaucia, & infirma:trahebãt,ſup.eas videlicet animas:hoc eſt,anhelitũ, & ſpiritũ vitalẽ tum.i.inſuper. Syrius.i.ſydus illud ardẽs in ore canis: exurere, ſup.cœpit:aut exurebat:agros ſteriles.i.quos exurẽdo:ſteriles .ſ.effecit:nõ qui de ſe ſteriles erant: nã dictũ eſt, Centum vrbes habitant magnas vberrima regna,herbæ arebãt.i.aridæ fiebãt: hoc eſt,deſiccabantur:& ſeges.i.terra:ægra.i.languida propter intemperiem cœli:aut,reuera,ſeges frumenti, quæ inanis erat: negabat ſup.nobis victum:pater hortatur ire curſus ad oraclũ, pro ad oraclũ: Ortygiæ.i.Deli: & ad Phœbũ.i.Apollinem:hoc eſt,ad oraculũ Apollinis in Ortygia,ſeu Delo dari ſolitũ: & hoc mari remenſo.i.renauigato:& p̄cari veniã.i.hanc gratiã, vt dicat quẽ finẽ ferat.i.dicat,aut cõſtituat:feſſis.ſ.nobis: & vnde.i. a qua re:aut a quo genere piaculi,aut ſacrificii:iubeat tentare.i. attendendo obtinere auxiliũ:& quo iubeat vertere curſus,ſup. noſtros. Nam ex infortunio ſenſit non in Creta confidendum fuiſſe quum dii placati in malum non impellant.

PIERIVS.

¶ Hoſte vacare domos.) In exẽplaribus admodũ vetuſtis, domum,legi numero vnitatis. Sed plenius eſt, domos, dicere, qđ ſatis vniuerſę facit multitudini,cõmodũq; in oĩbus hoſpitium pollicetur.¶ Bacchatãq; iugis Naxon, viridẽq; Donyſam.) In codicibus aliquot antiquis Donuſam per u,latinam vocalem in penultima ſcriptũ legas, non hic quia vt Verrio Flacco placet, eadem apud nos u,litera ſit, quę apud græcos, u pſilon. Sed qa

insula

inſula ea, δονούσιον, Græcis eſt κατὰ παραφθορὰν ex Donyſia, quippe ꝙ Bacchus in eam ex Naxo traiecerit Ariadnā, quā Minos pater inſequebaẗ, eſt & Donuſam, legere in antiquo Taciti codice iis libris, quos Leo decimus Pont. Max. ab interitu vindicauit pro hac eadē inſula. Naſon vero in codicibus aliquot ꝑ ſ notatum inuenies, Græci tamen per ξ, nomē hoc ſcriptitare ſolent. Eodē hoc mō apud Liuiū in captiuitate Syracuſaꝝ corrigēdus locus ex veteri codice, Epicides ab inſula, quā ipſi Naxō vocant. Nā Naſon per ſ, in impreſſis codicibus habeẗ. Sed vt ad Naxon alterā, qua de nūc agitur, redeā, illud minime ꝑterierim traditū ab Aſclepiade, Naxias mulieres ſolas hominū octimeſtrem fœtum vitalem parere. Siue ꝙ Bacchus ſibi Iunonē conciliauerit: ſiue ꝙ eo temporis ſpatio ſit ipſe natus, cuius rei memoriā ita voluerit illuſtriorē fieri. ⸢Olearon.) In antiquis aliquot exemplaribus, Oliaron, ſecunda vocali per ἰῶτα ſcriptū inuenias, vti etiam ſcribitur apud Græcos, de qua ita traditur, ὠλίαρος νῆσος τῶν κυκλάδων μία. ſolnet tamen Latini ἰῶτα libenter in e vertere, vocali alia ꝑcipue ſubſequēte, vt in noīe, æthereus. Fuit vero Oliaros Sidoniorum Colonia, vt Pōticus Heraclides tradit in lib. de inſulis. Ea vero à Paro diſtat octo & quinquaginta ſtadia. ⸢Niueaq́ꝫ Paron.) In codicibus aliquot anti. Parū idiomate Latino ſcriptum inueni. Sed enim propria nomina Græce declinata, plerūqꝫ neſcio quid venuſtius ſonare videntur, ſic Paron, magis placet. Ita etiā apud hiſtoricos, vt in anti. Liuii codi. Corinthon legi: & clā Cypron profugit, & alia huiuſmodi pene innumera. ⸢Crebris legimus freta cōcita terris.) In codicibus aliquot manu ſcriptis legi, freta concita remis, frequēti quippe nauigatione ſolicitata, quod quidem fieri in multaꝝ inſularū, earundḗqꝫ paſſim habitatarū vicinitate, par eſt: ſed neqꝫ diſplicet terris, vt freta dicat crebris incurſationibus tam frequentiū inſularū concitari. ⸢Nauticus exoritur vario certamine clamor.) Sunt naris admodū emunctæ viri, qui pro certamine, legendū autument, hortamine, ſuſtineriq́ꝫ verſum adſpirationis vi cōtendebant. Eam ego lectionem nuſq̄ꝫ in antiquis codicibus inueni, Legi vero apud Ti. Donatum, in naui varia eſſe officia, & tamen omnia cū certamine & labore. Quare quā is lectionem agnouerit, meridiana luce clarius apparet. ⸢Pergameaq́ꝫ voco lætam cognomine gentē.) In pluribus antiquis exemplaribus verſus hic in duo membra diſpeſcitur, cū ſuperiori enim verſu, Ergo auidus muros optatæ molior vrbis, hemiſtichiū adiūgunt, Pergameaq́ꝫ, voco coma mox interiecta ſubiungunt, & lætam cogn. gentem hortor amare focos. Pōtanus verſum ꝓ vnico mēbro citat, non taciturus, ſi, & illud inſertū agnouiſſet. ⸢Iāq́ꝫ fere ſicco ſubductæ littore puppes.) Tria in hoc verſu nomina geminatis conſonantibus notata. In antiquis codicibus ſimpliciter ſcribunẗ, ſico, litore, & pupes, ſiue ita depoſcat analogia, ſiue quia (vt Victorinus ait) antiqui, cōſonantes geminare non conſuerunt, vt in his Anus, luculus, Me'mius, & his ſimilibus, ſupra vero conſonantē quam geminari opportebat, Sicilicō imponebāt, cuius figura hęc eſt Victorino, an'us, lucul'us, mem'ius. Id́qꝫ ſignū geminandi apparere in multis veteribus adhuc ſcriptis libris atteſtatur: ſed enim de littore cur vnico omnino t, ſcribi debeat, in. vij. diſputatum. ⸢Linquebant dulceis animas, aut ægra trahebant Corpora.) In codicibus aliquot antiquis vna eadḗqꝫ periodo concluduntur, Et lætifer annus linquebat dulceis animas, aut ægra trahebat Corpora, vt Lætifer annus, ſit ſubiectū. In aliis tamen exēplaribus curioſioribus legi Linquebāt animas dulceis aut ęgra trahebant Corpora, quę lectio recæpta. ⸢Rurſus ad oraclum Ortygiæ.) In antiquis pleriſqꝫ codi. oraculum integra dictione ſcriptum inuenias. In quo forte putabant a, ſecundā ſyllabā, a principio corripi poſſe, ratione poliſyllabicæ dictionis, quod aiunt quidā in huiuſmodi vocabulis medias plerūqꝫ ad placitū poni, vt Sidonia dido, & Sidoniā picto. Sed enim omnes iam probant oraclum, κατὰ συγκοπήν. ⸢Querī feſſus finem.) In antiquis aliquot codicibus quā legiẗ. f. g. vt hoc loco No. Marcellus agnoſcit, quāuis alibi dictum ſit à Virg. Hic finis fandi. finem porro. f. g. proferre maluerunt Varro, Caſſius, Cæcilius, Attius, & Lucretius.

Nox erat, & terris animalia ſomnus habebat,
Effigies ſacræ diuum, Phrigiusq; Penates,
Quos mecum à Troia, mediisq; ex ignibus vrbis
Extuleram, viſi ante oculos aſtare iacentis
In ſomnis multo manifeſto lumine, qua ſe
Plena per inſertas fundebat luna feneſtras:
Tum ſic adfari, & curas his demere dictis.
⸢Q đ tibi delato Ortygiā dicturus Apollo eſt, PE. P.
Hic canit, & tua nos en vltro ad limina mittit.
Nos te Dardania incenſa, tuaq; arma ſequuti,
Nos tumidum ſub te permenſi claſſibus æquor,
Idem venturos tollemus in aſtra nepotes,
Imperiumq; vrbi dabimus, tu mœnia magnis
Magna para, longumq; fugæ ne linque laborem,
Mutandæ ſedes, non hæc tibi littora ſuaſit,
Delius, aut Cretæ iuſſit conſidere Apollo.
Eſt locus, Heſperiam Graii cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens armis, atqꝫ vbere glebæ,
Oenotrii coluere viri, nunc fama, minores
Italiam dixiſſe ducis de nomine gentem.
Hæ nobis propriæ ſedes, hinc Dardanus ortus,
Iaſiusq; pater, genus à quo principe noſtrum.
Surge age, & hæc lætus longæuo dicta parenti
Haud dubitanda refer: Coritum, terrasq; require
Auſonias, Dictęa negat tibi Iupiter arua.

SERVIVS.

❡Viſi aſtare.) Non aſtabant: ſed videbanẗ. Vnde & viſa dicuntur: nō enim ſunt, ſed videntur. ⸢In ſomnis.) Multi hic diſtinguūt, & volunt vnā partē eſſe orationis. i. vigilantis: multi in ſomnis dicunt: vt ſit colliſio, quō peculi pro peculii. ⸢Multo lumine.) Cum nimbo ſuo, qui circa deos ſolet videri. ⸢Inſertas.) Aut clatratas: aut non ſeratas, vt ſit quaſi inſeratas. i. non clauſas. & dictū quomodo Aſproſq́ꝫ molares, pro aſperos: compoſtus pro cōpoſitus: vixet pro vixiſſet. ⸢Ortygiā.) Ad Ortygiam: more ſuo detraxit prępoſitionem, vt paulo poſt, Haud dubitanda refer. ⸢Dardania.) Deriuatiuū nomen à cōſtitutore. & notandū regionem pro ciuitate poſitam. ⸢Tuaq́ꝫ arma ſecuti.) Ac ſi diceret, tuas partes vel imperium. ⸢Sub te.) Sub tuo iure agentes. ⸢Permenſi.) Euecti: vt eſt contra, Pelagoq́ꝫ remēſo, Improuiſi aderunt. ⸢Idē nos.) Scilicet qui te ſumus ſecuti. ⸢In aſtra nepotes.) Significat Caiū Iuliū Cæſarē, qui primus iter deos relatus eſt. Et bene In aſtra: cuius ſydus apparuit: vt, Ecce Dionęi proceſſit Cæſaris aſtrū. ⸢Vrbi.) Romæ κατ᾽ ἐξοχὴν: vt ſupra diximus. ⸢Mgnis.) i. nepotibus: & bonū ornatū ſermonis fecit ſimilitudine, magnis magna para, dicendo. ⸢Fugæ.) Profectionis. ⸢Mutandæ ſedes.) Argumentū a neceſſitate. Simul arguitur error Anchiſæ. Ordo autē eſt, Delius Apollo. ⸢Eſt locus.) Vt ante diximus, orbis cōparatione. ⸢Heſperiam.) Deeſt, Quam, vt ſupra dictū eſt. ⸢Cognomine.) Ab Heſpero Hiſpaniæ rege: vel ſtella quam intuentur petentes Italiā. ⸢Oenotrii.) Vel à rege: vel à vino. Italus. n. primus vitē oſtendit Saturnus: vt in ſeptimo legimus, Vitiſator curuam ſeruans ſub imagine falcem Saturnusq́ꝫ. ⸢Propriæ ſedes.) Perpetuæ: qa infirmas & in Creta & in Thracia cōdidit. ⸢Hinc Dardanus ortus, Iaſiusq́ꝫ pater.) Dardanus & Iaſius fratres fuerunt Electræ filii: ſed Dardanus de Ioue, Iaſius de Corito ꝓcreatus eſt. A cuius nomine & mons & oppidū nomen cepit: poſtea Iaſiū diciẗ Dardanus occidiſſe. ⸢A quo ꝑncipe noſtrū.) A Dardano, non ab Iaſio: nā anteriori rūdit. Quod aūt dicit, à quo ꝑncipe genus noſtrū eſt: pōt & gñaliter intelligi, vñ originē ducimꝰ, vt Deos penates, q̄ſi Troia nos intelligas: & ad ritum referri, de quo dicit Labeo in libris qui appellanẗ de diis aīalibus: in q̄bus ait eſſe q̄dā ſacra q̄bus aīæ humanæ vertanẗ in deos, q appellanẗ aīales, ꝙ de animis fiant. Hi aūt ſunt dii penates & viales. ⸢Haud dubitāda refer.) Aut qa dubitauerāt ex cōſilio Anchiſæ: aut ne ꝓpter ſomnū nō crederēt. ⸢Coritū.) Deſignat partē prouinciæ, ne alter error ꝓcreeẗ ex magnitudine locorū. ⸢Dictæa.) Dictæus mons Cretæ eſt, dictus à Dicte nympha, q̄ illic colitur in quo diciẗ altus Iupiter: vt, Dictæo cœli regē pauere ſub antro. ⸢Negat tibi Iupiter arua. Ex definito. Et bene Iupiter: quaſi ipſe qui Cretenſibus præeſt.

❡Nox

DONATVS.

¶ Nox erat & terris an.ſo.ha.) Quæ dixerat Anchiſes facienda nox interueniens diſtulit. deniq; oē animaliū genus pro neceſſitate naturæ ac tēporis dormiebat. ¶ Ef.ſa.di.phry.q; pe. Quos m.à T.m.q; ex ig.u. Extuleram &c.) Virtutes animi ſui & meritū iuxta deos omni occaſione cōmendat, & ſubtiliter profert dormientibus quippe oībus aīalibus, & cōpetēti tēpore iam quietis, ſolus prope peruigil fui, & licet iacerem, arcebāt tamen ab oculis meis plenū diuerſæ ſollicitudines ſomnū, repente apparuerunt deoꝝ imagines ſacræ, illoꝝ ſcilicet, quos medio Troiæ flāmantis incendio rapui, & mecū ſuſtuli, ac reddentes meis vicem in conſpectu meo manifeſtiſſimi viſi ſunt conſtitiſſe, ne cōtra ſuperiora locutus videretur. dixerat enim noctem fuiſſe, ac per hoc tenebras addidit. ¶ Qua.ſ.pl.per i.f.lu.f.) Inde, inquit, fuit per noctē lumen maximum, qua luna feneſtris patentibus pleno orbe oculis meis apparebat obiecta. dixit in ſomnis, hoc eſt vt ſomnians videret, & deos ipſos velut loquentes audiret, & videret præſentes, lumen pſtantibus radiis lunæ. ¶ Tum ſic affari, & curas his demere dictis.) Ne vlterius curis recurrentibus frangerent, his verbis loquutus eſt. ¶ Quod tibi d.or.di.A. eſt, Hic c.& t.n.en vl.ad li.m.) Ne cumulatus geminis diſcurſibus labor te rurſus ad ortygiā reuocet, atq; eadē quę tranſmiſeras maria, impetrādi alterius reſponſi neceſſitate cogaris intrare, vltro quę deſideras, Apollo porrexit. habes nominis eius grande cōpendium, vt hic nobis referētibus diſcas, quod cū ingenti laboꝝ iactura fueras cogniturus. ecce quantus erga te numinis fauor. nō rogas, & fauetur deſiderio tuo, nō nauigas, domo, quoq; non egrederis, limen & dei iuſſa famulantibus diis ad aures tuas animūq; portat, pone hanc iam, qua vexaris cogitationū molē, & quid loquamur, quidue referamus aduerte. ¶ Nos te Dardania incenſa, tuaq; a.f.&c.) Poſt errorē primi reſponſi ſic Æneā inſtrui cōuenerat, vt omni ambiguitate ſubmota, vt quid loquerent, & quæ referret, euidenter audiret, & cerneret, debuit enim ad hæc perferēda taliū adhiberi perſona, vt incredibilia & mira dicturus facillime crederet. deniq; ipſi enumerant beneficia ſua, & nouiſſime etiā pſentis temporis ſociant cōmemorantes præterita, ac meliora, in futurū & grandia pollicentes viuentibus tuis & eoꝝ poſteris profutura. Sic enim & primo Apollo ipſe prędixit. hic domus Æneæ cunctis dominabitur oris, Et nati natoꝝ, & qui naſcent ab illis, hortantur quinetiā ne ſit laboris impatiens, & arte mirifica cōponunt eius animum, vt futura quamuis laborioſa libēter audiret, artis igitur fuit excludere ante oīa ſolicitudinē primā, & liberato angoribus animo, ſi alterius nauigatiōis labores īgereret. deniq; purgato ad plenū & afflicto dudum mœroribus corde facienda in pſenti vel futura narrant. ¶ Mutandæ ſedes.) Suffecerat hoc ſolum dixiſſe, vt ſciret ſibi eſſe migrandum, dicunt tñ cauſam, & Apollinis eſſe iuſſionē, quod vt noſceret. ¶ Nō hæc (inquit) tibi lit.ſu.De.aut cr.iu.co.A.) Ecce iam ex aperto fit certior, ne rurſum vexaret incertis, & inſinuatur regio imperio eius & poſterorum ſucceſſionibus debita, ſic inſtructa & plena narratione perſpicua, vt vocabulis, ſignis, vberrimo locoꝝ ſitu, incolarum fortitudine, decurſa quoq; ſeculorū oīum origine ſignaretur. ¶ Eſt locus, he.g.co.di.&c.) Quam multa dicta ſunt paucis, ſed hęc veterē tenent ordinē rerum, veniunt dehinc ad eam partē, in qua falſus Anchiſes ſimile quidē ſed non neceſſariū ſenſerat, vt oſtenderent, nō Apollinis in cauſa reſponſi, ſed interpretantis errore laboris vacui vitiū eſſe cōtractū. ¶ Hæ n.pr.ſe.) Bene (inquit) hæ nobis, ſupra enim dixerant. Tu mœnia magnis magna para, & quia reſponſo tenebat, quæ nos à ſtirpe parentum prima tulit tellus, eadem vos vbere læto Accipiet reduces, antiquā exquirite matrē. hanc partē manifeſtiſſime dixerunt dicentes. ¶ Hinc Dar.or. Iaſiusq; pa.ge.à q.pr.no.) Hos dicunt in Italia genitos, ſed Iaſum tēporis antiquioris, mater ergo Italia eſt, & maiores Iaſus & Dardanus, à quo Dardani dicti ſunt Troiani. ¶ Surge age, & h.l.lo.di.pa.Ha.d.re.) Refer (inquiūt) patri tuo qui antiquitatis merito ætati non cōuenerat falli, ratione curſus originis ſuæ Italiā potius & coritū petat. cæterū Iupiter, qui Cretæ peculiaris amator eſt, nobis penitus ipſam denegat ſedē, ſurge & age hortantiū verba ſunt, & hinc Æneas oſtendit per ſomniū vidiſſe & audiſſe, quæ ſuperius dicta ſunt, quāuis alii ſic exponant, vt inſomnis quaſi ſine ſomno ac p hoc vigilans intelligatur. ſurge igitur, & hæc lætus dicta longæuo parenti indubitanter expone. recte poſitum lætus refer quia in lucro fuit labor nauigandi ad ortygiam, & oblata omnia perſpicua narratione perceperat. longęuo, cū reprehenſione occulta poſuerunt, quia errare nō debuit ſenex in orginis ſuæ cauſa.

ASCENSIVS.

¶ Nox erat.) Docet quomodo in ſequenti nocte, poſtea q̄; Anchiſes decreuerat, rurſum in Delon mittere, dii Penates cohortati ſunt in Italiam proficiſci: docentes eam eſſe terram, eamq; matrem quam Phœbus ſignificauerat. De qua re dicit. Donatus ſic. ¶ Nox erat.) Virtutes animi ſui, & meritum, & gratiam deorum cōmendat: oſtendit, ꝙ cæteris dormientibus ipſe acriter rebus publicis inuigilabat. ¶ Qua ſe Plena.) Voluit demonſtrare quomodo in nocte videre potuit. ſ. per radios lunæ: tunc ſic ne vlterius recurrentibus curis frangerer. ¶ Quod tibi delato.) Ne geminetur labot redeundo Apollo facit, vt hęc referentibus nobis, hic audias quę apud eum eſſes auditurus. Magnus ergo numinis fauor: non rogatur & fauet. Non nauigas, neque domo egrederis, & dei iuſſa famulantibus diis, ad tuas aures veniunt. ¶ Nos te.) Ad hominem errore iam à patre imbutum, debuit mitti perſona, cuius authoritate, ac meritis etiam incredibilia credi poſſint. Dii ergo Penates huiuſcemodi erant, qui præterita memorando, futura meliora pollicerentur. Artis eſt igitur excludere ante ſolicitudinem primam, & liberato angoribus animo, alterius nauigationis labores ingerere: ac monſtrarit: non eas ſedes oſtendiſſe Apollinem deſcribit, nec eū mōſtraſſe locum. ¶ Hinc Dardanus ortus.) Oſtendit quum Apollo, dixit: Quæ vos à ſtirpe parentū Prima tulit tellus: non de Creta, & de Teucro, ſed de Italia, & Dardano eſſe intelligendum. ¶ Longæuo.) Occulte corripit ipſum ſenem de origine ſuorum non debuiſſe falli. ¶ Iupiter.) Qui cretæ peculiaris amator eſt. ¶ Surge.) Oſtēditur per ſomnum hoc vidiſſe: quāuis aliqui exponant inſomnis, ideſt vigilantis. Hæc ille. ¶ Ordo eſt. Nox erat: & ſomnus habebat, ideſt occupabat animalia, quum, ſup. effigies ſacræ diuum, & Penates Phrygii, ideſt Troiani: quos ego extuleram mecū Troia ex mediis ignibus vrbis: viſi, ſupp. ſunt aſtare ante oculos, ſupp. meos: iacentis, ideſt cubantis: inſomnis, ideſt ex ſomnis & vigiliis: & hoc, ſup. cum multo lumine: manifeſto: ideſt mihi viſibiliter apparenti, ſup. ea quæ luna plena: fundebat, ideſt infundebat, aut inſpergebat lumen ſuū, per feneſtras inſertas, ideſt non ſeratas, ſed apertas: aut non cōſertas, ideſt cōcluſas: ſed reſeratas parum (nam Landinus vult hypallagem eſſe, vt ſint feneſtræ inſertæ: pro; luna inſerta) Tū, ideſt deinde poſtquam mihi manifeſto lumine viſi erant: adfari, ſup. cœperunt aut adfabantur: & demere, ideſt demebant curas his dictis: Apollo canit tibi hic, quod dicturus eſt tibi delato, ideſt poſtquam delatus fueris Ortygiam, ideſt in Delon. & en, ideſt ecce: mittit nos inquam, quibus fidem habere debes: quia nos ſequuti ſumus te: & tua arma. i. tuam protectionem, aut dexteritatem in bello, & hoc Dardania. i. regione, quā Dardanus incoluit incenſa; nos permenſi. i. perfecte menſi ſumus classibus. i. pernauigauimus ſub te. i. ſub ductu tuo: æquor tumidum. i. procelloſum: & nos iidē tollemus, ideſt extollemus in aſtra propter Cæſarem id dicit: de quo in Buco. illic, Ecce Dionei proceſſit Cæſaris aſtrum: dictū eſt nepotes venturos. i. poſteros tuos: & dabimus vrbi. ſ. quam nobis ſtatues imperium, quod Cæſar perpetuū vſurpauit: tu para (non dicit extrue: ſed para: i. pręparas: quia non ipſe: ſed poſteri eius id fecerunt.) diis qui in capitolio Romæ colebantur: magna mœnia. i. Romæ: ſeptem colles complectentis: & ne linq; pro ne derelinquas: longum, i. diuturnum laborem fugę: ſedes. i. manſiones, aut habitationes ſunt mutandæ Delius Apollo non ſuaſit tibi hæc littora: aut. i. vel nō iuſſit conſidere Cretæ. i. in Creta. Eſt locus, ſup. quē, aut quā: ſed more ſuo ſubticet relatiuū in deſcriptione loci Graii: dicunt. i. appellant Heſperiam cognomine, locus, dico, exiſtens terra antiqua, i. quę diu regnauit, & ita nobilis, potens armis, atq; vbere. i. fertilitate glebæ. i. terræ pinguis. Viri Oenotrii, de quibus in. j. in oratione Ilionei dictum eſt: coluere, ſup. eam: fama, ſup. eſt. nūc minores. i. poſteros: dixiſſe. i. appellaſſe Italiam: de nomine ducis: qui. ſ. Italus vocabat. Hæ ſedes. ſ. Heſperia, aut Italia, ſup. ſunt: propriæ nobis: aut nobis ꝓpriæ Dardanus eſt ortus hinc. i. ex his regionibus Italię. Et Iaſius pater eſt ortus hinc. i. ex Italia a quo principe. i. a quorū priore, & principe viro Dardano, videlicet: eſt noſtrū. ſ. Troianoꝝ genus. Age, adhortandi aduerbiū, ſurge: & tu lætus refer. i. recenſe, & enuncia hæc dicta. i. q̄ tibi diximus parenti longæuo. ſ. Anchiſe: haud. i. nō dubitāda. i. certiſſima, & veriſſima: require Coryton ciuitatē Italiæ: vnde Dardanus venit: & terras Auſonias. i. Italicas in eam regionem, quā Auſonii olim coluerunt: Iupiter negat tibi arua Dictæa. i. Cretenſia: a parte totum.

Pierius.

PIERIVS.

¶ Aut Cretę iuſſit cõſidere Apollo.) In codicibus aliquot ant. replicata negatione legiť, haud Cretæ, vti prius etiã erat in codice Medi. quod interpretes non admittunt, Sunt etiã codices in quibus, cõſiſtere, legatur. Sed, conſidere, magis placet: vt illud, Vultis, & his mecum pariteř conſidere regnis? Quod vero Cretæ aduerbialiteř, vt vrbiũ propria nomina poſitum ſit, ne quis carminis id neceſſitati condonandũ dicat. Oratores etiam eadem vſos eloquutione ſcimus, apud Varro. lib. j. de agricultura, itaq̃ Cretæ ad cortinã dicitur platanus eſſe, quę folia hyeme nõ mutat. ⁋ Oenotrii coluere viri.) In antiquis pleriſq̃ codicibus, Oenotri, vnico i, ſcriptũ eſt, vt in. j. diximus. Quanquã etiã ſi Oenotrii ſcribatur, ii, geminato, duo illa ii, vnica pro ſyllaba per eã quæ frequentiſſima eſt apud veteres poetas, figurã ſynizeſin accipietur. Nõ aliter ac dii vnica ſyllaba grammatici quidam veteres enunciari iubent, duabus quantũuis ſcriptum vocalibus, quæ minime coire in diphthongũ poſſint. In monumentis autẽ veterũ ſæpe videas, eam literã geminari, Attiano more, pro vnica vero proferri, vt illud Romæ: Libertis libertabuſq̃ ſuiis, Quã tamen dictionẽ (liceat hæc in doctorum quorundam

rundam

gratiam inſerere.) etiam per ii ſcriptã, ex inſtituto Lucilli non ſemel inuenias. Vt illud, Monumentum fecit & ſibi & ſueis. eandẽ porro ſcribendi varietatem in nominatiuo plurali maſculini generis à pronomine is, ea, id, obſeruaui. Nã in arcu aquęductus, qui eſt in Celio monte, ſcriptũ eſt: P. Cornelius. p. f. dolabela, & quę ſequunť. Faciundũ curauerũt, eidẽq̃ probauerunt. Attiano vero more in arcu quodã legitur inter Auentinũ & Tyberim. p. Lẽtulus. c. n. c. Scipio. T. Quintus Criſpinus, Valerianus, coſ. r. s. faciundũ curauere: iidẽq̃ cõprobauere. Vt ex hoc etiã terminationes illas curauerunt, & curauere: probauerunt, & probauere, eodẽ accipi ſingnificato videamus, quũ alteram in, re. ſ. exeuntẽ, nõnulli dualis eſſe numeri voluerint. ⁋ Dixiſſe ducis de nomine gentem.) Quod in codicibus aliquot antiquis, duxiſſe legatur, librariorũ oĩno negligẽtia factũ puto. Nã tota hęc ſnĩa ſuper nõis nuncupatione verſatur. ⁋ Coritum terraſq̃ require.) In codicibus aliquot antiquis, requiras legitur. Sed plura ſunt exẽplaria manu ſcripta, quæ cũ Mediceo & eo, quẽ mihi Camillus Porcius legendũ dedit, requirat, tertia perſona legant. ad Anchiſen enim hæc referenda ſunt, & eius acquieſcendum eſt ſentẽtiæ. Quam lectionem Ti. Donatus etiã agnouiſſe videtur.

⁋ Talibus attonitus viſis, ac voce deorum — AENE.
(Nec ſopor illud erat, ſed corã agnoſcere vultus,
Velataſq; comas, pręſentiaq; ora videbar,
Tum gelidus toto manabat corpore ſudor)
Corripio è ſtratis corpus, tendoq; ſupinas
Ad cœlum cum voce manus, & munera libo
Intemerata focis, perfecto lætus honore
Anchiſen facio certum, remq; ordine pando.
Agnouit prolem ambiguam, geminoſq; parentes,
Seq; nouo veterum decæptum errore locorum.
Tum memorat. ⁋ Nate Iliacis exercite fatis, — ANCH.
Sola mihi tales caſus Caſſandra canebat,
(Nunc repeto hæc generi portendere debita noſtro,
Et ſæpe Heſperiam, ſæpe Itala regna vocare)
Sed quis ad Heſperiæ venturos littora Teucros
Crederet? aut quem tum vates Caſſandra moueret?
Cedamus Phœbo, & moniti meliora ſequamur.

SERVIVS.

¶ Talibus attonitus viſis.) Hoc eſt talibus deorum vultibus. Vnde ſequiť, Et voce deorum. Nã & voce ſe dicit attonitũ & viſis. Attonitus vero eſt ſtupefactus. Nã proprie attonitus dicitur, cui caſus vicini fulminis & ſonitus tonitruum dant ſtuporẽ. ⁋ Nec ſopor illud erat.) Soluta elocutio. ⁋ Velatas comas.) Vittatas: vt, Victoris velatum auro vittiſq̃ iuuencũ. Nam dii qui erant apud Laurolauiniũ nõ habebant velatũ caput. ⁋ Corripio è ſtratis corpus.) Ne ſacietate videať reliquiſſe ſomnum. Et ſciẽdũ quia quotiens ex abrupto ſomnus aufugerit, ſignificat omen infœlix: vt ecce hoc loco tempeſtas ſequiť. Itẽ in. ij. Excutior ſomno; & ſtatim ſequitur ciuitatis excidium: nec ſine ratione. Nam ſi ſomnus, munus deorum eſt: vt, Et dono diuum gratiſſima ſerpit: nõ ſine infœlicitate ex abrupto deorũ munus abſcedit. ⁋ Tendoq̃ ſupinas Ad cœlũ cũ voce manus. Honeſta elocutio, cũ vno ſermone reſpondemus duobus: vt, Interea feſſos ventus cũ ſole reliquit. ⁋ Intemerata.) Rite perfecta: vt ſi leniter eſt fundendũ vinũ, aut mola iniicienda, ſic fiant vt ratio exigit ſacrificii. aliter ſi fiant, temerata ac turbata ſunt ſacra: vnde Helenus, Ne qua inter ſanctos ignes in honore deorũ Hoſtilis facies occurrat, & oĩa turbet. Item in octauo, Audax quos rumpere Pallas ſacra vetat, raptoq̃. ⁋ Focis.) Ideo focis, nõ aris: qa penatibus ſacrificat. ⁋ Perfecto honore.) Peracto ſacrificio: q eſt honor deorũ. ⁋ Ambiguã.) Nõ icertã, ſed duplicẽ: vt in ſeqntibus ꝓbat, dicẽs, Geminoſq̃ parẽtes. ⁋ Nouo errore veterũ locorũ.) Aut ꝑ cõtrarietatẽ ſermonũ declamauit; aut nouo, pro magno poſuit. ⁋ Exercite.) Fatigate. nã exercitatus, peritus ſignat. vt exꝑtus & expers. nã exꝑtũ rerũ ſi dixero, ſignifico peritũ: ſi expertẽ, ignarũ. ⁋ Caſus Caſſandra canebat.) Hęc cõpoſitio iã vitioſa eſt, q̃ maioribus placuit: vt, Anchiſen agnouit amicũ. Et, Sale ſaxa ſonabãt. ⁋ Portendere.) Minus eſt deberi, vt in. vij. Portẽdi generos. ⁋ Regna vocare.) Satis, ꝓprie: vñ ĩ. viij. Expectate ſolo Laurẽti aruiſq̃ latinis. ⁋ Teucros crederet.) ſ. ꝓpter longitudinẽ ſpatii. ⁋ Tunc vates Caſſandra moueret.) Bene tunc: quia iam probauit. ⁋ Cedamus Phœbo. Cuius inſtinctu dii penates profutura dixerũt: vt, Hic canit, & tua nos en vltro ad limina mittit. ⁋ Meliora ſequamur.) Põt bis ſubaudiri Meliora: vt, Meliora moniti, meliora ſequamur.

DONATVS.

¶ Talibus attonitus iu. & u. deo.) Duo quippe extiterant mirãda, deos videre, & loquentes audire, quibus (inquit) ita ſe habẽtibus attonitus factus ſum, hoc eſt paudre pręſentium numinũ ſtupui. ⁋ Nec ſopor il. e.) Non enim pleno ſomno hæc aut videram

ram

aut audierã. ⁋ Sed corã agnoſcere vultus &c.) Vt ſit, quum nõ plene vigilaret, nec plene dormiret, accedebat eo q̃ ſic venerãt manifeſti, vt dubitatio nulla ex parte potuiſſet exiſtere, vultus idem illis fuerat, quem noueram. comę opertæ ex more, & ora manifeſta. ⁋ Tum g. t. m. c. ſu.) Ecce alti pauoris indiciũ. vt enim toto corpore ſtupuerat, ſic & omni ex parte membrorũ ſudor frigidus manabat in eo. quod dixit ſudor manabat, oſtendit, immoderatũ fuiſſe, & vltra humanũ morem. Hic illud demonſtratur, ex frigido corpore tantum ſudorem exiſſe, cũ conſtet hunc caloribus prouocari conſueſſe. oĩa hæc confirmationis ſunt, q̃ Æneas deos pręſentes, vt vigilans, & videret, & audiret. ⁋ Cor. e ſt. c.) Vſq̃ adeo oſtẽdit prope vigilantẽ, ut diceret corripio corpus e ſtratis. cæterum poneret expergefactus ſum, & ſomnio cõſiderato ſurrexi. Corripio e ſtratis corpus, expreſſit feſtinantẽ. rem. n. ſatis optatã prouentũq̃ eius expletũ narrare cupientẽ, nõ debuit ſic deſcribere & ſtratũ reliquiſſe. quomodo relinquit ille, qui nulla dicti aut facti neceſſitate cõſtringiť? Corripio (inquit) e ſtratis corpus. ⁋ Tendoq̃ ſu. ad c. c. u. ma.) Licet aliunde veniſſet beneficium tamen oĩbus diis referebat gratiam, tendendo manus ad cœlũ. ⁋ Et munera li. In. f.) Munera ſunt vinũ & thus. hæc tradidit focis. ⁋ Per. l. h. Anchiſen facio certũ, r. q̃ or. p.) Cõpletis, inquit, diuinis obſequiis Anchiſen facio certũ. certum ideo, quia primæ interpretationis vitio probatur incertus. hic Virgilius oſtẽdit diuinas admonitiones referẽdas nõ eſſe niſi primo per ſacrorũ & precis obſequia diis fuerint cõmendatę, ut proſperẽtur vberius; ſi bonæ ſunt, ſi malæ mutẽtur in bonũ. lætus perfecto honore. lætũ poſſumus intelligere, primo q̃ ſic pertineret ad deos, deinde q̃ labor eis ſecundæ nauigationis effugiſſet, poſtremo q̃ inſtructus euidentibus & ꝑſpicuis monitis nihil iam formidaret incerti. ⁋ Agnouit prolẽ a. g. q̃ p. Se. n. u. de. er. lo.) Errorẽ fecerat exẽpli duplicis ratio, quam Anchiſes poſt erratũ relatione filii cognouit. Teucer enim & Dardanus in origine parentes fuerant Troianorũ, ſed antiquior Dardanus, hunc ergo ſequi Anchiſen conuenerat, qui Italus fuit, non Teucrũ Cretenſem. Iccirco igitur Anchiſæ error exortus eſt, quia antiquior fuit memoria Dardani, & vehementer obſcura. Teucri vero velle videbantur opinione comperta. ſed Apollo non originem poſteriorem, ſed antiquam dixerat requirendam, dicendo quippe antiquam, quę rite oſtendit fuiſſe, & recentiorem, quæ non eſſet Troianis debita. nouerat enim & primam fuiſſe & ſecundam. ⁋ Tum m. Nate i. e. f.) Non dixit, q̃ ipſe Æneas ꝓprio fato laboraret, ſed q̃

fato

ſato patriæ eſſet oppreſſus. hæc fuerunt ante cauſam. parabat enim errori ſuo defenſionē, vt laborem irritæ nauigationis ad Cretā Troiæ fatis annecteret. incipit iam purgare factū ſuum, ex quo intelligebat ſe graui inuidia laborare iuxta eos, qui laborauerant fruſtra. Enititur illa arte dicendi qua vti debemus, ſi quando totū negare nō poſſumus. tunc enim excuſatio probabilis adhibēda, aut extenuatio neceſſaria eſt, quæ res tantū prodeſt, vt culpā aut remoueat penitus, aut plurimū frangat. hanc ergo purgationē ingreditur, ſic. ⁋Sola m.t.c.Ca.canebat.) Hæc inquit, deberi generi noſtro, & hos caſus nobis imminere, ſicuti nunc recordor, ſola mihi pdixerat Caſſandra. ⁋Sed quis ad heſperiæ venturos littora Teucros Crederet?&c.) Monitu quidem Caſſandræ iſta oīa aliquando audierā, ſed in vnū couenerant, quæ fidē dictis illius facere nō poſſent. primo ꝙ quicquid illud fuerat, vni credi nō debuit. huc accedebant alia, quæ impoſſibilia putabanť.ſ.Troianos venturos ad Italiā relictis originalibus terris, ſubiturus quoq; prolixæ nauigationis incerta. poſtremoq; reſponſis eius non habendā fidē diuina fuerat ſententia pronuntiatum. Erroris igitur ſui excuſatione completa. ⁋Cedamus Phœbo.) Inquit, quia de Caſſandra loquebať, nō dixit cōſentiamus reſponſo Caſſandræ, quod aliquando audiui, ſed cedam⁹ Phœbo. ⁋Et moniti meliora ſequamur.) Sequamur potius, quæ ipſe Apollo melius intimauit, & ſequenda cōmodiora conſtituit. pronuntiatio talis eſſe debet, vt ſeparatim dicamus moniti, ſeparatim meliora ſequamur.

ASCENSIVS.

¶Talibus.) Docet quomodo peracto ſacrificio, patrem de rebus viſis & auditis, certiorem fecerit: hisq; auditis illis errorē agnouerit, vnde Donatus ſic. ⁋Attonitus.) Duo erant mirāda, & deos videre, & optata loquentes audire. ⁋Nec ſopor.) Non enim pleno ſomno viderat, aut audiuerat. Nam nec plene vigilabat, nec plene dormiebat. ⁋Gelidus ſudor.) Et hoc confirmat deos vidiſſe Æneam. ⁋Corripio e ſtratis.) Oſtendit prope vigilantem. Nam poſuiſſet, expergefactus ſum, ſi dormiſſet. Exprimit autem feſtinantem. ⁋Munera.) Quæ ſunt vinum, & thus. ⁋Certum.) Quia primæ interpretationis, vitio reddebatur incertus. Oſtendit autem poeta: diuinas admonitiones referādas non eſſe, niſi primo patri ſacrorum: & precis obſequia ſunt, vt proſperentur quæ bona ſunt: quę autem mala, vertantur in melius. Decæptus autem fuerat Anchiſes: quia memoria Dardani antiquior erat, q̄ Teucri, & propterea obſcurior. Apollo autē quum dixiſſet, antiquam: oſtendit fuiſſe recentiorem. Norat enim & primam eſſe, & ſecundam. ⁋Fatis Iliacis.) Nō proprio fato laborabat. Excuſat igitur, & laborem irritæ nauigationis quæ ad Cretā fatis adnectit, vt inuidiā qua afficiebatur, quod illi fruſtra laboraſſent, purget excuſatione, quum factum negari non poſſit. ⁋Sola mihi.) Vni enim Caſſandræ credendum nō fuit: deinde, non videbatur veriſimile, tā longinquas ſedes eſſe petendas, Hæc ille.

Ordo. ¶Ordo eſt. Ego (inquit Æneas) attonitus.i. ſtupefactus, quaſi tonitru percuſſus: talibus viſis.ſ.deorum vultibus: aut viſis, pro viſionibus: & voce deorum, ſup. tali: audita.ſ. Nec illud erat ſopor.i. profunda dormitio: hoc eſt, non videbam per inſomnia: ſed videbar.ſ.mihi. (Ergo, vt Donatus dicit, nec plene etiam vigilabat, quia non aſſerit ſe vidiſſe, ſed viſum eſſe quod viderit.) agnoſcere coram.i. in conſpectu meo: vultus.ſ.deorū: & comas velatas.ſ.vittis, aut velo: & ora præſentia: tamen.i. inſuper, aut poſtea gelidus ſudor qui violentiā indicabat, & ſtuporem; manabat toto corpore, ſup. meo, idest de toto

de toto corpore meo: ego corripio, idest celeriter & violenter (quod ſignum futuri incōmodi per tempeſtatem, Seruius indicat.) rapio: corpus e ſtratis, ſ. lectis: & tendo manus ſupinas.i. ſurſum erectas ad cœlum.ſ.cum voce.i. prece ſequenti: & libo .i. offero munera, ſ. thus & vinum: intemerata.i. rite facta: focis .i. aris deorum Penatium: ego lætus honore.i. honorifico ſacrificio perfecto: facio Anchiſen.ſ. patrem certū. Orator, ſecundū quoſdam, diceret certiorem: quia elegantius id dicitur: verum metri cauſa coactus, certum, dixit poeta. Sunt tamen qui penitus vim vocabulorum inſpiciētes, dicant modeſtię & honorificentiæ tantum gratia inuentum eſſe, vt certiorem, & certum facere, dicant oratores: nam certiorem facio, eum qui non penitus ignorabat rem: certum, qui penitus: ne ergo turpe ſit quidquam omnino ignoraſſe, dicunt, certiorem fieri: hic vero quia res non humanitus: ſed diuinitus reuelata penitus Anchiſen latet: rectę dicit, facio certum: ſed nolumus in iſtis argutiores videri. q;, pro &: pando.i. facio: rem ordine.i. quo ordine dicta, & facta ſint omnia, eodem recito patri. Pater, ſup. Anchiſes: agnouit prolem.ſ. gentem Troianā: ambiguam.i. incertam, quo parente, Dardano ne, an Teucro dicatur orta (Seruius tamen maluit, geminam, & duplicem, quàm incertā, dici.) & ſe decæptū nouo.i. inſolito errore veterum locorū: (& eſt antitheſis:) aut nouo.ſ. magno errore: tum.i. deinde: memorat.i. quod memoria tenebat, eloquiť: dicens, o nate, exercite.i. fatigate: fatis Iliacis.i. Troianis debitis ſola Caſſandra.ſ. filia Priami, & vates. (de qua in .ij. huius, dictum eſt) canebat mihi tales caſus.i. euentus miſeros, vt.ſ. diu erremus Italiam quærentes, ego repeto .i. memoria repetens agnoſco: fata portendere.i. quod fata portendebant, hæc debita noſtro generi.i. quod hæc fataliter portēta ſunt noſtro generi (vt etiam errores, ne ob culpā putentur, fatales, cenſeanť: hoc finxit poeta.) & repeto fata, portendere genus noſtrum, vocare.i. vocaturū, aut vocare debere: hoc eſt exoptare ſæpe Heſperiā, & ſępe regna Itala.i. Italica: ſed qs crederet Teucros) id potius dixit, q̄ Dardanos, quū etiam Dardani ſint, vt errorē ſuum purgaret, quum tamen Oracula Dardanidæ duri, &c. dixerint.) venturos ad littora Heſperiæ.i. Italiæ, vnde tantum diſtent, q.d. nemo, aut quē Caſſandra moueret.i. incitaret ad credulitatē: tum.i. tunc, quū obſidione premebať vrbs noſtra: & impatiētia, forſitan rapta, credebať: (vñ ét addita eſt particula, tunc, in .ij. vbi dictū eſt, Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris Ora dei iuſſu, nō vnq̄ credita Teucris.) Cedamus Phœbo.i. monitis Phœbeis: quę Italiā ſignificabāt quū diceret, Dardanidæ duri: & q̄ ét à Caſſandra pādebanť: & nūc a diis Penatibus ſignata ſunt. Nā dixerāt. Quod tibi delato Ortygiā dicturus Apollo eſt, Hic canit, &c.) & nos moniti, ſequamur meliora.ſ. hic, quā nacti ſumus, vnde dira peſte ꝓpellimur.

PIERIVS.

¶Viſis, ac voce deorum.) In antiquis pleriſq; codi. & voce, legitur: prout etiam eſt in Donatiano codice, verū ac minime diſplicet. ⁋Corripio e ſtratis corpus.) Antiqua aliquot exemplaria, Corripio ſtratis, abſq; præpoſitione ſeparatiua legunt: vt, Haud ſegnis ſtrato ſurgit pal. ⁋Seq; nouo veterum decæptum errore locorū.) In antiquis aliquot codi. errore parentum, legitur: Sed quia ſermo eſt de ſedibus fato præmonſtratis, locorū. In multis etiā reperitur, atq; ea lectio plurimū ſubdititia priori abraſa, quæ parentum fuerat. ⁋Caſſandra moueret.) In codicibus aliquot antiquis, moneret. ſcriptum eſt. Magis vero placet, moueret: vt ſit, cui nam hoc e a perſuaſiſſet, Troianis rebus, tunc adeo florentibus.

SERVIVS.

¶Hanc quoq;.) Queadmodum Troiā & Thraciā: & cū dolore dictū accipe, Hāc quoq; deſerimus. ⁋Caua trabe.) Nauium periphraſis optima. ⁋Supra caput.) Capitalis, pniciosus. ⁋Noctē, hyemēq;.) Pluuiam cū obſcuritate. ⁋Inhorruit unda.) Horridior eſt facta per tenebras. ⁋Gurgite vaſto.) Epitheto auxit Tapinoſim. ⁋Nox humida.) Nubes caliginoſa. ⁋Excutimur curſu.) A propoſito itinere auertimur. ⁋Cæcis in vndis.) Incertis: quia ſydera nō apparebant.

⁋Sic ait, & cuncti, dictis paremus ouantes. AENE.
Hanc quoq; deſerimus ſedem, paucisq; relictis
Vela damus, vaſtumq; caua trabe currimus æquor.
Poſtquam altum tenuere rates, nec iam amplius vllæ
Apparent terræ, cœlum vndiq;, & vndiq; pontus,
Tum mihi cœruleus ſupra caput aſtitit imber,
Noctem, hyemēq; ferens, & inhorruit vnda tenebris,
Continuo venti voluunt mare, magnaq; ſurgunt
Æquora, diſperſi iactamur gurgite vaſto.
Inuoluere diem nymbi, & nox humida cœlum
Abſtulit, ingeminant abruptis nubibus ignes,
Excutimur curſu, & cæcis erramus in vndis,

rebant. ⁋Ipſe.) Nauigādi peritus. Hoc.n. ſignificat emphaſis ꝓnōis. ⁋Incertos ſoles.) Bene incertos, qa quātauis ſit obſcuritas: tn̄ noctis eſt manifeſta diſcretio. ⁋Vnde ſupflua qō eſt eoꝝ, q dicunt tres dies quēadmodū tranſiſſe ſcierūt, ſi noctem à die diſcernere nō poterāt? ⁋Cęca caligine.) Cacephatō in ſermone. ⁋Attollere viſa.) Naturalr dixit. Quotiens.n. ꝓpinq̄mus litoribus: & exurgere terra videť, & fumū emittere. ⁋Aperire.) Oſtendere: Salluſtius, Caput apire ſolit⁹. ⁋Seruatū ex vndis.) Ac ſi diceret,




Rediceret, de periculis in gra-uiora ſe perueniſſe diſcrimi-na. ¶ Strophadũ me littora.) Phineus rex fuit Arcadiæ. hic ſuis liberis ſuperduxit nouercam: cuius inſtinctu eos cæcauit. Ob quã rẽ irati dii ei ocu-los ſuſtulerunt, & adhibuerũt Harpyias, quæ quũ ei diu ci-bos abriperent, Iaſonẽ cum Argonautis ꝓpter uellus au-reum Colchos petentẽ ſuſce-pit hoſpitio: cui etiã ductorẽ dedit. Hoc ergo bñficio ille-cti Argonautę Zethum & Calaim filios Boreę, & Orithyię alatos iuuenes, ad pellandas Harpyias miſerunt: quas quũ ſtrictis gladiis perſequerent̃, pulſæ de Arcadia puenerunt ad inſulas quę appellabantur Plotæ. Et quũ ulterius uellẽt tendere, ab Iride admoniti, ut deſiſterẽt à Iouis canibus, ſuos conuerterunt uolatus: quorũ conuerſio .i. ſtrophe, nomen inſulis dedit. Quod Apollonius pleniſſime exequitur. Vt autẽ canes Iouis dicerentur, hæc ratio eſt: quia ipſæ furiæ eſſe dicũ-tur: unde etiam epulas dicuntur abripere, quod eſt furiarum, ut, Et manibus prohibent contingere menſas. Vnde & auari fin-guntur furias pati: quia abſtinent partis. Item ipſas furias eſſe paulo poſt idem teſtatur dicẽs, Vobis furiarũ ego maxima pan-do. Furias autẽ canes dici & Lucanus teſtatur: ut Stygiasq; ca-nes in luce ſuperna Deſtituunt. Et in ſexto Virgilius, Viſęq; ca-nes ululare per umbram Aduẽtante dea. Sane apud inferos fu-riæ dicuntur, & canes: apud ſuperos dirę & aues: ut ipſe in .xii. oſtendit. In medio uero, Harpyiæ dicunt̃. Vnde duplex in his effigies inuenitur. Has Virgilius tres dicit, Aello, Cypetę, Celę-no. Apollonius duas: quem in .xii. Virgilius ſequit̃: ut, Sunt ge-minæ

Ipſe diem, noctemq; negat diſcernere cœlo,
Nec memineſſe viæ media Palinurus in vnda.
Tres adeo incertos cæca caligine ſoles
Erramus pelago, totidem ſine ſydere noctes.
Quarto terra die primum ſe attollere tandem
Viſa, aperire procul montes ac voluere fumum.
Vela cadunt, remis inſurgimus: haud mora nautæ
Adnixi torquent ſpumas, & cœrula verrunt.
Seruatum ex vndis Strophadum me littora primum
Accipiunt. Strophades Graio ſtant nomine dictæ
Inſulæ Ionio in magno, quas dira Celæno,
Harpyięq; colunt aliæ, Phineia poſtquam
Clauſa domus, menſasq; metu liquere priores,
Triſtius haud illis monſtrum, nec ſæuior vlla
Peſtis, & dira deum Stygiis ſeſe extulit vndis.
Virginei volucrum vultus, fœdiſſima ventris
Proluuies, vncęq; manus, & pallida ſemper
Ora fame.

minæ peſtes. ¶ Ionio in ma-gno.) In magno mari Ionio. Et ſciendũ Ioniũ ſinũ eſſe im-menſum ab Ionia vſq; ad Si-ciliã: & hui⁹ partes eſſe Adriaticũ, Achaicũ, Epiroticũ. Ma-ria enim vel à prouinciis, vel ab inſulis, vel à ciuitatibus nomen accipiunt. Bene ergo In magno, quaſi in quo etiã alia maria ſunt. ¶ Harpyiæq; co-lũt alię.) Ergo & Celęno Harpyia. ¶ Nec ſæuior vlla peſtis, & ira deũ Stygiis ſeſe extulit vndis.) Vt pœna in ſtygiis. Et nõ dicit has de inferis natas, ſed peiores eſſe omnibus in-de procreatis. ¶ Proluuies.) Sordis effuſio. ¶ Vncæq; ma-nus.) Manus pro vnguibus poſuit: hoc eſt καμψόνυχας. ¶ Fame.) Veluti fame. Nam abundare dicit armenta. Aut re vera Fame: quã eis inferebat non inopia, ſed auaritia.

DONATVS.

¶ Sic ait, & cun. di. pa. ouã.) Dicto paremus aut Apollinis, aut certe Anchiſę qui illico ſenſerat ouantes. Quis enim non gauderet adempto labore ad ortygiam nauigandi, iterum ſe ad certa & optima venturum? ¶ Hanc quoq; deſerimus ſedem.) Sicuti Cretæ. Pau. q; re. Vela da.) Non voluntate cuiuſquam relictis ſed mortis neceſſitate remanẽtibus. ſupra enim dixit, cum lues contagionẽ deſcriberet. linquebant dulces animas, hoc eſt moriebantur. ¶ Poſtquam al. te. r. n. i. am. ul. Apo. t. cœ. v n. & v. p.) Copioſa deſcriptio, in qua vna & eadẽ res eſt dicta frequẽtius, diuerſa & ſplẽdida cõpoſitione verboꝝ. ¶ Tũ mihi cœruleus ſ. ca. a ſt. im. Nu. hy. q; fe. &c.) Egregie deſcripſit, q̃ nauigãtib⁹ accidũt, cũ vno ĩpulſu oĩa ſimul elemẽta turbant̃. In q̃ ipſa deſcri-

ptione

ptieſe & initium tenuit, & augmēta deſcripſit & finem. Quippe, Tum mihi cæruleus ſupra caput aſtitit imber, initium eſt. dehinc quæ conſequuntur oſtendunt angmenta violentiæ, noctem hyememq́ʒ ferens. ex his quoqʒ quæ exorta ſint enumerat breuiter. Inhorruit vnda tenebris, continuo venti voluunt mare, magnaq́ʒ ſurgunt Aequora, diſperſi iactamur gurgite vaſto. Agebantur enim non arte nauigandi, ſed qua diuerſoꝝ ventoꝝ flatus vrgebant. accedente etiā eo, quod ait, Inuoluere diē nimbi, & nox humida cœlū Abſtulit. ecce iā ſi poſſent, aliquid cōtra maiorē vim prouidere nō poterant. tulerant enim diem nimbi, hoc eſt remouerant lucem. nox quoqʒ humida obtentu nubiū abiurauerat ſidera, quæ viā in fluctibus monſtrant. Ingeminant abruptis nubibus ignes, hoc eſt crebræ fuerant coruſcationes, ſicuti fit cū eſt elementorū magna turbatio. Excutimur curſu, & cæcis erramus in vndis. Excutimur vbicunqʒ ponit Virgilius, nimiā facti neceſſitatē ſignificat, vt excutit̄ pronuſq́ʒ magiſter voluitur in caput. Itē excutior ſomno, & cæcis erramus in vndis, nō vndis cæcis ſed hominibus vndas ipſas nō videntibus, & qui nullo cū affectu rapiebant̄, erramus, inquit, pelago quia erat in latitudine vel maxime pelagi & plus currit q̄ neceſſe eſt, & inani labore cōſumpto ad deſtinata nō peruenit. Ipſe diē noctemq́ʒ negat diſcernere cœlo. Nec meminiſſe viæ media palinurus in vnda. Violentiæ ipſius mire concluſit augmenta, aſſerens tantā fuiſſe rerū cōfuſionem, vt ipſe Palinurus dies ageretur an nox euidenter pronuntiare non poſſet. quod autem ait, ipſe, hoc in pronomine vult intelligi, ipſe Palinurus peritiſſimus gubernator, ipſe qui regendoꝝ nauigioꝝ arte pollebat, ipſe qui vias in fluctibus & diligentiore cura rationē ſideꝝ nouerat. ipſe cuius magiſterio gubernatores cæteri regebātur. Apparet ergo, vt ſępius diximus in pronominibus eſſe plerūqʒ maximū intellectū. ipſum autē palinurū ducē fuiſſe cæterorū in pelago. alio in loco poſitū conſtat, quod dictum eſt, denſum palinurus agebat Agmen, ad hunc alii curſum contendere iuſſi. Treis adeo incertos cæca caligine ſoles Erramus pelago, totidem ſine ſidere noctes. Quarto terra die primū ſe attollere tandem Viſa aperire procul montes, ac voluere fumū. Deſcriptis oībus, quæ orta tempeſtas & aucta perfecerat, defectus eius & finis oſtenditur, cū addit. ¶ Vela cadunt, re. in. h. m. n. Ad. t. ſp. & c. u. &c.) Cōparationē fecit præſentis temporis & præteriti. in tempeſtate enim mare ipſos agebat inuitos ſicuti dixit, excutimur curſu. nunc ipſi qm̄ ventoꝝ ſucceſſerat quies, & fumus minui cœperat vaneſcente caligine, remis vndas vrgebant, vt ad littus procedere potuiſſent. Interea diligenti ratione tractandum eſt, vt oſtendamus poetā nō poſuiſſe contraria. fecit enim q̄onem quandam non attente legentibus dicendo, Ipſe diē noctemq́ʒ negat diſcernere cœlo. Inuoluere diem nimbi, & nox humida cœlū abſtulit, & ipſe dixit. Treis adeo incertos cæca caligine ſoles, Erramus pelago, totidem ſine ſydere noctes. Ipſe rurſum poſuit, Quarto terra die primū ſe attollere tandē Viſa. Quēadmodū igitur dierum colligi numerus potuit? ſi dies noctesq́ʒ diſcerni nequiuerat? poſſumus hunc locum hac ratione diſſoluere, vt dicamus poetā obſcuritatē aeris ventis ſæuientibus factam nimium ſatiare voluiſſe. cæterū qui fieri potuit per diei tempus ſic accidere tenebras, vt inter ipſas & verā noctem nihil intereſſet? memor tamen poeta ipſe. Treis adeo, inquit, cęca caligine ſoles, vt ꝓbaret fuiſſe in caligine aliquid lucis, quod dierum tēpora ſepararet à noctibus. Vel certe ſic intelligi pōt, dierum & noctiū numerus, quia dixit crebras fuiſſe coruſcationes, quę ruptis nubibus ſtellas poſſent demonſtrare vel ſolem. ¶ Seruatū ex vndis ſtrophadū m. l. p. Ac.) Nō vult videri perſeueraſſe malā fortunā, ſed nec in totū proſperā proueniſſe. procurauerat quippe, vt eos opulentū littus exciperet, quod proculdubio proſperū pleniſſime foret, ſi illis in locis Harpyiæ nō fuiſſent, quas poſt phinei caſum regiones ipſas occupaſſe cōſtabat. ¶ Strophades gr. ſt. no. d. In.) Me, inquit, inſulæ græca lingua nominatæ acceperunt. ¶ Quas dira celæno, ha. q́ʒ co. a. ph. p. Cl. d. &c.) Cum dicit Harpyiæq́ʒ colunt aliæ. Conſtat ꝙ etiā celæno Harpyia fuiſſet, & haberet cōſimiles alias. hæc, inquit, poſt phinei cauſam illa loca tenuerunt. ¶ Triſtius haud illis m. n. ſæ. u. Pe. & i. d. ſty. ſe. ex. u.) Propter vnā quæ illis multa aduerſa nuntiauerat, execrabatur oēs. nihil, inquit, peius ab inferis poteſt exoriri q̄ ſunt Harpyię, & dicit cauſas. ¶ Virginei vo. u.) Hoc nō eſſet monſtruoſum, ſi cætera cōuenirent. ¶ Fœdiſſima uentris Proluuies.) Ipſaꝝ. ſ. quæ nihil interioribus ſuis morari paterentur, effundunt, inquit, ſtatim, quicquid victus cauſa receperint. ¶ Vncæq́ʒ manus.) Armatæ ad rapiendum nō induſtria ſed natura. ¶ Et pallida ſemper ora fame.) Quaꝝ enim venter nō retinebat cibū, nō tantū nō ſatiabantur, ſed ſemper patiebantur famē, atqʒ ex ea pallor ſuccedebat. Cuncta hæc idcirco deſcribit, quia oīa ipſaꝝ dicturus eſt ſibi ac ſuis fuiſſe cōtraria.

ASCENSIVS.

¶ Sic ait, &c.) Docet vt agnito errore à Creta diſceſſerūt, vtq́ʒ ſub orta tēpeſtate duriſſima in Strophadas inſulas depulſi ſint, vbi Harpyias offenderunt ſæuiſſima monſtra: de quibus oībus dicit Donatus ſic. ¶ Dicto.) Vel Apollinis, vel Anchiſæ. ¶ Ouantes.) Et propter ereptū laborē, iterū in Delū enauigandi: & propter magnā ſpem propoſitā. Eſt autē hęc deſcriptio nauigationis: in qua eadē: res, ſæpius dicitur diuerſa, & ſplendida cōpoſitione verboꝝ. Tempeſtas autem egregie deſcripta eſt: quum vno pulſu, omnia ſimul elementa turbantur. In hoc & initium poſuit: vt Cœruleus ſupra caput. a. i. Et augmētum: vt, Noctē, hyemēq́ʒ ferens. Et quæ ſolent cōſequi ex huiuſcemodi rebus: vt, Inhorruit vmbra tenebris, Et continuo voluunt fluctus mare. & reliqua quę maximā obſtendunt violentiā, vt quāuis multum laborarent, tamen à curſu detorti, quo volebāt nō peruenirent. ¶ Ipſe.) Maximū habet intellectū. i. qui peritiſſimus eſſet gubernator, qui nauigādi arte pollebat, qui viā in fluctibus obſeruatione ſyderū norat. Deſcriptis autē oībus, quæ orta tēpeſtas, & cuncta perfecerat, vt finē oſtendat, addit. ¶ Vela cadūt.) Verum cōtraria videntur: ꝙ quū dixerit, Diem, noctēq́ʒ negat diſcernere cœlo: deinde addat, Tres adeo incertos cæca caligine ſoles. Quomodo enim hæc ſcire potuit, ſi nulla erat diſtinctio noctis & diei? Sed reſponde voluiſſe poetā obſcuritatē aeris, nimis ſatiare. Nā qui fieri potuit ſic accidere tenebras vt inter ipſas, & verā noctē nihil intereſſet: vel intellige dierū & noctium numerū diſtinxiſſe crebris coruſcationibus, quæ vel ſtellas, vel ſolē oſtēdere potuerunt. ¶ Seruatū ex vndis.) Nō perſeuerauit mala fortuna: ſed nec in totū proſpera prouenit. Nā in littus fertile venerunt, ꝙ fuiſſet feliciſſimum, niſi Harpyis eſſet occupatū. ¶ Triſtius haud.) Nō poteſt ab inferis triſtius quidq̄ʒ excitari, q̄ ſint Harpyiæ. ¶ Virginei volucrū.) Nō eſſet hoc monſtruoſum: ſi cętera eſſent ſimilia. ¶ Proluuies.) Nihil in īteſtinis morari patiunt̄: ſed ſtatim effundūt. Ergo nō ſolū nō ſatiabantur, ſed ſemꝑ fameſcebant. Inde pallor, ſic ille, & plura quę Seruius citat, vtpote de Harpyis, quod inuulnerabiles eſſent, quia ſtyge natæ vnde apparet Donati commentarios mutilos eſſe.

¶ Ordo eſt. Anchiſes, ſup. ait ſic: & nos cuncti paremus ouātes Ordo
. i. mediocri lætitia exultātes: dicto (ſic. n. legit Donatus) aut dictis. i. monitis eius, aut deoꝝ: & deſerimus quoqʒ. i. et. (q̄a prius Thraciā deſeruerāt) hanc ſedē. ſ. ciuitatē in Creta iam extructam: & damus vela, ſup. ventis: & hoc paucis relictis. qui. ſ. ciuitatem Pergameam incolerent: & incurrimus uaſtum æquor. i. mare: trabe caue. i. naui. Poſtquam rates. i. naues: tenuere altum. i. profundum mare, uti eſt in medio: nec ullæ terræ apparent iam amplius: &, ſup. cœlum apparet undiqʒ: & Pontus apparet undiqʒ. i. ab omni loco: non ab omni parte: tum. i. deinde aut paulopoſt, imber cœruleus. i. nubes cœrulei coloris denſa, & ſubnigra: ferens noctem. i. caliginem nocturnam: & hyemē. i. tempeſtatem pluuioſam, qualis hyberno tempore eſſe ſolet: aſtitit mihi ſupra caput: bene mihi ad id. ſ. quum prouidus eſſet heros animaduertenti: & unda inhorruit. i. facta eſt horrida: tenebris. i. propter tenebras. Venti uoluunt cōtinuo. i. perpeti motu, mare: & æquora magna. i. integrę conuolutiones aquarum: ſurgunt. i. oriuntur & eriguntur, & nos diſperſi iactamur: uaſto gurgite. i. impetu: & ingurgitatione: aut inuolutione aquarum maris. Nymbi. i. nubes pluuioſæ: inuoluere. i. implicuerunt, & inuolutum tenuerunt: diem. i. claritatem diurnam, aut ſolem: & nox humida. i. caligo pluuioſa, abſtulit. ſ. ab oculis noſtris: cœlum. i. aſpectum cœli. ignes. i. coruſcationes, & fulgura: ingeminant. i. multiplicant, ſup. ſe nubibus abruptis: ex quarum ruptura produci volunt tonitrua. Nos excutimur curſu. ſ. inſtituto: erramus in undis cæcis, ideſt tenebroſis, in quibus nulla patebat certa uia. Ipſe Palinurus: nautarum, uidelicet peritiſſimus: negat, ſupp. ſe poſſe: diſcernere cœlo. i. per inſpectionem cœli, quanuis aliquo indicio, aut duratione adhuc noſſet, diſcernere diem, & noctem: nec, ſup. nouit meminiſſe uiæ in media unda. Nos erramus, ſup. in pelago, ideſt mari. Tres ſoles. i. tantū temporis, quantum tres ſoles ſuper hemiſpherium noſtrum apparere ſolēt: adeo. i. omnino: incertos. i. dubios, an lucerēt necne: hoc ē, an dies, an nox eſſet, ſed poſtea nouerūt tres abiiſſe dies: incertos, dicit: cæca caligine. i. ꝓpter caliginem: & erramus totidem. i. etiam tres noctes: ſiue ſydere. i. apparitione cuiuuis ſyderis.

ſyderis. Terrã viſa eſt attollere ſe tandem quarto die. & aperire .i. denudare, & oſtendere procul montes: ac voluere fumum: vnde in Bucoli. Et iam ſumma procul villarũ culmina fumant. Vela cadunt: poſtquã .ſ. ſtricta erant: nos inſurgimus .i. in cumbimus, & innitimur remis vt ad terram appellamur: haud .i. non, ſupp. fit mora: & nautæ annixi .i. annitentes, torquent ſpumas, ex celeri curſu excitas: & verrunt cœrula: verrunt autẽ caudis: hoc eſt, gubernaculis nauium: littora Strophadum .i. illarũ inſularum, quæ duæ ſunt, non longe ab Aſteria: excipiunt me primum .i. primo tempore, & ante alias terras: ſeruatũ ex undis .i. a ſubmerſione: Strophades (inquit) ſtant dictæ: nomine .i. uocabulo Graio .i. Græco: nã ςροφὴ dicitur reuolutio, ſeu reuerſio, ut ſentit Ser. & ςροφᾶσ: hoc eſt, Strophas: Strophados, conuerſio: & uertigo, a uerbo Strophao, quod eſt, uerto, ſtant, dicit, exiſtentes inſulæ in magno ſinu Ionii maris) Inſulæ, ultimam corripit, non abiicit. corripit autẽ propter uocalem ſequentẽ: nam Ionio, quadriſyllabũ eſt.) quas, ſupple inſulas: Celæno dira .i. execrabilis, & fera peſtis: & aliæ Harpyię: ergo & ipſa Harpyia, ab ἁρπάζω, quod eſt, rapio: poſtq̃; domus Phineia, ideſt Phinei, regis Arcadiæ, eſt clauſa, ſupp. Harpyis, per Zetum & Calaim, ut Seruius recitat: & poſtquam ipſe liquere metu, non ergo ſponte: priores menſas .ſ. regis Phinei, quas prius polluerant: monſtrũ triſtius .i. dirius, & execrabilius illis .i. q̃ illæ: hoc eſt,

eſt, q̃ Harpyiæ ſint: haud .i. non extulit ſe undis Stygiis .i. infernalis illius lacus: nec ulla ſęuior peſtis: nec ulla ira deum .i. dira: nam Seruius ſupra dixit, ꝙ dira ſit deorum ira: aut ira .i. furia, aut peſtis, a deo irato producta, ſæuior, ſup. illis: non extulit ſe undis Stygiis. Vultus uolucrũ .ſ. Harpyiaꝝ, ſunt uirginei .i. quales uirgines habent: ſed proluuies uentris .i. lata aluus, aut ſordidũ effuſio, eſt fœdiſſima illis: & manus .i. ungues, ſup. ſunt uncæ .i. incurui: & ora ſunt ſemper pallida fame .i. uoracitate: quã quia nimiam habent, pallent auiditate non inedia. Vnde moleſtiſſime tulerunt uaccas ſuas a Troianis cæſas eſſe.

PIERIVS.

¶ Tres adeo incertos cæca caligine ſoles.) Vetera quædã exẽplaria ad kappaciſmum declinandũ dictionũ ordinem ita diſponunt: Tres adeo cæca incertos caligine ſoles. Ser. tamen cacephaton illud uidetur agnouiſſe. ¶ Erramus pelago, totidem ſine ſydere noctes.) In codi. aliquot antiquis, & totidem. In aliquot, totidẽ & ſine. Sed .n. magis placet ſi particula ea penitus ſubmoueatur, quę lectio eſt ẽt codicis Medicei. ¶ Ac uoluere fumum.) In Mediceo codi. ducere fumũ, legitur: propriũ tamen eſt fumi tortuoſe uolui ob craſſitudinem, dum cũ aere colluctatur. ¶ Me littora primum Accipiunt.) In ueterib. aliquot exemplaribus, excipiunt, legitur. Quia dixit, ſeruatum ex undis. Sed enim & accipere in hoc ſignificato nõ impropriũ: ut, Hinc Drepani me portus, & inlætabilis unda accipit.

Huc vbi delati portus intrauimus: ecce
Læta boum paſſim campis armenta videmus,
Caprigenumq; pecus, nullo cuſtode per herbam.
Irruimus ferro, & diuos, ipſumq; vocamus
In prædam, partemq; Iouem. tum littore curuo
Extruimusq; toros, dapibusq; epulamur opimis.
At ſubitæ horrifico lapſu de montibus adſunt
Harpyiæ, & magnis quatiunt clangoribus alas,
Diripiuntq; dapes, contactuq; omnia fœdant
Immundo, tum vox tetrum dira inter odorem.
Rurſum in receſſu longo, ſub rupe cauata,
Arboribus clauſi circum, atq; horrentibus vmbris.
Inſtruimus menſas, ariſq; reponimus ignem.
Rurſum ex diuerſo cœli, cęciſq; latebris
Turba ſonans prędam pedibus circunuolat vncis,
Polluit ore dapes, ſociis tunc arma capeſſant
Edico, & dira bellum cum gente gerendum.
Haud ſecus, ac iuſſi faciunt, tectoſq; per herbam
Diſponunt enſes, & ſcuta latentia condunt.
Ergo, vbi delapſæ ſonitum per curua dedere
Littora, dat ſignum ſpecula Miſenus ab alta
Ære cauo, inuadunt ſocii, & noua prelia tentant.
Obſcœnas pelagi ferro fœdare volucres.
Sed neq; vim plumis vllam, nec vulnera tergo
Accipiunt, celeriq; fuga ſub ſydera lapſæ
Semeſam prædam, & veſtigia fœda relinquunt.

SERVIVS.

¶ Delati.) Quod neceſſitatis eſt. Nã volũtate aliquo nõ deferimur: ſed venimus. ¶ Læta.) Pinguia. Nã in animalib⁹ in quibus cognoſci nõ poteſt ſenſus, lætitiã pingue corpus oſtendit: nõ mens, vt in hominibus. ¶ Caprigenũq; pecus.) Satis noue, & affectate. ¶ Per herbã.) Ordo eſt, nõ per herbam, ſed per cãpos in herbis videmus armẽta. ¶ Ipſumq; vocamus.) Ipſum .i. regẽ deorum, aut certe p̃datorem. hoc eſt, cui de pręda debetur aliquid. Nã Romani moris fuit, vt bella geſturi, de parte p̃dæ aliquid numinibus pollicerẽtur: adeo vt Romę fuerit vnũ templũ Iouis p̃datoris, nõ ꝙ prędę pręeſt, ſed ꝙ ei aliquid ex præda debeat. ¶ In partẽ prædamq;.) In partẽ prædę. ¶ Dapibusq; epulamur.) Dapes, deoꝝ ſunt: Epulæ, hominum. Bene ergo vtrunq; poſuit: nã & ſacrificiis & conuiuiis operam tribuunt. ¶ Opimis.) Pinguibus. ¶ Lapſu.) Celeritate: vt ſupra. ¶ Harpyiæ: (υι Græca diphthõgus eſt. Nã latina eſſe nõ poteſt: quia ne υ quidẽ habemus. ¶ Clangoribus alas.) Deeſt Cum: vt ſit, alas quatiebant cum clangoribus: vt, Atq; Ixionii vento rota conſtitit orbis, ideſt cum vento. Aliter Acyrologia eſt, ſi Clãgorem, dixit alarum ſonitum. ¶ Tum.) Praeterea: & deeſt Erat. ¶ Rurſum.) Ad illud ſolum pertinet, Inſtruimus menſas. Nam ante in ſpeluncis non fuerant. Et ſciendum hanc particulam interdum ſic poni, vt iteratum aliquid ſignificet: vt ſi dicas, Veni ad te mane, rurſum veni. Interdum ſine iteratione eſt: vt ſui apud te, rurſum veni: non ideo dicis rurſum, quia etiam primo veniſti, ſed qa illic fuiſti. ¶ Ariſq; reponimus ignẽ. ¶ Ecce quod dixit, In partem prædamq; Iouem. Sane ſciendum iteratione hanc fieri ſecũdum ritum ſacrorum. nam diſplicuiſſe prima ex prodigiis indicatur. Sunt autẽ hæ animales hoſtiæ, quæ tantũ immolantur, & caro ſacerdotibus proficit. Alibi tantum ſanguinem in aras fundi ſignificat; vt, Sanguinis & ſacri pateras. Alibi partem corporis: vt, Extaq; ſalſos Porriciam in fluctus. Alibi integras victimas: vt, Et ſolida imponit taurorũ viſcera flammis. ¶ Ex diuerſo cœli.) Ex ſecreto montium: ſubaudi Loco.

¶ Turba ſonãs.) Impetũ oſtẽdit. nam de tribus loquitur. Et alludit ad furias de quibus ait alibi, Vocat agmina ſæua ſororum. ¶ Prædã pedibus circũuolat vncis.) Aut circũ prędã volat vncis pedibus: aut intra volã amplectitur prædã. Vnde & inuolare dicimus, intra volã tenere. Vnde & pira quædã volema dicunẽ. ¶ Tectosq; per herbã Diſponunt.) Diſponunt & tectos faciunt. Sic & ſecreta cõdendo latere faciunt. ¶ Miſenus.) Bene Miſenum dicit tubicinẽ. Ipſe eſt enim qui dicitur filius fuiſſe Æoli: vt Miſenum Æolidẽ: quia conſtat ſonum omnem ex vento creari. ¶ Noua.) Mira. vt, Pollio & ipſe facit noua carmina. Nam nouum bellum non eſt, cuius extat exemplum. Hercules enim in monte Arcadię Stimphalo vicit Stimphalidas: vt Statius, Et æriſonum Stimphalum. Aut Noua ideo quia vulnerari nõ poterant. ¶ Obſcœnas. (Obſcœnę ſunt aues, quę canendo aduerſa ſignificant: vt paulopoſt, Infœlix vates. ¶ Pelagi volucres.) Quia dicuntur Ponti & Terræ filiæ: vnde in inſulis habitant, partem terrarum, partem maris tenentes. Alii dicunt eas Neptuni filias: qui fere prodigiorum omnium pater eſt, nec immerito. Nam ſecundum Mileſium Thaletem omnia ex humore procreantur: vnde eſt, Oceanumq; patrem rerum. Hinc ſit vt quotienſcunq; deſunt parentes: redeatur in generalitatẽ. Sic & peregrinos Neptuni filios dicimus: quorum ignoramus parentẽ. Alii autem dicunt Harpyias filias Thaumãtis & Electræ. ¶ Vim plumis vllam.) Naturale enim eſt, vt eludat ictum plumarum leuitas. Vnde & addit plumis. Nã quod Donatus dicit ideo eas fuiſſe inuulnerabiles, quia de Styge erant natæ, non probatur. ¶ Veſtigia.) Pedum ſigna.

DONATVS.

¶ Huc vbi delati portus intrauimus, ecce Læta boum pa. ca. ar. vide. Caprigenumq; pec. nullo cu. per her. Irrui. fer. & di. ipſumq; voca. In par. præ. q; Iouem.) Omnia, inquit, in vnum conuenerant, quæ nos illorum animalium armenta & greges inuadere prouocarent, diuerſitas generis, abundantia, pinguedo,

do,quam ingentes herbę procurauerant.cuſtos nullus,qui prohibere poſſet inuadẽtes.dedit autẽ diuerſa noĩa diuerſis animalium numeris, armenta quippe appellauit boues, pecora autẽ capras,vt oſtenderet nec boues pecora dici poſſe, nec capras armenta,mox ait exerere cœpimus ferrũ,mactare quantũ libuit. tantũ ſuperfuit copiæ,vt & noſtris vſibus alimonia ſupereſſet, & diis atq; ipſi ioui fieret portio, vt quod fiebat illicitum,eſſet nobis cõmune cũ ſuperis. ¶ Tum lit.c.ex.q; t.da.q; e.o.) Tacuit de apparatu epularũ,quẽ deſcripſit in.j.lib.de ceruis,illic enim clare dixit poeta,quia nulla neceſſitas quærebat breuitatẽ,hic, hoc eſt apud Didonẽ, colligenda narratio erat ꝓpter noctis tẽpus,& oĩum qui auditores aderant,requiẽ.dixit enim ſupra,& breuiter Troiæ ſupremũ audire laborẽ. Ergo cum dicit occidimus,& cœpimus epulari,oſtẽdit parato ordine ſuo,quæ mãdi potuiſſent.Extruimusq; toros, In.j.lib.dixit poeta „fuſiq; per herbã,quia laſſitudine & fame naufragi vrgebant, hic dicit extruimusq; toros, quia in magna copia herbarũ nihil magnum fuerat,congeriẽ ceſpitũ ſtruere,quibus diſcũbi poſſet & nõ magna properandi ad epulas neceſſitas vrgebat. ¶ At ſubitæ ho.la. de mo.ad.Ar.& m.q.clangoribus alas, Di.q; d.c.q; o.fo.I m.tũ u.te.d.in.od.) Venerunt arpyæ improuiſæ de montibus ſonitu alarũ horribilẽ metũ incutiẽtes,& quæ erant omni corpore immundæ,diripuerunt vncis pedibus oĩa, & ſuis cõtactibus polluerũt,& tetro odore oppleuerũt oĩa. ſic vocis execrabilis Troianos horruerunt ſono,vt eſſent proculdubio fugiendæ. ¶ Rurſum,in ſe.lo.ſ.r.cauata Arboribus clauſi cir.atq; h.u. In.m.a.q; re.ignẽ.) Deniq;,inquit,propter eiuſmodi deteſtabiles formas petiuimus ſucceſſus longitudine & denſitate arborũ tutos.quo facile (vt putabamus) adire nõ poſſent aut volare impeditæ ramis arborũ & vmbra ſyluarũ, & ſub caua rupe quo tutiores eſſemus nouauimus toros,& repetiuimus cibum, aris quoq; ignẽ reſtituimus hoc eſt iterũ ſacrificauimus. ¶ Rurſum ex di.c.c.q; latebris &c.) Nihil, inquit, profuit oĩa prouidiſſe.nã per inſperatas cœli partes & occultas latebras rupiũ quicquid appoſitũ fuit vncis pedibus rapuerunt.vncis dixit tenacibus,quia quę recta ſunt aliquid tenere nõ poſſunt. ¶ Polluit ore dapes.) Ne reliquę remanentes in vſus hoĩum proficerẽt, ore,hoc eſt,quod vitium etiam in ore haberet,polluit dapes. ¶ Sociis tunc arma ca. Edico,& d.b.cũ gente ge.) Deficiente,inquit,induſtria & mutatione, iubeo ſociis arma capiant, ut cũ dira gente bellũ gereremus,addendo dira gẽte, excuſauit crimẽ violentiæ, quã Celæno faciens pro cauſa ſua pleniſſime proſecuta eſt dicens,Troianos perſecutores innocentium arpyiarũ. ¶ Haud ſecus ac iu.fa.) Illi inquit nõ aliter fecerũt ac iuſſi.iuſſi verbũ eſt nõ participiũ. ¶ Tectosq; per h.Di.e.& ſc.la.co.) Scilicet & vt inſidias arpyiæ nõ viderent.hic quoq; narrandi cõpendio vſus eſt.ſolũ.n.gerẽdum cũ arpyis bellũ ꝓdixerat ſociis , & arma caperent.non tamen,vt hæc contegerent herbis, ſed illi fecerunt ingenio ſuo,ſapientibus enim locutus fuerant.

ASCENSIVS.

¶ Huc vbi,&c.) Docet quomodo ab Harpyis infeſtati fuerant: & quomodo illas primũ armis depellere: & tandem ne quidq̃ flectere parauerant: de quo dicit Donatus ſic. ¶ Ecce læta boũ.) Omnia conuenerant,quibus illa inuadere cuperemus. Diuerſitas generis abundantia pinguedo ex copia herbarũ. ¶ Et diuos.) Vt quod fiebat,illicitũ eſſet nobis cõmune cũ diis. ¶ Tum littore curuo.) Tacuit de apparutu epularum, quẽ deſcripſit in.j.de ceruis. Ibi enim nulla neceſſitas exigebat breuitatẽ: hic autem quia propoſuerat,Et breuiter Troiæ.ſ.a.l.& propter noctis tẽpus,in quo auditores quærebãt quietẽ,erat properandũ. ¶ Extruimus.) In.j.dixit, Fuſiq; per herbã,quia laſſitudine,& fame naufragii vrgebant.hic dicit, Extruimusq; toros, qa in magna copia herbarũ,nõ fuit magnũ cõgeries ceſpitũ ſtruere: quibus diſcumbi poſſet: & nõ magna properãdi ad epulas,neceſſitas vrgebat. ¶ At ſubitæ.) Res omnino abominabilis,inſultus, improuiſus. ¶ Clangoribus alas.) Sonitus alarũ: vnde metus,cõtactus fedus,odor teter fugiẽdas faciebat. ¶ Rurſum.) Antrũ,& remi volatum Harpyiarum impedire poterant. Ibi igitur ſecuriores dapes,& ſacrificium reſtaurarunt: ſed fruſtra: nã per inſperatas cœli partes,& occultas latebras venerunt, & cibũ rapuerũt: & quidquid reliquerant,ore polluerũt.Ergo deficiente induſtria, fuit neceſſitas vt ad vim recurreremus. ¶ Cum dira gente.) Excuſat crimen violentiæ,quã Celæno faciens, pro cauſa ſua pleniſſime exequitur. ¶ Iuſſi.) Verbum eſt, non participium. ¶ Diſponunt enſes.) Breuiſſima fuit narratio,in qua ſolum videt, & bellum eſſe gerendum; & propterea arma capiunt.At illi quãq; non iuſſerat,induſtria ſua, capta arma occultarunt. Sapientibus enim loquutus fuerat. Hęc ille.

¶ Ordo eſt. Vbi.i.poſtquam: nos delati.ſ.neceſſitate: huc.i.in has Harpyiarũ inſulas, intrauimus portus: ecce quaſi de repente,& ex inſperato: nos videmus armenta boũ, læta.i.pinguia: errare.i.errando paſci,paſſim.i.vbi libebat.quia impune, & per ſingulos paſſus: & pecus caprigenum vt ſit Caprigenus, caprigena, caprigenum: aut, caprigenum,pro caprigenarũ.i.à capris genitorum: hoc eſt,caprorum & caprarum,ſed plurimi cenſent ſingulare eſſe, ſicut & alienigenum,& aduenum olim dicebant: nec eſt (inquit Landinus) vocabulum fictum à Virgilio, quũ apud Actium in Philoctete legatur, Caprigenum trita vngulis. ſed illic genitiuus videtur.) videmus,dico,errare per herbã.i.per paſcua,nullo cuſtode.i.cuſtodiente: aut,nullo exiſtente cuſtode. Nos irruimus.ſ.in gregẽ, & armenta ferro.i.telis ferreis,aut ferratis: & vocamus diuos, & ipſum Iouem: in prædam.i.prędationẽ: & partem.i.participationem prædæ.aut in prædam,& partem: pro eo quod eſt, in partem prædæ. Moris enim erat Romanis, exituris ad prædam,vt Ioui prædatori partem vouerent, vt Liuius docet: & Seruius recitat tunc.i.deinde obtenta prẹda: noſq;.i.ſimul: extruimus toros.i.lectos diſcubitorios, forte ex intortis herbis, & epularũ opimis dapibus. At Harpyiæ adſunt ſubitę lapſu horrifico.i.labentes horrifice de montibus, aut adſunt de mõtibus cum horrifico lapſu: & quatiunt alas,ſup.cum magnis clangoribus: hoc eſt,concomitantibus clangoribus: & diripiunt.i.in diuerſum trahẽtes rapiunt: dapes.ſ.noſtras: & fœdant omnia immundo contactu: tum.i.deinde,ſup.auditur vox dira intra tetrum odorẽ. & ita quinq; ſenſus noſtros offendebant: viſum, quia erat eis immundus attactus: auditum, quia vox dira: olfactum,quia teter odor: guſtũ,quia omnia fœdãt, vt amplius nõ guſtemus: tactum,quia contactu fœdant. Nos clauſi circũ.i.per circuitum arboribus,atq; vmbris horrentibus,aut denſis,quæ aliis horrorem incutiant: aut ex horridis,hoc eſt,hirſutis, & ſpinoſis ramis prodeũtibus, inſtruimus rurſum menſas in ſeceſſu longo.i.loco ſecreto: in quem ſecedere.i.ſeorſum à conſpectu aliorum cedere potuimus: ſub rupe cauata, ita vt non pateret adytus niſi per introitũ,quẽ arboribus & ramis obſtruxerunt: & nos reponimus aris ignem.i.rurſus libamus & ſacrificamus diis,quos in partẽ prædę inuocaueramus, & turba.ſ.harpyiarum: volans.ſ.cum turbine,& impetu: rurſum,ideſt iterum: ex diuerſo.i.diuerſis partibus: cœli,ideſt aeris: latebris cęcis.i.obſcuris: circũuolat.i.aut vola circumplectitur: pedibus.i.vnguibus: vncis.i.incuruis,aut volat per circuitũ: &,ſupp.polluit dapes ore. Ego edico.i.impero ſociis tunc, vt,ſup.capeſſant arma & edico.i.ſignifico eis bellũ gerendũ,ſup.eſſe, cum gente dira .i.genere animãtiũ feroci & crudeli: &,ſup.ſocii faciunt: haud, ideſt nõ: ſecus.i.aliter: ac.i.q̃ ego iuſſi, ſm Donatum.alii dicũt, q̃ iuſſi,ſup.erat: q;,pro &: hoc eſt, & inſuper vltra id quod iuſſeram, ipſi diſponunt: per herbam enſes tectos.i.abſtruſos, vt adoriantur: & condunt.i.abſcondunt herbis: ſcuta latẽtia.i.occulta, & quæ occultando latere faciebant. Ergo vbi Harpyiæ, ſupple,delapſæ.i.deorſum lapſæ, de rupe,videlicet: dedere ſonitum per curua littora Miſenus, tubicen ille peritiſſimus, vt in.vj.dicetur, Ære ciere viros, cantuq; accẽdere Martẽ dat ſignum.ſ.bellicũ,aut ineundi belli: cauo ære.i.tuba aut lituo: ab alta ſpecula.i.loco editiore, vnde ſpeculabatur opportunitatẽ inuadendi: ſocii inuadunt.ſ.Harpyias, & tentant noua.i.inſolita, prælia.ſ.fedare: ferro.i.trucidare, aut dilacerare obſcœnas volucres: pelagi,ideſt circa pelagus verſari ſolitas: ſed neq; accipiunt vllam vim plumis: neq; accipiunt vulnera tergo (Donatus,cauſam aſſignãs, dicit inuulnerabiles fuiſſe, quia natę ſunt de ſtyge,& imbutæ aquis Stygis: dicunt enim Stygis aquas eã virtutem habere: ꝙ in Achilleide Statiana, Thetis docet, quæ filium ſuum Achillẽ inuulnerabilem reddidit, præterq̃ in plantis quibus eum tenuit dum intingeret: Seruius tamen dicit Donati ſententiam non approbari.) & ipſæ lapſæ.i.labentes: ſub ſydera.i.in ſublime: fuga celeri.i.celeriter aufugiendo: relinquũt prædam Semeſam.i.ſemiuoratam: & veſtigia.i.indicia vnguiũ ſuorum,feda.i.obſcœna & turpia.

PIERIVS.

¶ Nullo cuſtode per herbã.) In antiquis aliquot codicibus, ꝑ herbas,numero multitudinis legit: ꝙ parui tamẽ momẽti eſt. ¶ Vocamus in prædã,partẽq; Iouem.) In pleriſq; peruetuſtis cod.dictionũ ordo mutatus eſt in hunc modum, in partẽ,prædamq;. Et hanc lectionẽ agnoſcit Seruius. ¶ Quatiunt clangoribus alas.) Antiqui nõnulli codices,plangoribus,legunt: hoc eſt

alarum

alarum quaſſationibus ſtrepitum cientibus. Nam clangor diuerſum quid ſignificat, niſi velimus intelligere additas etiam voces horribiles alarum ſtrepitui, vt vtroq; modo territaret. Quod tamen alioꝝ iudicio relinqmus. ┌ Rurſum in receſſu longo.) Quod in cod. pleriſq; veteribus legere eſt, Rurſus in ſeceſſu, & ita inferius, Rurſus ex diuerſo, nō ita abſurdū eſt, vt non ſuos fautores habeat, aliiq; pedem amphimacrū, quo ét alibi vſus ſit poeta noſter, eſſe cōtendunt: alij colliſioné ex u, &, s, fieri, vt alias nōnūq;. tametſi nō ſum neſcius veteres quoſdam grāmaticos negare, rurſus, per s dici, ſed rurſum per m, vt iterū ꝓferri debere, cui quidē opinioni ita adhęreſcunt, vt illud etiā, Rurſus ad oraculum, ſuperius habitum rurſum, abſq; ecthlipſi legi contendant. Sed video apud doctos hęc iā ex vſu receſſiſſe, pauciſſimoſq; eſſe, qui veterū huiuſmodi figuras ferre poſſint. ┌ Turba ſonans prædam pedibus circunuolat vncis.) In anti. aliquot exemp. ſublata dictione, prædā, legere eſt, Turba ſonās pedibus ſubito circunuolat vncis: quod itidē ſuperius dixerat. Sed .n. mihi magis placet legere, prędā, vt & rē, qua dolebāt, tangat: & varietur verſus, ne in Homericum τὸν δ' ἀπαμειβόμενος recidat. ┌ Tectoſq; per herbam.) In antiqs aliquot exēplaribus, per herbas, legitur plurali numero. Sed hoc parui eſt momenti.

Vna in præcelſa conſedit rupe Celæno
Infelix vates, rupitq; hanc pectore vocem.
Bellum etiam pro cæde boum, ſtratiſq; iuuencis
Laomedontiadæ, bellúmne inferre paratis?
Et patrio inſonteis Harpyias pellere regno?
Accipite ergo animis, atq; hæc mea figite dicta,
Quæ Phœbo pater omnipotēs, mihi Phœbꝰ Apollo
Prædixit, vobis furiarum ego maxima pando.
Italiam curſu petitis, ventiſq; vocatis,
Ibitis Italiam, portuſq; intrare licebit,
Sed non ante datam cingetis mœnibus vrbem,
Quàm vos dira fames, noſtræq; iniuria cædis
Ambeſas ſubigat malis abſumere menſas.
┌ Dixit, & in ſyluam pennis ablata refugit. ÆNEAS
At ſociis ſubita gelidus formidine ſanguis
Diriguit, cecidere animi, nec iam amplius armis.
Sed votis, precibuſq; iubent expoſcere pacem.
Siue deæ, ſeu ſint diræ, obſcœnæq; volucres.

SERVIVS.

❡ Infelix vates.) Nuntia infelicitatis, vt Homerus μάντι κακῶν. ┌ Rumpit vocem.), Cū indignatione loqtur: vt, Quid me alta ſilentia cogis Rumpere? Et notandum (vt ſupra diximus) Rumpit vocem. ┌ Laomedōtiadę.) Perfidi: à rege natum opprobrium, qui deos fefellit. ┌ Patrio regno.) Neptunio. ┌ Accipite ergo) Quia nos bellis appetitis: ac ſi diceret vt futuram famem iam nūc poſſitis timere. ┌ Quæ Phœbo pater omnipotens.) Tribuit authoritaté, ne poſſint à ſe dicta contemni. Simul notandum, Apollinem, quę dicit, à Ioue cognoſcere. ┌ Phœbus Apollo.) Purus, impollutus: & eſt Apollinis fixum antonomaſium, quod alij dari non pōt. Nam ſunt alia cōmunia, vt pater oīpotens. ┌ Furiarum maxima.) Adeo ipſæ ſunt furiæ, vt& vnum epitheton habeant, & cauſis cōſentiant. Nam ait de Tiſiphone, Furiarum maxima iuxta Accubat: & manibus prohibet contingere menſas. quod ét hæ faciunt, & ferentes Troianis famé & prenuntiātes. ┌ Italiam curſu petitis.) Ex his quę norunt, fidem dicendis accommodarunt. ┌ Quàm vos dira fames.) Vt Varro in ſecundo diuinarum dicit: oraculum hoc à Dodonęo Ioue apud Epirum accęperunt: quod modo dixiſſe fingit Harpyias, & tn̄ colorate tangit hiſtoriā dicendo, Quę Phœbo pater oīpotens. ┌ Noſtræq; iniuria cedis. Iſta mētitur. Nā iminēs Troianis fatalis eſt fames. ┌ Ambes.) Vndiq; eſas: hoc eſt rotundas. Maiores enim has habebāt in honore deorū: paniceas. ſ. ┌ Refugit.) Nō metu (nec enī minātibus cōgruit) ſed ne poſſet placari. ┌ Nec iā amplius armis.) Subaudi vſi ſunt. Nec. n. pōt eſſe ab inferioribus zeugma: quod plerunq; fit, vt & per omnia vnus ſermo ſufficiat: vt, Troiugena interpres diuum, qui numina Phœbi, Qui Tripodas Clarij lauros: qui ſydera. per oīa ſentis intelligis. Plerunq; aliud ſubaudit̄: vt hoc loco. Item, Diſce puer virtuté ex me, verūq; laborem: Fortunā ex alijs, Subaudis opta. Nā fortuna nō diſcitur. ┌ Sed votis pcibuſq;.) Duplici ratione placātur numina: aut votis, aut precibus. Vnde eſt, Iunonis magnæ primū prece numen adora. Item, Iunoni cane vota libens. ┌ Iubent.) Volunt: vt, Infandū regina iubes renouare dolorem. ┌ Siue deę.) Quia diuinant. ┌ Obſcœnęq; volucres.) Quia in his ventris cernebant proluuiem. Bene aūt etiam ſi aues ſunt, eas eſſe dicit placādas, ꝓpter peſſima omina.

Ordo.

DONATVS.

❡ Vna in præcelſa con. rupe celæno &c.) In præcelſa rupe, quoniam viderat parari armorum violentiam. ┌ Bellum etiam. p. c. b. ſt. q;. iu. Laomedontiadæ. b. ne in. paratis?) Inuectio, quā oportuit non habere principia, fuit enim iraſcentis. Cū vos, inquit, nobis pœnas pro illata violentia debeatis, facitis more generis veſtri, vt prouocetis bello paterna poſſidentes, & ferro inoxias appetatis. iratę inuectio breuis extitit, licet in ipſa breuitate oīa teneantur. nam aſſeruit perſonā ſuā, dicendo ꝙ eſſent innoxiæ. deformauit aduerſarioꝝ partem, appellādo Laomedōtiadas, quod nomen ꝓ cōuitio poſuit. dixit ipſam cauſam iuuēcos. ſ. ſtratos ꝓ cęde. & hoc genere ꝓpoſuit inuaſionis crimen. dixit ét criminis ipſius augmentū, vt poſt impletam in armenta & greges violentiā ét de expugnatione dominarum ac nece cogitaſſe videant̄. in ipſa quoq; ſignificatione iuuencorum multum oſtendit doloré fuiſſe.

fuiſſe. plurimum enim differt ſi ſpecies iuadatur, cum ſit meritum nullum, aut maioré habeat deprecatio vtilitatem, dixit inſontes, quid iniquius ꝙ̄ perſequi bene viuentes? & eas, quæ nihil priores inciuile tentaſſent, quę ꝓprium contra iproſperitatem defendere cuperét? addidit, ┌ Et patrio harpy. in. p. r.?) Hęc definitio admiſſi eſt. factum enim nō fuit, quod obiecit, ſed definiendo quid factum ſit pro facto tenet, quod fuerat cogitatū. quid eſt enim armenta & greges inuadere? quid armare iuuentutem? niſi gradatim ad id tendere, vt eriperent alienum imperium nō male quęſitum, ſed relictū à parentibus? quod autem deeſſet vltor admiſſi, ipſa pro vltione ingerit, quod eſſet præſenti pœna grauiſſimum. quid enim eſt inſtanti ſupplicio peius, ꝙ̄ diu expectare quod metuas? quid ſæuius duriuſq; tormētis, ꝙ̄ gerere pectore quod animum diuturna expectatione torqueat? & omne corpus affligat? ┌ Accipite ergo. a. atq;. h. m. fi. di.) Accipite, inquit, quod mentes veſtras affligat, atq; animis hæc mea dicta figite, hoc eſt, quæ infixa vos vulnerent & excrucient cōpetenter. verumne in cōtemptum venirent, quæ fuerant dicturæ, dat illis authoritatem venientem veluti ex præcępto Iouis, & Apollinis iuſſu, quod eo credibile videri Troianis potuit, quia cum rurſum nauigare ad Apollinis oraculum vellent, dijs penatibus nuntijs futura didicerunt. ┌ Ait ergo. Quæ. p. p. om. m. p. A. Prædixit.) Prædixit bis accipitur, vt ſit, quæ Phœbo pater omnipotens prædixit, mihi Phœbus Apollo prædixit. ┌ Vobis furiarū ego. m. p.) Non mea ad vos ſed magnorum deorum anthoritate veniens pando. hoc genere dedit, & ſuæ perſonæ aliquā poteſtatem dicendo, maxima ſum furiarum, digna ꝓculdubio, per quā triſtia mandarent̄. vt autem in hoc quod contrarium fuerat, & illis ad pœnam proficiens facilius crederent, proſpera iunxit aduerſis, dicēdo. ┌ Italiam curſu petitis, ventiſq;. v. Ibitis Italiam p. q;. in. li.) Hęc Troianis fuerant optanda, ſed contraria nouiſſime poſuit, vt de ſuperioribus ꝓſperis crederentur, & ſumerent fidem. ſequitur enim. ┌ Sed non ante. da. cing. mœ. vr. Quam vos dira fames, noſtræq; iniuria cędis. Ambeſas ſubigat. ma. abſume. m.) Vt neceſſitate famis diræ, hoc eſt crudeliſſimæ atq; grauiſſimę, non remedio licito ſed ſacrilegio ſubuenirent. has. n. menſas dixit, quę ex frumento cōfectę dijs penatibus conſecrantur. ſed hoc genus pœnę potuit videri ab vltione harpyiarum eſſe diſcretum, addidit celæno, noſtręq; iniuria cędis, vt Troiani ſcirent, velut merito harpyiarum inultum non fore, quod fecerant. ┌ Dixit & in. ſ. p. a. refugit.) Dixit talia, & refugit in ſyluas, nec apparuit poſtea. ┌ At ſociis. ſ. g. f. ſ.) Diriguit. Repentina, inquit, infecta formidine ſociis meis diriguit ſanguis, hoc eſt de vigore ſuo pulſus eſt, & in frigus calore mutatus. ┌ Cecidere animi.) Fiducia ſuperior aīorum aduerſis debilitata nuntijs cōcidit. optime poſuit cecidere. non enim cadit niſi cui metus fuit in ſummo animi. igitur Troiani inſtructi ꝓſperis ex deorum reſponſo, cum ſublimes accidere aduerſis diis ſumpſiſſent. ┌ Nec iam amplius ar. Sed votis precibuſq; iu. ex. pa.) Vſqueadeo conciderant metu, vt affectu bellandi reiecto cenſuerint fundendas preces offenſis, & vota facienda, hoc eſt ſacrificia, quibus placere potuiſſent, & veniam dare. ┌ Siue deæ, ſeu ſint diræ obſcœnęq; volucres.) Nec co-

gitandum in tali cauſa, quæ eſſent authorꝫs dictorum talium, vel quale eſſet, ſed qualia dicta ſint conſiderandum, ſiue enim eſſent deæ, ſiue monſtruoſæ volucres, reſpiciendum non eſſe, dū modo fierēt ea, quibus iminentia mala remoueri poſſent.

ASCENSIVS.

¶Vna in, &c.) Recitat quæ ſubſequuta ſunt reliqua vaticinium, videlicet, Dirum Celænus Harpyiæ, & furię, ac vatis futuram famem denunciātis, vt primum in Italiam peruenerint. de quo dicit Dona. ſic. ⸿Præcelſa ru.) Quia viderat parari vehementiā bell'. ⸿Bellū.) Inuectio quā nō oportuit habere principia. fuit. n. iraſcentis. Fuit breuis inuectio, ſed oīa continet: nā adſerit, perſonā ſuā innoxiā, deformauit aduerſa, appellādo Laomedōt. adas. Dixit, cauſam iuuencos ſtratos & ꝓpoſuit inuaſionis crimen. Dixit criminis augmentum, vt poſt violentiam in armēta, addit ꝙ de expugnatione domorum cogitauerint. Dixit inſontes: Dixit, factū, nō tamen factū fuit, ſed pro facto tenet, quod facere cogitarunt. Nam inuadere greges, armare iuuentutem eo tendit, vt eriperent alienum imperium. Non male quæſitum, ſed relictum à parentibus, vltio autem eſt, ꝙ diu expectent, ꝙ metuant. ⸿Figite.) i. quę infixa vos vulnerēt. Dat autem orationi authoritatem, quum veluti ex præcępto Iouis illa dicere demonſtet, & Apollinis iuſſu: & ſibi aliquam tribuit poteſtatem, quum dicit, furiarū maxima. Nam propter hoc digna videtur, propter quam triſtia nunciarentur. ⸿Italiam.) Hæc poſuit, vt ex ijs faceret fidem ſequentibus. ⸿Sed non ante datam.) Oſtendit ꝙ neceſſitati famis, non licito remedio, ſed ſacrilegio eſſent ſubuenturi. ⸿Menſas.) Nam menſas dicit, quæ ex frumento confectæ diis Penatibus conſecrantur: & ne hoc genus pœnæ ab vltione Harpyiarum diſcretum videatur, addit, Noſtræq; iniuria cædis. ⸿Cecidere.) Qui ſpe proſperorum fuerant in ſublime producti. ⸿Siue deę.) quaſi dicat non erat reſpiciendum, an deæ eſſent, an monſtruoſæ volucres, dummodo fierent ea quibus imminentia mala remoueri poſſent. ⸿Obſcœnas.) Aliqui putant dici, obſcœnum, ex ob, & cœnum: & dici à græco verbo, χραίνω, ideſt ſordidū reddo: vnde nos dicimus, inquino. ergo per œ diphthongum ſcribēdum eſſet. Alij volunt, ex ob, & cano: & tunc careret diphthongo. Varro tamen ait, ex ob, & ſcæna: & ſic haberet diphthongū, æ. Alii dicūt, obſcœnos, dici ab Oſcis, qui eſſent populi malis moribus. ¶Ordo eſt. Vna, ſcilicet Harpyiarum: Celæno, ſcilicet nomine: conſedit in rupe præcelſa, ideſt valde alta: exiſtens vates infelix, ideſt nuncia infelicitatis: & rupit, ideſt violēter expreſſit: pectore, ſcilicet ſuo: hanc vocem, ideſt hanc orationem. O Laomedontiadæ, ideſt à perfido rege denominati & inſtituti: paratis ne inferre bellum dicit, pro cæde boum, ideſt quia occidiſtis boues noſtros: & pro iuuencis ſtratis, ideſt quia proſtrauiſtis iuuencos noſtros, quaſi dicat vbi veniam precari deberent, & & damnum reponere: iniuriam maiorem inferunt: & paratis ne pellere Harpyias inſontes, ideſt quæ vobis priuſquam boues noſtros auferretis, nihil nocuimus regno patrio, ideſt paterno: hoc eſt, patris noſtri Neptuni, videlicet. Ergo quia hoc prætenditis, accipite & figite hæc mea dicta: animis, ſupple veſtris: hoc eſt, intelligite, & intellecta memoriæ commendate: vt quum aduenerint memineritis. Ego exiſtens maxima furiarum, ideſt dirarum: pando, ideſt manifeſto vobis, ſupple ea: quæ pater omnipotens, ideſt ſummus deorum Iuppiter prædixit Phœbo. (Ergo nec Phœbus futura ſcit, niſi à deo p̄didicerit) & quæ Apollo Phœbus, ideſt purus & impollutus (quod epitheton, quia per excellentiam Apollini competit, per ſe pro illo ponitur.) incipit autē à notis, vt fidem habeat ignotis. Vos petitis Italiam curſu, ideſt feſtina, licet ſæpe impedita nauigatione: & ventis vocatis. i. inuocatis in auxilium veſtrum: vos ibitis Italiam, ideſt peruenietis quidem in Italiam, & licebit, ideſt licitum erit: ītrare portus, ſupple italicos: ſed vos non cingetis ante, ideſt prius: vrbem datam, ideſt conceſſam vobis à dijs: non cingetis, dico, mœnibus prius quàm dira fames: & iniuria cædis noſtræ, ideſt in boues, & iuuēcos noſtros illatæ: ſubigat, ideſt compellat vos: abſūmere malis i. mandibulis: hoc eſt, comeſſe, aut deuorare dentibus: menſas, ideſt quadras panis, à metiendo dictas: quia ſuper illas ponitur obſonium: ambeſas, ideſt circunroſas: id autem eueniet in. vij. vt paulopoſt principium illic narrabitur. Dixit. ſ. Celęno: & ipſa ablata pennis. ſ. alarum ſuarum, refugit in ſyluas: ne plura ab ea repeterētur, aut vt ſe iratā ſignificaret. At, ideſt ſed ſanguis gelidus diriguit, ideſt rigidus & concretus factus eſt ſociis: ſubita formidine, ideſt propter ſubitam & inſperatam formidinem: animi. ſ. ſociorum: cecidere, ideſt labefacti ſunt: nec iam amplius, ſup. vſi ſunt, aut contenderunt armis: ſed iubent, ideſt Volunt: expoſcere pacem, ideſt veniam, votis & precibus ſiue ſint deæ, ſeu ſint diræ, & obſcœnę volucres. i. quęcunq; eſſent, quæ futura præſciebant & prædicebant.

PIERIVS.

¶Bellum ne inferre paratis.) In antiq. aliquot exemplaribus, affirmatiue non interrogatiue legitur, bellumq; īferre paratis, eloquutione eleganter continuante cum, & quod ſubſequitur, & patrio Harpyias. Diximus enim alias Home. & omnium apud Gręcos pręſtantium authorum eſſe, poſt τὲ addere καὶ. Quod & diligenter & frequenter admodum Virgilius imitatur. Quanuis nō negarim in interrogatione plus eſſe ponderis, & maiorem obiurgationis vim, quæ minas etiam tacite ſecum trahat, & confeſſionem criminis. Quare lectionem eam, Bellúmne: nequaquam immutarim. Quod vero in vulgaribus habetur exēplaribus, & patrio inſontes Harpyias, at lęue prætcriiſſem, niſi multorum veterum codicum conſenſu monitus eſſem ad vocalitatem facere, ꝙ in eis alio dictionum ordine legitur, Et patrio Harpyias inſontis pellere regno. Illud autem minime diſſimulādum, quod in Harpyiæ nomine ſcribendo, variant librarij, multi ſiquidem Seruiū ſequuti pene vltimam diphthongum ponunt impropriam, vt apud Græcos ſcribitur ἁρπυίαι. Quorum à ſententia lōge diuerſus eſt Soſipater Cariſius, qui negat i literā coalitam in diphthongum eſſe, υ literę præcedenti: ſed pro conſonante accipi debere. Syllabam. n. eo etiam (inquit) modo, poſitione longam fieri, ſi vocalem breuem ſequatur, i vice cōſonantis poſita, vt Harpyię. Quare ſi diligentiſſimo grammatico credimus in eo nomine, ię, vltima ſyllaba per tres literas erit enuncianda, quam alij in vnā tantum diphthongum puram, abire contendunt. ⸿Vobis furiarum ego maxima pando. In pleriſq; veteribus exemplaribus nō eſt pronomen in cōtextu: ſed ita legitur, furiarum maxuma pando. Sed pronomen illud & emphaſim habere, & ſententiā adiuuare, & numerum vocaliorem efficere videtur. ⸿Dixit & in ſyluam.) In codicibus pleriſq; vetuſtioribus, in ſyluas, legitur, numero multitudinis, vtcunq; parui hoc refert.

At pater Anchiſes paſſis de littore palmis  
Numina magna vocat, meritoſq; indicit honores.  
⸿Di prohibete minas, dii talē auertite caſum, ANCH.  
Et placidi ſeruate pios. ⸿Tum littore funem, ÆNEAS  
Diripere, excuſſoſq; iubet laxare rudentes.  
Tendunt vela noti, fugimus ſpumantibus vndis,  
Qua curſum, ventuſq;, gubernatorq; vocabant.  
Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos,  
Dulichiumq;, Sameq;, & Neritos ardua ſaxis.  
Effugimus Ithacæ ſcopulos, Laertia regna,  
Et terram altricem ſæui execramur Vlyſſis.  
Mox & Leucatæ nymboſa cacumina montis,  
Et formidatus nautis aperitur Apollo.  
Hunc petimus feſſi, & paruæ ſuccedimus vrbi.  
Anchora de prora iacitur, ſtant in littore puppes.

SERVIVS.

¶Paſſis.) Solutis. ⸿Numina magna.) Iouem, Mineruam, Mercuriū ſecūdum Samothracas. ⸿Meritos.) Congruos, ideſt expiatorios. vnde ſequitur. Dij ꝓhibete minas. ⸿Auertite caſum.) Bene etiam ſi contingat, caſum credit eſſe: non vltionem. ⸿Seruate pios.) Propter facta ſacrificia. ⸿Vētuſq;, gubernatorq; vocabāt. ⸿Honeſtius hac eloquutione ꝑ pluralem vtimur numerum, licet poſſit etiam ſingularis eſſe. ⸿Nemoroſa Zacynthos.) Inſulas Græciæ commemorat. ⸿Sameq;.) Cephalenię eſt iſta nam Samos in Aſia eſt. ⸿Effugimus.) Tranſimus celeriter ⸿Laertia regna.) Irriſorie: quū præmiſerit ſcopulos, vt, Immania ſaxa Veſtras Eure domos. ⸿Leucatę nimboſa cacumina mōtis.) Leucata mōs eſt altiſſimus in promontorio Epiri iuxta Ambraciam ciuitatem: quam Auguſtus Nicopolin appellauit victis illic Antonio & Cleopatra. Ibi & templum Actiaco Apollini conſtituit, & ludos Actiacos. Vnde nūc Virgilius, in honorem Auguſti, quæ ipſe fecit, dat eius origini. Nam Æneam illic dicit ludos celebraſſe: & alibi inducit Æneam promittentem templum Apollini; quod feciſſe conſtat Auguſtum: vt, Tum Phœbo & triuiæ ſolido de marmore




Ergo inſperata tandem tellure potiti,
Luſtramurq́; Ioui, votiſq́; incendimus aras,
Actiaq́; Iliacis celebramus littora ludis.
Exercent patrias oleo labente palæſtras
Nudati ſocii, iuuat euaſiſſe tot vrbes
Argolicas, mediosq́; fugam tenuiſſe per hoſtes.

marmore templũ Cõſtituam. ¶ Et formidatus nautis.) Aut ꝓpter aſperitatem locoꝝ, quia ſaxoſa ſunt: aut, vt quidam volunt, quia moris erat aliquem ei de nautis ĩmolari. ¶ Hũc petimus.) Occurrebat, Cur formidatum petitis? Ideo intulit Feſſi. ¶ Paruæ vrbi.) Ambraciȩ. ¶ Tellure potiti.) Potior & illa re dicimus, & illius rei: ſed ꝑ ſeptimũ in vſu eſt, per genitiuũ figurate ponitᷣ. Salluſt. Vt prius q̃; legatos videret, Adherbalis potiretᷣ. Legimus & ꝑ accuſatiuum: ſed vti nõ poſſumus. Terentius, Patria potitᷣ cõmoda. ¶ Luſtramurq́; Ioui.) Aut luſtramur .i. purgamur, vt Ioui ſacra faciamꝰ. Aut certe luſtramur Ioui .i. expiamur. Piaculũ .n. cõmiſſum fuerat tauro ĩ Thracia ĩmolato, vt diximus ſupra. & licet multa fuiſſent ſecuta ſacrificia: ĩtelligebatᷣ tamẽ adhuc numẽ iratum nõ deſinẽtibus malis. Sciendum ſane moris fuiſſe, vt piaculo cõmiſſo ludi celebrarentur. Nam quum Romani iracundia Matris deum laborarẽt, & eã nec ſacrificijs nec ludis placare poſſent: q̃dam ſenex ſtatutis ludis Circẽſibus ſaltauit: quæ ſola fuit cauſa placationis. Vnde & natum ꝓuerbium eſt, Omnia ſecunda ſaltat̃ ſenex.

¶ Actia littora.) Vt ſupra diximus, ꝓpter Auguſtum hoc dicit, qui illis ludos ſtatuit agonales. ¶ Patrias palȩſtras.) Palȩſtrȩ vſus primũ apud Atheniẽſes repertus eſt. Troiani aũt præter Dardanum & Teucrũ, ẽt ab Atheniẽſibus originẽ ducũt. Vnde & Mineruam colũt. Hinc eſt in ſecundo, Neu populum antiqua ſub relligione tueri. Antiqua, ab Atheniẽſibus tradita. Iliacis ergo, Atheniẽſibus. vnde Ilienſes didicerũt. ¶ Fugam tenuiſſe.) Feliciter nauigaſſe. Nã Tenere eſt implere, vt, Ni teneãt curſus .i. impleant. Et põt intelligi ſecundum cõmunem ſenſum, ob hoc eos luſtratos .i. expiatos ob hoc ſacrificaſſe, & ludos celebraſſe: quia hoſtiles terras proſpera nauigatione tranſierant.

DONATVS.

¶ At pater An. p. de. l. p. Numina magna vocat. m. q; .i. ho.) Omnibus locis Virgilius primas dat Anchiſæ cõſiliorum oĩum partes, ipſiq́; ſacroꝝ ſcientiam plenã fuiſſe cõmemorat. deniq; quid ſignificaret procedens ex capite Aſcanij flamma ipſe prodidit, & quemadmodũ Polydori piaculũ purgari potuiſſet ipſe mõſtrauit.

uit. ipſius conſilijs ſteterunt deſideria Troianorum. videamus & hic, & quid conſilij habuerit, quum omnes Troiani dicerent, Siue deæ. ſeu ſint diræ obſcœnęq; volucres, placãdas eſſe votis & precibus. Ille, inquit, ꝓuidētiſſimus nō ſecutus eſt errorem omnium, qui tractabant ſuperflua ne omiſſis veris obſequiis, facerēt ea, quæ inſtanti neceſſitati prodeſſe non poſſent, non rogat harpyiã, quam cōſtabat eſſe mōſtruoſam, nō rogat eã, quæ ſe aliorum iuſſiones pertuliſſe profeſſa eſt, nō rogat eam, quę authoritatem perferbat poteſtatis alienæ, rogabat, inquit, magna numina. ipſa enim placanda fuerant, quibus origo feralis nuntij dicebatur exorta. meritosq; ĩdicit honores. meritos debemus accipere nō delatos harpyis offenſis, vt cæteri dicebant, ſed dijs potiſſimum cōuenietes pro magnitudine petitionis & eorum perſona, qui vere fuerant rogandi. aut meritos ſecundum ĩteriorem ſacrorũ ſcientiã. vt enim deſideriorũ genera diuerſa ſunt, ita & vota deprecatonesq; diuerſę. Hæc igitur fuit eius vox, atq; hæc ſumma petitionis. ¶ Dij prohibete minas, dij. t. a. ca.) Ne celæno compoſita vel falſa ꝓpter iniuriam ſuã pertuliſſet. minas inquit. minæ. n. quanq̃; non habeant fixę alicuius ſententiæ definitionē, tamen etiam veritate ceſſante, ne omen facerent, petit minas prohiberi, nōnunq̃; enim accidunt, quę ab iratis optantur. dij talem auertite caſum, & ſi vere talis caſus imminet auertite. vt autem melius probemus, & incerta & certa eſſe potuiſſe, quæ dixerat celæno, atq; hoc Anchiſen recte noſſe, verba ipſa deprecantis conſideremus attentius. quũ diceret, dij ꝓhibete minas, oſtēdit nihil fuiſſe diſpoſitum. ſed ne oriretur, fauorē diuinum fuiſſe neceſſariũ, minas, inquit, ꝓhibete non ĩminens malum. talem aũt auertite caſum, vt ſi vere eſſet caſus eiuſmodi, qui potuiſſet exiſtere, auerteretur. ecce ſingula ſingulis dedit. ſupra dixit, prohibete, hic dixit auertite, vt prohiberet̃ naſci, quod nō erat, auerteret̃ vero quod credebatur ingruere. ¶ Et. p. ſ. pios.) Hoc eſt recte viuentes, & cultores veſtros deprecatione completa. ¶ Tum. l. f. Diripere, ex. q;. iu. la. rudentes.) Fugiēda enim illa fuerunt loca, in quibus nō homines, ſed execranda monſtra cōmorabantur. ¶ Tendũt vela noti, fu. ſpu. vn. Qua. c. v. q;. g. vo.) Dictis talibus oſtēdit, non fuiſſe nauigationem ad aliquã deſtinatam partem, ſed quę eſſet opportuna fugiētibus. fugimus, inquit, qua curſum ventusq; gubernatorq; vocabant, qui fugiens nauigat, eo tendit, quo duxerit ventus, gubernator quoq; quia aliud nō pōt, vento cōſentit. incipit iam deſcribere loca, quæ nauigãdo trãſiit. ¶ Iam medio apparet fluctu nemoroſa zacynthos, Dulichiumq;, ſameq;, & neritos ardua ſaxis.) Nōnullarum inſularum nō fuit neceſſe facere mentionem. iueniuntur enim eſſe ſuperflue, ſed ad neceſſarias venire nō potuit, niſi etiam illas narratio cōtineret. ¶ Effugimus ſcopulos ithacæ. l. r. Et terrã al. ſæ. exe. V.) Ecce peruenit ad eam reuera, quã ſe ac ſuos gratulabatur euaſiſſe. fuit enim hoſtilis, et quę Vlyſſem ſæuiſſimum nutriſſet. ¶ Mox & leucatæ. n. c. m. Et formidatus. n. a. a.) Videtur hæc cum aliqua ratione poſita, quia cũ eſſet formidabilis nautis, illic Troiani fatigationis neceſſitate cōpulſi cũ ponerēt, opportunam refectionem habuerũt, vſq; adeo vt his & facultas ſacrificandi dijs occurreret, & in honorē Apollinis, cuius tanta beneficia habuerunt ludis exercēdis, daretur occaſio. Iccirco poſuit. ¶ Ergo inſperata. t. t. p. Luſtramurq; Ioui &c.) Dictum eſt iam quę fuerit ludorum cauſa, dicit quoq;, quales ne ob luxuriã facti videantur, qa victis & male peregrinãtibus nō congruebat exercere vulgares & turpes. cauſa igitur celebrãdorum ludorũ fuit quę eſt ſacrificãdi. ¶ Iuuat euaſiſſe tot vrbes Argolicas. m. q;. fu. t. per. h.) Ac per hoc cōſeruatę ſalutis gratulatio fuit, q̄ hoſtiles vrbes magnitudine potētes & q̄; plurimas numero tuti ſecuriq; trãſiſſent. Ipſi quoq; ludi cōuenietes viris fortibus. ¶ Exercent, inquit, patrias. o. l. palęſtras. Nudati ſocij.) In illo ſpectaculo virtutis fuit artisq; certamē, nō tũc primum arreptum, ſed à parentibus traditum in Troia. Actiaq; iliacis celebramus littora ludis. In his littoribus quæ victores tenebãt, nos, ait, Troiani iliaco more ludos celebrabamus. tanta enim ꝓſperitas ſuffragata eſt, vt medios fugam tenuiſſet per hoſtes. ſine cuiusq̃; hoſtis impedimento curſum tenuiſſe, gratiſſimum fuit.

ASCENSIVS.

¶ At pater, &c.) Seruato decoro vbi ſocij rerum imperiti, diris illis vota & preces deſtinabant. Anchiſes magnis numinibus meritos indicit honores, ſciens, quod quæ Iuppiter promiſerat, minora numina impedire non poſſent. Peracto autem ſacrificio, mox nauem conſcenderunt: & per varias Græcię inſulas prętervecti, apud Leucatem montem in promontorio Eperi ludos celebrabãt: de qua re dicit Donatus in hunc modum. ¶ At pater Anchiſes.) Huic ſemper dat partes conſiliorum, & ſcientiam ſacrorum, ſic in flamma Aſcanij: ſic in piaculo Polydori: ergo & hic omiſſo errore aliorum, non rogat Harpyiam, quam conſtat eſſe monſtruoſam, & quæ aliorum iuſſiones pertuliſſe profitetur: ſed magna numina. Ipſa enim placanda fuerant, à quibus diri nuncii eſſet origo. ¶ Meritos.) Pro magnitudine petitionis conuenientes: vel meritos ſecundum interiorem ſacrorum ſcientiam. ¶ Dij prohibete.) Poterant hæc eſſe vera: & non vera, hocq̃e cognoſcebat Anchiſes: quod ex verbis eius apparet. Nam quum dicit, Dij prohibete minas: oſtendit nihil fuiſſe depoſitum, ſed prohibete (inquit) minas: ne oriretur fauor diuinus. ¶ Auertite caſum.) Vt ſi vere eſſet caſus eiuſmodi, qui potuiſſet exiſtere, auerteretur. Ergo ſingula, ſingulis dedit: ſupra dixit, prohibete: hic, auertite: vt prohiberetur naſci quod non erat. Auerteretur autem, quod credebatur ingruere. ¶ Formidatus.) Non fugerunt, quia feſſi indigebant refectione: & fuit occaſio vt ludos celebrarent in honorem eius dei, cui tantum debebant. Ergo, non luxus fuit cauſa ludorum egentibus & peregrinantibus, ſed gratulatio ſeruatæ ſalutis. Hæc ille. ¶ Ordo eſt. At, id eſt ſed: Anchiſes pater, ſcilicet meus: ſed honorificentius dicit, pater, abſolute, quam ſi dicat, pater meus, quia honoris gratia, videtur totius claſſis pater, ac patronus: vnde ſemper omnia ad eum referuntur, vocat, id eſt inuocat: de littore, in quo, ſcilicet erant magna numina non ergo Harpyias, quod indecorum fuiſſet: & hoc palmis, id eſt manibus: paſſis, id eſt extenſis, & ſolutis: & indicit honores. Meritos, id eſt congruos, & expiatorios: aut qui mereãtur expiationem: & ſupple dicit, aut vocat, dicens. dij prohibete minas, id eſt ne eueniant quæ minatur dira Celæno. O dij auertite talem caſum, id eſt tam diram famem: & vos placidi: ſeruate pios, id eſt religioſos & veſtri cultores, hoc eſt, Troianos: tum, id eſt deinde: poſt ſacrificia & preces, iubet diripere funem, id eſt retinacula nauium, ſupple ab littore, & laxare, id eſt explicare ventis: rudentes, id eſt funes velorum: & antennarum, excuſſos, id eſt extenſos: Noti, id eſt venti illi, tendunt, & implent vela: nos fugimus, id eſt celeriter auehimur, vndis ſpumantibus, ſcilicet ex ſulcatione celeri: fugimus dicit, ea qua ventus & gubernator vocabant curſum: Zacynthos illa Græciæ inſula, nemoroſa, id eſt ſyluoſa apparet iam, ſupple è medio fluctu: & Dulichium, & Same, & Neritos ardua ſaxis, quæ ſunt inſulæ Græciæ: è quibus Vlyſſes ſocios, in bellum Troianum adduxerat, ſupple apparet: nos effugimus ſcopulos Ithacæ, regionis illius, appoſitorie, ad contemptum: (Nam appoſitio, tribus de cauſis fieri ſolet: tollendæ, videlicet ęquiuocationis gratia: aut ſpecificationis: aut proprietatis attribuendæ: ea autem nunc laudem, nunc vituperium habet.) regna Laertia, id eſt in quibus regnabat Laertes pater Vlyſſis: & execramur, vt vulgo dicunt, maledicimus, & deteſtamur cum imprecatione malorum: terram altricem, id eſt nutricem, aut alumnam ſæui Vlyſſis. Mox & id eſt etiam: cacumina, id eſt ſummitates: nymboſa, id eſt in quibus iugiter ſunt nymbi, id eſt nubes & venti: Leucatæ montis candentis ſaxis (è quibus, qui ſe præcipitem in mare dederit, fertur liberari à nimio amore: vnde Sappho Ouidiana: Cur nunc non ignibus equis Vreris? Ambrachiæ terra petenda tibi eſt Phœbus ab excelſo quantum pater aſpicit æquor, Acteum populi, Leucatiumq; vocant. hinc ſe Deucalion Pyrrhæ, ſuccenſus amore, Miſit, & illæſo corpore preſſit aquas, Nec mora iuſſus amor tetigit latiſſima Pyrrhæ Pectora Deucalion igne leuatus erat. Declinatur autem Leucas, Leucatis: & Leucates, ſeu Leucata, Leucatæ) cacumina, inquam, Leucatæ, ſupple aperiuntur, id eſt apparent mox, per zeugma ab inferiore: & Apollo formidatus, id eſt templum Apollinis formidatum nautis: quia periculoſum eſt, eo ꝓpter ſcopulos accedere: aũt templum Apollinis formidati nautis, quia ei de nautis illic ſacrificium fiebat: aperitur, id eſt clare videtur: nos feſſi, id eſt defatigati: petimus hunc, id eſt templum huius Apollinis, etiam formidati: & ſuccedimus paruæ vrbi, id eſt in paruam vrbem, ſcilicet Ambrachiam: anchora iacitur de prora, puppes: ſtant littore, id eſt ad littus: quia obuertunt pelago ꝓras, qui in terram non tutam aduenïunt, & nos potiti tandem Tellure, inſperata. i. qua non ſperabamus potiri: luſtramur. i. expiamur: Ioui. i. in honorem Iouis: & incendimus aras votis, & celebramus littora Actiaca, ludis Iliacis. i. Troicis quos illic Auguſtus poſtea celebrauit, in cuius gratia hæc finxit poeta. Socij nudati exercent Palæſtris patrias. i. quales in patria exercere ſolebant: & hoc, oleo labente. i. eos lubricos faciente, aut defluente: vngebantur enim priuſq̃; Palæſtram inirent: & contra ventos, & vt lubrici elaberētur, nec comprehēderentur: iuuat. i. delectat eos,

ços,euaſiſſe tot vrbes Argolicas.i.Græcas:& tenuiſſe fugam per medios hoſtes ſcilicet Græcos.

PIERIVS.

¶ Fugimus ſpumantibus vndis.) In cod.aliquot antiquis, ferimur,legitur. Interpretes vero fugimus,agnoſcunt,quod feſtinationi apte cõgruit. ¶ Dij ꝓhibete minas,di talẽ auertite caſum.) Anti.aliquot cod.ꝓhibete nefas,& auertite peſtem legũt. Cuiuſmodi hemiſtichium habemus inferius de Cyclope. Sed minas & caſum:vt in Mediceo,& in vulgatis codicibus legitur oĩno melius eſt. ¶ Gubernatorq́; vocabãt.) Verbum id numero plurali ferẽ paſſim habetur in vulg.codi. Sed in antiquis aliquot vocabat, vt ꝓpinqori adhęreat. ¶ Nemoroſa zacynthos.) Vulgata pleraq; oĩa exemplaria,zacynthos,idiomate græco ſcribunt. Sed in antiquis nonnullis,zacynthus, Latino caſu ſcriptum eſt:delectat tamen caſus ille græcus in proprijs pręſertim nominibus. pręterea Probus in arte, eo capite quo agit de nominibus fœmi.gene. in os rectum terminantibus,& ablatiuum in o,in exemplũ ponit nomen hoc,zacynthos. ¶ Dulichiumq́;, Sameq́;,& Neritos.) Sunt codi.aliquot antiqui in quibus, Samosq́; legitur. Sed Same,alia.alia vero Samos,Seruio eſt.apud Homerum tamẽ,qua de nũc agitur,Samos ſcribitur,σαμόιοτε πεπαλοέσσησ, ὀδ.δ. Et in catalogo,de ijs qui Vlyſſem ſequuti ſunt,ἠδ᾽ οἱ σάμον ἀμφενέμοντο,itaq; Samos recte. ¶ Effugimus Ithacæ ſcopulos.) In antiquis fere omnibus legas,effugimus ſcopulos Ithacę,nempe quia tritimemeri timuerũt. At qui,niſi cæſuræ ſuam velimus authoritatem eſſe incolumen certe ἴωτα,vt græci tradunt,& Latini,vel in principio dictionis,etiam pro vocali collocata,vim habet producendi,præcedentem ſyllabam natura breuẽ:cuius rei exemplum ponũt ex.ἰλ.κ. Νέστορα δ᾽ουκ᾽ἔλαθεν ἰαχὴ πινόντα περ ἔμπης,ita illud,de quo ſupra,apud nos volunt,pectoribus inhians ſpirãtia cõſulit exta. Sed vtcunq; hæc accipiant,paſſim tamẽ obſeruamus tam Gręcos q̃; Latinos authores, cæſuris plurimũ tribuiſſe. In medi.autem codic.nõ tãtum eſt,Scopulos Ithacę,verum vna plus dictione legitur,& Laertia regna,magis tamen placet appoſitiue poſitum,abſq; &,copulatiua. ¶ Diri execramur Vlyſſis.) In Medi.cõd.Vlyſſei,vt Aiacis Oilei. ¶ Actiaq́; Iliacis.) In pleriſq; veterũ exemplarium cod.Accia, duplici cc, notatum inueni,& ita nomẽ proprium,Accius:quod victorinus per duo tt,Attium:vt Vettium:& huiuſmodi,quædam alia ſcribi debere cõtendit. Sed enim loco hoc,Actius,& Actiacus per ct ſcribendum. In nummo enim Auguſti diui,f, qua parte Apollo cum lyra ſpectatur,quũ literis à lateribus Impe.x.ſub pedibus dei,Act.hoc eſt,Actiacus,legitur. De ludis vero Actijs,Harpocration ait,Actia antiquos eſſe ludos,de qbus Callimachus meminerit in libro de certaminibus.

Interea magnum ſol circumuoluitur annum,
Et glacialis hyems Aquilonibus aſperat vndas.
Ære cauo clypeum,magni geſtamen Abantis,
Poſtibus aduerſis figo,& rem carmine ſigno,
Æneas hæc de Danais victoribus arma.
Linquere tum portus iubeo,& conſidere tranſtris.
Certatim ſocii feriunt mare,& æquora verrunt.
Protinus aerias Phæacum abſcondimus arces,
Littoraq́; Epeiri legimus,portuq́; ſubimus
Chaonio,& celſam Butroti aſcendimus vrbem.
Hic incredibilis rerum fama occupat aures,
Priamiden Helenum Graias regnare per vrbes.
Coniugio Æacidæ Pyrrhi,ſceptriſq́; potitum:
Et patrio Andromachen iterum ceſſiſſe marito.
Obſtupui,miroq́; incenſum pectus amore
Compellare virum,& caſus cognoſcere tantos,
Progredior portu,claſſes,& littora linquens,
Solenneis tum forte dapes,& triſtia dona,
Ante vrbem in luco falſi Simoentis ad vndam
Libabat cineri Andromache,maneſq́; vocabat
Hectoreum ad tumulum,viridi quem ceſpite inanẽ,
Et geminas,cauſam lachrymis,ſacrauerat aras.
Vt me conſpexit venientem,& Troia circum
Arma amens vidit,magnis exterrita monſtris
Diriguit viſu in medio,calor oſſa reliquit,
Labitur,& longo vix tandem tempore ſatur.

SERVIVS.

¶ Magnum Sol circumuoluitur annũ.) Antiqui tempora ſyderibus computabant,& dixerunt primum lunarẽ annũ triginta dierum, Vnde inuenitur vita in aliquibus nongentorũ annoꝝ.ſ.lunarium. Poſtea ſolſtitialis annus repertus eſt,qui xij.continet menſes. Mox maiore cura annum eſſe magnũ voluerunt omnibus planetis in eundem recurrẽtibus locũ. & hoc fit,vt ſupradiximus,ſecundum Ciceronis Hortenſiũ poſt annos.xij.milia nongentos quinquaginta quatuor,ſolſtitiales ſcilicet. Bene ergo nũc magnum addidit:ne lunarem intelligeres. Bene ſolis nomẽ, ne quia dixerat magnum,illũ planetarũ acciperes:de quo varia dicuntur & à Mentore, & ab Eudoxo,& à Ptolemęo,& ab ipſo Tullio. Nã in libris de deorũ natura,tria milia annorum dixit magnum tenere annum. ¶ Ære cauo clypeum.) Æris caui:vt, Pulchra prole. ¶ Abantis.) Penultima habet accentum: & hunc Abantem intelligamus occiſum cum Andregeo. ¶ Rẽ carmine ſigno.) Rem, votum, ideſt voluntatem. Et ſciendum carmen dici quicquid pedibus continetur. Nam & hic vnum verſum,carmen dixit:& in Bucolicis duos,vt Tumulo ſuperaddite carmẽ,Daphnis ego in ſyluis hinc vſq; ad ſydera notus,Formoſi pecoris cuſtos formoſior ipſe. ¶ De Danais victoribus.) Irriſio eſt.vt,Victoresq́; cadunt Danai. ¶ Arma.) Cõſecrauit,ſubaudis. ¶ Aerias arces.) Ideſt altas. ¶ Phæacũ.) Corcyram inſulam dicit ſitam inter Epirum & Calabriã,vbi regnauit Alcinous. ¶ Abſcõdimus.) Nauticus ſermo. Sane mira vſus eſt celeritate,vt ante abſcõditam q̃; viſam inſulam diceret. ¶ Portuq́; ſubimus Chaonio.) Vt, Subeũt muro. Nã ſi Chaonios legeris,difficilis eſt ſcanſio,non excluſo s. ¶ Buthroti vrbem.) Ideſt Buthrotium:vt Fontem Timaui. Hæc autem ciuitas eſt in Epiro,cuius pars eſt Chaonia:quæ ante Moloſſia dicta eſt. ¶ Incredibilis rerum fama.) Incredibilium rerum fama. Et bene non credit. Vnde & poſtea interrogat, Pyrrhin' cõnubia ſeruas? ¶ Patrio marito. Atqui Thebana fuit:ſed aut prouinciam pro patria poſuit,vt, Italiam quęro patriam. Item Salluſtius,Hiſpaniam ſibi patriam eſſe. Aut certe ſecundum ius locutus eſt:quia vxor,viri domicilium ſequitur. Iuncta ergo He
ctori,

ctori,facta Troiana eſt. Nã & ceſſiſſe,de iure eſt. Cedi enim hereditas dicit̃. ¶ Ceſſiſſe marito.) Cõſuetudinis regię fuit, vt legitimã vxorem nõ habentes,aliquam licet captiuam,tamen pro legitima haberent: adeò vt liberi ex ipſa nati ſuccederent. Pyrrhus hanc quaſi legitimã habuit: & ex ea filiũ Moloſſum ſuſcępit. Poſtea cũ vellet Hermionẽ Menelai & Helenę filiam Oreſti iam ante deſponſatam ducere vxorem, Oreſtis inſidiis,in templo Delphici Apollinis occiſus eſt. Verum moriens præcępit vt Andromache(quę apud eum cõiugis locum tenuerat) Heleno daretur ꝓpter ſupradictũ beneficium,quo eum à nauigatione ꝓhibuerat. Inde factũ eſt, vt teneret regnum priuigni,q ſucceſſerat patri:à quo Moloſſia dicta eſt pars Epiri,quã Helenus poſitam à fratre Chaone,quem in venatu.per ignorantiã dicitur occidiſſe, Chaoniam noĩauit:quaſi ad ſolatiũ fratris extincti. ¶ Progredior portu, claſſes, & littora linquens.) Hyſteron proteron in ſenſu:ante enim linquitur littus,& ſic à portu proceditur. Notandum ſane finitum eſſe verſum participio:quod rarum apud Latinos eſt,& apud Græcos vitioſiſſimum. ¶ Solẽneis) Legitimas,anniuerſarias. ¶ Triſtia dona.) Tale eſt illud, Quem ſemper acerbum, Semper honoratũ (ſic dij voluiſtis) habeo. ¶ In luco.) Lucum ( vt ſupra diximus) nunq̃; ponit ſine religione. Nam in ipſis habitãt manes piorum, qui lares viales ſunt: vnde in ſexto, Nulli certa domus: lucis habitamus opacis. ¶ Falſi.) Simulati. ¶ Maneſq́; vocabat.) Sacrificii inani ſepulturę cõciliabat manes Hectoreos:& bene in luco, vt diximus ſupra. ¶ Ad tumulum.) i.cenotaphion. ¶ Viridi ceſpite.) Herboſo. ¶ Geminas.) Vnam marito,alterã filio. Aut certe illud reſpicit,quia inferi pari gaudent numero. vt, Ecce duas tibi Daphni. Superi vero impari: vt Numero Deus impare gaudet. ¶ Monſtris.) Rebus inſperatis. ¶ Diriguit viſu in medio.) Dũ me cernit,obſtupuit. ¶ Calor oſſa reliquit.) Extimuit: vt, Soluuntur frigore membra.

DONATVS.

¶ Interea magnum ſol cir.annum.) Deeſt per.nam ſic eſſe debuit per magnum annum ſol circumuoluitur, plerunq; tamen &

deductis præpoſitionibus tenent locutiones integritatem ſuam. ¶ Et glacialis hyems.a.a.vn.) Ad felicitatem ſuam dicit pertinuiſſe, vt in ipſo loco diutius conſtitutus nihil hoſtile perſenſerit, eo vel maxime tempore, quo obſiſtente hyeme fuga nō poſſet euadere. ¶ Aere cauo clypeū, ma.ge.a. Poſtibus ad.fi.& rem carmine ſigno.) Laudando magnitudinem clypei, & eius præferendo virtutem, cui occiſo detraxerat ſpolia, ſe proculdubio laudat, quem conſtabat extitiſſe victorem. poſtibus aduerſis figo, vt venientiū oculis etiam cum non quæreretur occurreret, & à nullo conuelli poſſet & refixum auferri. ecce adijcit laudis ſuæ ſupplementū, dicendo & rem carmine ſigno. tantum, inquit, otij ſperati habuimus in hoſtilibus terris degentes, vt poſt omnem lętitiam ac ludorum celebritatem, poſt impedimenta hyemis impune tranſactę vacuum eſſet, & inſultaret victoribus, ſcutum figendo in foribus templi, & tale ſcribendo epigramma. ¶ Æneas hæc de Da.v. arma.) Magna breuitas tituli, ſed intellectus vberrima latitudo. Æneas poſuit, Æneas ſcripſit, quod fuit ex aperto memorabile, ad illa eum loca venire potuiſſe tutum illic fuiſſe, vbi fuerat periculum manifeſtum habuiſſe arma ſublata victoribus, & in ipſorū ſedibus eadē oſtētationis cauſa poſuiſſe, addidiſſe quoq; epigrama quod teſtaretur ſcribentis gloriā, & eorum qui ſuperiores receſſerant, ludibria demōſtraret. quū aūt dona huiuſmodi apud ſe victores conſecrare ſint ſoliti, Æneæ fortunæ proueniſſe, aut apud victores arma ipſis reparata atq; erepta victoribus publice collocaret. ¶ Linquere.t.p.i.&.c.t.) Hoc facto, quoniam vlterius illic remorari contrarium fuit, iubeo, inquit, ſocijs vt naues in altū promoueāt. ¶ Certatim ſocij feriunt.m.&.æ.v.) Obſequētes, ait, iuſſis meis & ſaluti propriæ conſulentes, aggreſſi ſunt nauigationem, ſubiungit trāſitus ſui cōtextum diſcurrens per inſularum noīa, non quæ neceſſariæ fuiſſent, ſed vt perueniret ad eā, quam reuera tacere nō debuit. hoc loco etiā illud repetendū eſt, poetam non conſideraſſe oīum inſularum noīa, ne faceret narrationem ipſius continuationis vitio odioſam. Immiſit enim commoratum Æneam apud Apollinem, diu exhibuiſſe ludos & abātis clypeum fixiſſe poſtibus templi, nauigaſſe iterum, vt nominaturus alias inſulas quandam faceret relationis nouitatem. ¶ Protinus.a.ph.abſcondimus arces.) hoc eſt tranſimus. ecce generalitas, vbi ſpecialis dictio non fuit neceſſaria. ¶ Littora epiri legimus. Ideſt nauigando retinemus. ¶ Portuq; ſu. Chaonio, &.c.b.ab.vr.) Hæc eſt ꝓpter quam deſcriptæ ſunt cæterę. de iſta.n. habuit, quod referret, quod in alijs nō habuit. ¶ Hic incredibilis rerum fama oc.ad au. Priamiden helenū.g.r.per vr.&c.) Ad hunc inquit, veniēs locū loquente fama percepi, quę tādiu nō putaui eſſe credēda, q̄; diu hæc rebus ipſis & meis oculis cōprobaſſem. Incipit enumerare ipſa incredibilia, Priamidem dixit & Helenū, Priamidē, qa ꝓpter vnum Paridem qui vxorē ſuſtulerat Agamēnonis, omnes filios Priami peroſos gręci habuerūt. Inde ergo incredibilis fama de Heleno, qa filius fuit Priami & Paridis frater. quod dixit Helenū abiecte ꝓnuntiandum, & accipiendum eſt ꝓ fortuna, quæ incurrerat. captiuus enim fuerat, perindeq; ſeruus, Helenū graias regnare ꝑ vrbes. victum īperare victoribus hoc dixit à perſona. à loco autē Troianum in græcia, à quantitate non per vnam ciuitatem, ſed per plurimas, à fortuna vero regnare cōiugio æacidę Pyrrhi, ſceptriſq; potitum. hoc fuit ipſius incredulitatis augmentū, vxorem ēt Pyrrhi euerſoris Troiæ, & Priamidę gentis eidem Heleno, quem Priami filium eſſe cōſtabat ſimul cum regno ceſſiſſe. cum idem Pyrrhus vita fuiſſet exemptus. Et patrio Andromachen iterum ceſſiſſe marito. Tertium accedebat quod dictis fidem afferre non poſſet, Andromachen vxorē quōdā Hectoris poſt captiuitatis ſortem malamq; fortunā in eius veniſſe cōiugium, qui eius eſſet & affinis. hunc enim Helenum conſtabat filium eſſe Priami Hectoris fratrem. ¶ Obſtupui, m.i.p.a. Compellare virum, & caſus.c.t. Progredior portu claſſes &.l.l.) Religioſa curioſitas, & honeſtum deſiderium. his, inquit, auditis obſtupui potius, q̄; miratus ſum. & licet oīa ex celebritate famæ iam pro veris ducens, tamē noſſe cupiēs caſus, qui talia perfeciſſent, cœperam ad ipſum helenum tendere ꝓgreſſus è portu vt ex ipō cui tāta ꝓſperitas venerat, oīa certiori fide cognoſcerē. Itaq; cum non longe à nauibus ꝓceſſiſſem. ¶ Solēnes tū.f.d.&.t.d. Ante.v.in lu.f.ſi.ad.v. Libabat.c.a.m.q;.v.h.ad.t.v.q.c.in. Et ge.c.l. ſ.aras.) Quomodo, inquit, ad helenum pergebam, quod decuit grauem virum, vt vir viro referente deſiderata cognoſcerem. euentus attulit ipſius primam Andromache præſentiam. nam haud procul à nauibus conſtituta in luco, qui extra ciuitatē fuit, defuncto Hectori, in cuius matrimonio incolumi patria tenebatur, reddebat triſte obſequium. illic enim conſtituerat inanē, hoc eſt ſine funere hominis tumulū propter lachrymarum cauſam, vt quaſi aduerſam mariti memoriam pergens occaſionem flendi haberet, & eum ad triſtes epulas aduocaret. deſcripſit eā fuiſſe in luco, & parentalibus obſequijs occupatam. videamus vtrum poeta memor fuerit ſui. nō vult enim Æneam cum muliere ſpōte cōſeruiſſe colloquium, quod veniret ex diſpoſitione ꝓprię voluntatis. debuit & illam inducere priorem vidiſſe Æneam, quæ ex occultis luci illius ſpatijs potuit prima conſpicere venientem. ¶ Vt me, inquit, cō.ve.&c.) Et confirmat ex repentino caſu armorum Troianorum cōſideratione certior facta eſt. ¶ Magnis exterrita monſtris Diriguit v.in.m.) Reuera monſtrum fuit, vt quo tēpore Hectoris manes vocabantur ad tumulum, Æneas inſperatus apparuiſſet, quaſi & ipſe defunctus, diriguit viſu in medio, Anteq; plene vidiſſet, diriguit, quod explanat ſequentibus dictis. ait enim. ¶ Calor oſſa reliquit.) Quippe turbata mente recedit calor. Calore recedēte quid ſupereſt, niſi vt frigus ſuccedat & intercedat vigor animi quo corpora gubernantur & conſtant? ¶ Labitur.) Cum hac ex cauſa ſtare nō poſſet, lapſa eſt. defectus.ſ. animi & corporis. ¶ Et longo vix.t.t.fa.) Poſt longum tempus recepto ſenſus aliquantulo vigore hæc locuta eſt. Mirum conſilium poetæ ad perſonam mulieris ſoluentis inferias mortuo, & amorem mariti etiam perditi retinentis, præter ſexus errorem, & muliebrem imprudentiam, addidit etiam confuſionem mentis, vt imperfectum putaret quod viderat. nam ſi plene vidiſſet, intelligeret viuum, quem venire conſpexerat, cuiuſq; arma cognouerat. quum igitur loqui, vtcunq; potuiſſet vellet, aperuit ſuæ mentis errorem. ecce prior vidit mulier, prior loquitur, Æneæ verecundia intemerata ſeruatur, qui reſpondentis officio functus oſtenditur, nec aliquid prior exegit.

ASCENSIVS.

❡ Interea magnum, &c.) Docet quomodo ab Ambrachia in Butrotum peruenerunt: illicq; Helenum, filium Priami, regnantem, cum Andromache, Hectoris olim coniuge, īuenerunt: vnde dicit Donatus ſic. ¶ Magnum.) Deeſt, per. ¶ Æne. hæc.) Breuis titulus, vberem cōtinet latitudinem: Aeneas poſuit, Aeneas ſcripſit. Nam fuit memorabile, ad illa eū loca venire potuiſſe, tutumq; fuiſſe: vbi erat periculum manifeſtum, habuiſſe arma ſublata victoribus, & in ipſorum ſedibus oſtentationis cauſa poſuiſſe: addidiſſe quoq; epigrāma, quod & ſuam gloriam teſtaretur. Et illorum qui victores receſſerant ludibria, fecit fortunæ beneficio: vt apud victores, arma ipſis erepta, publice locaret. ¶ Priamidem Helenum.) Mira res: à perſona ꝙ frater Paridis victus, regnaret inter victores: à loco, vt Troianus in Græcia: à numero, non per vnam vrbem, ſed per plures: à fortuna, vt regnaret potitus Pyrrhi coniugio, ac ſceptro. Ergo incredibile vxorem Pyrrhi euerſionis Troię, hominem ex Priami genere habere, & quum Pyrrhus vita ceſſiſſet, Andromachen iterum patrio marito ceſſiſſe. Ergo obſtupuit Æneas potius quàm miratus ſit. ¶ Monſtris.) Monſtrum fuit, vt quo tempore manibus parentaret, Æneas appareret, vt & ipſe mortuus putari poſſet. ¶ Calor oſſa reliquit.) Nam turbata mente, recedit calor. Eſt autem ſapiens conſilium poetæ, tractantis perſonam mulieris, ſoluentis inferias mortuo, & illius amorem retinentis, ex confuſione autem mentis, quia perfecte videre non potuit, incidit in errorem ne eſſet mortuus. Prior vidit mulier, prior loquitur, Aeneæ verecundia intemerata reſeruatur. ❡ Ordo eſt. Sol circunuoluitur interea.ſ. dum ludis intēti erant ſocii, ſup. per magnum annū: hoc eſt, per circulum, ac orbem anni ſolaris: & hyems.i. tempeſtas, glacialis.i. glaciem cōgelans: exaſperat: vndas: Aqlonibus.i. ventis illis frigidiſſimis. Ego ſ. abiturus, figo clypeum cauo ære, aut qui erat ex cauo ęre: eo ꝙ incuruus eſſet aut cum clangore tubæ ex cauo ære factæ: clypeum, dico, geſtamen magni Abantis Græci, non autem Troiani, de quo dictum eſt in.j. Et qua vectus Abas quod ex titulo patebit: figo (inquit) poſtibus aduerſis.i. cōtra nos poſitis, & ſigno rem carmine.i. titulo vnius verſus: qui ſic perficitur, Ego Aeneas fixi, aut cōſecraui iſtic, hæc arma rapta de Danais victoribus Troiæ. Aut Aeneas fixit hic: & cōſecrauit hæc arma rapta de Danais victoribus.i. q ſe victores gloriant̄: ſed dictū eſt: victoreſq; cadūt Danai: victus autem videtur cum Androgeo. Ego iubeo, tum id eſt deinde linquere portus, & conſidere tranſtris.i. per trāſtra, vt remis incumbant: Vnde ſequitur ſocij feriunt mare: certatim.i. cū certamine: & verrunt.i. inuertunt æquora: remis.ſ. ſuis: nos abſcondimus prætereundo.ſ. protinus: arces aerias.i. altas Phæacum.i. Corcyram, inſulam inter & Calabriam, vbi Alcinous rex Phæacum, qui Vlyſſem hoſpitio ſuſcęperat regnabat: & legimus i. ex ordine pernauigamus: littora Epiri, & ſubimus.i. ſubintramus

mus regionem illam, portu Chaonio, ideſt per portum Chaonium: alij legunt, portusq́; ſubimus Chaonios. & ita abſumitur s litera cũ vocali, quo more, m abſumi ſolet, quæ abſumptio frequentiſſima eſt apud Enniũ, Lucilium, Lucretiũ, & cęteros antiquos: nec rara videt̃ fuiſſe apud Virgiliũ: ſed mutata à grammaticis, aut poetis illis, qui opus caſtigandum ſuſcęperant: & aſcendimus celſam vrbem Butroti .i. Butrotum ipſum: quæ vrbs celſa eſt (Ordo tamen eſſe poteſt ſubimus, & aſcendimus vrbem Butroti, portu Chaonio, qui eſt in Chaonia parte Epiri, quæ olim Moloſſia dicta eſt.) Fama rerum incredibilis .i. difficilis creditu, quia rerum incredibilium: occupat aures .i. increpuit auribus noſtris: hic .i. cum eſſemus in hoc portu: videlicet, Helenum Priamidem .i. Priami filium, regnare per vrbes Graias .i. Græcas coniugio .i. per coniugium Pyrrhi Æacidę .i. pronepotis Aeaci: qa Æacus genuit Peleum, Peleus Achillem, Achilles Pyrrhum: & potitum, ſup. eſſe: ſceptris .i. regalibus ditionibus in diuerſis vrbibus, quæ per ſceptra ſignificantur & Andromachē. Hectoris olim cõiugem, ceſſiſſe .i. iure adueniſſe, & cõceſſam eſſe: marito patrio .i. q erat de patria prioris mariti: aut de patria mea (vt ad Aeneã referat̃) iſta aũt viſa ſunt incredibilia: & ideo obſtupui & pectus, ſup. meum: incenſum eſt miro amore .i. deſyderio & affectu: compellare, pro compellandi, ideſt adloquendi: virum, ſcilicet Helenũ, & cognoſccre, pro cognoſcendi tantos caſus .i. fortuita, rerũ euẽta: ego progredior portu, ideſt de portu: linquens claſſes: & littora .i. claſſes ad littora appulſas Andromachę: libabat .i. ſacrificabat ad placandum forte: tunc, ſcilicet quum aduenirem: quia fortuitum erat, non quod libabat, ſed quod tunc libabat: dapes ſolẽnes .i. legitimas, & anniuerſarias: & dona triſtia, ideſt funebria & ad luctum pertinentia: grata itaq́;, ſed non iocunda: libabat, dico, cineri, videlicet Hectoris: nõ vero: quia illic ſepultus nõ erat, ſed ſimulato: res autem ſimulata in ſacris quando vera haberi nõ poteſt, pro vera habetur, & vocabat manes, ideſt vmbras Hectoris vagantes ſecundum ſuperſtitionem Æthnicorum, propter illegitimam ſepulturam, aut violentam mortem quia nõdum tẽpus vitæ in quo in corpore tanquam in carcere contineri debebant: expleuerant, ideſt iuxta tumulum Hectoreum, quem ipſa ſacrauerat, ideſt cum ſacrificatione extruxerat: inanem, ideſt ſine corpore, ſup. de ceſpite viridi: vt virore, anima oblectaretur, & ipſa ſacrauerat geminas aras Hectori .ſ. marito & Aſtyanacti filio, lachrymans .i. deflens cauſam: quia .ſ. duo chariſſima pignora amiſerat. Quæ, ſup. (nam relatiuum ſæpe, in hoc poeta ſubauditur.) vt ideſt poſtquam conſpexit me venientem: & vidit arma Troia .i. Troiana (triſyllabum eſt, Troia, à Troius, Troia, Troiũ) circum .i. in circuitu ipſa exterrita magnis monſtris: quia mirabile erat, quod tunc arma .i. inſignia Troianorum conſpiceret, quũ inferis ſacrificaret: & inferias celebraret Troianis: Vnde neſciuit an viuus, an defunctus eſſet Aeneas qui ea ferebat. Nam defunctus potuiſſet in ſimulachro apparuiſſe vt illis creditum eſt: diriguit .i. obſtupeſcẽs, quaſi rigida & ĩmobilis facta eſt: in medio viſu .i. vt me ad medium ſatietatis inſpexerat tantum adhuc viſura, quantum viderat, niſi diriguiſſet: calor reliquit oſſa, & deſcendit ad præcordia ipſa: labitur .i. concidit amens: & fatur tandem vix .i. cum difficultate longo tempore, ſubaudi, poſt. Quid autem dixit, ſequentia oſtendent.

PIERIVS.

¶ Portuq́; ſubimus Chaonio.) Valerius Probus legit, portusq́; ſubimus Cchaonio, per ω mega genitiuo caſu, vt Androgeo, quũ tamen non inficietur eſſe ẽt qui legant, portusq́; ſubimus Chaonios, vtrũq; accuſatiuo caſu. Sed enim Seruiana ſentẽtia minime diſplicet, quę cum veteribus exẽplaribus, portu Chaonio, lectionem agnoſcit: vt, Subeunt muro. Butroti aſcẽdimus vrbẽ.) Vetera pleraq; oĩa exẽplaria, accedimus, legunt: nondũ enim portu progreſſi ſunt. Dixerat tamen, celſam vrbem, atq; ita aſcendimus, non improprie. Obſtupui, miroq́; incenſum pectus amore.) Vt miſſum faciam obſtipui, de quo ſæpe dictum, codices nõ nulli admodũ vetuſti legunt, incenſum eſt pectus: ſed forte illud ex paraphraſi huc inſertum.

Verãne te facies. verus mihi nũcius adfers ANDRO.
Nate dea? viuis'ne? aut ſi lux alma receſſit,
Hector vbi ẽ? Dixit, lachrymaſq́; effudit, & oẽm ÆN.
Impleuit clamore locum. vix pauca furenti
Subiicio, & raris turbatus vocibus hiſco.
Viuo equidem, vitamq́; extrema per omnia duco:
Ne dubita, nam vera vides.
Heu quis te caſus deiectam coniuge tanto
Excipit? aut quæ digna ſatis fortuna reuiſit?
Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia ſeruas?
Diecit vultum, & demiſſa voce loquuta eſt.
O felix vna ante alias Priameia virgo, ANDRO.
Hoſtilem ad tumulum Troiæ ſub mœnibus altis,
Iuſſa mori, quæ ſortitus non pertulit vllos,
Nec victoris heri tetigit captiua cubile.
Nos patria incenſa diuerſa per æquora vectæ,
Stirpis Achilleæ faſtus, iuuenemq́; ſuperbum,
Seruitio enixe tulimus, qui deinde ſequutus
Ledæam Hermionem, Lacedæmonioſq́; Hymenæos,
Me famulam, famuloq́; Heleno tranſmiſit habendam.
Aſt illum ereptæ magno inflammatus amore
Coniugis, & ſcelerum furiis agitatus Oreſtes,
Excipit incautum, patriaſq́; obtruncat ad aras.
Morte Neoptolemi, regnorum reddita ceſſit
Pars Heleno, qui Chaonios cognomine campos:
Chaoniamq́; omnem Troiano à Chaone dixit.
Pergamaq́;, Iliacamq́; iugis hanc addidit arcem.
Sed tibi qui curſum venti, quæ fata dedere?
Aut quis te ignarum noſtris deus appulit oris?
Quid puer Aſcanius? ſuperatne? & veſcitur aura?
Quem tibi iam Troia.
Ecquæ iam puero eſt amiſſæ cura parentis?

SERVIVS.

¶ Verãne te facies.) Ordo eſt. O nate dea affers ne te mihi vera facies: verus nũtius? Viuiſne?) Et ſecundum muliebrẽ affectum ĩterrogat, & bene ſuſpicatur. Nam & inferis ſacrificat, & in luco, in quo habitant manes. Hector vbi eſt? dixit, lachrymaſq́; effudit.) Hoc ad Aeneæ pertinet gloriam, vt ab Hectore nũq̃ diſceſſiſſe videatur. Sentit autẽ hoc, Si vmbræ videntur in ſacris: cur non eorum magis qbus ſacrificatur? Furenti.) Incõſolabiliter & impatienter dolenti. Hiſco.) Hiſcere eſt hiare, nec loqui poſſe. Viuo equidem.) Ac ſi diceret, ſi tamen vita eſt infeliciter viuere. Excipit.) Signate locutus eſt, quia deiectã dixerat. Excipiuntur enim quæ cadũt. Digna.) Congrua & priori cõueniens. Hectoris Andromache.) Si Andromache: ſequẽtibus iunge. Si Andromachen: ſuperioribus. Cõnubia ſeruas.) Tenes: vt, Et nunc ſeruat honos ſedem tuus oſſaq́; nomẽ. Demiſſa) Humili. O felix.) Bene & virginitatẽ laudat, & mortem: vt oſtendat ſe inuitam Pyrrhi pertuliſſe connubium: & eſſe ſuperſtitem ſuis miſerijs. Priameia virgo.) Achilles dũ circa muros Troiæ bellum gereret, Polyxenã viſam adamauit: & conditione pacis in matrimonium poſtulauit. Quam quum Troiani fraude ꝑmiſiſſent, Paris poſt Tymbræi Apollinis ſimulachrum latuit, & veniẽtẽ Achillem ad fœdus, miſſa vulnerauit ſagitta. Tum Achilles moriens petiit, vt euicta Troia ad eius ſepulchrũ Polyxena immolaretur: quod Pyrrhus impleuit. Ante alias.) Ideo felicior, quia virgo extĩcta eſt. Hoſtilem ad tumulũ.) Quia grande eſt mortis ſolatium pręmiſſus hoſtis interitus. Nec victoris heri tetigit captiua cubile.) Singula habent emphaſim ſuam. Nam parum erat dominum dicere, niſi & victoris adderet faſtum. Tetigit.) Non aſcendit. Nec genialem lectulum: ſed cubile. Faſtus.) Superbia: & eſt quartę declinationis. Nam Liber qui dierum habet computationem, ſecundæ declinationis eſt. Vnde errauit Lucanus dicendo, Nec meus Eudoxi vincetur faſtibus annus. Seruitio enixę tulim⁹.) Hoc eſt pertulimus, donec in ſeruitio poſitæ emitteremur. Et bene plurali vtitur numero, ad excuſandum pudorem. Ledæam Hermionem.) Ledæ neptem. Lacedæmonioſq́; hymenæos.) Cum ingenti felle: ac ſi diceret, Infelices maritis ſemper: vt Paridi & Deiphobo. Tranſmiſſit habẽdam.) Herili voluntate, non lege coniungij, vnde & Habendam dixit. Scelerum furijs.) Matricidio ſcilicet. Agitatus.) Stimulatus. Excipit.) Dolo interficit. Parias aras.)

**Ecquid in antiquam virtutem,animoſq; viriles,**
**Et pater Æneas,& auunculus excitat Hector?**

Alij Achilleas intelligũt. Nam Pyrrhus, vt in hiſtoria legi/ mus, occiſo patre in templo Apollinis Tymbræi reuerſus ad patriam,in numinis inſultationem,in templo eius Delphico aras patri conſtituit,& illic ei cœpit ſacrificare. Alij patrias Apol/ lineas volũt à Patris Achaiæ ciuitate,in qua Apollo colitur. Nec debemus quęrere cur non Delphicas dixerit:quia epitheta in alie no negotio plerunq; alia ponuntur,vt in quarto. Italiam ma/ gnam Grineus Apollo, Italiam Lyciæ iuſſere capeſſere ſortes: quum à Delio tantum eum conſtet accępiſſe reſponſa. ⁋ Ceſſit pars Heleno.) Per priuignum,vt diximus. ⁋ Pergamaq;.) Perga ma legendum:non vt pleriq; Pergameam, qui per imperitiam contra metrum ſentiunt. Decipiuntur autem dum vtrunq; deri/ uatiuum volunt:quum ſit Pergama principale. ⁋ Qui curſum vẽ ti.) Cum admiratione dictum eſt. ⁋ Qui venti,ideſt tam proſpe/ ri. ⁋ Quæ fata.) Tam nobis felicia. ⁋ Quis deus?) Qui præſtitit vt te videre poſſemus. Tale eſt & illud Æneæ ad Didonem adu/ latorium, Hinc me digreſſum veſtris deus appulit oris. ⁋ Igna/ rum.) Aliud diſponentem. ⁋ Superátne.) Viuit. Sane noue di/ ctum:& caret exemplo,vt pauca in Virgilio. Alij dicunt Superat, ſuperſtes eſt,ſed ſuperſtes præſentem ſignificat:vt Cicero in Mu reniana. Suis vtriſq; ſuperſtitibus,ideſt præſentibus. ⁋ Quem ti/ bi iam Troia.) Hemiſtichium:nec in ſenſu plenum. Sunt autem duo talia:vt hoc, Conceſſere deum:quẽ quidam ita compleuit. Conceſſere deum profugis noua mœnia Teucris. ⁋ Amiſſę cura parentis.) Si parentis Creuſæ accipis,occurrit, Vnde ſciebat eam periiſſe? Et alii dicunt potuiſſe hoc vel Heleno diuinante cogno/ ſci,vel Ænea requirẽte per Troiam:vt, Impleui clamore viam. Sed vtrunq; viribus caret. Parentem ergo,patriam accipiamus: vt Tullius, Si tibi patriam,quæ cõmunis omnium parens eſt. Et eſt ſenſus, Doletne perditam patriã? ⁋ Animoſq; viriles.) Atqui ſupra dixerat Puer:ſed animos viriles ait parentum cõſyderatio ne. Vnde etiam in nono de ipſo, Ante annos animumq; gerẽs cu ramq; virilem.

DONATVS.

❡ Vera ne te facies? verus mihi nũ.af. Nate dea? vi.ne? aut ſi lux al.re. Hector vbi eſt?) Quoniã amentis fœminæ inducta perſona eſt,& quæ ſupra tractata ſunt,oſtendunt eius errorem, dicamus ſecundum eam,quid ſenſerit,exiſtimabat viuum, quoniam & ar matum viderat,& per diem mortui videri non poſſunt. rurſus arbitrabatur mortuum ex occaſione loci,& parentationis cauſa, quia illic fuit licet inanis Hectoris tumulus.& tunc Æneas appa ruit,cum Hector ſolenniter vocabatur. ſi viuis,inquit,refer. Sin vero mortuus aduenis,cur non tecum eſt Hector? ⁋ Dixit,la.q;. ef.&.o. Impleuit.c.l.) Poſt mariti,inquit,nomen quod gemebũ da protulerat,nihil potuit loqui. dolor enim ei totam ademerat vocem,quid tamẽ animo gemeret,vbertate lachrymarum,quas copioſe fundebat,& clamoribus triſtibus demõſtrauit. poteſt & ſic intelligi &(vt arbitror) hoc magis eſt verum,non fuiſſe neceſ/ ſarium alia quærere,quoniã in dolore poſita de ſolo marito de/ buit loqui,quem putabat Æneæ ſociatum. Te,& affers, bis debe mus accipere. vt ſit,vera ne te facies affert? verus te mihi nuntius affers? ⁋ vix pauca furen.ſub.) Inſani doloris muliebris ĩmode/ ratione à ſtatu mentis exclus,vix,inquit,etiam ipſe paucis reſpõ di,vel ꝙ eſſem turbatus, vel ꝙ ſcirem illam plura audire non poſſe. ⁋ Et raris tur.vo.hiſco.) Perturbatione mentis hiabam,po tiuſq; loquebar. rarę ſunt enim voces,quum ob aliquã cauſam continua verba eſſe nõ poſſunt. ⁋ Viuo equidem,vitamq; ex.per oĩa duco.) Cito reſpondit ꝓpoſitis,& fortunæ ſuæ miſerias bre/ uiſſima inſinuatione ſignauit,vt autem confirmaret,quę dixerat dicit. ⁋ Ne dubita nam ve.vi.) Sciebat enim ſe cum ea loqui, quã amentem fecerat dolor. ⁋ Heu quis te caſus &c.) Incipit Æneas viciſſim inquirere,in qua fortuna Andromache poſt captiuitatẽ conſtituta videretur. quod ipſum nõ ſine dolore faciebat deniq; non à verbis ſed à gemitu cœpit,vtpote qui non tantum eius ca ſu,verũetiam Hectoris recordatione mouebamur. adeo hoc cõ/ plexus eſt,& dixit,heu.& poſtq; illo gemitus ſigno dolorem ſui animi demonſtrauit,quis,inquit,te caſus deiectam coniuge tan/ to excipit? aut quæ digna ſatis fortuna reuiſit? quis te caſus nunc habet? vel qualis eſt fortuna tua præſenti tempore? quando con/ ſtat amiſſione tanti coniugis te eſſe deiectam. quæ autem ſit ipſa deiectio,ex conſequentibus ĩuenimus. ⁋ Hectoris,inquit, Andro mache Pyrrhin.c.ſ.) Poſt cõiugium Hectoris nobilis atq; fortis, qui filius fuerit tanti regis, Andromache,quæ tanti viri cõſortio antea iungi meruiſti,nũc obſerues cõiugiũ Pyrrhi? hæc noĩa ſe/ cundũ

cundũ dicentis animũ ſic debe mus poſita intelligere,vt ſcia/ mus duo dicta cum laude,ter tium vero cum vituperatione. vnde cum pronuntiamus, Hectoris & Andromache nomen de/ bemus attollere,deijcere tertium Pyrrhi,quoniam & ipſe hoſtis fuit,& patris eius memoria eſſe debuit odioſa. Achilles enim He ctorem peremit, inſultatio & iniuria vltima fuit,vt interẽpto/ ris filius vxorem teneret occiſi. ⁋ Deiecit vultum,&.d.v.l.e.) Vbi ad partes pudoris ventum eſt,q;q; conſtaret nihil ſpõtę deliquiſ/ ſe captiuam,tamen verecundiæ confuſa tormẽtis deiecit vultũ, & demiſſa voce locuta eſt,& ipſius pudoris cauſam,quoniam fa ctum negari non poterat,ſummiſſæ vocis purgatione defendit. ⁋ O felix vna ante alias Pria.v. Hoſtilem ad tu.t.ſ.m.a. Iuſſa.m.) Quodãmodo turpe defenſura negotium,incipit à comparatio/ ne perſonarũ,& facti felicitatem appellans pœnã,quam illa paſ/ ſa eſt,quum deteſtandum ſcelus extitiſſet,& conſtaret ad ſepul/ chrum hoſtile pyrrhum mactauiſſe filiam regis. ſed quia in alias deteriora cõmiſſa ſunt,felicem dici conuenerat,cuius mors om/ nes excluſit pudoris iniurias. vna,inquit,ante alias. ſignificatio/ ne numeri dixit plenam felicitatis laudem. quid enim euenire ꝓ ſperius potuit,q; inter tot clades patriæ & grauiſſimos caſus ſo/ lam meruiſſe cum caſtitatis honore ꝓcumbere? quum autem ſo lam felicem dicit,non ſe ſolam aſſerit in cauſa turpi eſſe cõſtitu/ tam,ſed & alias. Priameia virgo perit,ĩquit,virgo,perit ſalua di gnitate paterni honoris, Troiæ ſub mœnibus altis,quæ in patria interempta eſt,neq; eius interitum vidit,hoſtilem ad tumulum iuſſa mori,quæ non ad hoſtilis cubilis iniurias,ſed ad ſepulchrũ ducta eſt. Intelligendum eſt hoc loco,quia & ſi occiſa eſt nec ip/ ſius nec is fructus peruenit ad mortuum,qa nihil exanimes ſen/ tiunt. proinde & hoc felicitati eius adſcribendum. ⁋ Quę ſortitus nõ pertulit vllos.) Vt in diuiſionem nõ veniret per indicium ſor tis,nec in alienã poteſtatẽ caderet. ⁋ Nec victoris.h.t.c.c.) Nouiſ/ ſimam poſuit,qua premebaꝛ cauſam,qua ſe volebat exoluere,fe licem aſſerens,quę nõ habuit dominum,quę ingenuitate quoq; ſalua & virginitate iugulata eſt. ſequitur definitio deterioris ſerui tutis,nec victoris heri,vt ipſe dominus eſſet,qui iãdudum fuerat inimicus. tetigit captiua cubile,nõ ad honeſtã ſed ad ludibrioſam cõuentionem,etiam in vita perducta. ecce egit oblique cauſam ſuã qualitate abſoluta. nõdum cõtingens ex aperto perſonam ꝓ priam,ſed ea occaſione,qua proſperitatem laudauit alienam,aſ/ ſerens nõ in facto eſſe crimen ſed in voluntate. ſuperior qppe ho ſtis cum iure belli dominus fuerit effectus. Non domini æquita tem,vel iuſti ſeruitij retinet dominiũ,ſed authoritatem ſequitur ſuperbiaq; victoris. concluſa comparationis parte,quam de exẽ/ plo virginis habuit,quaq; ſe purgauit,redit ad perſonã ſuam, vt propriam fabulam referat comparationis eiuſdem intẽtione ſer uata. ⁋ Nos patria incenſa.d.p.æ.v. Stirpis.a.f.i.q;.ſuperbũ, Serui tio.e.t.) Illa,inquit,ĩcolumi virginitate ac libertate mactata eſt. illa moriens incolumem patriam reliquit,nos incenſam atq; ex ea cauſa cõſumptam. Illius funus & ſanguinem ſolum patrium tenet,nos per diuerſas pelagi partes ſumus tranſportatæ, multa tolerãtes,quæ in vnũ hoĩem mala cõuenerunt,qualis enim eſſe potuit,qui natus fuerat ex Achille? ex eo videlicet,qui nulla mi/ ſeratione mouebatur? cuius ſuperbiã ętas iuuenilis augebat? Iu/ uenibus autẽ nulla morũ grauitas deputatur,quæ creſcebat ma gis in Pyrrho faſtu ſucceſſuq; victorię. qualis ergo iſte fuerit, ſi/ mul colligamus. natura malus,ætatis rationẽ deterior, cõditio/ ne fortunæ intolerabilis. ſeruitio enixe tulimus. enixe aduerbiũ eſſe debet,vt ſit faſtus eius ĩtolerabiliter ſeruitio tulimus,ex eo, quod dixit tulimus,oſtẽdit nimiũ fuiſſe ſeruitij põdus,enixe er/ go & tulimus hoc idẽ ſignificant,interea cauſam ſuã cõem cum cæteris facit,ne videaꝛ ſola eſſe in eo,quod poterat diſplicere. li/ cet hanc partẽ(quãuis amore infelix erat) plena defenſione pur gaſſet,peracta cauſa,quã perſonis plurimis artificioſe coniunxit, ſeparat perſonã ſuã relatura,qd ipſi ſpecialiter accidiſſet. ⁋ Qui deinde,inquit,ſecutus le.h.l.q;.hy. Me famulam, famuloq;.h.t. ha.) Ecce neceſſitate iũcta eſt Pyrrho,neceſſitate Heleno, vt ſe/ cundæ & tertiæ coniunctionis facto,pudoris non acceſſerit de/ trimentum,ſecuturus,inquit, illicitam Hermiones coniunctio/ nem tradidit me Heleno,& iunxit,quos vna ſtatus conditio re/ tinebat,fecit iſtud vt dominus,cui reſiſti non potuit. Dixit con/ iunctionis inter ſe & Helenum rationem. venit ad eam partem, vt dicat, quemadmodum ad Helenum regni poteſtas & iura peruenirent. ⁋ At illum,inquit,ereptę magno inflammatus amo re Coniugis, & ſcelerum furijs agitatus Oreſtes Excipit &c.)

Oreſtes

Oreſtes iniuriam dolens ereptæ ſibi vxoris, magno amore eius exagitatus, vltus eſt, & ad aras patrias incautum mactauit adulterum, hoc facto. ¶ Regnorũ reddita.c. Pars Heleno.q.ch.co.ca. chaoniamq́ omnem.t.à.c.d.) Ecce retulit quo ordine ad Helenũ etiam regni poteſtas peruenerit, qua ſumpta, affectum retinens patriæ gentilis, propter præſentis temporis ſolatium, plurimis locis Troiana indidit nomina, & hanc terram chaoniã dixit propter memoriam chaonis, quem cõſtaret fuiſſe Troianum. ¶ Pergamaq́ iliacamq́.i.h.ad.ar.) Vltra eius ex Æneæ perſona dictũ eſt, effigiem Xanthi Troiamq́ quam veſtræ fecere manus. & ſupra poeta dixit, falſi Simoentis ad vndam libabat cineri Andromache. & infra Æneas idem dixit. Procedo, inquit, paruam Troiam, ſimulataq́ magnis pergama, & arentem Xanthi cognomine riuum Cognoſco, ſcææq́ amplector limina portæ. ¶ Sed tibi qui.c.venti? quæ fa.de. Aut quis te ignarum.n.d.ap.o.) Et gratulantis de ſalute ac de aduentu eius, inſperato eſt iſta vox & inquirentis quid ipſum prouenerit caſu, dicendo, quis deus? qui venti? quę fata? oſtendit diuinum extitiſſe beneficium, vt illi Æneam videre cõtigerit. ¶ Quid puer Aſcanius? ſuperat ne? &c.) Religioſe quæſiuit de ſalute pueri, qui eius eſſet affinis. addidit. ¶ Et quæ nam.p.eſt.a.cura parentis?) Plus enim pueri amant matres. Icirco quæſiuit, quantus ei dolor eſſet ob matris amiſſionem. ¶ Et quid in an.v.a.q́.v. Et pater Æneas, &.a.e. Hector?) Poſteaq́ de ſalute pueri quęſiuit, voluit noſſe, vtrũ tentaret iam virorum fortium partes, imitatus patris & auunculi virtutem.

ASCENSIVS.

❡ Vera, &c.) In hac parte habet̃ ſermo Andromaches ad Æneã aduẽtãtis, & Æneæ ad illam, de quo dicit Donatus ſic. ¶ Vera ne te facies?) Et quia armatus, & qa die in qua nõ ſolẽt videri, mortui apparuit: exiſtimauit viuũ ex occaſiõe aũt loci, & parentationis cauſa putabat mortuũ. ¶ Lachrymasq́ effudit.) Hæc oĩa prouenerũt ex mariti recordatione. Nec debuit de alio, q̃ de marito in tãto dolore quærere pauca: vel quia plura turbatus nõ poſſet, vel quia ipſa ex dolore non fuiſſet plura auditura. ¶ Heu.) Et ipſe incipit à gemitu ꝑpter Hectoris recordationẽ. ¶ Hectoris And.) Cũ laude hæc duo noĩa extollẽda ſunt. ¶ Pyrrhin'.) Cum depreſſione, quoniam hoſtis erat & patris Achillis, qui Hectorem occiderat: memoria fuerat odioſa. ¶ Deiecit vulga.) Mota pudore, & quoniam factum negare non poterat, ſubmiſſe vocis purgatione defendit. ¶ O felix.) Ex comparatiõe oſtendit, miſerrimam eſſe felicem comparatione ſui, quæ pudorem amiſerit quando mors in illa excluſit violentiam pudoris. Et cum illa ſolam felicem dicit: non ſe ſolam oſtendit in cauſa turpi. ¶ Virgo.) Ergo perijt ſalua caſtitate. ¶ Ad tumulum.) Et non ad cubile. Vnde nulla voluptas poſuit peruenire ad mortuum. ¶ Captiua cubile.) Nouiſſimam poſuit, quia maxime præmebatur cauſa. ¶ Heri.) Vt qui inimicus fuerat, eſſet dominus. ¶ Cubile.) Non ad honeſtatem, ſed ad ludibriũ eſt inuita perducta. ¶ Nos patria.) Concluſa comparationis parte, qua ſe purgauit, redit ad ſe: & opponit ſua his quæ euenerant. Caſſandræ, illa incolumen patriam reliquit. ¶ Nos incenſa.) Illius funus ſolum patrium tenet. Nos per diuerſa maria ſumus tractæ: pertulimus natum ex Achille, qui nulla miſeratiõe mouebatur. ¶ Superbus.) Ex victoria: ſeruitium aũt nimis põderoſum fuiſſe, ex eo oſtendit ꝙ dixit, Tulimus enixæ. ¶ Qui deinde.) Oſtendit neceſſitate Pyrrho, neceſſitate ẽt Heleno fuiſſe

Ordo. coniunctã. Hæc ille. ❡ Ordo eſt. O nate dea.ſ. Venere, quod in laudem eius vergit, quia à notis talis prædicatur: vt prius ab Achate: & alibi etiam à ſibylla: ne pro an: an facies.i.ſpecies, & præſentatio: vera ſup. adfert te: & an tu exiſtẽs, verus.i.nõ fictus; nec. ſimulatus, neq́ induta corpore tuo vmbra: ſed, reuera, cuius effigiem præ te fers, Æneas adfers.i.præſentas mihi: te.i.teipſum nõ vmbrã, nec ſimilitudinẽ corporis tui. Dubitabat.n. an ipſe quoq́ ab inferis veniret, petiturus funeris obſequium ſicubi inſepultus remãſerit: aut ſi lux alma.i.vitalis quæ alit viuentes receſſit, ſup. à te: hoc eſt aut ſi non verus nuncius tui es, ſed vmbra ab inferis deſcendens dic, ſup. (ſed id, quia imperioſum omiſit) vbi eſt Hector.ſ. maritus meus cui hæc ſacrificia libo: & tamen tecum non comparet. Dixit, ſup. Andromache.i. concluſit orationem ſuam, aut ſermone ſuũ & effudit lachrymas: quæ cauſa erat, cur nõ plura diceret? & impleuit clamore.i.eiulatu: omnem locum.i.omnẽ partem loci, aut totum locũ. Ego ſubijcio.i.ſubſequẽter adijcio: vix.i.cũ difficultate: pauca, ſup. verba, & ego turbatus.ſ. cõmiſeratione, & affectione in Andromachẽ, quã lachrymare vidi: hiſco.i. os aperio, & loquor vocibus raris.i.per interualla ꝓlatis. Equidẽ.i. ego certe viuo: & duco vitã per oĩa extrema.i.ad extrema fata tendẽtia: hoc eſt, in extremis miſerijs per quas mortalitas plures ſufferre nequiret: & videtur extrema ꝓ poſitiuo: hoc eſt, abſolute poni: nã ſi ſuꝑlatiuũ eſſet, potius diceret: per extrema quæq́: ne dubita, pro ne dubites. Nã vides vera.i.res veras, vt verũ vultum & verũ, hoc eſt viuum hoĩem nõ ſimulato corpore. Heu, dolẽtis eſt: quis.i.qualis caſus: excipit te deiectã.i.ad inferiorẽ cõditionẽ iactam de cõiuge.i.de marito tãto, quantus.ſ. erat Hector.q.d. indigniſſimus eſt quũ cõiuncta fueris matrimonio, ei qui ſocerum tuũ interemit, & cuius pater maritũ tuũ interfecit. Aut quę.i.q̃lis fortuna, ſatis digna.ſ. virtute, & meritis tuis: reuiſit.i.iterum viſit, ſeu viſitauit te, quũ iterũ ſis patrio cõiuncta marito, videlicet Heleno: Pyrrhin'.i.Pyrrhi ne: & ne, ꝓ an: an tu Andromache Hectoris, ſup. coniunx ſeruas cõnubia Pyrrhi.i.eius cuius pater Hectorem occidit.q.d. indigniſſimumq́ eſt. Ipſa deiecit vultum, & loquuta eſt voce demiſſa.i.deorſum miſſa: hoc eſt, ſubmiſſa, & ima. O felix, ſup. eſt: virgo Priameia.i.Priami filia, Polixena vna.i.ꝑcipua, aut ſola: ante alias.ſ. virgines: iuſſa.ſ. à Pyrrho mori ſub altis mœnibus Troiæ, ad tumultum hoſtilem.i.Achillis hoſtis. Quo dicto, & formam & pudicitiam ſuã cõmendat Andromache. Formam quidem, quia ea captus eſt Pyrrhus, & non Polyxenę: qua tamen pater eius captus erat: pudicitiam vero quia maluerit vt illa occiſa fuiſſet, q̃ illa placens nupſiſſet: quæ.ſ. virgo non pertulit.i.non perpeſſa eſt: vllos ſortitus.i.vllas ſortitiones, ideſt quæ nunq̃ in ſortem venit, modo vni, modo alteri ſicut ego: primo Hectori, deinde Pyrrho, & rurſus Heleno: nec.i.& quæ non tetigit: captiua.i.exiſtẽs ſerua & captiua: cubile.i.thalamum heri victoris, & ita ſuperbi: nos vectæ.i.ego vecta (de ſe enim pluraliter loquitur) per diuerſa æquora, & hoc patria.ſ. mariti mei, hoc eſt, Troia incenſa.i.cremata igni: tulimus.i.perpeſſę ſumus: enixæ.i. enitẽdo, & cũ multo labore faſtus.i.ſuperbiam: ſtirpis Achilleæ i.Pyrri, q́, pro.i.iuuenem ſuperbum, videlicet Pyrrhum: qui ſequutus deinde.ſ. poſtq̃ me ſortitus erat. Hermionem Ledeam.i. Ledæ neptem (nam Menelai & Helenæ, quæ eſt filia Ledæ, filia fuit quæ Oreſti patrueli nupſit: ſed poſtea occiſo Agamemnone, & fugato Oreſte, à Pyrrho rapta eſt, quo interempto & Oreſte à furore purgato: priori marito reſtituta eſt.) & Hymeneos.i.thalamos, aut nuptias, per metonymiam. Lacedæmonios quaſi dicat & ergo infelices, quales erant Clytemneſtræ, & Helenæ: trãſmiſit me famulam habendam, famulo Heleno.i. vt captiua nuberem captiuo: & ita quia dominus potuit nos ad libitum cõiungere. At.i.ſed: Oreſtes inflammatus, ideſt ad emiſſionem flãmę vſq́ incenſus, magno amore prioris coniugis.i.quam ipſe prior, hoc eſt, ante Pyrrhũ ſortitus erat: hoc eſt, ipſius Hermyones, ſeu Hermyone (vtrunq́ enim legitur, ſicut Helene & Helena, Lede & Leda.) & agitatus furijs ſcelerum cõmiſſorum.ſ. in matrem, quã occiderat: excipit.i.adoritur: aut intercipit illũ.ſ. Pyrrhum incautum.i.ſibi nõ pręcauentem, quum à furente nihil tale vereretur: & obtrũcat ad aras patrias.i.paternas: hoc eſt, Achilleas: quas videlicet Achilli patri ſuo cõſecrauerat. Pars regnorum ceſſit.i.iure obuenit Heleno: reddita morte.i.per mortẽ: Neoptolemi.ſ. Pyrrhi: quia genuerat filium qui poſt mortem patris moriens matri reliquit portionem regni. Vnde per priuignum (inquit Ser.) ceſſit: ceſſit inquam Heleno, videlicet marito meo: qui.ſ. Helenus dixit.i.denominauit cãpos, cognomine Chaonios.i.qui nũc Chaonij appellãtur: & dixit oẽm.ſ. regionem hanc: Chaoniam: à Chaone Troiano, ſcilicet vero fratre ſuo: hoc eſt, ipſius Heleni: & addidit iugis.i.colliculis his: Pergama.i.mœnia Troiana.i.eodem nomine appellata, & hãc arcem Iliacam.i.quam Ilium appellauit: ſed qui venti, & quę fata dedere tibi curſum: aut quis deus: quaſi innuat, quod bonus appulit te ignarum.i.ignorantem quod hic eſſemus his oris.i.ad has oras? Quid, ſupp. agit, aut facit (generale enim verbum, honeſtam eclipſim facit: quia facile intelligitur, & potiſſimum in interrogationibus & increpationibus, quæ breues eſſe debent: ſuperat ne.i.ſuperuiuit ne, & ſuperat ætatis imbecillis, incommoda & nocumenta: &, pro.i. veſcitur aura.ſ. vitali (quem tibi &c. quidam hoc hemiſtichion ſic compleuit. Quẽ tibi iam Troia obſeſſa eſt enixa Creuſa: ſed Seruius atteſtatur incõpletũ eſſe. etiã imperfecto ſenſu derelicto, ſed in ea re ſummũ eſt artificiũ: vt mulier ꝓpedita dolore ſenſum abſoluere non potuiſſe, ſignificetur. Pręterea vult curã parentis.i.patriæ dici: non matris Creuſæ: nam vnde (inquit) ſciebat hoc Andromache. Nec tamen videtur inualidũ ꝙ audiuerit ab his qui Æneã viderãt eam queritãtẽ: qui in.ij. dixit: Impleui clamore vias, mœſtusq́ Creuſam Nequidquã ingeminãs, iterũq́, iterũq́ vocaui, &c. qa ergo regis filia ab hoſtibus forſan multum quęſita fuit: potuit eius finem didiciſſe ab his qui eam raptam norãt: conſtruam ergo ſic) quem.ſ. Aſcaniũ, ſup. Creuſa, cuius nomen in cõſpectu mariti ex

primere

primere non potuit:eſt,ſup.enixa tibi Troia iam obſeſſa.ſ.à Græ
cis(hoc aũt ſubticet,aut propter dictam cauſam:aut ablatũ eſt à
caſtigatoribus:quia in detrimẽtũ glorię domus Iulię cedebat ꝙ
Iulus ſub obſidiõe natus diceretur, ne obſcurus ſit illi & triſtis
natalis à quo tãta proceſſit propago.) Ecquidnã.i.en quænã, aut
& quęnam.i.q̃; magna,aut iterrogatiue,aut admiratiue dicitur:
cura parẽtis.ſ.Troia:hoc eſt,patriæ,aut potius Creuſę:parẽtis.i.
matris:amiſſæ.i.ablatę:eſt puero.ſ.Aſcanio.Ecquid.q.d.dĳ boni,
& quam rem,aut quãtum & Æneas pater,& Hector auũculus.i.
frater matris:excitat.ſ.Aſcanio:eam.n.ob rẽ priſci Romani,ſtem
mata.i.maiorum ſuorum imagines in coronam diſpoſitas:cõſer
uabãt:vt ab eis ad virtutem excitarẽtur.quãtum ergo & pater &
auũculus excitat in virtutem antiquam.i.maiorum ſuorum, aut
qualis erat antiquis,& in.i.ad animos viriles? Priusq̃; ad cætera
pergam addam Beroaldina adnotamẽta in Seruiũ,cõtra id quod
dicit,faſtos,pro libro faſtorum nõ eſſe quartæ: ea aũt ſunt hæc.
Nimis audax ne dicam temerarius eſt Seruius qui Lucanũ ſcribit
erraſſe,dicẽdo faſtibus,& nõ faſtis: quũ Lucanus erudítiſſimus
Seruio,reliquisq; cõmẽtatoribus excellẽtior,morẽ antiquorum
vſurpauerit:qui faſtus etiã pro annalibus & libris in quarta decli
natiõe nõnũq; dicere ſolebãt. Varro in Ephemeride, Cęſar faſtus
correxit, Colu.in.x.ſequor nũc Eudoxi & Metonis faſtus aſtro/
logorũ:& apud Hora.duplex ſcriptura inueniť:faſtos,& faſtus,
&(vt author eſt Priſcia.) eadẽ forma dicitur faſtus,vel faſti: qua
ſenatus,vel ſenati in ſecunda & quarta declinatione.

PIERIVS.

¶ Pyrrin' cõnubia ſeruas.) In antiquis aliquot codi.legere eſt,
Pyrrhi an cõnubia ſeruas? vt ſit Andromache ſeruas ne cõnubia
Hectoris,an Pyrrhi? Sunt qui & Andromachẽ,legãt: vt vno mẽ/
bro totum id colligatur. Quę digna ſatis fortuna reuiſit Hecto/
ris Andromachẽ? Sed enim lõge magis placet eruditis ingenĳs,
quod vulgata habẽt exẽplaria, Hectoris Andromache Pyrrhin'
cõnubia ſeruas? Hoc eſt,fieri ne põt ò Andromache, vt quę He/
ctoris vxor fueris, Pyrrhi cõnubia ſeruare poſſis. Antiqua vero
fere oĩa exemplaria,conubia, vnico n ſcribũt. ¶ O felix vna ante
alias.) Pathos eſt, vt ait Quintia.in.vj.quo grauem rem interdũ
efficimus ſi magnis malis grauius id eſſe quod perpeſſi ſumus
oſtẽditur. Quam miſer enim caſus Andromaches: ſi comparata
ei felix Polyxena,hoſtilem ad tumulũ iuſſa mori. ¶ Stirpis Achil
leæ faſtus,iuuenemq; ſuperbum Seruitio enixę tulimus.) In co
dicibus aliquot antiquis, Faſtũ, vnitatis numero legitur: ſed lon/
ge calamitoſius videtur numero multitudinis, faſtus, dicere. Qđ
vero ait, Seruitio, enixæ, vt miſſa faciã, quæ Seruius tradit, No/
nius Marcellus hoc loco teſte, enixã, dici partu leuatã ait. Quã/
uis etiam, enixam, labore exercitam exponat alibi, eodẽ hoc lo/
co teſte. Idem alibi, enixæ, dicũtur fœminæ dolẽdi labore per/
functæ, quod vinculis quibuſdam periculi, quibus implicarẽtur,
fuerint exſolutæ. Nexum enim dici artum & colligatum, oſtẽdit
Plautus in Amphitryone, dicẽs, Vno labore exſolueret erumnas
duas. Hæc ad eos dicta volui, qui, enixe, participĳ voce legi con/
tẽdũt. Sed enim Ti.Donatus, enixe, ait aduerbium eſſe debere, vt
ſit, Faſtus eius intolerabiliter ſeruitio tulimus. Ex eo vero quod
dixit, tulimus, oſtẽdit nimium fuiſſe ſeruitĳ põdus. Enixæ ergo,
& tulimus, hoc idẽ ſignificãt, ait ille in cõmẽtarĳs integris. Neq;
prætereũdum quod hoc loco Soſipater ait, Seruitium, eſſe mul/
titudinem ſeruorum: ſeruitutem vero conditionem ſeruiẽdi: ſed
veteres indifferẽter, ſeruitium pro ſeruitute, poſuiſſe: vt Virgi.iĳ.
Æneidos, Seruitio En. Tu. in eandem ſentẽtiam Tibullus: Sic mi
hi ſeruitium video, dominamq; paratam. ¶ Me famulam famu/
loq; Heleno trãſmiſit habẽdã.) In Mediceo, & in Portio, & anti/
quis fere omnibus exemplaribus, dictiões in hũc ſunt ordinem
collocatę, Me famulo, famulamq; Heleno. Et eodem legit ordi/
ne Ti.Dona. ¶ Patriasq; obtrũcas ad aras.) Euſebius de tempori/
bus, Pyrrhus Delphis in tẽplo Apollinis ab Oreſte occiditur, ꝓdi
tiõe ſacerdotis Macarei. Cur vero, patrias, dixerit, poeta, Seruius
multas ratiões adducit. At Macrobius primo Satur.libro. Apolli
nem πάτρον olim cognominatum ait, nõ propria gẽtis vnius,
aut ciuitatis religiõe, ſed vt authorem progenerãdarũ omnium
rerũ. Quod ſol humoribus exſiccatis ad progenerandum oĩbus
præbuerit cauſam: de quo Orpheus. πάτρος ἔχοντα νόον καὶ ἐπίφρονα βουλήν. Placuerit vero Macrobio hæc philoſophice
commentari. Sane Athenieſes vt Harpocration tradit, πατρῷον
ἀπόλλω coluere auſpicĳs Ionis, qui cum in Atticam migraſſet,
Athenieſes, Iones vocati ſunt. Ab eisq; Apollo Patrous cogno/
minatus. ¶ Aut quis te ignarum? In antiquis aliquot codicibus le
gere eſt, aut quiſnam ignarum. Fuerat vero, te, pronomẽ forte
additum à paraphraſte. Nempe quiſnam etiam apud Ti.Donatũ
habetur. Et ita ſcriptum eſt in codi.Medi. ¶ Et veſcitur aura.) In
antiquis pleriſq; cod.auras, accuſatiuo caſu legitur, cum eloquu
tiõe Tibulli. Sic vſq; ſacras innoxia lauros veſcat. ¶ Quã tibi iam
Tro.) In anti.aliquot cod.verſus abſolutus legitur: ſed cãdore
haud quaquam Virgi. In nõnullis enim, Troia obſeſſa eſt enixa
Creuſa. In aliquot alĳs. Quem tibi iam Troia peperit fumante
Creuſa. Vtrũq; ridiculum, ſed plurimum ſupplemẽtũ illud alie/
na manu additum eſt, vt cernere eſt in Mediceo codice & aliquot
alĳs. ¶ Et quæ iam puero eſt amiſſæ cura parẽtis.) Codices non/
nulli veteres legũt, & quæ in nõnullis etiam peruetuſtis ſcriptũ
obſeruaui. Ecqua tamẽ puero eſt amiſſæ cura parẽtis. Et ita eſt ẽt
in codice Donatiano. In Mediceo, quæ tamẽ, & puero eſt Apud
Flauium Soſipatrem nõ ſolũ ecqua tamẽ, ſed & amiſſi, virili ge/
nere nõ amiſſæ, poſitum à Virgilio citatur. Propterea quod hæ/
res, parẽs, & homo, & ſi in cõmuni ſexu intelligatur, tamẽ maſcu
lino genere ſemper dicũtur. Nemo enim (inquit) ille, aut ſecundã
hæredem dicit, aut bonam parentem, aut malam hoĩem, ſed ma/
ſculine, tam & ſi de fœmina ſermo habeatur. Pacuuius in Medo,
quum oſtẽderet à Medo, Medeę filio, matrẽ quęri ait. Te ſol in/
uoco, vt mihi poteſtatẽ duis inquirẽdi mei parẽtis. Sed Gracchus
ſuos parẽtes amat, quum dicit, in ſignificatiõe matris accipitur.
Citat & alia exẽpla: deniq; apud Virgi.ſic aſſeuerat legi. Ecqua tñ
puero eſt amiſſi cura parẽtis? Sed codices nõnulli librarĳ nimirũ
incuria. Puero amiſſę eſt, vna dictiõe trãſpoſita legũt. Sed vtcũq;
ea ſint nemo tamẽ inficiari poteſt apud eundem Virgi.legi. Alma
parẽs cõfeſſa deam.&, Salue ſancta parẽs frugũ Saturnia Tellus.
Niſi qui dicere velit his locis, parẽs, nũc participĳ quodammo/
do vicem habere, nũc per appoſitionem dici, vt Sancta tellus pa
rẽs frugum: vel figurate, vt, Lepus fœta. De noĩe autẽ hæres: ne/
mo (quod ſciam) ambigit. Sed hoĩem quãdoq; fœminino epithe
to poſitum aiũt: vt apud Seruium, Sulpitium in epiſtola ad M.
Tulliũ. Quoniã homo nata fuerat. Sed.n.hoc eloquutiõis modo
quum nata ſuppoſitum ſit, & homo, appoſitum: nihil cum gene
re cõe habere vidẽtur. Nata enim ad filiam, nõ ad homo refertur.
Sed.n.hæc alĳ viderint: nos ad inſtitutum opus reuertamur.

¶ Talia fundebat lachrymans, longosq; ciebat — ÆNE.
Incaſſum fletus, cum ſeſe à mœnibus heros
Priamides multis Helenus comitantibus affert,
Agnoſcitq; ſuos, lætusq; ad mœnia ducit,
Et multum lachrymas verba inter ſingula fundit,
Procedo, & paruam Troiam, ſimulataq; magnis,
Pergama, & arentem Xanthi cognomine riuum
Agnoſco, Scææq; amplector limina portæ.
Necnon & Teucri ſocia ſimul vrbe fruuntur.
Illos porticibus rex accipiebat in amplis.
Aulai in medio libabant pocula Bacchi,
Impoſitis auro dapibus, paterasq; tenebant.
Iamq; dies, alterq; dies proceſſit, & auræ
Vela vocant, tumidoq; inflatur carbaſus auſtro.

SERVIVS.

¶ Et multũ lachrymas.) Or/
do eſt, Lachrymas multum
fundit inter verba ſingula. Nã
ſi lachrymans, quid fundit?
¶ Agnoſco.) Aut cognomine
agnoſco: aut certe qa reparatã
audierat Troiã. vt, Hic incredi
bilis rerum fama occupat au/
res. ¶ Scææq; amplector limi
na portæ.) Scæa porta dicta
eſt, nõ à pugnis añ ſe factis ſcę
uis, ideſt malis (Nam & ante
ſic dicta eſt) nec ab itinere in/
greſſis ſcæuo.i.ſiniſtro, quod
ingreſſi nõ recto eunt itinere,
ſed ſiniſtro: ſed à cadauere lao
medontis, hoc eſt Scæomate,
quod in eius fuerat ſuperlimi
nio.

nio. ¶ Amplector.) Pro teneo:
vt, Amplexęq; tenent poſtes:
atque oſcula figunt. ¶ Teu/
cri.) Pro Teucridæ. ¶ In am/
plis.) Quod eſt regię magnitu
dinis. ¶ Accipiebat.) Paſcebat.
Terentius. Accipit homo me/
lius nemo, neq; ꝓlixius. ¶ Au
lai.) Pro aulæ. Eſt aũt Dięreſis
de Gręcaratiõe veniẽs quorũ
A I diphthõgus reſoluta apud
nos duas ſyllabas facit. ¶ Car/
baſus.) Genus lini eſt: quod
abuſiue pleriq; pro velo po/
nitur. Sane in numero ſingula
ri hęc carbaſus dicimus: in plu
rali hæc carbaſa. ¶ Troiuge/
na.) Ac ſi diceret, gñoſe: vt ali/
bi, Dardanidæ magni genus
alto

His vatem aggredior dictis, ac talia quæſo.
Troiugena interpres diuum, qui numina Phœbi,
Qui tripodas, Clarij lauros, qui ſydera ſentis,
Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ,
Fare age (nanq; omnem curſum mihi proſpera dixit
Relligio, & cuncti ſuaſerunt numine diui
Italiam petere, & terras tentare repoſtas.
Sola nouum, dictuq́; nefas Harpyia Celęno
Prodigium canit, & triſteis denunciat iras,
Obſcœnamq́; famem) quæ prima pericula vito,
Quid'ue ſequens tantos poſſim ſuperare labores.

alto à ſanguine diuum. ¶ Interpres.) Vaticinator, qui mentem deorū mortalibus publicas. Sed quia interpres generale nomen eſt, currit per ſpēs. Nam, vt ait Cicero, omnis diuinandi peritia in duas partes diuiditur. Nam aut furor eſt, vt in vaticinantibus: aut ars, vt in aruſpicibus, fulguritis, ſiue fulguratoribus auguribꝰ. Et omnia iſta ex ſe pendēt, licet proprijs finibus cōtineantur: vnde Virgilius omnia ei dat, quem vult perfectum intelligi: vt hoc loco Heleno. Item alibi, Aſilæ in decimo, Cui pecudum fibræ, cœli cui ſydera parent, Et linguæ volucrum, & præſagi fulminis ignes. ¶ Diuum qui numina.) Poteſt & interpres diuū diſtingui. Sane per omnia Zeugma eſt ab inferioribus. ¶ Sentis.) Qui numina ſentis. Qui ſuſpicis numen, & futura prædicis. Qui tripodas ſentis. Tripodes mēſæ fuerunt in templo Apollinis Delphici: quibus ſuperpoſitæ Phœbades vaticinabātur. ¶ Clarij lauros.) Et hic qui ſentis ſubaudis. Clarium oppidum eſt in finibus Colophoniorum: vnde Apollo Clarius. Sane quæritur vtrum Clarij geminandum ſit i, & ſciendum aliter nō procedere. Nam Cla breuis inuenitur: vt Statius, Nec Clarius hæc luce fores dydimæaq́; quiſquam. Per lauros autem, oraculum intelligimus. ¶ Qui ſydera ſentis.) Qui es peritus Aſtrologiæ. ¶ Et volucrum linguas.) Qui es augur oſcinum. ¶ Et præpetis omnia pennæ.) Aues aut oſcines ſunt, aut præpetes. oſcines, ore futura prædicūt, ab os & cano: præpetes, volatu ſignificant. ſed præpetes aut ſuperiora tenent, & præpetes vocantur: aut inferiora, & dicuntur inferæ. præpetes autem ideo quia omnes aues ſuperiora petunt volantes. ¶ Fare age.) Hortantis eſt Age, ideſt dic celeriter. Et eſt ordo, Troiugena fare age quæ prima pericula vito, Quidue ſequēs tantos poſſim ſuperare labores. Cætera per parentheſim dicta ſunt. ¶ Nanq; omnem curſum.) Hypallage eſt: nam non omnem curſum proſpera dixit religio: ſed omnis religio dixit proſperum curſum. ¶ Cuncti diui.) Quia quicquid audiuit à diuerſis, ad Iouem recurrit: Vt diximus ſupra, Quæ Phœbo pater omnipotēs, mihi Phœbus Apollo. ¶ Numine.) Numē autem oraculum ſignificat. ¶ Repoſitas.) Ρέθοσ pro repoſitas, ideſt longe poſitas. ¶ Nouum.) Magnum, more ſuo. ¶ Prodigium canit.) Prodigium, portentum, monſtrum, modico fine diſcernuntur: ſed confuſe pro ſe plerūq; ponūtur. ¶ Triſteis iras.) Deorum ſcilicet, ꝓpter iniurias ſuas. ¶ Obſcœnamq́; famem.) Aut quæ homines etiam ad obſcœna cōpellit: vt, Maleſuada fames. aut certe quam obſcœna auis prædixerat. ¶ Quæ prima pericula vito, Quidue ſequens tantos poſſim ſuperare labores.) Duo petit, quemadmodum aut periculis careat: aut quibus conſilijs par eſſe laboribus poſſit. ¶ Tātos.) Quantos Harpyia prædixerat.

DONATVS.

¶ Talia fundebat lachrymans, l.q;.ci. In.fle.) Nihil, inquit, locuta eſt ſine lachrymis excitans loquendo, quod incaſſum plangeret. quid prodeſſe potuerant lachrymæ? cum ſemel amiſſa reparari non poſſent. ¶ Cum ſeſe à mœ.h.pr.m. Helenus co.af.) Dictura adhuc intelligitur ſuiſſe complura & reſpōſurus proculdubio fuit Æneas interrogatiōibus tanta benignitate prolatis, ſed ne id fieret, Heleni aduentus effecit, qui cum magna deductorum caterua inſperatus proceſſerat. bene interuentu Heleni reſponſum Æneæ poeta ſubtraxit, ne in relatione eius nota etiam dicta repeterentur. ¶ Agnoſcitq́; ſuos, lę.q;.ad.l.d.) Fecit Helenus, quod eſt inter homines ſępe difficile. nonnulli enim fortunæ ſuffragijs fulti deſpiciunt ſuos, quos fata deiecerint, nōnulli pudore potiusq̄; voluntate humani ſunt. iſte & agnouit ſuos, & lætus duxit ad domum. ¶ Et multum lachry.ver.in.ſin.fun.) Vt modus verborum lachrymarum copia vinceretur, vno in loco duos motus animi eodem tempore Heleno dedit, lætitiæ ſcilicet & mœroris, qui ſunt ſibi ex affectu contrarij. nam quomodo lætus fuerat, ſi iugiter flebat? quod lætum dixit & flentem, alterum fuit, quod videbat ſuos, alterum, quòd malorum communium recordatio dolētem cogebat ad lachrymas. procedo, inquit, hoc eſt vlterius accedo. ¶ Procedo & paruā troiam ſimulataq́; magnis Per.&c.) Plurimum derogaſſet nobilitati patriæ ſuæ, ſi conſimilia diceret cura Heleni fieri potuiſſe, quam fuiſſe ſciebat in Troia. iccirco poſuit paruam Troiam ſimulataq́; magnis Pergama & aren-
tem

tem Xanthi cognomine riuū agnoſco, ſcææq; amplector limina portę, vt oſtēderet fuiſſe quidē multa, quę ſimilitudinem & vocabula locorum veterum afferrent, nō tamē oſtēderent magnitudinem. nam Troia fuerat, ſed parua: & pgama mediocriter ſtructa, & ſitiēs Xanthus, nō ille, de quo alio loco dictum eſt, nec reperire viam neq; voluere poſſet in mare ſe Xanthus, ecce oſtendit verum Xanthum copioſe fluere, illum vero ſimulatum & riuum eſſe & aridum, vt ſolum nomen non etiam parem ſubſtantiam retineret. ¶ Necnon & teu.ſo. ſimul vr.fruun.) Æneam, Anchiſen, & Aſcanium duxit ad domum ſuam. Troiam cæteri per ciuitatem hoſpitia accæperunt ea religione, qua non peregrini, ſed qua ſocij excipi debuerunt. ¶ Illos porticibus rex accipiebat in amplis.) Accipiebat, dixit, ideſt paſcebat. hoc verbum deniq;, & hæc loquendi conſuetudo etiam nunc in vſu eſt, quum ſumpto aliquo commodo dicimus danti, bene nos accipis, hoc eſt bene nos foues, bene nos paſcis, cæterum ſi non ita (vt poſitum eſt) intelligatur, erit vitium, ſi in amplis porticibus, non in amplas porticus accipiebātur. ¶ Iamq́; dies, alterq; dies proceſſit.) Augmentum benignitatis oſtenditur, cum hoc non tantum vna die, ſed & altera exhibebatur hoſpitium. ¶ Et auræ Vela vocant.t.q;.i.c.a.) Bene ſuffragantem etiam ventū dixit, non enim ſola aura nauigaturis fuerat neceſſaria. ¶ His au.aggredior.d.acta.qu.) Aggredior quaſi ſuperbum eſt, quæſo autem humile. vnū fuit quod veniret ex fiducia ciuis & affinis, alterum honorificentiæ, quam deorum omnium cultor debeat ſacerdoti. ¶ Troiugena.i.di.q.n.p.Qui.tr.clarij.) Hoc eſt Apollinis. ¶ Lauros, qui ſi.ſ.) Hoc eſt, qui lauros & ſydera ſentis. ¶ Et.v.l.&.pr.o.p.) Inter oia quæ fuerunt in illo viro laudanda, primo troiugenam dixit, vt plurimum daret ei hominum generi, ex quo fuit etiam ipſe, qui laudabat. interpres diuum. quid felicius quàm noſſe, quid velint vel quid cogitent dij? vel dignum eſſe per quem loquantur in hominibus numina? Qui tripodas. tripodam dicimus trium pedum, quæ alio nomine cortina appellatur, & eſt in templo Apollinis. vt ſit ordinatione facta. qui tripodas clarij Phœbi, lauros ſentis & ſydera, hoc eſt, qui ſcis, quid ſyderum motus tranſituſq; ſignificent, & volucrum linguas & præpetis omina pennæ, & noſti quid auium linguæ vel volatus oſtendant. ecce laus plena, cum enim diuerſa ſint vatum genera, & vix ſingula vaticinationis in ſingulis reperirantur. hæc eſſet Heleni ſumma prædicatio, quod omnium profeſſionum ſcientia redundabat. ſentis autem non ſemel accipiendum eſt, in medio enim poſitum & ſuperioribus & inferioribus poteſt applicari. ſed hoc ipſum ſentis non multipliciter poſitum eſt, ne eſſet odioſum, nec in capite aut in fine multorum continua congregatio deformaret dictionem. poſuit igitur vt iam dictum eſt in medio, vt ſuperioribus inferioribusq́; appoſitum præſtaret gratiam, præcępta quoq; rhetoricę diſciplinæ non omiſit. nam qui neceſſaria poſcebat, debuit demonſtrare poſſe illum quod petebatur, monſtrare. perindeq́; non eſſe difficile, quod eſſet largiturus, damnoſum quoque non eſſe, nec turpe. ſi id diceret, quod eius ore ſine ipſius pudoris detrimento nomina pronunciare voluiſſent. honeſtum vero & religioſum, vt ciuis in rebus dubijs & periculoſis inſtrueret ciuem. Iccirco autem in ipſo principio troiugenam dixit, vt ciuica religiōe conſtrictus, quod poterat non negaret. ¶ Fare age.) Hortationem poſcentis ſignificant non authoritatem iubentis. Dicit iam ipſam cauſam quæ illum ſollicitum faciebat. ¶ Prodigium canit, & triſtes denunciat iras.) Prodigia dicuntur, quibus denunciantur aduerſa. dixit ergo metus ſui cauſam. dehinc remedium poſuit, quo aduerſa omnia tolerare poſſet aut fugere. iccirco addidit. ¶ Quidue ſequens tan.poſ.ſupe.labores.

ASCENSIVS.

¶ Talia fundebat.) Docet, quomodo poſt colloquium ſuſceptus eſt hoſpitio in nouam Troiam, quam ad ſimilitudinē prioris extruerant, vtq́; vaticinium ab Heleno petierit ſub profectionem ſuam: de quibus rebus dicit Donatus. ſic. ¶ Paruam Troiam.) In omnibus iſtis verſibus, ne minuat magnitudinem Troię patriæ, oſtendit hanc non tantam eſſe, ſed ſimilem: nam dixit
paruam

paruam Troiam & ſimulata Pergama,arentẽmq; riuum Xanti.
Necnon & Teucris Æneam , Anchiſen,& Aſcanium duxit in ſuã
domum.Reliquos,hoſpitia per ciuitatem accæperunt.⁋ Accipie
bat.) Paſcebat : aliter enim non in amplis porticibus , ſed in am/
plas porticus dicendum fuerat.⁋ Iamq; dies.) Argumentum be/
nignitatis:quum non vnius,ſed plurium dierum , ſit hoſpitium.
⁋ Troiugena.) Plurimum dat ei generi:ex quo fuit etiam ipſe qui
laudabat.⁋ Interp.) Quid felicius quàm noſſe,quid velint dij &
dignum eſſe,per quẽ loquatur in hominibus ? ⁋ Tripodas.) Triũ
pedum ſunt.Alio nomine,cortina appellatur.Eſt autem laus ple
na:nam quum ſint diuerſa vatum genera:& vix ſingula vaticina
tionis,in ſingulis reperiantur,ipſe erat in omnibus verſatus . Eſt
color rhetoricus repetitio.⁋ Fare age.) Non iubet,ſed hortatur.
⁋ Prodigium.) Prodigia autem dicuntur,quibus nunciantur ad/
uerſa.Poſcit inde remedium,quo aduerſa toleret,aut poſſit fuge
Ordo. re.Hæc ille . ¶ Ordo eſt . Supp.Andromache lachrymans vnde
non mirum,ſi non omnem expleuit ſermonem.fundebat.ſ.è pe
ctore:talia.i.tales querelas:& ciebat.i.excitabat , & prouocabat:
incaſſum,ideſt fruſtra,& in vanum:quia nihil profuturos fletus:
longos.i.lõge repetitos:aut in longum duraturos,ſup.tũc:quũ,
ideſt quando Helenus heros.i.heroica virtute,& nobilitate præ/
ditus:Priamides.i.Priameius:vt ſit patronymicum pro poſſeſſi
uo : aut ſic quum heros.ſ.Helenus Priamides.i.Priami filius af/
fert ſe,ſupp.nobis & hoc multis comitãtibus,ſup.eũ:& ipſe agno
ſcit ſuos affines neceſſarios,& compatriotas : & ipſe lætus ducit
ſ.agnitos,ad limina.ſ.domus ſuæ,& fundit multum.i.abũde la/
chrymas,inter ſingula verba.Ego procedo.ſ.ad vrbẽ,& agnoſco
paruam Troiam.i.vrbem paruam extructam in formam magnę
Troiæ:& agnoſco Pergama.i.mœnia Troiana,ſup.parua , ſimu/
lata magnis.i.efficta ad ſimilitudinem magnorum:& riuum arẽ
tem.i.ſine aquis alueum:cognomine.i.cui cognomẽ erat Xanthi
illius fluuij Troiã interfluẽtis,& amplector limina , portæ Scæę
ſ.ingredior portam,quæ dicta eſt à porta Scæa Troiana,vergen
tem ad Scæum promõtorium . & extructa in ſimilitudinem il/
lius.Necnon.i.ẽt:Teucri.i.Troiani cęteri:hoc eſt,ſocij mei fruunt̃
ſimul in vrbe : ſocia.i.recipiuntur ſocialiter à compatriotis ſuis.
Rex.ſ.Helenus.qui in partẽ regni peruenerat:accipiebat.ſ.ad con
uiuium.i.paſcebat:illos.ſ.Teucros,in porticibus amplis : vti re/
giæ cõueniunt : & ipſi illic immorãtes:libabant.ſ.primum , aut
more libantiũ.i.ſacrificantium abſumebãt pocula Bacchi.i.vini:
in medio aulai.i.aulæ:hoc eſt,regiæ,(nam aula,eſt regia Latine,
quia autem vbi Latine habemus æ , Graci habent ai pro diph/
thongo. & tamen vt nos e proferunt,quanuis pro oi vbi nos œ
ſcribimus,ipſi i pronuncient:ideo aulai,pro quo Græci,aulæ,p̃/
nunciant.per dięreſin fit triſſyllabum,ſicut apud Ennium,lunai,
quod Perſius citat : & aurai , ſimplicis ignem apud hunc poe/
tam) & tenebant pateras,ideſt vaſa ampla:& hoc dapibus , ideſt
cibis regalibus:impoſitis auro,ideſt eſcarijs aureis,faciebant (in/
quit) hæc. Iamq;,ideſt & iam dies.ſ.vnus & alter dies proceſſit,
& auræ,ideſt venti opportuni & ſecundi leniter ſpirantes: vocant
vela,ideſt videntur nos prouocare ad pandenda vela , & carba/
ſus,ideſt velum ex carbaſo:inflatur auſtro,ideſt vento illo:tumi/
do,ideſt inflato,aut inflante:nam flantes tumere videtur , & ſup.
ego aggredior,vatem.ſ.Helenum:his,ideſt huiuſmodi dictis , id/
eſt verbis (eſt enim nomen,non participium.) ac quęſo,ideſt prę
cor talia:ò Troiugena,ideſt in Troia genite:interpres,ideſt ſigni
ficator per loquelam diuum,ideſt voluntatis deorum:qui ſentis
numina Phœbi.i.diuinitatem eius per illapſum:qui ſentit Tripo
das.i.reuelationem factam apud Tripodas Apollinis , ſcilicet in
Delo:qui ſentis lauros Clarij,ſcilicet Apollinis,ideſt oracula Cla
rij fieri ſolita ſub lauro:qui ſentis ſydera,ideſt iudicium aſtrorũ,
& ita præſcis per te futura:& qui ſentis linguas volucrum , ideſt
auium oſcinarum:hoc eſt augurium,quod ex garritu fit auium:
& omina,ideſt portenta,aut indicia , pennæ præpetis.i.auis op/
portunæ volantis,& ſedes idoneas captantis,hoc eſt , auſpicij ẽt
peritus es:age,adhortandi aduerbium fare,quæ pericula ego vi/
to,ideſt vitare debeam:prima,ideſt præcipua : ve,pro vel : quid
ſequens ego poſſim ſuperare tantos labores,quãtos,ſcilicet Har
pyia Celęno prędixerat fare,inquam,nam religio,ideſt deorum
obſeruatio,hoc eſt,pia & religioſa gens vt Caſſandra,Creuſa,He
ctor , &c.proſpera dixit mihi omnem curſum,pro eo quod eſt,
omnis religio dixit , mihi curſum proſperum : eſt enim in adie/
ctiuis hypallage & cuncti diui ſuaſerunt numine , ideſt nutu &
fauore , aut voluntate , aut diuina poteſtate ſua , aut (vt Seruius
dicit) oraculo petere Italiam,& tentare terras repoſtas,ideſt lon
ge poſitas:aut nobis repoſitas , ideſt recæptas , aut repoſitas ad
aduentum noſtrum.Sola Celæno Harpyia,canit,ideſt vaticina/
tur,prodigium nouum,ideſt inauditum mihi , & ab alijs non ſi/
gnificatum , & ideo ſola:& canit prodigium,nefas , ideſt nefan/
dum & deteſtabile : dictu,ideſt dum dicitur , aut vt dicatur . Et
denunciat mihi iras deum,ideſt deorum:triſtis,ideſt incommo/
das nobis:q;,pro,ideſt famam obſcœnam,ideſt indecoram , aut
quæ quos torquet obſcœnos facit.

PIERIVS.

¶ Priamides multis Helenus comitantibus adfert.) In codici/
bus aliquot antiquis legere eſt,Priamides Helenus multis comi
tantibus adfert.Simplicior quidem hic ſermo,& narrãti aliquid
accommodatior . Ille autem,prout in vulgatis habetur exem/
plaribus,& comptior,& aliquanto laſciuior.pluribus magis pla
cet.Superius tamen eadem vſus eſt ſimplicitate Virgilius,quum
dixit,Priamidẽ Helenum Graias regnare per vrbes,qui ſi altius
inſonare voluiſſet , Priamiden Graias Helenum regnare per vr/
bes:dubio procul ſcriptum reliquiſſet.Sed qui ſtylum narratio/
nis preſſiorem,puriorem'q; expeti non ignoraret,Priamiden He
lenum,abſq; fuco dicere maluit . ⁋ Et multum lachrymans.) In
Mediceo,& codicibus aliquot antiqs participij voce , lacrumãs,
legitur. Quæ lectio Seruio non ſatisfacit,qui malit nomẽ,q̃; par
ticipium.Sunt tamen erudita ingenia , quibus minime diſplicet
eiuſmodi eloquutio,interfundit verba ſingula,multum lachry/
mans.⁋ Inter ſingula fundit.) Illud vero minime placet , quod
in veteribus pleriſq; codicibus,fudit,legitur tempore præterito.
⁋ Aulai in medio libabant.) In veterib.cod. aliquot , Aulai me/
dio : abſq; in,præpoſitione legitur,quod non ita placet . Quan/
tum vero pertinet ad diæreſim,Quintilianus lib.inſti.j.Æ,ſylla
ba ait,cuius ſecundam nunc e literam ponimus,varie per a & i
efferebatur.quidam ſemper,vt Græci.quidam ſingulariter tan/
tum,quum in datiuum vel genitiuum caſum incidiſſent.vnde pi
ctai veſtis,& aulai,Virgilius amantiſſimus vetuſtatis,inſeruit car
minibus , eorum vero ſcribendi morem,qui (vt Quintilia.ait)
Græcos ſequebantur.Ti.Claudius Druſi F.præcipue adamauit,
cuius inſcriptio quædam,de auctis populi Romani finibus , po/
merio'q; ampliato Romæ inſpicitur ad cloacam D. Luciæ in hũc
modum : Ti.Claudius Druſi F.Caiſar Aug.Nam de digammo,
quo etiam vſus eſt eodem monumento in dictionibus , amplia
Fit,termina Fit'q;,alibi diximus . ⁋ Hic vatem adgredior dictis.)
Mediceus,& alij quidam cod.vetuſti , His vatem adgredior di/
ctis,legunt;ſed hic non diſplicet.⁋ Qui tripodas , Clarij lauros.)
Soſip.Cariſ.ait quoſdam,laurus,hoc loco agnoſcere quarto de/
clinatu,quòd omnia arborum genera quartæ declina.eſſe cenſe/
rẽt:aduerſus quos diſputat,& Virgiliano preſertim exemplo eo,
Et vos ò lauri carpam,& te proxuma myrte,rationem ſuam cõ/
firmat,licet illi authoritate mutari in vocatiuo dicant . Præterea
in Mediceo codice vna plus dictiõe,clarij,& lauros legitur.Erat
tamẽ,clarij,prius,eo modo quo veteres paſſim ii geminum per
vnum oblongum ſcriptitare conſueuerant,etiam ſi duo enuncia
rent,vt exempla indicant alibi recitata.⁋ Nanq; omnem curſum
mihi proſpera dixit Relligio.) In veteribus aliquot exẽplaribus
legere eſt,Nãq; oĩs curſum mihi proſpera dixit Relligio . Sequi/
tur enim,& cũcti diui,vbi nulla opus erit hypallage . Eãdem hãc
lectionem reperi in Donatiano cõtextu . ⁋ Prodigiũ canit.) Pro/
digium ſemper dictu peſſimum eſſe,quaſi porro adigẽdũ,hoc lo
co teſte,Nonius adfirmat,quum mõſtra & portẽta , ſimiliter in/
telligantur,ꝙ imminentia monſtrent,& oſtendant . Portentum
vero,non ſolum ꝙ portendat , ſed ꝙ etiam apportet:& faciat in
ijs,quę ſignificationibus,auſpicijs,augurijs,& extiſpicijs oſtẽdũ/
tur.Sed enim Cornelius Fronto prodigium eſſe dicit,quòd mo
res faciunt,per quod detrimentum expectatur,prodigos'q; voca
ri,qui prodigia faciunt.Quod Virgilianæ ſententiæ pulcherrimę
quadrat.Celæno.n.rẽ pręter mores minabatur,vt.ſ.ſacrũ libum
malis audacibus mãdere adgrederẽtur,quod vnum maxime re/
formidabit Æneæ pietas.Sunt & prodigioſa crimina etiam me/
moratu religioſa,de quib.apud authores ſæpe . Monſtrum vero
eſſe,Cornelius idem ait,in quo rectus ordo naturæ vitiatur,vt ſi
Minotaurus,aut aliquid huiuſmodi naſcatur.Oſtentum,ꝙ præ/
ter conſuetudinem offertur,vtputa ſi videatur terra ardere , vel
cœlum,vel mare,in quo raritas admirationem facit.Portentum
vero,ꝙ porro & diutius maneat:futurum'q; porro aliquid ſigni
ficet,eius'q; eſſe euentum differri.Has autem Vocabulorum dif/
ferẽtias,& proprietates interim adnotare nõ grauamur,quũ pre
ſertim apud authores diuerſa eſt eorum interpretatio , vñ aliqua
ſuboriatur cõtrouerſia,in quo lucubratiõis genere , docta & ele/
gantia ingenia ſeſe exercere ſæpe conſueuerunt.




Hic Helenus cæſis primum de more iuuencis,
Exorat pacem diuum, vittasq; reſoluit
Sacrati capitis, meq; ad tua limina Phœbe
Ipſe manu multo ſuſpenſum numine ducit.
Atq; hæc deinde canit diuino ex ore ſacerdos.
Γ Nate dea (nam te maioribus ire per altũ HELENVS
Auſpicijs manifeſta fides. ſic fata deum rex
Sortitur, voluitq; vices, hic vertitur ordo)
Pauca tibi è multis, quo tutior hoſpita luſtres
Æquora, & Auſonio poſſis conſidere portu,
Expediam dictis, prohibent nam cætera Parcæ
Scire, Helenum fariq; vetat Saturnia Iuno.
Principio Italiam, quam tu iam rere propinquam,
Vicinosq; ignare paras inuadere portus,
Longa procul longis via diuidit inuia terris.
Ante & Trinacria lentandus remus in vnda,
Et ſalis Auſonij luſtrandum nauibus æquor,
Inferniq; lacus, Æææq; inſula Cyrces,
Quàm tuta poſſis vrbem componere terra.
Signa tibi dicam, tu condita mente teneto.
Quum tibi ſollicito ſecreti ad fluminis vndam,
Littoreis ingens inuenta ſub ilicibus ſus,
Triginta capitum fœtus enixa iacebit,
Alba ſolo recubans, albi circum vbera nati,
Is locus vrbis erit, requies ea certa laborum.
Nec tu menſarum morſus horreſce futuros,
Fata viam inuenient: aderitq; vocatus Apollo.

SERVIVS.

¶ De more.) ſcilicet ſacrificã-tum. Et aut de ſacrificãtũ more requiritur vtrũ tempus cõſulẽdi eſſet (Nam & hoc vehemẽter q̃ritur: vt in ſexto, Tũ virgo poſcere fata Tẽpus ait) Aut certe quod & melius eſt, de ſacrificatum more, añ nefas expiat ab Harpyia prædictum: & ſic venit ad vaticinationem. Vt autẽ hic expiatã famem intelligamus, ſequẽs efficit locus: vt, Aderitq; vocatus Apollo: quũ cõſtat, niſi in hoc intellexeris loco, famis cauſa nuſquã inuocatum eſſe Apollinis numẽ. Dubitationem autem in hoc loco exorat facit: nam orare eſt petere. exorare impetrare. Ergo impetrat pacem aut ad inquirẽdum tempus, aut ad mitigãdum famis periculũ. Γ Vittasq; reſoluit.) In ratiõe ſacrorum par eſt & animę & corporis cauſa. Nam plerũq; quæ nõ poſſunt circa animam fieri, fiũt circa corpus vt ſoluere, vel ligare quo poſſit anima, ꝙ per ſe nõ poteſt ex cognatiõe ſentire. inde eſt, Vnum exuta pedem vinclis in veſte recincta. Bñ ergo Helenus cũcta corporis ſoluit: ne q̃ parte aío religato ad numen accedat. Γ Suſpẽſus.) Si ſuſpẽſus ipſe, numinis plenus. Si ſuſpenſum eſt, ſollicitum & attẽtũ. Γ Deinde canit.) Poſt peracta ſolẽnia. Γ Nate dea.) Ordo eſt, Nate dea pauca tibi expediam dictis: prohibẽt nã cętera Parcæ Scire Helenũm fariq; vetat Saturnia Iuno. Omnia, inquit, vates nouit: ſed nõ omnia permittitur dicere, fatis prohibẽtibus: etiam ex his quæ nouit multa vetat dicere Iuno Saturnia. Γ Maioribus.) Cœleſtibus, ꝓpter ſyderis curſum: cuius fuit explanatio per Creuſam. Γ Per altum.) Per limitẽ fortunę ſuperioris. Γ Sortitur.) Diſponit, ordinat. Et bene alluſit quaſi Apollinis ſacerdos: cuius propriæ ſunt ſortes i. reſpõſa diuina. Γ Voluitq; vices.) Definitio fati ſecũdũ Tullium, qui ait, Fatum eſt cõnexio rerum per æternitatem. Γ Pauca tibi è multis.) Duo dicit eſſe dicturum, quemadmodum poſſit tute nauigare: & quibus ſignis Italiæ regna cognoſcat. Γ Hoſpita æquora.) Vicina. nihil enim nobis hoſpitio eſſe vicinius cõſtat. Γ Prohibẽt nam cętera ſcire.) Hic diſtinguẽdum. Et eſt ſenſus. Cætera te ſcire nõ ſinunt fata. Helenum vero Iuno prohibet dicere etiam ea quæ audire poteras. & vacat Que, vt ſolet frequẽter. Male autem ſentiũt qui diſtingũt ſcire Helenum: quum legerimus in Lucano, Venit ętas omnis in vnã congeriem: miſerumq; premunt tot ſęcula pectus. Item alibi, Nec tãtũ prodere vati, Quantum ſcire licet. & adeo repletus numine nouit oĩa ſacerdos, vt refrenetur ad cætera dicenda. nam dicẽdo, Helenum fariq; vetat Saturnia Iuno, oſtẽdit præmiſſum ad Æneam pertinere. aliter ſuum nõ interponeret nomen. Prohibet autem ſcire mortem patris ad augẽdũ inopinatũ dolorem: tempeſtatem ab Æolo immiſſam: amorem Didonis,

in quo

in quo & gaudium quidem eſſet:ſed quod improuiſum, vile creditur. Et ſi ſciret Æneas ſe de Africa exiturum, nō facile Didonis conſentiret amoribus. Nouimus autem hoc Iunonem agere, vt ſi poſſet fieri, regnum Italiæ Libycas auerteret oras. Inopinatū vero dolorem etiam Æneas conqueritur, vt, Nec vates Helenus quum multa horrenda moneret. ¶ Ignare.) Pro ignarus, caſus pro caſu. dicit autem ignarum fati. ¶ Longa procul.) Non ſitu, quam pene videt: ſed neceſſitate fatali. ¶ Via inuia.) Æneæ ſcilicet. ¶ Trinacria.) Quæ latine triquetra dicitur, quam multi Trinacriam dicunt. ¶ Lentandus.) Aut lente tibi nauigādum eſt: nam totam Siciliam circumiit. Aut lentandus tibi remus eſt, ideſt flectendus: vnde lentum vimen dicimus, ideſt flexibile. ¶ Inferniq; lacus.) Lucrinum & Auernum dicit: inter quos eſt ſpelunca, per quam ad inferos deſcendebatur, vñ eos dixit infernos. ¶ Ææęq; inſula Circes.) Qui nunc Circeius mons à Circe dicitur, aliquando, vt Varro dicit, inſula fuit nondum ſiccatis paludibus, quæ eam diuidebant à continenti Ææa autem dicta ab aſpernantium voce propter celebratas illic corporum mutatiōes: vnde eſt, Inacceſſos vbi Solis filia lucos. Æææ autem tres ſunt diphthongi: nam genitiuus eſt ab Ææa. ¶ Quàm tuta poſſis vrbem componere terra.) Ante cuncta luſtrabis, quàm poſſis vrbem tuta terra componere. Tuta autem propter Thraciæ & Cretæ diſcrimina. ¶ Signa tibi dicam.) Deeſt ergo. Et notandum quia non eo ordine quo præmiſerat, dicit. Ante enim de ciuitate cōdenda: ſic de tuta nauigatione. ¶ Secreti ad fluminis vndam.) Ideſt Tyberini. ¶ Littoris.) Littus dicitur quicquid iuxta aquam eſt: vnde nunc ripam fluminis, littus vocauit. ¶ Sus.) Naturaliter longa eſt: licet in genitiuo corripiatur: vt bos, pes, res, ſpes. De hac autē ſue alij dicunt ſecundum Virgilium, quod in Italia inuenta ſit. Alij quòd ſecum eam more nauigantum Troiani portauerint: & oraculo cognouerint ibi eſſe condendam ciuitatem, vbi ſus illa poſt fugam fuiſſet inuēta. Dicitur ergo in Campaniam fugiſſe: & inuenta in Laurolauinio: à qua Aſcanius poſt Albæ nomen impoſuit. ¶ Triginta capitum fœtus enixa.) Prodigiale eſt hoc, quo ſignificatur triginta annis regnaturus Aſcanius. ¶ Viam.) Rationem: & non dicit quam, quia etiam profutura eſt fames: vt, Hæc erat illa fames; hæc nos ſuprema manebat, Exitum poſitura modum. ¶ Aderitq; vocatus Apollo.) Nunc vocatus; quia vt ſupra diximus, expiatorium fecit ſacrificium.

DONATVS.

¶ Hic Helenus cæ. pr. de mo. iu. Ex. pa. di. vi. q; r. ſ. ca.) Helenus nihil Æneæ poſtulanti reſpondit, facturum ſeſe promitteret aut negaret. fieret enim mora ſuſpenſo, & ventorum proſperis flatibus. ſed quod fuerat melius, quod non promiſerat verbis completurum ſe factis euidentioribus demonſtrabat tenēs ordinem ritus ſui. primum ergo cæſorum iuuencorum ſanguine fauorem deorum futuris reſponſis & deſiderijs conciliabat. vt per ſacrorum obſequia ad veram poſſet futurorum ſcientiam peruenire. vittas autem reſoluit ſacrati capitis, vt plenum oſtenderet officium ſacerdotij, fecit ſolui vittas, vt penderent, quæ fuerant nexæ. ¶ Meque ad tua limina phœbe. I. m. m. ſ. n. d.) Rem geſtam cum apoſtropha proſecutus eſt. Ipſe, inquit, Helenus me retinēs manu. quod fuit apertum beneuolentiæ ſignum, ad tua Phœbe templa perduxit ſuſpenſum, quod poſuit numine, aut numinis veneratione turbatum, aut inde ſuſpenſum, ne contraria quàm optabat audiret. ¶ Atq; hæc. d. c. diuino ex ore ſacerdos.) Diuinū dixit quod diuina caneret. ¶ Nate dea nam te maioribus, &c.) Nā cum ſit cōiunctio rationalis, nō debuit hoc loco prima conſtitui. ne ſit igitur vitium ordinamus ita, Nate dea maioribus te ire per altum auſpicijs manifeſta fides, nam ſic fata deum rex ſortitur, voluitq; vices is vertitur ordo. ¶ Pauca. t. ē m. q. tu. ho. lu. æquora, &c.) Multa, inquit, tibi inſtructionis cauſa fuerant referenda, ſed ne id fiat dij prohibent me ſcire & Iuno aliqua referre nō patitur, tamen dicam quę poſſunt eſſe in mea poteſtate. ¶ Principio Italiam. q. tu. i. r. p. Vi. q; ig. p. inu. p. Lo. p. lo. v. d. i. t.) Ante quàm Æneas venire ad Italiā poſſet, & in ea cōdere ciuitatē dixit, per quot loca, per quam prolixa eſſet maria trāſiturus. primo, inqt, Italia (ut ignarus putas) nō eſt proxima. nam longe eam ab his locis natura diſcreuit. Deniq; ante trinacria lentandus remus in unda, hoc eſt Sicilię. & ſalis auſonij luſtrandū nauibus æquor. dixit & Italię, inferniq; lacus. Ææęq; inſula circes, quā tuta poſſis urbē cōponere terra. Tūc, inquit, poteris tuta terra cōdere ciuitatem, per hyperbaton fecit quādā obſcuritatem, aperitur tamē ſi quod lōge ſeparatum eſt, ordinatiōe uerborum procurata iungatur. Ante, inquit, tibi multa trāſeūda ſunt, q; tibi cōtingat ad Italiam peruenire, & dixit quæ ſint ipſa multa, & hæc ſpecialiter poſuit, quę dicit primo tranſeunda. propter manifeſtiorem autem inſtructionem ait. ¶ Signa tibi dicam, tu. c. m. teneto.) Cōmēdat, quod fuerat dicturus, ut oſtenderet, & magnum eſſe & uerum, quod dicturus ſum, tene ſenſibus conditum, nec pro leui habitū rejcias ex animo tuo. ¶ Cum tibi ſollicito ſecreti ad. fl. u. Li. i. in. ſ. l. ſ. Triginta capitū. f. e. i. A. ſ. re. a. c. u. n. Is locus urbis erit. r. e. c. l.) Quid tamē apertius quam ignorantem tot à ſignis inſtruere? dixit. n. locū, loci ſigna de flumine. ac, de arboribus dedit, nec quēlibet locum, ſed ſecretum, dixit tempus, cum nimia, inquit, ſollicitudine fueris preſſus dicit iam ſignum ipſum. porcam, inquit, inuenies, ipſi quoq; porcæ applicauit iudicia, ne alteram forte alio tempore atq; alio loco repperiēs falleretur, dedit ſignum de corpore, ingentem ſignificās, vt eam crederent triginta fœtus exponere potuiſſe, dedit de colore q alba, dedit de fœtu eius numerum firmās triginta capitum, ipſorum quoq; colorem conſimilem ſpondens, ipſam vt roboream quietā & iacentem. Hæc ergo vbi, inqt, videris, illic habebis ſedē, illic laborū requiē ſupra fidē rerū eſt poſſe porcā parere fœtus triginta cōſimiles omnes materno colore reſpondentes. ſi tamē conſideretur mōſtri ratio, poteſt fieri. nam factum eſt ſępe, vt præter naturā multa proferantur, quę aliquod bonū vel malum demōſtrarent, vt ignis ex capite Aſcanij mitis & innoxius, vt in cauſa Polydori ſanguis ex lignis, vt ſudor ex deorum ſimulachris, vt vox humana ex pecudibus, & multa alia, quæ extitiſſe commemoratur, & quia ſciebat Æneam famis imminentis formidine vehementer affligi, atque huius rei cauſa vel maxime conſulere voluiſſe. ¶ Nec tu, inquit, men. mor. hor. fu.) Non prædixit Helenus futuros morſus menſarum, ſed ab arpyia prædictos firmauit. quum enim non metuēdos dicit, oſtendit emerſuros quidem, ſed nō metuendos. Æneas enim conſulens Helenum ſuper eadem re ait. quum multa reſpōſa acciperemus, nihil nobis de fame, nihil de menſarum ſacrilegio dictum eſt. celæno tantummodo hæc futura prædixit. noſſe cupio an illi debeat credi? reſpondit Helenus, harpyiæ quidem dicta compendioſe confirmans, ſed extenuans metum. quum enim dicit. ¶ Fata viam inue.) Vult intelligi vere futuros menſarum morſus. ſed ne formidet ſacrilegium, tenebunt enim fata ordinem ſuum. ¶ Aderitq; vo. Apollo.) Oſtendit quidem futuram, ſed non diram famē obſiſtētibus fatis, & vel maxime Apolline.

ASCENSIVS.

¶ Hic Helenus. &c.) Recitat reſponſum & vaticinium Heleni, multa monētis: de quo dicit Donatus ſic. ¶ Manu.) Quod eſt apertum ſignum beniuolētiæ. ¶ Suſpēſum.) Aut numinis veneratiōe turbatum: aut inde ſuſpēſum: ne cōtraria q; oportet audiret. ¶ Diuino.) Quia diuina canit. Nam quum ſit cōiunctio ratiōalis, nō debet prima cōſtitui: ergo lege. ¶ Nate dea &c.) Multa, inſtructiōis cauſa, fuerat referenda: ſed ne id fieret, dij prohibēt me ſcire, & Iuno aliqua referre nō patitur: tamē dicam quæ poſſunt eē in mea poteſtate. Deinde narrat, q quāuis Italia proxima ſit, tamen lōgo circuitu, ambiēda eſt Sicilia. ¶ Signa tibi dicam.) Commēdat quod fuerat dicturus: vt oſtēderet id magnum eſſe, & verum: deinde dat ſigna fluminis: dat porcæ: dat numerum fœtus: dat colorem: quod ſi eſt præter naturam porcam edere triginta, multa perſæpe, quæ bonum, aut malum portēderēt, euenerunt præter naturam, vt ignis ex capite Aſcanij, mitis & innoxius: vt in Polydori ſepulchro, ſanguis ex viminibus, vt vox humana ex pecudib. ¶ Nec tu menſarum.) Oſtēdit futuram famē: ſed nō nocituram. Hæc ille. ¶ Ordo eſt. Helenus exorat. i. orādo & implorādo impetrat: hic. i. hoc tempore quo prædicta petebam: pacem. i. recōciliationem, aut fauorem, qui eſſe ſolet inter eos qui inter ſe pacem habēt: diuum. i. diuorum: & hoc iuuēcis cęſis, primum de more. ſ. ſacrificātiū ad obtinēda oracula, aut diuinādi beneficium & reſoluit. i. laxat vittas: capitis ſacrati. ſ. ſui: qui ſacerdos & vates erat: ideo aūt reſoluit, vt animum quoq; ſolutum, externis curis ſignificaret: aut, vt futuro furori accōmodaret: & ipſe ducit manu, ſupp. ſua: me ſuſpēſum. i. ſollicitum, & attētū numine multo: ita vt etiam diuino numine adflatum ſe ſignificet Æneas: aut legendum eſt, ſuſpēſus: vt ſit Helenus ſuſpenſus multo numine ducit me manu, ò Phœbe, ad tua limina. i. ad ingreſſum templi tui. Atq; ipſe ſacerdos. ſ. Helenus: qui idem ſacerdos & rex: canit deinde hæc. ſ. quæ ſequūtur: ex ore diuino. ſ. Apollinis: hoc eſt, vt ab Apolline accęperat. O nate dea (nam fides. i. perſuaſio, ſup. eſt manifeſta: te ire per altū, ſup. mare. i. nauigare: aut per altū. i. per limitē ſuperioris fortunæ, vt Ser. ſentit: maioribus. i. pręcipuis: auſpicijs. i. prouidētijs, deorū auſpicio ſignificatis: aut, auſpicijs, pro auſpicibus: ſicut: ſeruitijs, pro ſeruis, legimus. (auſpices aūt ſunt, qui dextrę pręſunt rebus inchoādis.) Rex deū. i. deorū. ſ. Iupiter: ſortitur Ordo

titur.i.per ſortes,indicat,aut diſtribuit ſic:ſata.i.res fataliter:hoc eſt,deorum prouidentia futuras:& voluit ſic:vices.ſ.rerũ:& hic ordo.i.hæc ordinatio,& ſeries rerum , qua tibi talia addicuntur: vertitur.i.agitur,& verſatur)nate,inquã,dea:ego expediã.i.expe dite dicam:tibi pauca è multis dictis.i.eorũ,quę mihi dicta ſunt: quo.i.ad hoc,vt tu luſtres.i.circũeas:tutior,pro eo quod eſt,ſecu rior,aut,reuera,tutior:qa pręcauenda,docet incõmoda: æquo/ ra hoſpita.i.externa(ex hoc aũt videtur,per altum exponendum eſſe.i.per mare.)& vt poſſis cõſidere.i.ſedẽ capere tutior,ſup.in portu Auſonio.i. Italico:expediã(inquit)paucis dictis:nã parcæ i.deæ fatales:prohibẽt,ſup.te ſcire:cętera vt quę de morte Anchi ſę,& ẽt ipſius Æneę poſtea euenerãt:q;,pro &:Iuno Saturnia.i. Saturni filia:vt ſit poſſeſſiuũ pro patronymico:aut Saturnia.i.de natura Saturni:inimica humano generi vetat Helenũ fari cætera i.ne ego dicam cætera.Principio.i.in ꝑmis,dico tibi,ꝙ via inuia i.ímeabilis:diuidit tibi.i.à te,aut ab ingreſſu tuo procul:qa lon/ gis terris.i.per longas terras,in quas prius appelleris:diuidit,di/ cit,Italiam,quã tu rere.i.reris : hoc eſt,arbitraris iam ꝓpinquã: & portus ſup.quos:ò ignare.i.imperite rerum futurarum:tu pa ras.i.prętẽdis:inuadere.i.intrare:vicinos.i.è proximo,quia vici/ ni ſunt:ſed non inuades:qa remus eſt lentandus.i.lẽta nauigatiõe laxandus:in vnda Trinacria.i.mari Siculo:& æquor.i.æqua vn/ da:ſalis.i.maris:Auſonii.i. Italici : eſt luſtrandum.i.circũeũdum: nauibus.i.circumnauigãdum:& lacus inferni.ſ.Auernus,per quẽ ad inferos deſcendit vt dicetur in.vj.& inſula Cyrces,filiæ ſolis: Ænæ.i.ſic denominatæ ab aſpernantium voce eorum,quos in fe ras vertit,ſup.eſt luſtranda tibi:ante.i.prius,q̃; poſſis componere vrbẽ in terra tuta.i.vnde ſic pellaris , vt à Thracia : aut auoceris, vt à Creta.Ego dicam tibi ſigna.ſ.terræ tutæ in qua vrbem con/ das:tu teneto ea condita.i.repoſita,ſup.in:mente,ſup.tua:aut te neto mente:ea condita.i.ſecreta . Quum.i.quando : ſus ingens.i. porca valde magna:inuenta tibi.i.à te:ſollicito.i.ſollicite indan/ ganti,in quã terram deuęneris:inuenta dicit,ad vndam fluminis ſecreti.i.ad quod tu ſecretus.aduenies,videlicet,Tyberis : iacebit enixa fœtus.i.fœturam triginta capitũ:hoc eſt,triginta ſuillorũ, ſignificãs tꝑs triginta annorum,quo Aſcanius regnaturus eſt exi ſtens Alba,qui color Albam prænotat ab Aſcanio cõdendam : & recubans ſolo.i.in terra:& nati.i.ſuilli,aut porcelli albi:iacebunt: ſup.circũ:vbera.ſ.matris : is locus.ſ.in quo tunc eris : aut in quo hæc inuenies(& ita congrue legetur , Quo tibi ſollicito : vt ſit is locus,erit locus ſup.tutus vrbis:quo inuenta tibi , &c.ſed textus quos vidi,quum,habent,non quo.)erit,ſup.locus:vrbis.ſ.cõden dę in terra tuta:ea requies erit,ſup.requies certa laborũ:poſtq̃;.ſ. non reſtabunt labores nauigandi,aut migrãdi:ſed tamen bellãdi, quod dictura eſt ſibylla his verbis : O tandem magnis pelagi de/ functe periclis, Sed terris grauiora manent. Id autem noluit He lenus dicere:ne nollet Italiam petere,vbi tot bella gerenda præ/ ſciret:id tamen ſe ſcire innuit , per hoc quod dicet de ſibylla fata inquirenda:quæ ea tunc dicet,quum ad Italiam peruentum erit. Nec tu horreſce morſus menſarum.i.qbus te fames ambeſas ſubi gat malis abſumere menſas:vt Celæno dixit:futuros.i.licet futu ri ſunt:quia non ſunt multum nocituri,nec diu duraturi:menſas autẽ vocat quadras,aut orbes panis inciſorios.i.ſuper quas , aut quos obſonia inciduntur. Fata inuenient viam.i.rationẽ,aut me/ dium mitigãdi,aut ſedãdi,ſup.eam famem : Apollo vocatus.ſ.in auxilium:aderit.i.auxilio erit : qui & Auguſto fauiſſe dicitur , in cuius gratiam hæc recitat.

PIERIVS.

❡Suſpenſum numine ducit.) In antiqs codicibus,duxit,præte rito tempore ſcriptum obſeruaui . Sed ipſa narrãtis continuatio præſens potius tempus exigere videtur . ❡Prohibent nã cætera parcę Scire Helenum , fariq́; vetat Saturnia Iuno.) In antiqs fe/ re omnibus codicibus inuenias punctum firmum adnotatũ eſſe poſt ſcire,vt ſit,Prohibent nã cætera parcæ ſcire:mox altera co/ ma totum illud complectatur , Helenum , fariq́; vetat Saturnia Iuno,Quã lectionem Serui.ẽt agnoſcit:& ita diſtinguendũ eſſe, multis rõnibus oſtẽdit.Sed enim Ti.Donatus,ſcire Helenum,le/ git.Multa(inquit)tibi inſtructionis cã fuerãt referenda:ſed ne id fiat,dij prohibent me ſcire , & Iuno aliqua referre non patitur. ❡Ææææq; inſula Cyrces.) In codicibus antiqs modo,Cyrce,per abiectionem s literę:modo,Cyrcæ,cum diphthõgo Latino de/ clinatu ſcriptũ inueni,quod prorſus reijcitur:Cyrces,vero oĩum conſenſu recipitur . ❡Secreti ad fluminis vndam.) In codicibus aliquot antiquis,vndas,legitur:ſed pluralitas hmõi mari potius videtur conuenire.

SERVIVS.

❡Has autem terras.) Quaſi oſtendentis eſt:nec enim Cala bria ab Epiro longo diſtat ſpa tio . ❡Noſtri æquoris.)Epiro tici , quo Calabriæ littus al/ luitur . ❡Hic & naritij poſue/ runt mœnia Locri.) Socij Aia cis Oilei fuerunt, Epizephyrij & Ozoli : ſed poſt tempeſta/ tem montis Capharei,Epize/ phyrij tenuerunt Brutios : & hos nunc dicit.Ozoli vero te/ nuerunt Pẽtapolim : inde eſt. Lybicóve habitantes littore Locros . Quinetiam de Ozo/ lis legitur,ꝙ delati Tinneiam vlterius acceſſerint , & ciuita/ tem condiderint , quæ nunc Vzalis dicitur . Naritij autẽ à loco dicti ꝓuinciæ ſuæ.Ozoli à putore paludis vicinę.❡Sa/ lentinos obſedit milite cam/ pos.)Salentinum promonto rium Italię eſt.Nam vt ait Sal luſtius , Omnis Italia coacta in anguſtias,ſcinditur in duo promontoria.Brutium & Sa/ lentinum . ❡Lyctius idome/ neus.)A Lycto Cretæ ciuita/ te.Vnde propter ſupradictam pulſus eſt cauſam.❡Ducis Me libœi Philoctetę.)à Melibœa ciuitate Theſſalię:de qua fuit. Melibœi ergo pro Melibœn/ ſis . ❡Subnixa petilia muro.) Ciuitas cincta muro modico: vt,Crinemq́; madentẽ Subni xus rapto potitur . Petilia di/ cta vel ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι.i. volare:ꝙ captato augurio eſt condita : vel ꝙ poſt relictum Ilium,quo ducebatur à Græ/ cis,eam petiuit ciuitatem.Pe/ tilia ſane numeri eſt ſingula/ ris.Philoctetes autẽ fuit Phiã tis filius,Herculis comes:quẽ Hércules quum hominem in Oeta monte deponeret,petijt ne alicui ſui corpis reliquias indicaret.De qua re eum iura/ re compulit:& ei pro munere dedit ſagittas hydræ felle tin/ ctas. Poſtea Troiano bello re/ ſponſum eſt ſagittis Herculis opus eſſe ad Troiæ expugna/ tionem. Inuẽtus itaq; Philo/ ctetes , quum negaret ſe ꝑmo ſcire vbi eſſet Hercules:tandẽ confeſſus eſt mortuũ eſſe. In/ de quum acriter ad indicandũ ſepulchrum eius cogeretur,& primo negaret,pede locũ per/ cuſſit,quum nollet dicere. Po ſtea quum ipſe duceretur ad bellum, vnius ſagittæ caſu vul neratus eſt pedẽ,quo percuſſe rat tumulum.Ergo cum puto rem inſanabilis vulneris Græ ci ferre non poſſent,diu quidẽ eum pro oraculi neceſſitate ſu ſtinuerunt : ductum tandem apud Lemneum ſublatis reli/ querũt ſagittis.Hic poſtea hor rore ſui vulneris ad patriã re/ dire neglexit:ſed ſibi ꝑuã Pe/ tiliam

Has autem terras,Italiq́; hanc littoris oram,
Proxima quæ noſtri perfunditur æquoris æſtu,
Effuge,cuncta malis habitantur mœnia Graijs.
Hic & Naritij poſuerunt mœnia Locri,
Et Salentinos obſedit milite campos
Lyctius Idomeneus,hic illa ducis Melibœi
Parua Philoctetæ ſubnixa petilia muro.
Quin vbi tranſmiſſæ ſteterint trans æquora claſſes,
Et poſitis aris iam vota in littore ſolues,
Purpureo velare comas adopertus amictu,
Ne qua inter ſanctos ignes in honore deorum
Hoſtilis facies occurrat,& omnia turbet.
Hunc ſocij morem ſacrorum,hunc ipſe teneto.
Hac caſti maneant in religione nepotes.
Aſt,vbi digreſſum Siculæ te admouerit oræ
Ventus,& anguſti rareſcent clauſtra Pelori,
Læua tibi tellus,& longo læua petantur
Æquora circuitu,dextrum fuge littus & vndas.
Hæc loca vi quondam,& vaſta conuulſa ruina,
(Tantum æui longinqua valet mutare vetuſtas)
Diſſiluiſſe ferunt,quum protinus vtraq; tellus
Vna foret,venit medio vi pontus,& vndis
Heſperium Siculo latus abſcidit:aruaq; & vrbes
Littore diductas anguſto interluit æſtu.
Dextrum Scylla latus,læuum implacata Charybdis
Obſidet.atq; imo barathri ter gurgite vaſtos
Sorbet in abruptum fluctus,rurſusq; ſub auras
Erigit alternos,& ſydera verberat vnda.
At Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris

Ora exertantem, & naueis in ſaxa trahentem,
Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo
Pube tenus, poſtrema immani corpore Piſtrix,
Delphinum caudas vtero commiſſa luporum.
Pręſtat Trinacrij metas luſtrare Pachini
Ceſſantem, longos & circunflectere curſus,
Quàm ſemel informem vaſto vidiſſe ſub antro
Scyllam, & cœruleis canibus reſonantia ſaxa.

tiliam I Calabrię ptibus fecit. ¶ Purpureo velare comas.) Subaudis cura, aut memento: aut certe quod eſt melius, Velare imperatiuus ſit, nõ infinitiuus. ¶ Hoſtilis facies occurrat, & omnia turbet.) Sacrificij ordiné rũpat, quod eſt piaculum. Significat aũt Diomedem, qui cum multis caſibus affligeretur, Palladium, quod apud ipſum erat, Troianis oraculo iuſſus eſt reddere. quod quũ vellet impellere, Æneam inuenit ſacrificantem: q, vt ſupra diximus, ſacrificij ordinem nõ rupit: & Palladiũ Nautes accæpit. Vñ Nautiorum familia Mineruæ ſacra ſeruabat. Sane ſciendum ſacrificãtes, Dijs omnibus caput velare cõſuetos ob hoc, ne ſe iter religionem aliquid vagis offerret obtutibus, excepto tantum Saturno, ne numinis imitatio eſſe videretur. ¶ Hac caſti.) Pij: vt, Nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere limẽ. ¶ Digreſſum.) A littore Calabriæ. ¶ Anguſti rareſcẽt clauſtra Pelori.) Quia à continẽti. i. à columna vſq; ad Pharon tribus millibus diſtat. Rareſcent aũt ideo, quia venientibus de Ionio propter curuaturam littorum clauſę videntur anguſtiæ, quæ paulatim propinquantibus aperiri videntur. ¶ Pelori.) Promontorium Siciliæ eſt ſecũdũ Salluſtium, dictum à gubernatore Annibalis illic ſepulto, qui fuerat occiſus per regis ignorãtiam, quum ſe eius dolo crederet eſſe deceptum, veniẽs de Petilia: quãquam legimus, etiam antè Pelorum dictũ. ¶ Læua tibi tellus.) Veniẽtis perſonam reſpexit. Nam de Ionio nauigãtes, ſi fretum petant. dextrum teneãt littus neceſſe eſt: ſin aliãs, ſiniſtrum. ¶ Æquora circuitu.) Totam enim pene tranſiturus eſt Siciliam. ¶ Hæc loca.) Vt etiam Salluſtius dicit, Italiæ Siciliam coniunctam conſtat fuiſſe: ſed medium ſpatium, aut per humilitatem obrutum eſt: aut per anguſtiam ſciſſum. Vt autem curuum ſit, facit natura mollioris Italiæ, in quam aſperitas & altitudo Siciliæ æſtum relidit. ¶ Quondam.) Tria tenet tẽpora, ſicut olim. ¶ Diſſiluiſſe ferũt.) Hinc apparet bene dictum, Vnctos ſaluere per vtres. Nam vt diſſilui: ſic ſalui facit. Cicero in Miloniana, Quum hic de rheda reiecta penula diſſiluiſſet. eſt enim poſitio ſalio ſalis ſalui. Item in compoſitione diſſilio diſſilui. ¶ Cum protinus.) Continue: & modo aduerbium loci eſt. Alibi temporis, vt, Protinus aerias Phæacum abſcondimus arces. ¶ Foret.) Ab infinito eſt: ſed modo præteritum ſignificat tempus, quod rarum eſt: ſæpius enim futurum ſignificat tempus. ¶ Venit medio.) In medium: vt, It clamor cœlo. ¶ Heſperium ſiculo latus abſcidit.) Hypallage eſt. Nam maiora à maioribus ſegregantur. ſed contrà dixit. ¶ Abſcidit.) Et propter metrum CI corripuit per poeticum morem. ¶ Interluit.) Interlabitur, pontus ſcilicet. ¶ Dextrum Scylla latus læuum implacata Charybdis.) De Ionio venientibus. Scylla enim in Italia eſt: Charybdis in Sicilia. Scylla Phorci & Cretheidos Nymphæ filia fuit. Hanc amabat Glaucus, quem Circe diligebat. & quoniam pronior in Scyllam fuerat, irata Circe fontem, in quo Scylla conſueuerat corpus abluere, infecit venenis: in quem Scylla quum deſcẽdiſſet, pube tenus in varias mutata eſt formas. Horrens itaq; ſuam deformitatem ſe præcipitauit in maria. Homerus hãc dicit ĩmortale monſtrum fuiſſe. Salluſtius ſaxum eſſe dicit. ſimilis formæ celebratæ procul viſentibus. Canes vero & lupi ob hoc ex ea nati finguntur: quia ipſa loca plena ſunt monſtris marinis: & ſaxorum aſperitas illic imitatur latratus. Legimus etiã, Nũc nemora ingẽti vento, nunc littora plangunt. Si ergo Plangũt dicimus, & Latrant nõ incongrue poſuit. Charybdis autem fœmina fuit voraciſſima: quæ quia boues Herculis rapuit, à Ioue fulminata eſt: & in maria pręcipitata. Vnde naturam priſtinam ſeruat. Nam ſorbet vniuerſa. & ſecundum Salluſtium ea circa Tauromenitanum egerit littus. De hac Cicero in Philippicis ait, Charybdis, quæ ſi fuit animal, fuit vnum. ¶ Obſidet.) Ad tranſeuntium inſidias. ¶ Barathri.) Barathrum eſt immenſæ altitudinis nomẽ. Vnde ſequitur, Sorbet in abruptum: quod Græce βάραθρον dicitur. ¶ Cohibet ſpelunca.) Hypallage in ſenſu: nam ipſa ſe tenet intra ſpeluncam ſecũdum fabulam. ¶ Prima.) Nominatiuus eſt pluralis à neutro. & eſt Græca figura, τὰ πρῶτα ἄντρωποσ. ¶ Pube tenus.) Tenus præpoſitio ablatiua quidem eſt, ſed figurate etiam genitiuo cohærent, vt, Et crurum tenus à mẽto palearia pendẽt. Sane gaudẽt poſtpoſitione. ¶ Piſtrix.) Si nauem intelligas, hæc piſtris huius piſtris facit: ſi de belua, hæc piſtrix piſtricis. ¶ Commiſſa luporum.) Coniuncta & coagmentata: ipſa ſcilicet. vt, Portamq; ducis imperio commiſſa recludunt. Et figurate locutus eſt: vt, Oculos ſuffuſa. Eſt aũt hæc eloquutio poſtrema, id eſt τὰ ἔσχατα cõmiſſa erat luporum vtero caudas delphinũ, id eſt commiſſas habebat. ¶ Ceſſantem.) Immorãtem: quod ſequẽtia indicãt, Longos & circunflectere curſus.

DONATVS.

¶ Has autem terras.) Redit ad ea, quibus ſupra receſſerat, & ne in obliuionem veniret, vñ receſſiſſet, fieretq; lector incertus, repetit nomẽ loci dicendo, has terras. ¶ Italiq; h. li. or.) Aperit iam, quę eſſet ipſa ora. ¶ Proxima quę. n. p. æ. æ. Effuge.) Dicit cauſam fugiendi. ¶ Cuncta malis ha. m. graijs.) Si non diceret malis, hoc ipſum, quod poſuit graijs, oſtenderet (vt fecit) per ipſos non eſſe tranſeundum, quos eſſe conſtabat veteres inimicos. ſed addidit malis, quia ſine deformatione perſonæ hoſtilis loqui nõ potuit, ipſe vel maxime, qui aliquando apud illos captiuus fuit. dedit autem augmentum terrori, ne Æneas cõtemneret illa fiducia, qua multas vrbes græcas tutus incolumisq; tranſierat. enumerãs q̃, vel quanta in loca, dicens & cõmanentes, vt eo magis ab hac nauigatiõe Æneam auerteret. ¶ Hic &. n. po. mæ. lo. &c.) Tranſit ad alia. ¶ Quin vbi. tr. ſt. t. æ. cl. &c.) Benignus interpres, vtpote ciuis & affinis dicit futura, & obſeruanda pronũciat, quod etiam illo ſtudio facere intelligitur, ne exorta offenſa in deos aliquid mutetur, quod deorum fidem vexet, quæ ipſa ventura firmabat. ¶ Aſt vbi digreſſum. ſi. te. a. o. Ven. &. a. r. cl. pelori.) Et ſignum littoris dedit, & pelori, & docere incipit, quid ſit neceſſario faciendum. ¶ Læua, inquit, tibi tellus, &. l. l. p. Æ. c. d. ſ. li. & vn.) Dicit nũc cauſas propter quas dextera fugienda viderentur, & læua retinenda. Inducitq; primitus deſcriptionem loci, vt oſtendat quaratione factum ſit, vt quod vnum fuerat mare, diuiſum in duas partes haberet læua & dextera. ¶ Hæc loca vi quondam &c.) Deſcriptionem partis huius poeta cum omni cautela proſequitur. dixit enim eſſe opiniones veterum, vnam fuiſſe Italię atq; Siciliæ terram, confirmat interueniẽte violentia pelagi anguſto licet freto eſſe diuiſam, vt inter Italiam & Siciliam eſſet medium mare. Et quia hoc Virgilius noluit eſſe fabuloſum, addidit argumentum, vt quod incerto authore ferebatur, vel verum vel veriſimile fieret. ait enim. Tantum æui longinqua valet mutare vetuſtas. multorum enim locorum ſitus & facies longorum temporum vetuſtate mutantur, & recedente natura in alias formas repente vertuntur, dixitq; cauſam pelagi, & terræ naturalem ſpeciẽ vnã antea, poſterius diuiſit in duas partes. Incipit dicere, cur magis tenenda ſit læua, cur dextera fugienda. ſed hic aduertendum eſt tendentibus ad Italiam dici læuum latus, & dexterum. cęterum redeũtibus ſiniſtrum ſit, quod fuerat dexterum, hoc ita eſſe probatur ex eo quia primo multa vitia incipit referre lateris dextri ſiniſtri etiam, ſed facta comparatione vult referre, quod latus videatur eſſe dexterius. ¶ Dextrum, ait, ſcylla. l. læ. im. ch. Ob.) Latus & obſidet, bis accipiendum eſt hoc modo, dextrum ſcylla latus obſidet, læuum latus charybdis obſidet. ſcyllam primo poſuit, deinde charybdim, verum ne hiantem faceret dictionem nõ redijt ad ſcyllam, vt ipſam primo deſcriberet, ſed ſecutus eſt charybdis demonſtrationem, & ſic reãjt ad ſcyllam. vitium ergo charybdis fuit tale. ¶ Atq; imo baratri ter. g. v. Sor. in ab. flu. r. q;. ſ. a. Eri. al. & ſy. v. vnda.) Vtrunq; pernicioſum nauigantibus, aut cum ſorbet & nauigia, vorat aut cum ructat, & excutit in altitudinem. rurſus de ſummo in ima præcipitans, dextri quoq; lateris quæ metuenda ſint monſtrat. ¶ At Scyllam cæcis. c. ſp. la. Ora ex. &. n. in ſa. t.) Huic poetarum more formam monſtri aliquam aſſignat. aſſerens, eam ſuperioris corporis parte humana ſpecie demonſtrari, pubetenus, hoc eſt vſq; ad inguina, pro pedibus autem habere ſæuorum animalium genus luporum feritate armatum. elegit animalis naturam, quæ ſemper habet famem, & ſatiari non norit. hoc ergo emiſſum longius aſſeruit nauigia trahere in ſaxa, ibiq; diſperdere, ſi quidem poeta poſuit. Cęterum reuera locus eſt in mari, ſaxa habẽs latentia, cuius natura ſic ſe habet, vt de longinquis partibus nauigia trahat, tracta retineat aſperitate ſaxorum, & retenta comminuat. ¶ Præſtat trinacrij metas luſtrare pachyni, &c.) Propoſitis vtriuſq; lateris malis & comparatis iudicat melius eſſe ire, qua charybdis eſſet, quoniam leuius malum altero fuit, & laborem ſubire longioris curſus, quàm compendio nauigare per ſcyllam, & videre eam ſemel, non ſic

poſuit

poſuit ſemel,quaſi videri iterum poſſet alio tempore.ſed vt ple/
nius exprimeret, quid eſſet in ea periculi,quam nullus,inquit,
iterum videre poteſt,viſa enim effugi non valet,quæ ſic vnum/
quenq; rapit vt occidat.

ASCENSIVS.

❡Has aũt terras.)Docet quę reliqua admonuit Helenus de ꝓfe
ctione,ſeu fuga facienda de qua dicit Donatus in hunc modum.
❡Malis.) Vt Æneã abſterreat,qui per multas vrbes Græcas tran
ſierit,& etiam ipſe qui captiuus fuiſſet,hoſtium perſonam defor
mare debebat.❡Hæc loca.) Huius loci deſcriptionem,cum omni
cautela proſequitur . Dicit enim veterum ſequi opinionem , fa/
citq; veriſimile:quia vetuſtate temporis,multi ſitus locorũ mu/
tati ſunt . ❡Læua tibi.)Aduertendum eſt , quòd tendentibus ad
Italiam dicitur læuum latus,& dextrum.cæterum redeuntibus
ſiniſtrum fit quod fuerat dextrum.❡Ter gurg.ua.S.)Vtrũq; per/
nicioſum nauigãtibus,aut quum ſorbet nauigia:aut quũ eructat
& excutit.❡Scyllam.)Hanc vt monſtrum , more poetarum de/
ſcribit.ſ.pubetenus.i.vſq; ad inguina,facie humana eſt,pro pedi/
bus aũt habere ſęuorum animaliũ,genus luporũ fœditate arma/
tum.Eligit aũt aĩalium naturam,quę inſatiabilia ſunt . Cæterum
locus eſt in mari ſaxa habẽs latẽtia cuius natura ſit,vt de longin/
quis partibus nauigia trahat:& contineat aſperitate ſaxorum : &
retẽta comminuat.❡Pręſtat metas.)Propoſitis vtriuſq; lateris
malis indicat eundũ,qua Charybdis eſt malum læuius,& labo/
res ſubire longioris curſus,q̃ compẽdio nauigare per Scyllam.
Ordo. ❡Semel.) Quia iterũ videre quũ perieris non potes . ❡Ordo eſt.
Aut,pro ſed:effuge.i.euita has terras:& hanc oram.i.extremam
regionẽ littoris Itali:pro Italici:quæ.ſ.ora exiſtens ꝓxima,ſup.
nobis:perfundit̃ æſtu.i.feruore:aut freto noſtri.i.Chaonij:ęquo
ris.i.maris:effuge,dicit,quia cuncta mœnia.i.cũctæ hæ vrbes ha
bitantur malis.i.ferocibus , & inimicis adhuc nomini Troiano:
Graijs.i.Græcis.Nam,ſupp.&.i.ſimul: Locri illi populi,ſocij Aia/
cis Oilei:Naritij.i.à Naritia profecti:poſuerũt mœnia hic.i.in hac
proxima ora Italica:& Idomeneus Lyctius.i.à Lyctio Cretæ,
oppido pulſus:obſedit.i.inuaſit:milite.i.vi militari:campos Salẽ
tinos,qui ſunt iuxta promontorium Salentinum:&,ſupp.hic:eſt
illa Petilia.ſ.vrbs notiſſima Philoctetæ ducis ſic dicti:Melibœi.i.
à Melibœa ciuitate Theſſalię profecti,Petilia dicit parua , ſupp.
vrbs:ſubnixa.i.cincta muro.ſ.modico.Quin.i.qnimo:aut inſup:
vbi.poſtq̃:claſſes.i.naues tuæ ſteterint tranſmiſſę:trans æquora
i.iam appulſæ fuerint ad littus Italicum:& quãdo,ſup.tu ſolues
vota in littore : & hoc aris poſitis.i.extructis in littore : velare.i.
fac vt veleris(Eſt enim ĩperatiuus modus verbi paſſiui)comas.i.
vt habeas comas velatas,exiſtens adopertus : amictu.i.cooperi/
mento purpureo:nequa facies hoſtilis.i.inimica:occurrat in ho/
nore.i.in ipſo ſacrificio deorum inter ignes ſanctos.i.qbus ſacri/
ficium cremari debeat,ne,dico,occurrat,& turbet omnia:non.n.
velatio ĩpedire poſſet,quominus occurrat : ſed ne occurrẽs per/
turbet:quia ſi non videret caput,non norit hoſtes:hoc eſt , Tro/
ianos eſſe q ſacrificẽt,& ita nõ turbet eos. Quia vero ad alterum
ſolum,valet ipſa velatio,videlicet , ad hoc ne turbet : ideo malit
Valla per participiũ id dicere,q̃ per duo verba:ſed licet duo ſint
verba,non tamen eſt copulatiua,ſed de copulato extremo ꝓpo/
ſitio:nec exponendũ eſt,ne hoſtilis facies occurrat , & ne hoſtilis
facies oĩa turbet:qa ſic prior pars falſa,aut inepta eſſet:ſed copu/
latim ſic.Ne facies hoſtilis occurrat,& turbet omnia(quę res dia
lecticis nota eſt.) Socij.ſ.tui tenẽto,ſup.hũc morẽ:ſacrorũ.i.ſacri
ficandi velato capite:& ipſe.i.tu ipſe teneto hũc morẽ ſacrorum:
& nepotes.i.poſteri tui:caſti.i.pij,aut,reuera,continẽtes,maneãt
in hac religione.i.in hac obſeruatiõe religioſa . Aſt.i.ſed: vbi,ideſt
poſtq̃,ventus admouerit te digreſſum.ſ.ab oris Italiæ,admoue
rit,dicit,orę Siculæ.i.ad oram Siculam : & clauſtra.i.modici , &
quaſi clauſi introitus Pelori promontorij Siciliæ:anguſti.i.arcti
& ſtricti parũ à cõtinẽti diſtanti:rareſcẽt.i.minus & minus vide/
buntur à te.læua Tellus:& læua.i.ſiniſtra.i.quæ ad manum ſini
ſtram iacent æquora:petantur tibi,ideſt à te:longo circuitu.i.fa/
ciendo longum circuitum,fuge littus dextrum,& vndas,ſupple
dextras.ſ.Siciliæ:ferunt.ſ.hi q de coſmographia,& ſitu orbis lo/
quuti ſunt)non,dico,qui nunc ſunt loquuti , quia de illis loqui/
tur Helenus,ſed qui tunc erãt loquuti,aut loquebantur:licet for
te nondum ſcripſerant.)ferunt , dico,ideſt,dicunt hæc:loca.ſ.hu
ius partis Siciliæ,de qua loquitur:diſſiluiſſe.i.in diuerſas partes,
quaſi per ſaltum diuiſas eſſe:quondam,ideſt aliquando:tempo/
re.ſ.diu præterito:vi,ideſt violentia aquarum,& ferunt conuul/
ſa,ſup.eſſe: vaſta.i.valde ampla:ruina.ſ.terrarum , quarum fun/
dum iam aquæ exederant.Nam,ſupp.quum vtraq; Tellus.ſ.Si/
ciliæ,& Italiæ:foret.i.eſſet protinus.i.porro tenus : hoc eſt,per
longum tractum: vna.i.continua,quæ continens propterea dici/
tur Pontus.i.impetus:Ponti.i.maris:venit medio , ideſt,in me/
dium : vi.i.violentia , aut vehementi impetu:& abſcidit.i.diſſe/
cuit,aut auellit latus;Heſperium.i. Italicum:Siculo,ideſt à Sici/
lienſi:vndis,ideſt vi vndarum:& interluit.i.inter vtraq; adluit:
anguſto æſtu.i.modico freto:arua, & vrbes diductas.i.ſeparatas:
littore.i.quia nunc diuerſum habent littus:Scylla.i.periculum il/
lud maris Siculi,in quod Scylla mulier monſtruoſa fingitur ver
ſa,obſidet latus dextrum:& Charybdis.ſ.olim mulier:implaca/
ta.i.voraciſſima : & cuius ingluuies placari non poteſt.i.pericu/
lum,in quod fingitur verſa:obſidet,ideſt in perniciem prætereũ
tium,quaſi ex inſidijs loca occupat:latus læuum.i.ſiniſtrũ.Atq;
ſ.Charybdis:ſorbet ter.i.multum,aut frequẽter fluctus vaſtos.i.
valde amplos:gurgite.i.gyro,& vertigine,ingurgitante barathri
i.voraginis:imo.i.profundo:ſorbet,dico,in abruptum.i.voraci/
tatem obruptam:inter ſcopulos.ſ.derelictos:abſorpta,aut abru/
pta tota terra:vnde barathrum.i.profundiſſima vorago illic fa/
cta eſt:& ipſa erigit.i.eijcit,aut euomit:rurſum.i.denuo:ſub,ideſt
ad auras.i.in aera,ſupp.fluctus:alternos.i.alternatim:nunc in ba
rathrum abſortos,& nũc ad auras eiectos:& verberat ſydera(hy
perbole poetica.) vnde.ſ.erecta.i.ad cœlum vſq;,videtur attinge
re:at.i.ſed,ſpelunca:cohibet.i.continet,& ſecum habet , faciẽs ne
exeat,Scyllã.i.monſtrum illud:latebris cęcis.i.obſcuris:& quæ
videri non poſſunt:exertantem.i.frequenter extra ſerentem:hoc
eſt,aperientem ora(Exerto,frequentatiuum eſt,ab exero , quod
componitur ab ex præpoſitione,ſeu extra:& ſero,verbum:quia
poſt x,non ſcribitur s:ſcribitur,exero,& exerto.)& trahentẽ(nõ
ſpiritu oris ſui,ſed potius ingurgitatione aquarum,quæ attractæ
ſecum naues trahunt.)naues in ſaxa.Prima.i.ſuprema:facies,id/
eſt factura,& diſpoſitio corporis ipſius Scyllæ:eſt,ſup.facies:ho
minis.i.virginis(ſic Hora.Humano capiti ceruicem pictor equi/
nam,&c.de capite mulieris loquens.)&,pro.i.virgo pulchro pe
ctore,quæ à Glauco olim adamabatur:vt in Buco.dictum eſt in
Sileno:pubetenus.i.vſq; ad pubem:à capite poſtrema,ſupp.fa/
cies eius eſt:Piſtrix.i.ſimilis piſci:ĩmani.i.turpi:& haud bono cor
pore:cõmiſſa caudas.i.habens commiſſas caudas , delphinum,
ideſt illorum piſcium,vtero luporum,qui vorax eſt:aut , qa ca/
nes in vtero habere fingitur,propter vndarum ſonitum,quẽ ſco
puli latratui perſimilem edunt . Præſtat.i.melius eſt : te ceſſan/
tem.i.tanq̃ ceſſantem , & non properantẽ:luſtrare.i.circumire:
ſicut in qnto quoq; anno poſtea luſtrum,cõdebant Romani me/
tas.i.terminos:Pachinni, illius promontorij : Trinacrij.i.Siculi:
nam,qa tria promontoria ſunt in Sicilia : dicitur aliquando Tri/
quetra,aliquãdo Trinacria:& pręſtat te circũflectere longos cur
ſus,q̃ vidiſſe ſemel ſub antro vaſto:Scyllam.i.mulierẽ illam:in/
formẽ.i.turpem.& pubetenus in monſtra verſam:quę ea loca pe
riculoſa obſidet:& q̃ vidiſſe ſaxa reſonãtia:canibus cœruleis,id/
eſt marinis:quos Scylla in vẽtre geſtare propterea fingitur,quod
fluctus illi colliſi,quaſi latratum edunt.

PIERIVS.

❡Et omina turbet.)Oĩno,omina,ex antiqs cod.legendum eſt.
❡Hac caſti maneant in relligione nepotes.) In antiqs exemplari
bus obſeruatum plurimum eſt,religione,vnico l ſcribi.Sed.n.Fl.
Soſipater hoc præcipue citato verſu,gemino ll ſcribendum oſtẽ
dit,dum ait in hanc ſnĩam parentheſis , quum vel litera,vel ſyl/
laba interponitur.litera:Hac caſti maneant in relligiõe nepotes,
ſyllaba: Mauortis in antro,pro Martis.❡Læua tibi tellus.) Nul/
lo pacto placet,quod in antiqs codi.legitur, Læta tibi tellus.Pri
mum quod ea alibi Æneæ dr̃, Illætabilis ora . Deinde qa & tel/
lus læua,& æquora læua,ĩferiori ſentẽtiæ per correlatiuũ quo/
dammodo reſpondent,Dextrum fuge littus & vndas.❡Læuum
ĩplacata Charybdis.) In vetuſtis aliquot exẽplaribus ĩpacata,le
gitur.ſed plus feritatis habere videtur,ĩplacata.❡Sorbet in abru/
ptum fluctus.) In cod.aliquot antiqs,in abruptu.Eam.n.in an/
tro maxĩe cauernoſo habitare Home.fingit.Magis tamẽ placet,
in abruptum:vt vulgata habẽt exemplaria.❡Rurſusq; ſub auras
erigit alternos.❡Fuere ętate noſtra nõ illiterati viri,q egerit,hoc
eſt eructat,ex Homeri ſnĩa legendum autumarent.Quiq; locum
illum inſpexere Charybdim aiunt profundiſſima voragine vn/
das abſorbere,quas viciſſim mox eructat. Sed enim qa ſeqtur hy
perbole ea,Et ſydera verberat vnda:longe magis placet , erigit,
prout etiam in veteribus cod.quos præ manibus habuimus ſcri/
ptum inuenitur.❡Poſtrema immani corpore piſtris.) In cod.ali
quot anti.priſtis,ſcribitur . Sed plura de hoc lib.x.eo verſu dice/
mus. In priſtin deſinit aluus.

Præterea (ſiqua eſt Heleno prudentia vati,
Siqua fides, animum ſi veris implet Apollo)
Vnum illud tibi nate dea, præq; omnibus vnum
Prædicam, & repetens iterumq; iterumq; monebo.
Iunonis magnæ primum prece numen adora,
Iunoni cane vota libens, dominamq; potentem
Supplicibus ſupera donis. ſic deniq; victor
Trinacria fines Italos metiere relicta.
Huc vbi delatus Cumæam acceſſeris vrbem,
Diuinosq; lacus, & Auerna ſonantia ſyluis,
Inſanam vatem aſpicies, quæ rupe ſub ima
Fata canit, folijsq; notas, & nomina mandat.
Quæcunq; in folijs deſcripſit carmina virgo,
Digerit in numerum, atq; antro ſecluſa relinquit.
Illa manent immota locis, neq; ab ordine cedunt.
Verum eadem, verſo tenuis cum cardine ventus
Impulit, & teneras turbauit ianua frondes,
Nunquam deinde cauo volitantia prendere ſaxo,
Nec reuocare ſitus, aut iungere carmina curat:
Inconſulti abeunt, ſedemq; odere Sibyllæ.
Hic tibi nequa moræ fuerint diſpendia tanti,
Quanuis increpitent ſocij, & vi curſus in altum
Vela vocent, poſſiſq; ſinus implere ſecundos,
Quin adeas vatem, precibusq; oracula poſcas.
Ipſa canat, vocemq; volens, atq; ora reſoluat.
Illa tibi Italiæ populos, venturaq; bella,
Et quo quemq; modo, fugiasq;, ferasq; laborem,
Expediet, curſusq; dabit venerata ſacerdos.
Hæc ſunt, quæ noſtra liceat te voce moneri.
Vade age, & ingentem factis fer ad æthera Troiam.

SERVIVS.

¶ Præterea.) Hic oſtenditur cũcta ſcire Helenum, & infenſam Iunoné: ſed prohiberi dicere, vt diximus ſupra. ¶ Heleno prudentia.) In hoie.n. prudẽtia eſt: in vatibus fides. ¶ Veris implet.) Oraculis: vt Lucanus, Atq; hoiem toto ſibi credere iuſſit Pectore. ¶ Iunonis magnæ.) i. ſupernæ: nam legimus, Iunoni infernæ dictus ſacer. ¶ Prece numẽ adora, Iunoni cane vota libẽs.) His.n. Iuno præcipue delectatur. i. hymnis & p̃ce. ¶ Victor.) Propoſiti tui effector. ¶ Cumęam vrbem.) Sicuti Butrothi arcẽ, fontem Timaui. Euboea inſula eſt: Calchide cuius ciuitate de profecti ſunt ad nouas ſedes quęrendas: & haud longe à Baijs (qui locus à ſocio Vlyſſis Baio illic ſepulto nomẽ accępit) inuenerunt vacuum littus, vbi viſa muliere grauida ciuitatẽ condiderunt: quæ res fecundam oſtendebat fore rẽpub. & eam Cumas vocauerunt: ſiue ab ἐγκύου, ideſt p̃gnante: ſiue ἀπὸ τῶν κυμάτων, ideſt ad vndis. Nam κύματα dicuntur. υ autem Latini in u vertũt: vt byrria, burrhia. ¶ Diuinosq; lacus.) Cõſecratos, Auernum & Lucrinum. Auernus autem, in plurali numero Auerna facit: vt tartarus tartara. vñ eſt. Auerna ſonantia ſyluis. Sane hic lacus ante ſyluarum dẽſitate ſic ambiebatur, vt exhalans inde per anguſtias, aquæ ſulphuræ odor grauiſſimus ſuperuolantes aues necaret. Vnde & Auernus dictus eſt, quaſi ἄορνοσ: quá rem Auguſtus Cæſar intelligens, deiectis ſyluis, ex peſtilentibus amœna reddidit loca. inſanã vatem. Alij Magnam dicunt: ſed melius deo plenam, & vaticinatricem intelligimus. ¶ Sub ima.) In ima: vt, Nanq; ſub ingenti luſtrat dũ ſingula templo. &, Exercet ſub ſole labor. ¶ Fata canit: folijsq; notas & nomina mandat.) Tribus modis futura pręedicit: aut voce, aut ſcripto, aut ſignis. i. quibuſdam notis, vt in obeliſco Romę vidimus: vel, vt alij dicunt, notis literarum: vt per vnã literã ſignificet aliqd. In folijs autem palmarum Sibyllam ſcribere ſolere teſtatur Varro. ¶ Carmina virgo.) Quia eius reſponſa verſibus ſcribebantur. virgo vero Phemonoe dicta eſt. nã Sibylla appellatiuũ eſt nomen: adeo vt Varro quot Sibyllę fuerint, ſcripſerit, Sibylla autem dicitur omnis puella, cuius pectus numen recipit: nam Æoli σίουσ dicunt deos: βουλὴ autẽ eſt ſnia: ergo σίβυλλασ quaſi σίουσβουλᾶσ dixerunt. Inde eſt, Magnam cui mentẽ animumq; Delius inſpirat vates. Sane ſciendum oĩa reſpõſa Sibyllę plus minuſue centum cõtineri ſermonibus. Vñ Virgilius ait. Quo lati ducũt aditus centum, oſtia centum: Vñ ruunt totidem voces reſpõſa Sibyllæ. ¶ Digerit.) Ordinat, diſponit. ¶ Secluſa.) Pro incluſa: pręepoſitio pro præpoſitione. ¶ Cardine verſo.) Aperta ianua, per Periphraſim. ¶ Turbauit ianua frondes.) Non ianua: ſed vẽtus qui per ianuã ingreditur. ¶ Incõſulti.) Inſcij rerum, ignari, ſine conſilio. Et cõſultus eſt qui conſulitur: incõſultus, qui nõ accipit conſilium. ¶ Volens.) Quæ velle habet. Nam volitura propter aſperitatem noluit dicere. ¶ Hęc ſunt, quę noſtra liceat te voce moneri.) Bene cum præſcriptione, ne falſidicus vel minus peritus poſtea putaretur ſacerdos.

DONATVS.

¶ Præterea ſi. eſt. h. pr. vati. Siqua fides, an. ſi. v. im. ap. Vnum il. t. na. d. &c.) Dicturus rem magnam & Æneæ ſaluti vel maxime neceſſariam, eam primo commendat altis ſenſibus tenaciter retinendam. ſi igitur ſentis, inquit, aliquid me habere prudentiæ, hoc ad eum pertinet, qui nondum numinis alicuius potentia teneatur. Vatis ſiqua fides, ecce venit ad perſonam vatis. ſi habetur ait
vlla

vlla vatibus fides, animum ſi veris ĩplet Apollo, aut Apollo vera inſinuat cõſulentibus edicenda, vnum illud tibi nate dea proq; omnibus vnum prædicam, & repetens iterũq; iterumq; monebo. vnum dico pro omnibus, hoc eſt pro commodo omnium deſideriorum, nec ſemel hoc ipſum ſed iterum ac ſæpius monens vnum, inquit, vt in vno oſtenderet, non oneroſum eſſe prę̃ceptũ. ¶ Iunonis magnæ pri. pr. numen. a. &c.) Docet Virgilius maioris potentiæ inimicos obſequendo potius quàm reſiſtendo poſſe ſuperari. quapropter dat Helenus mandata, & repetit à commonitione inſinuat Iunonem p̃cibus & votis eſſe ſuperandam, ſic poſſe poſt Siciliam veniri ad Italiã, ſi placaretur illa, quę Troianorum commodis ire obuiam noſſet. ¶ Inſanam vatẽ aſpicies.) Inſanam dixit plenam numinis. ¶ Quę rupe ſub i. f. c. f. q; n. & n. m. &c.) Morẽ dixit ſibyllæ, & quo in loco ſit, & quo ordine ſingulorum deſiderijs reſpondeat, ſumit, inquit, folia, illic reſponſa conſcribit, ordinat, & dimittit. veniunt homines, cõſiderant folia, & futura cognoſcunt, ſed hoc habet mos ipſe contrariũ quippe ſi ventus impleret fores, & ordinationem foliorũ turbauerit, pereunt conſulta, & dubij remeant qui inſtructi fuerant redituri. ¶ Hic tibi ne. moræ fue. diſ. tan. Quamuis in. ſo. & vi. c. in. a. Vela vocet.) Noli, inquit, anxius eẽ de mora, licet enim clamitent ſocij, licet elementa ſuffragẽtur, nec nauiga priuſq; ſibyllam conſulas. proderit enim tibi iſtiuſmodi tarditas, vt inſtructior abeas. Quis eſſe poſſit huius rei fructus ſubnectit. ¶ Illa tibi Italiæ po. v. q; b. & q. q. mo. f. q; f. q; labo. Expediet, &c.) Ipſa, inquit tibi edicet, quæ ego prohibeor aperire. ſ. quæ ingruant bella, qui populi è diuerſo venturi ſint, & quomodo ſingulos labores vel tolerando tranſeas vel ſuperando mitiges. concluſit Helenus reſponſa, lætum Æneã dimittens, etiã hortatur additis. ¶ Vade age, & in. factis fer ad æt. troiam.) Fac, inquit, ingentem Troiã pro merito tuo, ingentem ideo, quia fecerat Helenus ipſe, ſed paruam, certum facit hæc dicendo, q; per ipſum Troiæ fortunæ reſurgent. vates, inquam eo ore locutus eſt, vt & vatis officium & amici intelligatur impleſſe. aliqua enim dixit futura, vt ſacerdos, aliqua vt amicus monuit, vt ceſſantibus partibus vatis celerius redditura ſit.

ASCENSIVS.

¶ Præterea, &c.) Docet reliqua Heleni vaticinia, & amica conſilia, quæ non parum Æneam Didoni conciliant: nam ex eis intelligit Iunonem Troianis aliquando reconciliandam, vnde Dona. dicit ſic. ¶ Præterea.) Dicturus rem magnam, & ad Æneæ ſalutem, in primis pertinentem, commendat altis ſenſibus, tenaciter retinendam. ¶ Prudentia.) Quod ad eum pertinet, quum nõdum numine percitus ſit. ¶ Fides.) Hoc pertinet ad perſonam vatis. ¶ Præq; omnibus.) Pro commodo omnium deſyderiorum. ¶ Iunonis magnæ.) Oſtendit poeta, maioris potentiæ inimicos obſequendo, potius quàm reſiſtẽdo poſſe ſuperari. Quapropter, præcib. & donis, placãdam admonet Iunonem, vt poſſit in Italiam venire. ¶ Inſanam.) Plenam numinis. Morem dixit ſibyllę, & in quo loco ſit: & quo ordine ſingulorum deſyderijs reſpondeat. Scribit in folijs, ordinat, & dimittit: homines in illis futura legunt: ſed ſi vento perturbatur ordo foliorum, pereunt conſulta, & dubij remanẽt qui venerãt conſulturi. ¶ Illa tibi.) Edicet illa, quæ ego prohibeor aperire, quæ bella ſint vẽtura, & quomodo ſingulos labores, vel tolerando tranſeas, vel ſuperãdo compeſcas,

peſcas. ⸿Vade, age.) Et ingẽtem quæ iam prædicit, vt vates quędam admonuit, vt amicus ceſſantibus partibus vatis. Hæc ille. ¶Ordo eſt. Præterea.i.præter ea quæ dicta ſunt, aut quæ diximus: ſiqua.i.aliqua prudẽtia eſt Heleno.i.ſi ego via humana habeo aliquid prudentiæ de rebus futuris: & ſiqua fides eſt Heleno vati, ideſt inquantum vati: & ſi Apollo implet, ſup. Helenum (loquitur autem de ſe) veris.i.reſponſis aut ſentẽtijs. O nate dea, ego prędicam tibi illud: vnum, ideſt pręcipuum: q;, pro, ideſt vnum: præ omnibus.ſ.alijs: & ego repetens iterum, atq; iterum: monebo, ſupple te illud: vnum præ omnibus.ſ.tu, ſupplex: adora primum, ideſt in primis, ſiue ante omnia: aut primum, ideſt præcipuum: numen.i.poteſtatem diuinam, quæ ad nutum cuncta gerit: Iunonis magnæ.ſ.ſine exemplo: quia ſuperum eſt regina, Iouiſq;, & ſoror, & cõiux: & cane, ideſt ſolenniter pronũcia libens (quod etiam verus deus expetit à nobis: vnde eſt voluntarie, ſacrificabo tibi.) Iunoni vota: & ſupera, ideſt vince, & frãge dominam potentem, præcipue regnorum: donis ſupplicibus, ideſt ſuppliciter & ſubmiſſo animo votis: q̄a tu metiere deniq;, ſic, ideſt per talia vota, & dona, ac pręcamina: exiſtens victor metiere, dicit, fines Italos: & hoc Trinacria.i.Sicilia relicta. Et vbi.i.poſtq̃;: tu delatus.ſ.vi tempeſtatis: vt in fine.v.patebit: huc, ideſt in hos fines Italos acceſſeris: vrbem Cumeam.i.Cumas, q̄ ſunt in littore Italico: & acceſſeris lacus diuinos, ideſt dijs cõſecratos: vt Lucrinum, & Auernum: &, pro, ideſt Auerna, ideſt lacum Auernum (declinatur enim, ſicut infernus: hic Auernus, Auerni, in ſingulari: & hęc Auerna, Auernorum, in plurali.) Auerna dicit, ſonantia ſyluis.i.per ſyluas, intra quas eſt: tu aſpicies vatem.ſ.vnã e ſibyllis Deiphoben nomine, quæ Cumana dicitur: inſanam.i.diuino furore raptam: vt in.vj.dicetur. ideo autem fingũtur rapi diuino furore gentilium vates: vt nõ de ſuo, hoc eſt, humano præſagio ſed ex deorum oraculo vaticinari iudicentur: ita, vt non ipſi, ſed deus per ipſos loquutus putetur: quę.ſ.vates, canit ſub rupe, ima ideſt profunda: fata.i.rerum euẽta fataliter præuiſa: & mandat, ideſt committit: folijs.ſ.palmarum notas.i.characteres, & literas: & nomina, ideſt res notis deſcriptas: & ipſa virgo digerit in numerum.i.ſeriem & ordinem: carmina quæcunq; deſcripſit in folijs, atq; relinquit, ſupp. ea ante antrum: exiſtens ſecluſa.ſ.à carminibus quæ foris derelinquit: antro.i.per antrum, aut in antro: & ita verior eſt conſtructio, q̃; ſi dicas, Carmina ſecluſa antro, q̄a ſequitur illa.ſ.folia, aut carmina, manent.ſ.foris: immota locis.i. à locis in quibus in numerum digeſta ſunt: neq; cedũt.i.recedũt, ab ordine.ſ.ſuo, in quo collocata deſeruntur: verum.i.ſed quum ideſt poſtq̃; vẽtus tenuis impulit, eadem.ſ.carmina, in folijs ſiccis deſcripta: impulit, dicit, cardine verſo, ideſt aperta ianua, vertendo cardinem: & vbi ianua turbauit tenues frõdes, ſcilicet palmarum iam aridas, in quibus, vt dictum eſt, ſecundum Varronem, ſibylla ſcripſit, ipſa ſibylla nunquã curat: deinde, ideſt poſtmodum prendere, ideſt colligere: ſaxo cauo, ideſt in antrũ, quod eſt ex ſaxo cauo, aut cauato: nec curat reuocare, ideſt reparare: ſitus, ideſt poſitiones foliorum, in quibus carmina per ordinem deſcripta erant: aut, ſup. non curat iungere, ideſt per ordinem cõnectere deinde carmina, quæ de oraculis prius compoſuerat: & ideo cõſultores abeũt inconſulti: & odere ſedem, ideſt antrum ſibyllæ:

byllæ: ad quod.ſ.fruſtra venerint: aut in quo carmina diuina ſic turbentur. Nequa, ideſt ne aliqua (prohibendi eſt) diſpendia moræ.i.dilationis: hoc eſt, iactura temporis, quam feceris immorãdo: fuerint tibi.i.reputentur à te: tãti.ſ.valoris, aut momẽti: quin ideſt quo minus: hoc eſt, vt nõ adeas vatem.ſ.ſibyllam, & poſcas præcibus: oracula.i.reſpõſa deorum ore prolata: quãuis ſocij increpitent.i.obmurmurent, ꝙ illic moram trahere velis vbi periculum ſit: & quãuis curſus.i.proſpera nauigatio: vocet vi.i.impetu magno: vela in altum.ſ.mare, & non ad littora vbi vates reſidet: & quãuis poſſis impellere.ſ.ventis, ſinus.i.recæptacula velorum, quibus ventum recipiunt: ſecundos.i.proſperos, quia à tergo ab inſequente vẽto inflatos (hoc eſt, licet dexterrima ſit nauigatio, & ſocij omnes optent procedere: tamen nõ omittas, quin vatem adeas, omiſit tamẽ, vt inferius dicetur: vnde ad Didonem appulſus adhuc neſciuit fata in Italia obeũda.) Et quin poſcas: vt, ſup. ipſa.ſ.vates, quod dicũt in propria perſona, & nõ tantum folijs notas, & nomina mãdet, aut ſi popoſceris, ipſa canat, & reſoluat: volẽs, ideſt libẽter: vocẽ.i.organa vocalia: atq;, pro.i.ora illa expediet tibi.i.prompte, & expedite docebit te: populos Italiæ, & bella vẽtura: & quomodo fugias.i.euites ſi poſſis: q;, pro vel: feras.i.toleres, ſi euitare nequeas: quẽq; laborem.i.qualibet laborioſam prouinciam gerendam: & ipſa ſacerdos venerata: dabit.i.dicet: ſicut, Da pater augurium, atq; animis illabere noſtris. curſus.ſ.futuros: tibi.i.nauigationes reliquas, nec tamen dicit, ꝙ docebit acceſſum eius ad inferos: quia tũc meminerit mortem Anchiſæ, quod facere noluit Helenus: concludẽs autem ait. Hæc ſunt quæ licet te moneri.i.vt tu ſis admonitus noſtra voce: age.i. agedum, adhortãdi aduerbium: Vade, & fer ad æthera.i.extolle vſq; ad cœlos: fatis.ſ.id volentibus: aut factis.i.facinoribus tuis: Troiam ingentem.i.quæ per te ingẽs inſtaurabitur, quum ex ea olim Roma orietur. Seruius innuit illud, Hæc ſunt, &c. dictũ ſub hoc ſenſu, vt Helenus excuſet ſe, ſi non plura dixerit, quum ea tantũ liceat dicere: verum in hoc ſenſu potius dixiſſet, licuit: aut ſi verſus pateretur, licet. Dona. autem innuit dictum, vt veniam petat ſi confidentius, non vt vates ſolum, ſed etiã vt amicus quędã admonuerit: & eſt honeſta clauſula, qua & nos vti poſſumus, vbi maiores admonuerimus.

PIERIVS.

¶Dominamq; potẽtẽ Supplicibus ſupera donis.) In codicibus antiquis, votis: non, donis, legitur. Et ita apud Ti. Donatum habetur, quem locum etiam repetit in.xij. libri commẽtarijs eo loco, & tu Saturnia Iuno, quorum nihil eſt in impreſſis codicibus. ⸿Trinacria fines italos mittere relicta.) In codicibus aliquot antiquis, Metire, legitur, vt in hãc ſñiam, Iter emenſi: &, Pelagoq; remẽſo. Sed mittere, loco hoc magis oĩno cõgruit, vbi de fatis agitur, quorum auſpicijs Æneas ſit omnia peracturus. Huic ſimile eſt illud, Miſſus in imperium magnum. ⸿Quo quenq; modo fugias.) In antiquis aliquot codicibus, effugias, legitur. Sed, fugias, magis placet. Quemq;, vero per m, in ijſdem fere omnibus codicibus. ⸿Curſuſq; dabit venerata ſecũdos.) Mediceus codex, & vetuſti pleriq; alij, venerata ſacerdos habẽt. Et eodem modo legi in antiquo Priſciani codice hoc citato verſu, quãquã, & ſecũdos, in aliquibus legi non negarim, preſertimq; in Donatiano.

⸿Quæ poſtq̃ vates ſic ore effatus amico eſt, ÆNE.  
Dona dehinc auro grauia, ſectoq; elephanto  
Imperat ad naues ferri, ſtipatq; carinis  
Ingens argentum, Dodonęoſq; lebetes,  
Loricam conſertam hamis, auroq; trilicem,  
Et conum inſignis galeæ, criſtaſq; comanteis  
Arma Neoptolemi, ſunt & ſua dona parenti.  
Addit equos, additq; duces,  
Remigium ſupplet, ſocios ſimul inſtruit armis.  
Interea claſſem velis aptare iubebat  
Anchiſes, fieret vento mora nequa ferenti.  
Quem Phœbi interpres multo compellat honore,  
⸿Cõiugio Anchiſa Veneris dignate ſuperbo, HELE.  
Cura deum, bis Pergameis erepte ruinis,  
Ecce tibi Auſoniæ tellus, hanc arripe velis,  
Et tamen hanc pelago præter labare neceſſe eſt.

SERVIVS.

¶Grauia.) A, finalitatis rõne producit: ſed ſatis aſpere. Nam in nullam definit cõſonãtem: vt, Omnia vincit amor, & nos cedamus amori. Item, At tibi Thymbre caput Euãdrius abſtulit enſis. ⸿Elephãto.) Pro ebore poſuit. Gręce dixit. ⸿Stipat.) Dẽſat. Vnde ſtipatores dicuntur, qui in nauibus componũt à ſtipa. ⸿Dodonæos.) Epiroticos. à ciuitate Epiri Dodona laudauit: à regione, vt vaſa Corinthia. ⸿Lebetas.) Ollas aereas. Græce dixit: Zeumas enim vulgare eſt, non latinum. ⸿Hamis auroq;.) Hamis aureis, per Endyadim. Hamis autem catenis ſignificat. ⸿Conum inſignis galeę criſtaſq; comãtes.) A parte

A parte totum: nam Conus eſt curuatura, quæ in galea prominet: ſuper quam criſtæ ſunt. ⸿Sua dona parenti.) Id eſt Anchiſæ: Sua autem, cõgrua, apta ætati. ⸿Remigium ſupplet.) Bene verbo militiæ vſus eſt, vt ſupplemẽtum diceret: nam multos in Creta perdiderat. ⸿Velis aptare iubebat.) Subaudi, ſocios, à ſuperioribus. ⸿Ferenti.) Flãti. ⸿Anchiſa.) Vocatiuus hic non eſt latinus. Nam breuis eſſet à vt ò Catilina. Græcus eſt ergo, de quo valde apud eos q̄ritur quemadmodũ exeat ab his nominibus quæ in es, mittũt nominatiuum. Nam Tydides Tydide facit: vt, Danaum fortiſſime gẽtis Tydide. Atrides quum ſit ſimile, Atrida facit: vt

Auſoniæ pars illa procul, quam pandit Apollo.
Vade (ait) ò felix nati pietate, quid vltra
Prouehor? & fando ſurgenteis demoror auſtros?

cit: vt Horatius, Ne q̄s humaſſe velit Aiacem Atrida vetas Cur? Tale eſt & Anchiſa. Sane apud Latinos horum nominum cauſa manifeſta eſt: quæ nominatiuum ipſum in a, mittunt, & recipiunt latinam declinationem: vt, Atrides Atrida, Scythes Scytha. ¶ Dignate.) Digne habite, digne iudicate. Nam modo nō agentis habet, ſed patientis imaginem: vnde eſt in primo, Haud equidem tali me dignor honore. ¶ Cura deum.) Amor: vt, Veneris iuſtiſſima cura. ¶ Bis pergameis erepte ruinis.) Probauit curam deorum. Et ſciēdum rhetorica eſſe argumēta, quæ à cōtrarijs laudant. Quod enim ſupra Anchiſes infœlicitatis putauit, vt, Satis vna ſuperq; Vidimus excidia: hoc iſte argumētum cōuertit in laudem. Bis autem, propter Herculem & Græcos qui expugnauere Troianos. ¶ Ecce tibi.) Aut vacat tibi: vt in Tullio, Qui mihi accubātes in cōuiuijs. Aut certe altius dictum eſt Tibi: ac ſi diceret, qui Italiæ hāc tantum viſurus es partem, nō etiam quam fata Æneæ promittunt. ¶ Auſoniæ.) Italiæ à rege Auſonio. ¶ Arripe.) Inuade. Illic enim eſt ſacrificaturus. Et tamen. ἀνακόλουθον eſt: nō enim præmiſit, quāquā vicina ſit. ¶ Quam pandit Apollo.) Laurolauini autem agrum ſignificat, ad quem vēturus eſt. ¶ Vade ait.) Bis hæc eſt in Virgilio iteratio, vt hoc loco. Nam quum ſupra. Compellat dixerit, intulit modo ait. Item in quinto quum præmiſerit, Fidam ſic fatur ad aurem: Subiecit rurſus: Et ſeſe oſtēdat in armis Dic ait. ¶ O felix nati pietate.) Latenter oſtēdit mortem futuram. Nō.n. ait felicem vitæ lōginquitate, vel aduētu ad Italiam: ſed tantum nati pietate: quaſi qui poterit exequiarū munus implere. ¶ Prouehor.) Sermone progredior: vt oſtendūt ſequentia.

DONATVS.

¶ Quæ poſtquā vates ſic.o.eſ.am.eſt.) Hæc ergo cum beneuolo ore fuiſſet locutus, & Æneam fideliter īſtruxiſſet, muneribus cumulauit. ¶ Dona de.a.g.ſe.q;.el.) Fit commemoratio munerū cum ornatu ſuo, nam ſpecies ſecti eboris, & multi auri pondus, inſigne oſtēdebāt meritum munerum, quæ Helenus donauit, & iuſſit ad naues ferri. ¶ Stipatq; carinis.in.ar.) Largitorem præcipuum dicit, qui tantum donaſſet argēti, quātum naues niſi ſtipatę ferre nō poſſent. ¶ Dodoneosq; lebetes.) Poculorum genus ferūt eſſe lebetes. ¶ Loricam.c.ha.a.q;.t. Et conum.i.g.c.q;.co.Arneo.) Donauit, quæ opes augerēt accipiētis, donauit, quæ aduerſus hoſtiles impetus ſalutem tuerētur. ſingula cum decore ſuo poſuit, dicēdo quippe, conſertam hamis, hoc eſt pulchra arte cōfectam, & auro inſignem & galeam comantem. arma neoptolemi, nouiſſimum poſuit, cuius eſſent arma, illius ſcilicet, qui captiuos habuit Troianos, & Troiam vicerat, quo eſſet inſultatio arma victum poſſidere victoris. ¶ Sunt & ſua dona parēti.) Dedit etiam Anchiſe ſua dona, ideſt quæ ætati eius merito conuenirēt. ¶ Addit.e.Ad.q;.du.) Addit equos cum ductoribus ſuis. ¶ Remigium ſupplet.) Quicquid remigijs deerat ipſe compleuit. ¶ Socios.ſi.in.ar.) Nullum niſi muneratum reliquit, dans quod competebat fortibus viris. ¶ Interea.cl.v.apt.iu.Anchiſes.) Helenus in officijs religioſis fuerat occupatus. quum autem hæc ageret, iubebat ſuos Anchiſes parare naues & aptare nauigationi neceſſaria, hoc eſt apte & cōgrue diſponēs. ¶ Fieret.v.m.n.fe.) Cur fieret dixit? ne fieret mora ſuffragantibus vētis. ¶ Quem Phœbi in.m.com.ho.) Hunc Helenus honorificis verbis alloquebatur cōtinētibus, ſcilicet laudem. dicitur laus ipſa. ¶ Con. Anchiſa Veneris di.ſu.) Non quo ipſe quaſi potior dignatus ſit iungi matrimonio Veneris, ſed quo is dignus eſſet inuētus cui iungeretur, quæ eſſet filia Iouis, hoc locutiōis genus & in primo libro poſuit dicens. haud equidem tali me dignor honore. ¶ Cura deum.) Ideſt, quē dij amarēt, probatio huius diei. ¶ Bis.pe.er.ruinis.) Qui cum eēt debilis, nō ſemel ſed ſecūdo ēt liberatus ſit periculis patriæ, in qua ceciderūt viri fortes. dicēdo bis oſtendit non euentum fuiſſe vel caſum, ſed fauore numinum eſſe ſeruatum. ¶ Ecce tibi Auſoniæ.t.h.ar.ve. Et ta.h.p.pr.neceſſe eſt.) Æneæ dixerat longe eſſe Italiam, verum ne tędium ſenex pateretur longām ſperās ſupereſſe nauigationem, ſolicitudinem eius releuat ſpōdēdo proximā viſus eſt dicto. ecce quaſi iam manu teneri potuiſſet, aut oculis cerni. Licet ſit, inquit, proxima vſq; adeo vt demonſtrari & videri poſſit, tamen comprehendi non poteſt, niſi ad eam fuerit nauigatum. hanc arripe velis. facilitatem nitendi voluit demōſtrare. ¶ Auſoniæ pars il.pr.qu.p.Apollo.) Quod ait, ecce, demōſtrantis eſt, hoc eſt quod compleuit, dicendo partem eſſe Italiæ, quæ templum præferebat Apollinis, conſtabat autem longe nō eſſe diſcretum, quod demonſtrari poterat & videri. ecce Apollo conſulitur & reſpōdet, Apollo deos penates facit loqui cū Ænea, ne ad ortygiā redeat. Apollo nunc Italiam monſtrat. ¶ Vade, ait, ò fe.na.pie.) Ornamentum totius laudis ſeruauit ad finem felicem indicans eum, qui haberet filium tāta pietate præſtantem, vſq; adeo quod ſummum fuit (vt dictum eſt) ſeruauit ad finem, vt nihil dehinc addiderit, quod pertineret ad laudem minuitur enim meritum laudis, & cadit ſi poſt præcipua & magna meriti inferioris deiecta iungantur. ¶ Quid vltra Pro.& fan.ſur.demo.auſtros?) Venti, inquit, flant. non debeo fabulis longioribus immorari commodum veſtrum.

ASCENSIVS.

¶ Quæ poſtq;, &c.) Poſt cōſultationem Heleni, & oracula diuū, recitat dona quæ ab eodem Heleno ſuſcæpit, & quæ pater Anchiſes, & quæ cæteri: docetq; quibus verbis Anchiſen compellarit: de quibus omnibus dicit Donatus ſic. ¶ Stipat largitorem præcipuum indicat: qui tantum donaſſet argēti, quātum naues: niſi ſtipatæ capere nō poſſent: loricam: & dona, quæ augeāt ſuas opes dat: & ea quibus ſe ab hoſte tuetur: & omnia cum decoro: & dicit arma fuiſſe illius qui Troiam vicerat: vt ſit inſultatio arma victum ferre victoris ſua ætati cōuenientia. ¶ Socios.) Nullū indonatum reliquit, dans quæ competebāt viris fortibus. ¶ Dignate.) Quaſi qui dignus ſit inuētus, qui filię Iouis iūgeretur. ¶ Bis Pergameis.) Oſtēditur quod ſit cura deum, qui quum debilis eſſet: liberatus tamē ſit periculis patriæ, in qua perierūt viri fortes. Hęc ille. ¶ Ordo eſt. Quæ ſcilicet rn̄ſa, aut oracula iam dicta: poſtq; vates.ſ.Helenus.effatus.i.eloquutus eſt (ſed augurale eſt verbū) ſic.i.in modum præmiſſum, ore amico.i.fauorabili: ipſe imperat dehinc.i.deinde dona grauia auro: & elephāto.i.dente elephanti (declinatur autem hic elephas elephātos: vnde fit nominatiuus hic elephātus elephāti: ſicut delphin, & delphinus: Arabs & Arabus, in nominatiuo reperiūtur.) ſecto.i.aut ſectili, aut iam præparato: ferri, ideſt vt ferrentur ad naues: & ſtipat.i.cōdenſat, & immittit carinis, ideſt aluo nauium: ingēs, ideſt valde magnum argentum: & ita magnum, vt niſi ſtipetur, nō poſſet à carinis recipi: & lebetes, ideſt ollas æreas, Dodoneos.i.Epiroticos: à Dodona Epiri vrbe (declinatur autem hic lebes, lebetis: ſicut hic tapes, tapetis, Grauia autem producitur finalitatis gratia, dicit Seruius ſed ea ratio in principio tertij pedis, locum habere ſolet: verum Virgi. oēs pedes à breui inchoaſſe reperitur.) & ſtipat carinis, loricam.i.tunicam, olim ex loris fieri ſolitam: nūc ex anulis: vn̄ dicit, trilicem.i.tribus licijs cōſtantem, conſertam, videlicet, hamis & auro.i.hamis aureis, aut trilicem dicit, quia cōſtabat loris hamis ferreis, & annulis aureis, quibus fimbriæ decorabātur: & conum.i.curuaturam galeæ: inſignis.i.excellētis & (vt dicūt) notabilis, per ſigna rara inuētu: & criſtas comātes.i.quæ in morem comarum à cono dependebāt, ſunt enim criſtæ ornamenta galearum: ſicut capitum gallorum: dicitur autem Achilles ſemper criſtatus inceſſiſſe, vnde bene datur id eius filio, quum ſubditur per appoſitionem, arma.i.loricam, conum, & criſtas galeæ, exiſtētia arma Neoptolemi.i.Pyrrhi, qui ea moriens Heleno dereliquerat. Et parenti.ſ.Anchiſæ ſunt: &.i.etiam: ſua.i.debita ętati: & cōuenientia dona: & ipſe Helenus, addit, ſcilicet ad dicta dona: equos quorum palmam Epiros obtinet: & addit duces.i.conductores itinerum, & ſupplet remigium.i.addit remiges deficiētes, eo quod in Creta multos amiſerat, & nōnullos dereliquerat ſuppleſſe autē putatur ex Troianis, vt ſint ſoli Troiani Romani imperij authores. & ipſe ingruit.i.opprimit: armis.i.multitudine armorum, quę cuilibet dedit, ſocios.ſ.itineris mei: Anchiſes.ſ.pater meus, iubebat interea aptare velis claſſem.i.inſtruere & diſponere claſſem ad nauigādum: nequa.i.ne aliqua. mora.i.dilatio fieret: vēto ferēti.i.flanti.i.qn̄ ferret, aut flaret: nam flādo quodāmodo claſſem fert, & prouehit vētus, quē.ſ.Anchiſem: interpres Phœbi.i.oraculorum Phœbi, hoc eſt, Helenus compellat.i.adloqtur, ſup.cū multo honore.i.valde honorifice: dicēs, ſup.ò Anchiſa, dignate.i.digne habite, ſuperbo.i.nobili & magnifico: cōiugio (nō dicit, ſtupro: nec tamen cōnubio, quia cōiugium poteſt eſſe illegitima cōiunctio: nuptię autem ſunt legitimæ.) Veneris, dum ex ea Æneam gignebat, & ò cura.i.amor & ſolicitudo, deū.i.deorū ereptæ bis.i.qui bis ereptus es ruinis Pergameis.i.Troianis (in vtroq;.ſ.excidio, ſemel ſub Laomedonte, & ſemel ſub Priamo. Caueat autem explanator, ne dicat, erepte bis ruinis, Pergameis cura.i.per curam: deum, pro deorum: quia ſic, cura, eſſet ablatiui caſus, & produceretur: quum tamen corripiatur) ecce tibi quaſi dicat

dicat in conſpectu tuo eſt Tellus Auſoniæ.i. Italiæ: arripe hāc velis: & tamē neceſſe eſt, & vt, ſupp. præter labare hāc: pelago.i. per pelagus, quia illa pars Auſoniæ, quam Apollo pandit.i. aperit: & manifeſtat vobis petendam: eſt procul.i. lōgo adhuc circuitu petēda: & ait, vade, ò felix pietate.i. propter pietatem: nati, ideſt filij tui: qui (vt tacite innuit) pie, tecū aget, dum exequias perſoluet: & ad inferos te viſurus deſcendet: ſed id non dixit expreſſe: & ne plura interrogetur dicit: ſed quid ego prouehor.ſ. ſermone, ideſt productior ſum prouectus, vltra, ſcilicet q̄ conſtitueram: vel vltra prius dicta: hoc eſt vlterius: & demoror.ſ. ab officio: fando.i. loquendo:

loquendo: Auſtros.i. ventos vobis ſecūdos: ſurgētis.i. iam, iamq; flaturos, aut orientes è terra vt ſient.

PIERIVS.

¶ Dodonæoſq; lebetes.) In antiqs codicibus, lebetas, legimus. Et Seruius hoc à Virgilio Græce dictū ait, illud addā lebetem poculorum genus eſſe Tit. Dona. ¶ Remigiū ſupplet.) In codicibus aliquot antiquis, ſuplet, vnico p ſcriptū legas, circunfertur vero epitaphium à Pontano in Pelignis inuentum, vbi ſuplet, vnico p notatum eſt. Quod nulla non ratione factum à maioribus, nomen ſupellex, ab eo verbo (vt Pontanus idem affirmat) deriuatum oſtendit.

¶Nec min⁹ Andromache digreſſu mœſta ſupmo, ÆN.
Fert picturatas auri ſubtegmine veſtes,
Et Phrygiam Aſcanio chlamydem, nec cedit honori,
Textilibuſq; onerat donis, ac talia fatur.
¶Accipe & hęc, manū tibi q̄ monumēta mearū AND.
Sint, puer, & longum Andromaches teſtentur amorē
Coniugis Hectoreæ, cape dona extrema tuorum,
O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago,
Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora ferebat,
Et nunc æquali tecum pubeſceret æuo.
Hos ego digrediens lachrymis affabar obortis.
¶Viuite fœlices, quibus eſt fortuna peracta ÆNE.
Iam ſua, nos alia ex alijs in fata vocamur.
Vobis parta quies, nullum maris æquor arandum,
Arua neq; Auſoniæ ſemper cedentia retro
Quærenda, effigiem Xanthi, Troiamq; videtis,
Quam veſtræ fecere manus, melioribus opto
Auſpicijs, & quæ fuerit minus obuia Graijs.
Siquando Tybrim, vicinaq; Tybridis arua
Intraro, gentiq; meæ data mœnia cernam,
Cognataſq; vrbes olim, populoſq; propinquos
Epiro Heſperia, quibus idem Dardanus author,
Atq; idem caſus, vnam faciemus vtranq;
Troiam animis, maneat noſtros ea cura nepotes.

SERVIVS.

¶ Supremo.) Vltimo: poſtq̄ eorum deſperabat aſpectum. ¶ Picturatas.) Participium ſine verbi origine. ¶ Auri ſub tegmine.) Ideſt filo quod intra ſtamē currit: quod Perſius tramam dixit, Mihi trama figurę Sit reliqua: aſt illi tremat omēto popa vēter. Nam male quidā ſubtegmē ſtamē accipiūt, quum ſtamē de auro eſſe nō poſſit. ¶ Et Phrygiam Aſcanio chlamydē.) Aut acu pictam. Huius enim artis peritos Phrygiones dicimus ſm Plautum. In Phrygia enim inuēta eſt ars. Aut ob hoc addidit Phrygiam, quaſi per quā patriæ memoria retineretur. ¶ Nec cedit honori.) Ideſt tanta dat munera, quāta merebatur Aſcanius: hoc eſt enim honori nō cedere, parem eē meritis accipiētis. Scaurus vero, honore legit: & intelligit, honore non cedit Heleno, qui patri eius vel auo dōauerit multa. ¶ Textilibus.) Sibi cōgruis. Quid enim magis conueniebat donare mulierem? ¶ Accipe & hæc.) Aut intelligimus ante aliqua fuiſſe donata: aut certe ſecundum ius locutus eſt. Omnia enim quæ vel auus vel pater accæperat, ad Aſcanium hęreditatis iure deueniūt. ¶ Monumenta.) Memoria. Monumenta autem à mentis admonitione ſunt dicta. ¶ Longum amorem.) Et de præterito & de futuro, vt agnoſcas quantum te vel amauerim, vel amatura ſim. ¶ Coniugis Hectoreæ.) Dictum eſt hoc habita ratione perſonæ, cum qua loquebatur: ac ſi diceret, vxoris auūculi tui. ¶ O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago.) Super, ideſt valde, vehementer, expreſſe: hoc eſt valde mihi es imago Aſtyanactis, quo ſermone etiam Homerus in ſimili vtitur ſignificatione. ¶ Pubeſceret æuo.) Vt etiam in ſecūdo diximus prooeconomia eſt, vt veriſimile ſit Aſcanium in octauo potuiſſe iam bella tractare. ¶ Viuite fœlices.) Viuite modo, bene optātis eſt: nō vt in Bucolicis male dicētis: vt, Viuite ſyluæ, ideſt perite. Simile eſt & valete: vt Terētius, Valeāt qui inter nos diſſidium volunt. Sūt autem hæc per contrarium inuēta maledicta, vt ſit quaſi ſalua veneratio. Illud q̄ritur vtrum viue an viuas.i. vtrum per imperatiuum, an per optatiuum dicere debeamus. & cōſtat dici melius per optatiuum. Optari.n. poſſunt, nō imperari, vel bona, vel aduerſa, quod autem inuenimus per imperatiuum: vſurpatum eſt. ¶ Fortuna peracta iam ſua.) i. dura, propria Troianorum: vt, Hac Troiana tenus fuerit fortuna ſecuta. ¶ Parta.) Pro parata. ¶ Semper cedētia retro.) Vt, Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras. ¶ Quam veſtræ fecere manus.) Quod eſt dulcius. ¶ Et quæ fuerit minus obuia Graijs.) Ideſt quæ nullum patiatur excidium. Alij Fuerint, legūt: & volūt eſſe maledictum in Græcos, vt ad auſpicia referas: quod non procedit. Nec.n. de hoc agebatur. ¶ Siquādo Tybrin.) Fluuiū: pro quo regem ipſum poſuit Tybrin, qui in hūc cecidit fluuium: & ei nomē dedit. Nam ante Albula dicebatur: vt oſtēdit in ſeptimo. Alij nolunt Tybrin cecidiſſe: ſed Tyberinum regem Albanorum: à quo Tybris dictus eſt. Vt autem Tybris dicatur, hæc ratio eſt. Quodam tempore Syracuſani victores cœperūt Syracuſis Athenienſium

nienſium ingentem hoſtium multitudinem: & eam cæſis mōtibus fecerunt addere munimēta ciuitati. Tūc auctis muris etiam foſſa intrinſecus facta eſt: quæ flumine admiſſo repleta munitiorem redderet ciuitatem. Hāc igitur foſſam per hoſtium pœnam, & iniuriam factam, Tybrin vocarūt ἀπὸ τῆς ὕβρεως. Poſtea pfecti Siculi ad Italiam, eam tenuerunt partē, vbi nūc Roma eſt, vſq; ad Rutulos & Ardeā. Vnde eſt, Fines ſuper vſq; Sicanos. & Albulā fluuium ad imaginem foſſæ Syracuſanæ Tybrin vocarūt, quaſi ὕβριν. vt. ¶ Effigiem Xanthi Troiāq; videtis.) Circa Syracuſas autē eē foſſam Tybrin noīe Theocrit⁹ meminit. ¶ Gētiq; meæ.) Bene genti ſuæ dicit, non ſibi. Scit enim Aſcanio regna deberi. ¶ Data mœnia cernam, Cōgnataſq; vrbes olim.) Q̄nq;. & per oīa cernā ſubaudi. Senſus aūt talis eſt, Si potuero ad Italiā peruenire, & regna cōſtituere, & videre vrbes, & populos tibi cognatos. Nam & Æneas & Helenus à Dardano originē ducūt. Ergo hoc dicit, Quoniā ab vno originē ducimus: & ijſdem caſibus ſubiacuimus. ¶ Troiam vtrāq;.) i. quam & tu feciſti, & ego facturus ſum, iungamus, & faciamus vnā: ſed. ¶ Animis.) hoc eſt fœdere & affectiōe: quoniam re vera eas natura non ſinit iungi. Sane quoniam occurrebat humanæ breuitas vitæ, bene ſubiunxit. ¶ Maneat noſtros ea cura nepotes.) Diſtinguendum autē. ¶ Populoſq; propinquos Epiro.) Et ſequentibus oſtēdit quomodo. ¶ Heſperia.) Ideſt quibus populis author eſt. ¶ Dardanus, Et Heſperia.) Hoc eſt ἑσπέροθεν, (nam Græce dixit) & eſt de loco aduerbium Dardanus ἑσπέροθεν. Figura enim nonnunquā pulchra eſt, ſi elocutio imperfecta ſit: vt Cicero in Verrinis, Qui Verrem Romulea. & non addidit tribu.

DONATVS.

¶ Nec minus Andromache di.m.ſ. Fert pic.a.ſ.te.v.&c.) Andromache, inquit, triſtis de ſuorum ſupremo abſceſſu ferebat veſtes Aſcanio ſub tegmine variatas hoc eſt filo auro incluſo diſtinctas, quum dicit quale, dicit quales & nō dicit quātas, neq; ipſas ſpecialiter numerat, plus voluit in generalitate ſentiri q̄ forſitā fuerāt & phrygiam Aſcanio clamydem, nec cedit honori. duo merita poſuit clamydis. vnū q; eſſet phrygia, quæ res dare potuit viſuro ſolatium, quia veniebat illa ex originalibus terris. alterum, q; tātæ gratiæ fuit, vt honori & merito cōueniret Aſcanij. nā digna fuit, qua vteretur talis, dignus ēt Aſcanius, qui tantā rem applicaret vſibus ſuis. hoc moraliter poſitum eſt. Sunt.n. plerūq; nonulli, qui cū ipſi ſint humiles atq; deiecti vtūtur veſtibus, quas deformēt. ſunt, qui cum veſtibus ſuis pari honore cōtendāt. in Aſcanio igitur & clamyde par meritū fuiſſe laudatum eſt. clamydem ſolam ſpecialiter laudari cōmemorauit, cętera generaliter. textilibuſq; onerat donis, ac talia fatur. in Heleni parte dixit, ſtipatq; carinis, hic dixit, onerat. Helenus donat argētū, lebetas, galeam, loricā, arma perſonis apta fortioribus ipſe quoq; vir fortis. Nouerat.n. quod cuiq; dare debuiſſet. donat aūt puero mulier in ve/

ſtibus vniuerſa.hæc enim conueniebant vtriq; perſonæ. Quum autem offerret Aſcanio, addidit etiam verba plena religionis, & quæ animi beneuolentiam apertius demonſtrarent, commendationem quoque continentia & dantis & munerum. ¶ Accipe, inquit, & hæc ma.ti.q.m.mea. Si.puer, & lon.andro.teſt.am.) Duas partes munerum fecit, vná quæ in antiquis opibus fuiſſet, queq; eſſet confecta manibus alienis, in qua clamys auri ſubtegmine variata. alteram, quæ non tanti pretij fuiſſet, eſſet tamen manibus confecta largientis. quum ergo has quoq; offerret, ait, Accipe & hæc, hoc eſt præter clamydem & prædicta, accipe etiá hęc, quæ confeci ipſa manibus meis vt haberet alterum quod eſſet in pretio, alterum quod omnia religione præueniret, nec conſideraret, quid datum videretur, ſed reſpiceret potius perſonam dantis & affinitatis affectum. addidit Andromache. ¶ Con.he.) Hoc eſt, ſi pretio ſuo meritum apud te iſta habere nequiuerint, habeát ſaltem, quod has donat Andromache vxor Hectóris auunculi tui. huius quippe neceſſitudinis commemoratiõe fiet amoris noſtri memoria in tuis ſenſibus diuturna. ¶ Cape.d.ex.tu.) Libétius accipi debent, quæ tibi offerunt tui dandi occaſionem aliam nõ habituri, manuum tibi, quæ monumenta mearum ſint puer, & longum Andromache teſtentur amorem. hunc habent intellectum, quia puer es, & ſpero te diu victurũ, poterit apte eſſe amoris mei diuturna memoria. ¶ O mihi.ſ.m.ſ.a.i. Sic.o.ſic.i.ma.ſic.o.fe. Et nunc.æ.t.p.æ.) Miſerabilis vox eius, quæ filij ſui ſimilitudinem videbat, deniq; quales tu oculos habes, & manus tales etiam ille habuit: ſic fuit omnis facies eius, vt tua, ætas quoq; conſimilis tecum pubeſceret, ſi in hoc tempus manſiſſet incolumis. dum gemit filij memoriam, dum dolores ſuos miſeranda voce proſequitur, prodidit cauſam liberalitatis ſuæ. arbitrabatur enim quę tanta conſerebat ei, qui aſtyanactis ſimilitudinem ferret, non ſe extraneo donare ſed filio. ¶ Hos ego digrediens la.aſ.ob.) Ego, inquit, receſſurus à ciuibus bonis ac religoſis ab his, qui ergame ac meos tam liberales extitiſſent, nõ potui abire ſine pectoris morſu. nam quantum mœroris animo gererem, teſtabátur oculi mei obortas lachrymas ingenti vbertate fundẽtes, obortas dixit.ſ.nõ coactas, aut cum aliqua flendi cogitatione prolatas. inter ipſas tamen lachrymas huiuſmodi verbis affatus vtrunq; ſum, hoc eſt Helenum & Andromachem. ¶ Viuite felices qui.eſt.f.p.I a.ſ.&c.) Optimam occaſionem poeta repperit, qua definiret, quid ſit feliciter viuere. Feliciter eſt viuere, inqt, manere otioſum in vno loco, & aduerſa fortunæ vlterius non timere. admiranda cõcęptio dictiõis. Æneas enim fortunam ſuam grauem & ſatis aduerſam felicitati cõparat alienę. deniq; totus in eo eſt, vt ſingula cũ ſingulis cõferat. felices eſtis, inqt, & beatá ducitis vitá, quorũ infortunia tráſacta ſunt & mala cõſumpta, proinde viuite, qm̃ vobis, vitæ delectatio & otiũ ſupereſt. nos.n. vitá ducimus miſerandá, qui trahimur per incerta, vobis ꝓuenit quies pleno ſucceſſu, nec ingruit plena periculis nauigãdi neceſſitas. viuite q eſtis à mea infelicitate diſcreti, nec mecũ quęritis Italiá, quę tm̃ diſcedit, quantũ eam nos inſiſtẽdo perſequimur. nõ ita poſuit arua retro cedẽtia, ꝙ vere poſſibile eſſet, ſed vt exprimeret eius hominis tędia, qui per tot annos tantis laboribus conſumptis nondum inueniebat, quo peruenire cogebatur. effigié Xanthi, Troiáq; videtis. Quá veſtrę fecere manus. habebát.n. numina originalis terræ, quæ iccirco addiderát, vt amiſſæ veritatis affectũ ſimulatorũ vocabulorũ nuncupatiõe penſarẽt. Quá veſtrę fecere manus. Gratius eſt.n. & dulcius quicquid per nos fabricatur aut ſurgit. melioribus opto auſpicijs, & quę fuerit minus obuia graijs, memor nominis Troiæ, quę aduerſis fatis penitus interierat, ne aliquod alterius Troię nomẽ ſimile naſceretur, addidit dicẽs, feciſtis quidẽ Troiá, ſed opto vt melioribus fatis ſit cõdita, nec habeat aliqñ obuios græcos, aut eorũ faciẽ nouerit, quod malũ facile potuit naſci & accedere cõſtitutę in partibus ſuſpectis. Sed hoc obtinuit, ne aliqñ fieret. ¶ Si qñ tybrim.vi.q;.t.a. In.g.m.d.m.c.) Si vnq̃;, inqt, tybrim videre contigerit, & agros Italiæ ac mœnia, q̃ nobis fatorũ rõne dicũtur eſſe decreta. quũ dicit ſiqñ, oſtẽdit plus eſſe in proximitatis deſperatiõe, qm̃ ſuperius dixit. Italiá ſequimur fugiẽté. ¶ Cognatasq; vr.o.p.q;.p.Epiro he.&c.) Et ſi nos, inqt, per longa regionum diuortia fortuna compellit, tamẽ animorum poteſt eſſe indiuiſus affectus. quum.n. vno generis authore nitamur, fiet vt veſtra Troia & noſtra animorum religione nectatur. quibus.n. in aduerſis eiuſdẽ caſu conſortium fuit, debent felicium quoq; temporum proſperitate coniungi. maneat noſtros ea cura nepotes, noſtros ſtudioſius imitari, quod viderint nos eſſe ſectatos.

ASCENSIVS.

¶ Nec minus, &c.) Recitat etiam dona, quæ Andromache deſcẽdentibus contulit, & verba vltro, citroq; habita. Vnde Donatus. ¶ Nec cedit honori.) Duo notat in chlamyde: & ꝙ eſſet ſibi ſolatio, quia eſſet de originalibus terris: & quod conueniret honori Aſcanij: nam digna fuit qua vteretur: Tali etiá dignus Aſcanius, qui tantam rem applicaret vſibus ſuis. Sunt enim quidam abiecti qui vtuntur veſtibus ſibi non conuenientibus. Sunt rurſus adeo excellentes, vt quum ſuis veſtibus pari honore contendant. Laudauit autem ſolam chlamydem. Cætera generaliter dixit. ¶ Onerat.) Vt in Heleno dixit, Stipatq; carinis. Ille vir fortis, donat aurum argentum. Arma viro forti. hæc mulier donat puero textilia. Ergo habuit rationem perſonarum: hæc etiá duo genera munerum ponit, Chlamydem auri ſubtegmine variatam quæ eſſet ex antiquis. Itẽ alia munera, quę non eſſent tanti pretij: ſed ſuis manibus, vnde quum hęc offerret, dixit. ¶ Accipe.) Et hæc pręter chlamydem, & pręedicta: vt alterum haberet pretium: alterũ amoris religionem: & dantis affinis, affectum. Ergo ſi non valent dona, valeat perſona Andromaches tui auunculi vxoris. ¶ Lachrymis adfabar.) Nõ poterat ab ijs, q & ciues, & in ſe liberales eẽnt, ſine lachrymis diſcedere. ¶ Viuite felices.) Feliciter viuere dicit, manere otioſum, in eodem loco: & aduerſa fortunæ vlterius nõ timere. Sibi autem omnia contraria eſſe oſtendit. ¶ Cedentia retro.) Impoſſibilia dicit. ſed per illa ſuum tædiũ exprimit, qui tot annos laborioſe, periculoſeq; nauigans nondũ videbat quo peruenire cupiebat. Hæc Dona. ¶ Ordo auté eſt. Nec minus, ideſt & Ordo.
nihilominus quáuis multa dederit Helenus: Andromache mœſta ſupremo digreſſu. i. quum videret ꝙ oĩno digredi vellemus: fert.ſ. ad cõferendũ nobis veſtes picturatas ſubtegmine auri. i. habẽtes ſubtegmen. i. filum, quod inter ſtamẽ currit, aureum, aut ex auro, & ſup. dat Aſcanio chlamydẽ, Phrygiam. i. acu pictá, quod opus Phrygioniũ dicit: nec Aſcanius cedit honori. i. nõ inferior, ſed dignus eſt tali honore, aut forte chlamys non cedit honori. i. decori cuiuſlibet alterius chlamydis, & onerat, ſup. eũ, aut miniſtros eius: donis textilibus. i. contextis: ac fatur talia, ſup. ad Aſcaniũ. Accipe ò puer. &, ideſt etiá hęc, vltra ea quæ Helenus dedit, aut quæ ipſa prius dederat, ſup. munera: quæ ſint tibi monumenta. i. quæ admoneát te, & memorem faciát: manuũ mearum, ideſt operum manu mea factorum, & teſtentur longum. i. per longum tempus, amorem Andromaches, appoſitorie, coniugis Hectoreæ. i. Hectoris auunculi tui, & nunc Heleni etiam auunculi, ſed potius Hectoris: vt eum ad imitandá Hectoreá virtutem incitet: vnde prius & auunculus excitat Hector: ná donum prophetiæ, quod Heleno contigit, non omnibus datum: virtuté quiſq; quáuis multo interuallo imitari poteſt: cape extrema dona, tuorum, ideſt neceſſariorum. q. d. poſt hæc non offenſurus es plures ex gñe & patria tua. O ſola imago, Aſtyanactis mei.ſ. filij ex Hectore (declinatur hic Aſtyanax, huius Aſtyanactis, vel Aſtyanactos.) ſuper. i. ſuperſtes, & ſuperexiſtens: aut reſtans adhuc mihi, i. in ſolatium, aut memoriam: quũ filiũ amiſerim: imago (inqt) q̧ ille ferebat ſic. i. vt tu facis oculos, ſic manus. ſic. ora. (Bona cõparatio à poeta excogitata, qui ſicut patres ſimiles inducit, filiorum quoq; ſimilitudinem approbat, ſi ſuperuixiſſet Aſtyanax, q̃ laus Iuli in domum Iuliá redundat.) & pubeſceret nunc tecum, ſi.ſ. viueret: æquali æuo. i. ætate. Ego digrediens adfabar hos.ſ. Helenum & Andromachem: lachrymis obortis. i. præter ſpem ortis, hoc eſt, lachrymás inter loquẽdum: viuite, quia felices, ſup. ſunt, quibus eſt fortuna iam ſua. i. propria, & fataliter debita, peracta (& hoc modo non eſt in ſermone improprietas, nec mala reciprocatio, quum nõ reciproce accipiatur, licet hunc locum Valla, & alij fere grámatici notát, & eſt quaſi per parẽtheſim dictum: & ſentẽtia qualis illa in. j. O fortunati, quorũ iam mœnia ſurgunt.) nos vocamur iam ex alijs fatis. i. fatalibus incõmodis: in alia fata: quies eſt parta. i. labore acquiſita vobis: nullum æquor. i. nullus campus planus, maris. i. aquarũ, eſt vobis arádum. i. ſulcádũ nauibus: nec arua Auſoniæ. i. Italiæ cedentia ſemper retro, quia quum prope fuerimus, adhuc longo circuitu ſunt quærẽda. i. veſtigáda: vos videtis effigiem. i. ſimulachrũ & cõſimilem effectionem Xanthi, ideſt illius fluuij Troiani: & videtis Troiá, quam veſtræ manus fecere, opto, ideſt ſicuti opto melioribus auſpicijs, q̃ prior Troia manibus deorum facta prædicatur, & quæ auſpicia, ideſt auſpicata initia, & fundamina: fuerint minus obuia. i. obſtantia, Graijs. i. Gręcis: ita vt ab eis non eruátur. (Notum eſt, quod Romani Ethruſcorum diſciplina imbuti, nihil magnũ inierunt, niſi captatis auſpicijs. i. niſi habito deorum (vt opinabátur) iudicio quod ex auium inſpectione deprehendebant: & ideo auſpiciũ accipitur pro auſpicato. i. prudẽti, & bene prouiſo: quod Galli dicuntur, pauiſato initio, & auſpicari, pro prudenter inchoare.) Si

ego

ego intraro,pro intrauero: quãdo.i.aliqñ Tybrim fluuium Italiæ Romam interfluẽtem:& arua Tybridis vicina: & ego cernã mœnia,data.i.permiſſa,aut cõceſſa fatis:meæ gẽti,quia ſcit Aſcanio deberi regnum:aut gẽti ſuę,potius q̃; ſibi regnum petere ꝓbetur:& vrbes cognatas.i.cognatis extructas , olim.i.quouis tẽpore futuro: & populos propinquos.i.affines: & ab vna patria oriũdos,nec loco multum diſtãtes:nos faciemus Epiro , & Heſperia.i.Italia:hoc eſt,Ex Epiro & Heſperia,quibus idem Dardanus eſt author: atq; quibus eſt idẽ caſus.i.eadẽ fortuna , qa propter excidium Troiæ ambæ à ꝓfugis habitatę,vt nos faciemus: dicit animis.i.fœdere & cõcordi volũtate vtráq;,vnam Troiã.i. referemus in diuerſis locis,quod in vno nõ poſſumus , Troiam patriam noſtrã euerſam , & ſi,quia breue & irreuocabile tẽpus, omnibus eſt vitę:id nos perficere nõ poterimus:ea cura.i.ſolicitudo eius rei faciẽdæ:maneat.i.certe expectet,noſtros nepotes.i. poſteros à nobis,& noſtris deſcenſuros.

PIERIVS.

¶ Auri ſubtegmine veſtes.) Sũt antiq codices in qbus,ſubtegmine,vna dictiõe legať. Sunt vbi ꝑpoſitio,ſub,diuiſa eſt à tegmine, ſed grãmatici,ſubtemine,abſq; g litera legẽdũ contendũt,Dici vero,ſubtemen,ſubteminis,vt ſtamen,ſtaminis,ait Cariſius.¶ Hos ego digrediens lachrymis adfabar obortis.) In antiquis pleriſq; codi.abortis,legitur per ab,ſed doctorum conſenſus mauult per ob,obortis,ſcribi.¶ Cognatasq; vrbes olim.) In antiquis exemplaribus nõ eſt,q;:vt ab eo verbo pẽdeat,vnam faciemus vtráq; Troiam animis,cognatas vrbes olim.



Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta:
Vnde iter Italiam,curſusq́; breuiſſimus vndis.
Sol ruit interea,& montes vmbrãntur opaci.
Sternimur optatæ gremio telluris ad vndam
Sortiti remos:paſſimq́; in littore ſicco
Corpora curamus:feſſos ſopor irrigat artus.
Nec dum orbem medium nox horis acta ſubibat:
Haud ſegnis ſtrato ſurgit Palinurus,& omneis
Explorat ventos,atq; auribus aera captat:
Sydera cuncta notat tacito labentia cœlo:
Arcturum,pluuiasq́; Hyadas,geminosq́; Triones:
Armatumq́; auro circunſpicit Oriona.
Poſtquam cuncta videt cœlo conſtare ſereno:
Dat clarum è puppi ſignum:nos caſtra mouemus,
Tentamusq́; viam,& velorum pandimus alas.

SERVIVS.

¶ Prouehimur pelago.) Buthrotio derelicto.¶ Vicina Ceraunia iuxta.) Sũt mõtes Epiri à crebris fulminibus ꝓpter altitudinem nominati. Vñ Horatius expreſſius dixit Acroceraunia ꝓpter altitudinem & fulminum iactus.¶ Curſusq; breuiſſimus.) Adeo vt medio noctis ſpatio transfretauit.¶ Optatæ telluris.) Quæ nauigãtibus ſemper optatur.¶ Sortiti remos.) Per ſortẽ diuiſi ad officia remigãdi,q eſſet prorета, q pedẽ teneret.¶ Paſſim.) Prout qs voluit.¶ Littore ſicco.) ad diſcretionẽ illius quod aqua alluit.¶ Horis acta.) Per horas decurrẽs.¶ Aurib⁹ aerã captat.) Naturale.n.eſt,vt à q̃ parte flaturus eſt vẽtus , ad eã auris admota frigidior fiat.¶ Sydera cuncta notat.) Ideo cuncta , quia in ꝓgnoſticis legitur nõ ſufficere vnũ ſignum ad explorãdã futuram ſerenitatẽ. Notat aũt vt Tullius,notat & deſignat oculis.i.diligẽter ĩtueť.¶ Tacito cœlo.) Aut nocturno , per quod tacetur: aut ipſe tacitus: aut certe ad hoĩes retulit. Nã licet ęternus ſit axium ſonus,tñ à nobis nõ auditur. Ergo quantũ ad nos, tacitum dixit.¶ Arcturũ.) Stella eſt poſt vrſam in Boote ſigno.¶ Armatũq; auro circun-

Iamq́; rubeſcebat ſtellis aurora fugatis:
Cum procul obſcuros colles, humilemq́; videmus
Italiam: Italiam primus conclamat Achates:
Italiam læto ſocij clamore ſalutant.

ſpicit Oriona.) Sic Lucanus, Enſiferi nimium fulget latus Orionis. Et ſciendum non hoc eũ intueri vt cernat ſigna quæ omnibus patent: ſed explorare ſtellarum vigorem, quo futura indicatur ſerenitas: vt in Georgicis, Nã neq; tum ſtellis obtuſa acies videtur. Si autem quærebat quaſi nõ orta, nequaquam procedit: quum etiam Septentriões dixerit, qui ſemper vidẽtur. ┌ Cœlo cõſtare ſereno.) Suppetere: vt Iuuenalis, Quis feret vxorem, cui conſtent omnia? ┌ Clarum ſignum.) Faculam eleuauit: vt, Flãmas quũ regia pupis Extulerat. ┌ Caſtra mouemus.) Caſtra ſunt vbi miles ſteterit. Dicta aũt caſtra quaſi caſta: vel ꝙ illic caſtraretur libido. Nam nonnunq̃; his intererat mulier. ┌ Tentamusq; viam.) i. naues producimus. ┌ Pandimus alas.) Cõtos intendimus. ┌ Humilemq; videmus Italiã.) Aut naturã prouinciȩ oſtẽdit: vt Salluſtius, Italia plana ac mollis. Aut rẽ phyſicam exprimit: quia oẽ; quod cõtinetur, altius eſt ab eo quod cõtinet. Aut quia ꝑcul viſentibus terra humilis ſemper videtur: vt Lucanus, Et dubios cernit vaneſcere montes. ┌ Italiam.) Tautologia vſus eſt ad exprimendum affectum nauigantum.

DONATVS.

❡ Prouehimur pelago, vi.ce.iu. Vnde.i. I.cu.q;.bre.) Vt, inquit, pelago prouecti ſumus, hoc eſt porro vecti ad eum venimus locum, qui non longo curſu abeſſet ab Italia. ┌ Sol ruit interea, & m.v.o.) Elapſus fuit dies ex maxima parte. Sternimur op.g.tel. ad.v.So.r.) Remis, inquit, ad littus acceſſimus. ┌ Pa.q;.in li.ſic. Co.cu.f.ſo.ir.a.) In ipſo illo littore refectis ex cibo corporibus ſedimus, mox vero (vt feſſos artus ſolet) ſomnus tenuit. ┌ Nec dum or.m.n.h.a.ſu.H.ſ.ſt.ſu.pa.&.o. Explorat ve.&c.) Officium ſolliciti peritiq; & diligentis gubernatoris expreſſit. quod enim pertinebat ad eius curam euigilauit competenti tempore, quod ad peritiam ſydera omnia inſpexit, quod vero ad diligẽtiam explorauit vniuerſa. Triones quidã volunt quaſi Virgilius de noïe ipſo aliquid detraxerit, cum hoc ſolo nomine vocitẽtur, ſignũq; habeant ex numero ſtellarum additum numini. ſiue igitur dicamus triones, ſiue ſeptẽtriones, eo redigitur res, vt vtrũq; ſit integrũ. ┌ Nos caſtra mouemus.) hoc eſt nauigia. ┌ Tẽtamusq; viã.) Primo.n. quibuſdã tẽtamentis initium ſumitur nauigãdi, vt naues in altũ producantur. ┌ Et ve.pa.a.) Velorum, inquit, ſpatia & angulos aperimus. vſurpatũ eſt, vt alæ dicãtur velorum, quibus volari poſſit in pelago. inde eſt, quod alio loco ait. Linquimus Ortygiȩ portus, pelagoq; volamus. ┌ Humilẽq; videmus Italiã.) Non quia natura ſua humilis erat atq; depreſſa, ſed quia etiã illa, quæ alta ſunt cum nauigantibus longe apparuerint, eſſe vidẽtur humilia. ┌ Italiam primus conclamat Achates, Italiam lȩto.ſ.c.ſa.) Gratulabantur ſe reperiſſe Italiam, quam per tot annos quȩſitam inuenire nequiuerant.

ASCENSIVS.

❡ Prouehimur, &c.) Docet quomodo illuc ꝓuectus eſt: & q̃uo Italiã à ſocijs viſam, & ſalutatã, prætergreſſus eſt, de qua re dicit, id ſolũ notatu dignũ, Donatus, quod Italia humilis nõ eſt, ſed humilis dicitur: quia etiam alta nauigãtibus: quum longe apparẽt, videntur humilia.i.ima & q̃ſi humi iacẽtia. ❡ Ordo aũt eſt. Nos prouehimur.i.porro vehimur, & auehimur: à Butroto pelago.i.per pelagus: iuxta Ceraunia, ꝓmõtoria illa Epiri, à crebris fulminibus denominata: vicina.ſ.nobis deſcẽdẽtibus Butroto: vñ.i.à quibus: iter, ſup. eſt breuiſſimũ: & curſus eſt breuiſſimus vndis.i.per vndas, Italiã.i.in Italiam vſq;: nam media noctis ſpatio pertrãſitur. Sol ruit.i.occidit interea: & mõtes opaci vmbrantur.i.ex aduerſo ſolis inuoluuntur vmbris: nos ſternimur gremio.i.recȩptaculo: Telluris.i.terræ optatæ.ſ.ſemper nauigãtibus: ad.i.iuxta vndam.i.exponimur terræ ad oſtium vnde ait ſternimur ſortiti remos.i.per ſortes exerciti remis: & poſtquã viciſſim incũbuimus remis ad vndam: & nos curamus in littore ſicco paſſim corpora, ſup. noſtra.i.facimus ea quæ ad curã corporis pertinẽt: quod verbũ ſi ſolã egeſtionẽ ſignificet ſatis ruſtice ad meſam diceret Æneas in cõſpectu reginæ, ſed ad oĩa pertinet. ſopor irrigat artus feſſos.i.dormimus: necdũ.i.& nõ adhuc & nox i.facies cœli nocturna: acta.i.trãſacta, aut ducta horis: nõ ſubibat i.conſcendebat adhuc: medium orbẽ.ſ.cœli.i.nondũ erat mediũ noctis: &, ſup. Palinurus, nauita ille diligentiſſimus: ſurgit: haud ſegnis.i.nõ tardus, aut ignauus, ſed ſtrenuus: ſtrato.ſ.toro ex ſtramentis facto: & explorat.i.inquirit: oẽs ventos: & captat auribus aera.i. ſi vſquã audiret murmura aeris quȩ futurã tempeſtatem indicẽt, Seruius aliam cauſam adfert: & notat cũcta ſydera.ſ.nautis obſeruãda labẽtia: cœlo tacito.i.motu à dormiẽtibus, preſertim imperceptibili: licet concentum mirabilẽ edere à Platonicis prædicetur cœlũ, vt de ſomnio Scipionis: teſtis eſt Cice. notat, dicit, arcturũ, & hyadas pluuias.i.pluuioſas: & pluuias excitare ſolitas: & Triones.i.boues geminos, qui ſunt in Septẽtrione ad polum: & circũſpicit Oriona.i.ſydus in quod Oriõ trãſlatus dicitur armatũ: auro.i.fulgore enſis aurei: hæc aũt oĩa in Geor. & in fine huius deſcripta ſunt. Poſtq̃; ipſe Palinurus videt cuncta conſtare i.conſentire ex ſtatu ſuo, cœlo ſereno.i.etiã futurã ſerenitatẽ; indicante ipſe dat è puppi ſignũ clarũ.i.faculam, aut tedã incenſam: nos qui eramus.ſ.in littore, mouemus caſtra.i.more militũ colligimus ſarcinulas, & diſcedimus illinc vbi ſtationẽ habueramus: & tentamus viam an.ſ.fluxus opportunus eſſet: & hoc comperto pandimus alas velorum.i.antẽnas, (aut ſm̃ Seruium) intendimus contos.i.perticas, quib. profunditatem aquarũ inquirũt nauitæ, & aurora rubeſcebat iam: & hoc ſtellis fugatis à ſplendore ſolis abſconditis: nobis iam (inquit) quũ nos videmus ꝑcul obſcuros colles.ſ. Italiæ & Italiam humilẽ.i.humilẽ apparentem: quia procul viſam Achates cõclamat.i.ſimul, vt videbat, clamat Italiã, & ſocij ſalutãt læto clamore Italiam, dicentes forte, Salue ſancta parens diuum Saturnia tel. &c. Ordo.

PIERIVS.

❡ Arcturum, Pliadasq; Hyadas.) Quamuis in veteribus codicibus, Pliadasq;, legatur. Placet tamen, quod eius loco poſitum eſt à recentioribus, pluuiasq;, hyadas. Nam Plias primam ꝓducit, quia diphthongus eſt, ει, πλειάσ: niſi quis vocalem alteram, quod ſæpe ex commodo ſuo Græci faciunt, detritam velit.

Tum pater Anchiſes magnum cratera corona
Induit, impleuitq́; mero, diuosq́; vocauit
Stans celſa in puppi.
┌ Dij maris, & terræ tempeſtatũq́; potentes, ANCHI.
Ferte viam vento facilem, & ſpirate ſecundi.
┌ Crebreſcunt optatæ auræ, portusq́; pateſcit ÆNE.
Iam propior, templumq́; apparet in arce Mineruæ.
Vela legunt ſocij, & proras ad littora torquent.
Portus ab Eoo fluctu curuatus in arcum,
Obiectæ ſalſa ſpumant aſpergine cautes,
Ipſe latet, gemino demittunt brachia muro
Turriti ſcopuli, refugitq́; à littore templum.
Quatuor hic, primum omen, equos in gramine vidi
Tondentes campum late, candore niuali,
Et pr̃ Anchiſes. ┌ Bellũ ò terra hoſpita portas, ANC.
Bello armantur equi, bellũ hæc armenta minantur.

SERVIVS.

❡ Corona induit.) Aut vſque ad ſummum impleuit: aut re vera coronauit. ┌ Dij maris.) Per quod nauigo. ┌ Terrȩ.) ad quam iturus ſum. ┌ Tempeſtatum.) Ventorum, aurarũ, temporum, ſerenitatis: vt, Vñ hæc tam clara repente Tempeſtas? Nam multa ſignificat. ┌ Spirate.) Et ad ventum pertinet, & ad fauorem: vt, Aſpirat ꝑmo fortuna labori. ┌ Crebreſcunt optatæ auræ.) Magnũ Anchiſæ oſtẽdit meritũ. ┌ Pateſcit.) Propinquantibus, vt, Et anguſti rareſcent clauſtra Pelori. ┌ Curuatus in arcum.) In arcus ſimilitudinẽ: vt, Exciſum Euboicȩ latus ingens rupis in antrum.i.in antri ſimilitudinem. Sic de Ponto Salluſtius, Vnde hic tulit colorem, ſpeciẽ efficit Scythici arcus. ┌ Ipſe latet.) Re vera procul intuentibus. Vnde eſt, Portusq; pateſcit. Nam ſecũdum Donatum, Late patet, nõ ſtat verſus. ┌ Refugitq; ab littore templum.) Ædificia vicina littoribus longe intuenti videntur in mari, quæ accedentibus quaſi recedere & retro ſe agere putãtur: vel quia ſitum eſt in colle, qui ſenſim creſcit à littore. Ideo dixit, refugit. ┌ Primum.) Aut quale nũq̃; antea viderat: aut certe quia ſeqtur porcæ albæ omen. Alij vero tõdentes primũ campũ volunt.i.ꝑmã partẽ cãpi. ┌ Cãdore niuali.) Hoc ad victoriȩ omen pertinet. Simul notãdum Anchiſen oẽm habere diuinãdi peritiã. Hinc eſt illud,

do.

eſt illud, Diuiniq; oſſa parētis. ¶Terra hoſpita.) Vſurpatiue hoſpita dixit: q.n. in es, exeūt, cōia eſſe poſſunt. Nam fœmininum in a, non mittunt. Luca. Hoſpes in externis audiuit curia tectis. Nec mirum abuſum eſſe Virgiliū: quum & Plautus paupera dixerit: ab eo quod ē hic & hæc paup̄, vt, Pauperq; ſenatus. Itē, Pauperq; domus, nec nota parentū Munera. ¶Bello armantur equi.) Ratiocinatio diuinationis eſt. ¶Armēta.) Armēta dicta ſunt quaſi apta armis: Nam equi interſunt prælijs: boues armant ex corijs. ¶Sed tamen.) Anacoluthon. Nam Quanquam non præmiſit. ¶Spes eſt pacis, ait.) Oſtendit latenter vincere poſſe Troianos, dicendo ſupra, Curru ſuccedere ſueti. ¶Palladis armiſonæ.) Bene poſt belli omen, armoꝝ deā precatur: quáquam hoc quoq; templū viſum ad omen pertineat. ¶Dederat quę maxima.) Vt, Præq; oībus vnum Prædico. ¶Rite.) Recte, ſecūdum ritū: vnde ſequitur, Perfectis ordine votis. ¶Iunoni argiuæ.) Id eſt magnæ: vt, Iunonis magnæ.

Ordo.

Sed tamen iidem olim curru ſuccedere ſueti
Quadrupedes, & frena iugo concordia ferre,
Spes eſt pacis ¶Ait, tū numina ſancta p̄camur ÆNE.
Palladis armiſonæ, quæ prima accæpit ouantes,
Et capita ante aras Phrygio velamur amyctu,
Præcæptisq; Heleni, dederat quæ maxima, rite
Iunoni Argiuæ iuſſos adolemus honores.

quit, velatis capitib⁹ ante aras more patrio ſtantes. ante aras dixit, vt oſtenderet non ſolas preces fuiſſe, verumetiam munera, aras dixit fuiſſe in naui, q̄ non erant, vt oſtenderet nō ſolas preces fuiſſe, verumetiam munera, aras quoq; dixit fuiſſe in naui, quę non erāt, vt oſtēderet aram dici poſſe, vbicūq; ſacrificatur. ¶Præcęptiſq; Heleni.d.q.ma.ri. Iunoni argiuæ.i.a.ho.) Memores ait præcęptorum Heleni, quæ maxime curanda & ſemper retinenda mandauerat. Iunoni argiuæ hoc eſt, quæ apud græcos p̄cipue colebatur, vel græcis fauebat. Iuſſos, oſtendit neceſſitatem faciendi fuiſſe, non voluntatem.

## DONATVS.

¶Tum pater Anchiſes.m.c.c. Induit.i.q;.m.d.q;.in.v.v. Stās.c. in puppi.) Ob id, inquit, quòd viſa eſſet Italia, pater meus dijs vota ſoluebat. ¶Ferte.v.v.fa.&.ſ.ſe.) Hoc eſt, viam facilem præbete per maria, & fauorē veſtrum temperato flatuum ſuffragio cōmodate. ecce accedit petitionis fructus. ¶Crebreſcunt, inquit, optatæ auræ.) Naturali more dixit, aura enim naſcitur cum primū exoritur lux, quam ſupra induxit naſcentem, quo accedente crebreſcit ventus. ¶Portuſq;.p. Iā.p.t.q;.a.in.a. Mi.) In arce ait, hoc eſt in altitudine templum Mineruæ apparet. ¶Vela legūt ſocij.) Hoc verbum nautis eſt familiare, nā funes & vela quū colligunt, vel aliqua loca tranſeunt, legere appellant ¶Vela legunt ſocij, & proras ad littora torquent.) Arrepta.n. ſtatione fida, opportunum fuit deſcendere refectionis cauſa. ſequitur deſcriptio portus, qui venientibus occurrerat. ¶Portus ab eoo fluctu curuatus in arcum.&c.) Portum ipſum non humana induſtria ſed natura p̄curauerat. nam ab oriente ſole, qua maris fluctibus infeſtari potuit, magnas natura ſubiecerat cautes, quę violentiam maris exceptis fluctibus frāgerent, ſpuma tantum apparebat, quę cum nullius eſſet virtutis, nocere nō poterat ipſe, inquit, latet, hoc eſt cum ſęuiunt fluctus, cum procellæ vniuerſa perturbant, ipſe neſcit quid agatur in pelago. ſic.n. eius ſitus eſt, vt venti illum quāuis validi reperire non poſſint, p̄curat eius tranquillitatem altitudo ſaxorū, quæ in modum brachiorum vtrinq; proiectę contra procellas & turbines quaſi aduerſus hoſtes murum pręſtant. refugitq; à littore templum, conſtitutis in portu eodem tēplum non apparet. Obſiſtentibus enim ſcopulis in immenſum ductis videri non pōt. ¶Quatuor hic primū.o.e.in.g.v. Ton.c.l.) Specioſum dictionis genus. nō.n. dixit, vidi equos in cāpo latiſſimo gramē tōdentes, ſed vidi, inquit, equos in gramine tondentes campum latiſſimū, & cum nō dicit q̄bus alijs herbis paſcerent, oſtēdit ſola illic gramina fuiſſe. ¶Cādore niuali.) Ecce in equis, quod oēs quatuor fuerāt, & colore niuei cōſtituti in magna alimoniæ ſubſtātia, & lata in vbertate campoꝝ. ¶Et pater Anchiſes, bellum &c.) Pater (ait) meus Anchiſes fiducia ſcientiæ ſuę, mox p̄nūtiauit equorum viſum bella portendere hac cōiectura, ꝙ equis eat ad bellū cōfirmatio aſſertionis ipſius fuit, & pleniſſima p̄nūciatio, quod additur, bellum o terra hoſpita portas, bello armant equi, bellū hæc armenta minantur. ridicule hic quidā coniiciunt, ꝙ Anchiſes exemplo equi ductus, ꝑ quem perijt imperium troię p̄nuntiauerit equos iſtos bellū ſignificare ſed falſum eſt. idem q̄p pe iudicium ſuū ex interiore ſcientia prolatum ſequenti & contraria diſputatione diſſoluit dicendo. ¶Sed tamen iidem.o.c.ſ.ſ. Quadrupedes, &.f.i.c.f.) Nōnunq; ſolet, inquit, hoc animalium genus, & ad currū iungi, & iuga portare, & frena cōcorditer ferre, quo genere ſeductus in aliā partem. ¶Spes eſt pacis ait.) Quo modo, inquit, ſignificant bellū, pacem quoq; ſignificare poſſunt. dixit quemadmodum valeant etiā ſpē pacis oſtendere, quoniam ſigna pacis ſunt, quæ de numero, de curru & de frenis oſtendit, p̄nuntiatione tamen duplici, atq; diuerſa vtranq; fecit īcertam. ¶Tum nu. ſan. p. Palladis armi. &c.) His omnibus ſignis demonſtrantibus per coniecturas bellum, quod templum armatæ Palladis occurrerat, quæ merito rogabatur, vt proſperum faceret, ſi quid forte imminere poſſit aduerſi, & ouantes dimitteret, quos ouantes excęperat. ¶Et capita ante.a.p.ve.ami.) Rogabamus, in

quit,

## ASCENSIVS.

¶Tum pater, &c.) Docet quomodo poſt preces Anchiſæ ad Italiam appulſi, illic vota quæ Helenus perſoluenda admonuit, quo etiam modo admonuerat, perſoluerunt. Seruat in omni re poeta diligens ipſum decorum: nam ſocij Italiam ſalutabant læti, quoniam tam vicini eſſent. Anchiſes autem, non contentus Italiam inueniſſe, niſi id bono auſpicio fieret. (Sæpe enim res lætæ triſtem habent exitum) præcatur diuos, vt proſperam nauigationem concederent, ſciens quod etiam in portu perierint plurimi. De hac re pauca dicit Donatus: quia (vt patet ex ijs, quæ in eum dicit Seruius) mutilus eſt, intercíſus, ea autem ſunt hæc. ¶Crebreſcunt f.) Apparet petitionis fructus. ¶Ferte viam faci.) Præbete facilem viam. ¶In arce.) In altitudine. ¶Legunt.) Verbum nautis familiare: nam funes: & vela, quum colligunt: vel aliqua loca, quum tranſeunt, legere appellant. ¶Auræ.) Naturaliter dixit. Aura enim naſcitur, quum primum exoritur lux, quum ſupra induxit naſcentem. ¶Portus.) Ab Oriēte, qua fluctibus portus infeſtari poterat: magnas natura obiecit cautes: ergo latet portus, quia fluctus illum reperire nequeunt. ¶Cau.) Cautes autem ſunt in formam brachiorum. ¶Refugit.) Conſtitutis in portu non apparet templum: quia obſtant ſcopuli. hic primum honeſta loquutio paſcentes campum, & non paſcentes herbam in campo: & quum dicit, quibus herbis paſcerentur, oſtendit ſola gramina illic fuiſſe. ¶Candore ni.) Oſtendit & equos, & niueos, & conſtitutos in magna vbertate. ¶Bello armātur equi.) Nō quia equo Troia perierit, vt quidam ridicule dicūt: ſed doctrina ſua equos oſtendere, bella dixit. ¶Palladis armiſonę.) Ad alia ſigna belli accedit templum, armatę Palladis, quam merito orat: vt proſperum faceret, ſi quid aduerſi immineret, & ouantes dimitteret, quos ouātes accæperat. ¶Ante aras.) Vt oſtēdat præter preces etiam munera fuiſſe, dicit aras fuiſſe in naui, quæ non erant, vt demonſtret aram dici poſſe vbicunque ſacrificatur. Hæc ille. ¶Ordo autē eſt. Anchiſes pater, i. patronus claſſis, & vir prudens, atque religioſus, ſacrorumq; peritus: induit magnum cratera, ideſt vas vinarium corona: aut ex pāpinis: aut impleuit vſque ad ſummum (Declinatur hic crater, huius crateris, vel crateros, huic crateri, hunc cratera, vnde legitur hæc cratera, crateræ: ſicut ab accuſatiuo hanc ſtatera, hæc ſtatera: & ab accuſatiuo hanc caſſida, hæc caſſida, caſſidæ: ſic & panther, & panthera, & plura alia leguntur.) &, pro, ideſt impleuit mero: ſi induiſſe corona, accipitur pro īpleuiſſe: aut & impleuit mero poſtq; coronauerat eum, & ipſe ſtans in celſa puppi, ideſt in ſumma parte nauis iuxta gubernacula. vocauit, ideſt inuocauit diuos, dicens, videlicet, o dij potentes, ideſt qui habetis potentiam maris, quod nauigamus: & terrę, quā petimus, & tempeſtatum, quas timemus: ferte vento. i. aſpiratione venti, Viam facilem: & ſpirate i. aſpirate: ſecundi, ideſt ſpirantes facite ventos ſecundos: &, ſup. quum hęc dixiſſet: aurę. i. lenes venti: optatę. i. deſyderatę: & cōmodę crebreſcunt. i. crebrę fiunt: & portus pateſcit. i. pateſit iam propior: & templum Mineruę in arce. ſ. extructum, apparet: aut apparet in arce, vbi extructum erat: ſocij legunt, ideſt colligunt, & ſtringūt vela, & torquent proras, ideſt anteriores partes nauiū à proruendo dictas, ad littora, portus ſup. eſt curuatus in arcū, ideſt in formam arcus à fluctu Eoo. i. Orientali: hoc eſt, ab oriente impingente: & cautes, ideſt ſaxa p̄dura, quę & cotes dicuntur: obiectę. i. oppoſitę fluctib. ſpumāt aſpergine ſalſa. i. aqua maris, q̄ aſpergitur ex impetu, qui ſpumas creat. Ipſe, ſup. portus latet. i. occulitur (aut ſic, ipſe portus curuatus in arcū, &c. latet.) quia ſcopuli turriti. i. ſaxa eminentia vtrinq;, & habentia turres in vertice aut ſaxa ipſa in morem turriū eminentia: demittūt brachia. i. colles à iugis ſuis, quibus portū complectuntur, muro gemino. i. in

Aura.

Ara.

morem

UNIVERSITARIA

more duplicis muri, vtrinq; extructi, & tēplū refugit. i. apparet refugere: aut verius occulitur, & non videt à littore, quū tamen videatur à mari: eſt aūt tēplū hoc in Calabria. Ego vidi hic in gramine. i. in tali herba: primū omen. i. pro primo omine rerū futurarū in Italia: quatuor equos cādore niuali. i. cādidos: tōdentes, aut depaſcētes cāpū: late. i. in latum extenſum. Et pater Anchiſes ait, o terra hoſpita. i. q̄ nobis hoſpitatio pates, aut patebis, tu portas. i. adfers nobis bellū: qa equi armant bello. i. ad bellū: & ita ex omine conſtat: qa hęc armēta. i. hi equi armis apti, minant bella, ſed tñ quāuis. ſ. bello armentur: ijdem quadrupedes. i. equi: ſueti ſunt ſuccedere olim. i. aliqñ finito bello: curru. i. ſub currū: & ferre frena cōcordia. i. ipſi cōcordes ferre frena: iugo. i. ſub iugo, aut cōiugati: & ideo ait, ſpes eſt pacis: nos precamur tū. i. poſtq̄ ſic loquutus eſt, numina ſancta ipſius Palladis, armiſonę. i. arma cōcutere ſolitæ: vnde in armis ſonare dicit: quæ. ſ. Pallas accępit: nos ouantes. i. lętos, more ouātium: prima. i. ante cætera numina: eo quod ad eius templū appulſi ſumus: & nos velamus capita. ſ. noſtra ante aras, aut q̄ erāt in tēplo: aut potius quas extruxerant in littore, qa templū ingreſſi nō ſunt. Vnde Dona. putat nō aras fuiſſe, ſed loca in qbus habitāt ꝓ aris habita: amictu Phrygio. i. Troiano. Et nos adolemus. i. incēdimus, aut maturamus, ſeu mature offerimus: rite. i. ex more: & vt decet Iunoni Argiuæ. i. magnę, dicit Seruius: ſed, meo iudicio, dicendū eſt Argiuæ. i. Argiuoꝝ protectrici: & ab Argiuis illis cultæ: nā Argiui, ab Argis dicunt Græci: vt in. ij. Et iam Argiua Phalanx inſtructis nauibus ibat: honores iuſſos. i. adorationem, & ſacrificia iuſſa pręcęptis Heleni, quę ipſe dederat, maxima. i. præcipua.

PIERIVS.

¶ Portus ab Eoo fluctu.) In omnibus pene codi. antiquis, quos verſare contigit, Euroo ſcriptum obſeruaui, & in pleriſq; lectionem hanc abraſam eſſe, & Eoo, repoſitum. Quia tamen huiuſmodi ab Euro deriuatiui nominis formam, neq; apud Græcos neque apud Latinos memini me legere, Eoo libentius, vt cum Mediceo vulgata habent exemplaria, legerim. ¶ Obiectæ ſalſa ſpumant aſpergine cautes.) Velius Longus poni differentiam tradit inter aſpergo, per e ſyllaba media, & aſparago per a, eſſeq; illud pię verbū: hoc vero per a, nomen: dictumq; à Virgilio, Spumant aſpargine cautes. Antiqua tamen pleraq; omnia exemplaria, adſpergine, legunt. ¶ Gemino demittunt brachia muro Turriti ſcopuli.) In codicibus aliquot anti. dimittūt, legitur. Quippe hac & illac mittunt, porrigunt, extendūt. Atq; pro turriti, ſunt codices, qui erecti: legant: ſed turriti, omnino magis placet. ¶ Refugitq; à littore templum.) In antiquis exēplaribus, ab littore, eſt. ¶ Quadrupedes.) In antiqs codicibus, quadripedes, per i, vt bipes, tripes. Sed quadrupes per u, in conſuetudine manſit, vt ex periquilo, periculum: & alia quædam huiuſmodi, quæ per i, enunciari, ſcribiq; ſolita, Velius Longus ait.

pium. Sane hyperbole eſt.

Haud mora, continuò perfectis ordine votis,
Cornua velatarum obuertimus antennarum,
Graiugenumq; domos, ſuſpectaq; linquimus arua.
Hinc ſinus Herculei (ſi vera eſt fama) Tarenti
Cernitur, attollit ſe diua Lacinia contra,
Caulonisq; arces, & naufragum Scyllacæum.
Tum procùl è fluctu Trinacria cernitur Æthna,
Et gemitum ingentem pelagi, pulſataq; ſaxa
Audimus longe, fractasq; ad littora voces,
Exultantq; vada, atq; æſtu miſcentur arenæ.
Et pater Anchiſes: nimirum hæc illa Charybdis,
Hos Helenus ſcopulos, hæc ſaxa horrenda canebat.
Eripite, o ſocii, pariterq; inſurgite remis. ANCH.
Haud minus ac iuſſi faciūt, primusq; rudentē ÆN.
Contorſit læuas proram Palinurus ad vndas,
Læuam cuncta cohors remis, ventisq; petiuit.
Tollimur in cœlum curuato gurgite, & iidem
Subducta ad maneis imos deſcendimus vnda.
Ter ſcopuli clamorem inter caua ſaxa dedere,
Ter ſpumam eliſam, & rorantia vidimus aſtra.

SERVIVS.

¶ Haud mora cōtinuo.) Vnū de his vacat. ¶ Graiugenumq; domos.) Sic eſt dictum, quemadmodum Troiugena. Et ſciēdū ſacrificij tantum cauſa hos tetigiſſe Calabriam: vbi dicuntur accępiſſe Palladium à Diomede, vel ab Vlyſſe. nec īmerito dubitatur. Vt enim in ſecundo legimus, ambo rapuerant. ¶ Herculei (ſi vera ē fama) Tarenti.) Lacones & Athenienſes diu inter ſe bella tractarunt: & quum vtraq; pars affligeret, Lacones quibus iuuentus deerat, ꝓceperūt vt virgines cum qbuſcunq; cōcūberent. Quod factū eſt. Et cū poſt ſedata bella iuuētus īcertis parētibus nata erubeſceret, & patriæ & ſibi eſſet opprobrio, (nam Partheniatæ dicebantur) accępto duce Phalanto octauo ab Hercule, ꝓfecti ſunt: delatiq; ad breue oppidum Calabriæ, quod Taras Neptuni filius fabricauerat, id auxerūt: & priſco nomine appellarunt Tarentū. Bene ergo nunc Herculei Tarenti, ſi vera eſt fama, quia Taras condiderat, auxerat Phalantus. ¶ Attollit ſe.) Quia ꝓpinquātibus aut recedere montes vidētur, aut ſurgere. ¶ Diua Lacinia cōtra.) Iunonis Laciniæ templum, ſecundū quoſdam, à rege conditore dictum: ſecundū alios à latrone Lacino, quem illic Hercules occidit: & hoc loco expiato Iunoni templum cōſtituit. ¶ Caulonisq; arces.) Caulon mons eſt Calabrię: vt Horatius, Et amicus Caulon fertilis Baccho: in quo oppidum fuit, quod ſm Higinum, q ſcripſit de ſitu vrbiū Italicarum olim nō eſt. ¶ Naufragum Scyllacæū.) Periculoſum nauibus. Dictum Scyllacęū vel à tractu, vel à periculi ſimilitudine. Nam inde Scylla longe eſt. ¶ Et gemitum ingentem pelagi.) Videtur delatus primo ad fretū: poſtea ad Æ̇tnam reuerſus. ¶ Fractas.) Nimias: vt, Fractos ſonitus imitata tubarum. ¶ Æſtu miſcentur arenæ.) Deſcribit loca Charybdi vicina: quā eſſe credit ex periculi magnitudine. ¶ Hæc ſaxa horrenda cenebat. ¶ Retulit ſe ad hiſtoriam. Nā pro ſcylla, ſaxa dixit horrenda. ¶ Eripite.) De periculis. ¶ Leuas ad vndas.) De Ionio venientibus: aliter non procedit. ¶ Cuncta cohors.) Quia ſuperius dixit. Nos caſtra mouemus. ¶ Ad manes imos.) Poetica hyperbole. ¶ Scopuli clamorem.) De hiſtoria, vt ſupra diximus, hoc traxit. Vnde etenim illiſæ concauis ſaxis imitantur latratum. ¶ Eliſam.) Excluſam: vt, Eliſos oculos & ſiccum ſanguine guttur. ¶ Rorantia aſtra.) Pro inrorata, ideſt quæ inrorabantur: à qua ſignificatione non eſt apud Latinos participium.

DONATVS.

¶ Haud mora, continuo. p. o. v. Cornua velatarum ob. an.) Perfecto ait votorum ordine, ſubmota omni mora, obuertimus velatas antennas, vt curſum nauibus mutaremus. velatas antēnas dixit, quæ tenerēt vela. dicit cauſam propter quā hoc fecerunt. ¶ Graiugenumq; domos. ſ. q; l. a. Quæ enim ſuſpecta ſunt dimitti debēt, iam nomina locoꝝ exequitur, quæ tranſierunt, vel quæ euaſerūt. ¶ Hinc ſinus Herculei (ſi vera eſt fama.) tarenti. Cernitur attollit ſe diua &c.) More ſuo multa ſupflua deſcripſit, vt ad eum locum veniret, qui fuerat neceſſarius. debuit enim partes charybdis tāgere, vt reſpōſorum Heleni fidē aperte oſtēderet. hanc primus Anchiſes intellexit, ipſe enim dixit. ¶ Nimirum hic illa charybdis, hos Helenus ſcopulos, hæc. ſ. h. c.) Parum fuit loca intellexiſſe, nuntiaſſe etiam, dat quoq; in prę̨ſenti conſilium, vt euadi potuiſſet dicens. ¶ Eripite o ſocij pariterq; inſurgite remis.) Socios nō fruſtra appellauit. in cōmuni. n. periculum omnibus fuerat laborādū, ne ſimul omnes ſorberet charybdis, quod ſi diceret pro vobis facietis, qui periculorū prę̨ſentium participes eſtis. ¶ Haud minus ac iuſſi faciunt.) Confeſtim, vt iuſſi ſunt, fecerunt, quippe aduerſus præſentem & maximam vim celeres & maximi omnium conatus fuerant neceſſarij, quorum periculum fuit. ¶ Primusq; rudentem Contorſit læuas proram Palinurus ad vndas &c.) Palinurus in hac cauſa, quem obſeruabant vniuerſi, qui periculum vitare potuiſſet, conſilium primus arripuit, vt ad læuam niteretur, hunc imitabantur cæteri, iuuabat & vētus. ſed nihil profuit perueniſſe, niſi qui apparati venerunt ad reſiſtēdum, tamen obtinuit malum quod nauigia implicabat. ¶ Tollimur in cœlum curuato gurgite, & ijdem ſubducta ad manes imos deſcēdimus vnda.) Deſcriptionem fecit charybdis ſecundum Heleni denuntiationem, factis primo quippe verticibus pelagi, cum ipſis nauibus ad cœlum exæſtuans vnda peruenit, dehinc remeans in altitudinem demerſam reuocatus adduxit. ¶ Ter ſcopuli clamorem inter caua ſaxa dedere, Ter ſpumam eliſam, & rorantia vidimus aſtra.) Tale fuerat malum, vt hoc conſtet & non ſemel valuiſſe, ſed ſæpius, tantaq; eius fuerat vis, vt ſereno cœlo aſtra videremus in nubibus rorantia vt ad plenum redirēt vndę, quas ructauerat charybdis.

## ASCENSIVS.

Ordo. ¶Haud mora,conti.&c.) Docet quõ illinc prouecti,per Charybdiu pteruecti ſunt. vnde Donatus. ꝑSocios.) Nam in cõmune vbi periculũ eſt,oĩbus laborãdum eſt. Hęc ille. ¶Ordo eſt. Haud mora,ſup.fit:& nos obuertimus.ſ.in pelagus:quia dictum eſt, Vela legunt ſocij,& proras ad littora torquent:continuo,ideſt illico: cornua antennarum velatarum,ideſt velis indutarum:ſunt autem antẽnæ,à latere mali,quaſi cornua,aut brachia ſeu alæ eius, obuertimus,dicit,votis perfectis,ideſt poſtq̃ perfecimus vota: ordine.i.per ordinem,& nos linquimus domos Graiugenũ, pro Graiugenarum.i.Græcorum:à Graijs,aut in Græcia genitorum: & arua ſuſpecta propter inhabitantes hoſtes:hinc.i.poſtquã hinc prouecti ſumus:ſinus.i.angulus maris:Tarenti Herculei.i.a Phalanto,qui octauus fertur ab Hercule aucti:ſed priſco nomine nominari permiſſi (vnde licet Taras,ipſius conditor nomen dederit:aut Tarẽtus heros:vt quidã volunt:tñ quia Phalãtus Herculeus ipſum auxit,& eo Coloniã duxit,põt & Herculeum appellari:ſed quia Dionyſius Halycar. dixit à Lacedęmonijs conditum, & alij ab alijs:dicit poeta) ſi vera eſt fama,quæ.ſ.Herculeum appellat à Phalanto:cernitur.ſ.à nobis. & diua Lacinia.i.templum Laciniæ,ſcilicet Iunonis,quæ à conditore, vel à Lacinio latrone illic interempto ab Hercule, Lacinia dicta:eo ꝙ locus,in quo poſt expiationem tẽplum factum eſt, Lacinij appellationem habeat:attollit ſe contra,ideſt ex aduerſo:& arces Caulonis,ſcilicet oppidi,quod & Caulonius dicit̃:& eſt in prima parte Italię, de quo Beroaldum ſtatim videbimus,& Scyllacęum,ſcilicet oppidum:naufragum.i.periculoſum,iuxta quod ſæpe fit naufragiũ quũ ſint illic ſcopuli,q̃les iuxta Scyllã ſunt:attollit ſe contra:aut cernitur hinc (verſus non eſt,eo metro quo reliqui:nam in quarto pede habet amphimacrum.i.pedem triſyllabum,cuius media breuis,inter duas longas eſt:nam naufragus, mediam corripit: vnde Perſius, Cantet ſi naufragus aſſem,&c. Sunt tamen,qui nauifragum,legere malint. In quinto autem ſpondeus eſt:qui verſus periculi,vt quibuſdã videtur,depingit iactationẽ & laborẽ.) Tũ.i.deinde: Æthna Trinacria.i.Sicilieñ.cernitur è fluctu:& nos audimus longe gemitum.i.crepitũ ingẽtem:pelagi.i.maris:& ſaxa pulſata.ſ.ab impetu aquarum:& voces aquarum fractas.i.colliſas & reuerberatas ad littora. Vnde addit,& vada.i.aquę per q̃s vadere licet,quum ſint minus profundæ,ſed magis periculoſæ: exultant.i.frequenter exiliunt,& eriguntur:& harenæ miſcentur æſtu.i.feruore aquarum cõmotarum. Et pater Anchiſes,ſupp. exclamat (ſed mirus artifex poeta,in re trepida,vt eã depingat, verbum demere ſolet:vt etiam hic) o ſocij eripite,ſup. vos his periculis:& inſurgite pariter.i.pari ictu remis,vt,ſcilicet impetũ aquaꝝ in Charybdim ducentium ſuperent. nimirum & non eſt (inquit Æneas) mirum,ſi pater Anchiſes tunc exclamabat:aut nimirũ.i. quia certe hæc,ſup. eſt illa Charybdis,quã,ſup. Helenus canebat: & Helenus canebat,ſcilicet vaticinando: hos ſcopulos,ſup. horrendos,& hæc ſaxa horrenda.ſ.ipſius Scyllæ. Socij faciunt haud i.non minus:hoc eſt,tantum, ac.i.q̃,ſeu quantum erant iuſſi:& Palinurus contorſit primus rudente,ideſt fune,quo vela dirigũtur (aut ſi legatur,rudentem,erit adiectiuum,vt ſit prorã rudẽtem.i.multum ſonantem inter ſaxa.) cõtorſit ergo,aut rudẽte.i. fune:aut proram rudentem.i.multum ſonãtẽ:ad vndas lęuas.i. ad lęuam:hoc eſt,ſiniſtrã,iacentes ad Charybdim, videlicet cuncta cohors.i.tota alia claſſis,petiuit remis & vẽtis.i.toto conatu (vnde ꝓuerbiale eſt,quoties aliquid toto conatu fit,id remis & ventis fieri.) læuam,ſup. partem:nos tollimur.i.erigimur in cœlum (hyperbole eſt) & hoc gurgite.i.globo, aquarũ curuato.i.in fornicem,ſeu arcum erecto:& ijdem.i.nos iidem,qui pauloante in cœlum ſublati eramus:deſcendimus ad manes,ideſt inferos: imos.i.ꝓfundos:& hoc vnda.i.aqua:ſubducta.i. abſtracta nauibus noſtris:quũ enim hic erigitur:illic deprimitur,ſcopuli.i.rupes ſaxoſæ in aquis:dedere ter clamorem.i.vehementem fragorem,inter ſaxa caua.i.concaua,aut impetu aquarum excauata,& nos vidimus ter ſpumam eliſam.i.excuſſam,& vi expreſſam, & aſtra rorantia.i.irrorata,& aquis ſparſa:omnia autem hyperbolicos dicuntur ad ſignificandam nimiam vehementiam aquarum cõmotarum ad Charybdim. Beroal. in Seruium verba,ſunt hæc. Si verſum Horatianũ:ita legeremus,vt allegatur à Seruio,præuaricabimus normam ſapphici carminis,quod in penultimo pede exigit trochæum:ideoq́ legẽdum eſt amicus Aulon:& ita in emendatis codicibus legitur:eſt autem Aulon,mons Calabriæ, contra Tarentinam regionem,vt Porphyrio ſcribit: Ferax boni vini:de quo intellexit Martialis celebrans vinum Tarentinum: Nobilis,& lenis,& Baccho fertilis Aulon. Enimuero apud Virgilium,Gaulon,legitur:& accipitur pro oppido:quod à Plin. collocatur in prima regione Italiæ:& Strabo in.vj. Cauloniam appellat,cui adſtipulatur Mela in geographia, vt ego animaduerti:& in hiſtoria potiſſimum labitur: Serui. ac parum curioſus eſt: nam quum originem Tarenti referre vellet,dixit, bellum inter Athenienſes,& Lacedæmonios fuiſſe conflatum:quod à fide hiſtoriæ penitus diſſentit, quum bellum illud inter Lacedæmonios & Meſſenios, per multos annos geſtum fuerit:qui populi ſunt in Peloponeſſo,atq́ contermini,& originem Tarenti:referens Stra. iſtud copioſiſſime narrat: Ephorus quoque & Iuſtinus idem tradiderunt.

Aut, ſub tracta.

## PIERIVS.

¶Caulonis q́ arces,& naufragum Scyllacęum.) Sũt qui naufragũ, dactylũ eſſe velint Enniano more,m detrita. Sunt qui amphimacrum defendant,quũ Scyllacęũ ſcribant,& verſum ſpõdaicũ autument. Sunt qui naufragũ ſcribant,ſed Scyllacæum pæonicum eſſe tertiũ velint: vt ita dactylus in quintã cadat. Varie vero pronunciari ſolitũ nomen Scyllacęi, Strabo etiã confitetur. Sunt etiã antiqui codices aliquot,in quibus & nauifragũ choriambici dimenſione,& Scyllacæum Epitriti quarti ſyllabis legatur: vt dicas verſum hunc ex ijs eſſe,qui alios quoq́ pedes admittãt,ꝓter dactylum & ſpondeum,eſſeq́ choriãbicum quarta ſede,ſed verſum alioqui ſpondaicũ. Quæ quidẽ cõminiſci cogimur,ne tot veterũ codicũ authoritati detrahatur,quorum bona pars nauifragum,quadriſyllabũ ſcriptum oſtẽdunt. Sed enim donec melius aliquid inueniatur,acquieuerim interim libẽter,& Porcio,& antiqs aliquot alijs codicibus,in quibus & nauifragũ & Scylacæũ vnico l notatum habetur. Nã vocales,y,&,a,dichronæ omnino ſunt,vt corripi licenter poſſint,in nomine preſertim Græcanicæ figuræ, Miſſum vero facio,ꝙ naufragium in cod. aliquot habetur,quũ in huiuſmodi lectione nihil memoratu dignũ occurrat. ꝑNimirum hæc illa Charybdis.) In antiquis aliquot codicibus, hic illa,legitur. Sed,hæc,pronomen magis placet,quia cõſequitur, Hos ſcopulos,hęc ſaxa. ꝑEripite,o ſocij.) In pleriſq́ codicibus antiquis abſq́ o legitur, Eripite ſocii. Sed enim locus ipſe aduerbiũ id omnino expoſcere videtur,quo ſine frigidiuſcula eſſet adhortatio. ꝑPrimus q́ rudentem Contorſit læuas proram Palinurus ad vndas.) In antiquis aliquot exemp. Rudẽte,legitur caſu ſeptimo,vt adminiculo fuerit ad contorquendũ. ꝑCuncta cohors.) Nomini huic adſpirationem acceſſiſſe ex cõſuetudine,veluti etiam,horto, Velius Longus arbitratur,quum tamen alij cohortem,à cohortando dictam velint,ineſſeq́ illi adſpirationem natura. ꝑSubducta ad maneis imos deſcẽdimus vnda.) In Mediceo,in Porcio & aliquot aliis codicibus antiquis, deſedimus, habetur. quod eſt aquæ,& terrę in imum ſe contrahentis,deſcendentisũe,ſolo ſubducto. Tullius lib.j. de diuinatione. Multis locis labes facta ſit,terræq́ deſederint. Et infra eodem libro,delata etiam ad ſenatum labes agri Priuernatis,quum ad infinitam altitudinem terra deſediſſet. Neque tamen diſplicet deſcendimus,vt ſit antitheton eius,quod dixit,tollimur in cœlum,quod in Mediceo codice tollimur ad cœlũ,ſcribitur.

## SERVIVS.

Interea feſſos ventus cum ſole reliquit,
Ignariq; viæ Cyclopum allabimur oris.
Portus ab acceſſu ventorum immotus,& ingens
Ipſe,ſed horrificis iuxta tonat Æthna ruinis,
Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem
Turbine fumantem piceo,& candente fauilla,
Attollitq; globos flammarum,& ſydera lambit.
Interdum ſcopulos,auulſaq; viſcera montis

¶Vẽtus cum ſole.) Vẽtorum enim mutationẽ neceſſe eſt fieri Vel oriente die, vel medio, vel occidente. ꝑIgnariq́ viæ, Cyclopum allabimur oris. Vt Seruatũ ex vndis, Strophadũ me littora primũ Accipiũt. Similis.n.eſt ſenſus. ꝑCyclopũ) Clo,habet accentũ,quia latina declinatio à eſt.i. accuſatiuo: quia Gręce poſuit Cyclopas, cy,habet accentum:ſic Cyclopes,clo,habebit. ꝑTonat Ætna ruinis.) Cauſa huius incendij ſecundum Ætnam Virgilij hęc eſt: Sunt terrę deſudantes ſulphur,vt pene totus tractus Campanię, vbi eſt Veſeuus & Gaurus mõtes: quod indicat aquaꝝ odor calentiũ. Itẽ nouimus ex aquæ motu ventum creari. eſſe etiã cõcauas terras Aetnam conſtat:& ab eã parte qua

Erigit eructans, liquefactaq́; ſaxa ſub auras
Cum gemitu glomerat, fundoq́; exæſtuat imo.
Fama eſt Enceladi ſemuſtum fulmine corpus
Vrgeri mole hac, ingentemq́; inſuper Æthnam
Impoſitam, ruptis flammam expirare caminis,
Et feſſum quoties motat latus, intremere omnem
Murmure Trinacriam, & cœlum ſubtexere fumo,
Noctem illam tecti in ſyluis immania monſtra
Perferimus, nec quæ ſonitum det cauſa videmus.
Nam neq; erant aſtrorum ignes, nec lucidus æthra
Syderea polus, obſcuro, ſed nubila cœlo,
Et lunam in nymbo nox intempeſta tenebat.

qua Eurus vel Africus flāt, ha/
bere ſpeluncas & plenas ſul/
phuris, & vſq; ad mare dedu/
ctas. Hę ſpeluncę recipiētes in
ſe fluctus, ventū creant: qui agi
tatus ignē gignit ex ſulphure.
Vnde eſt quod videtur incen/
diū. Hoc aūt verū eſſe illa com
probat ratio: qa & alijs flātib⁹
vētis nihil ex ſe emittit, & pro
modo flantū Euri, vel Africi,
interdū fumū, interdū fauillas
nōnunq; euomit incendia, qđ
& hoc loco oſtēdit. nā effectū
īdicat, ſupprimit cauſas. ¶ Pro
rūpit ad æthera nubem.) Euo/
mit, & eſt poetica deſcriptio. ¶ Cadente fauilla.) i. ſcintillis: & eſt
bona pipħraſis. Nā fauilla eſt deſerta igne ſcintilla. ¶ Viſcera mō/
tis.) i. partes. Sic aūt dixit viſcera, quēadmodū terræ oſſa dicunt.
¶ Eructans.) Ructo ructas tm̄ facit: ſic ēt Cicero, Eructant ſermo
nibus ſuis cędē bonoꝝ. Virgilius, Atq; oēm Cocyto eructat are/
nā. Horatius vſurpauit, Hic dū ſublimis verſus ructat. ¶ Liquefa/
ctaq́; ſaxa.) Putrida, decocta in modū calcis. ¶ Fundo imo.) Ab
imo: & reddit cauſam latenter. Inde enim ventus ex aqua natus
erumpit. ¶ Fama eſt. Bene ſe fabuloſam rem dicturus excuſat. Nā
re vera niſi quæ de gigantibus legimus, fabuloſa acceperimus, ra
tio nō pcedit. Nā quum in Phlægra Theſſaliæ loco pugnaſſe di/
cantur, quēadmodū eſt in Sicilia Enceladus: Othus in Creta ſm
Salluſt. vnde Othij cāpi: Thyphœus in Cāpania, vt, Inarime Io/
uis imperijs īpoſta Thyphœo? Sed Varro dicit in diluuio aliquos
ad montes confugiſſe cum vtenſilibus: qui laceſſiti poſtea bello
ab alijs, qui de alijs veniebant montibus, facile ex locis ſuperiori
bus vicerunt. vnde fictum eſt, vt dij ſuperiores dicerentur: Infe/
riores vero, terrigenæ. Et qa de humillimis ad ſumma raptabāt,
dicti ſunt pro pedibus habuiſſe ſerpentes. ¶ Semuſtum.) Pro ſe/
miuſtū. Et ſciendū ſic poni, quaſi ſemianimis ſit Enceladus: vnde
eſt, Motat latus. Simul ponitur ſecundum fabulā cauſa, quaſi ex
fulmine ſit illic natū incendium. ¶ Caminis.) Fornacibus. Græ/
ce dixit. ¶ Motat.) Mouet. Nā ſi mutat legeris, dat refectionē la/
bori. ¶ Noctē illā.) Melius per accuſatiuū dixit. ¶ Videmus.) Vel
mente vel oculis. ¶ Æthra Syderea polus.) Per æthrā ſyderea̅m,
hoc eſt per ſplendorem ętheris. Sane æther eſt ipſum elemētum,
æthra vero ſplendor ætheris. Sciendum eſt Homerum & æthe/
rem & aerem cōis generis dicere: quod de aere nos nō poſſumus
dicere. De æthere, æthra factum eſt. Et ſecundū rōnem iſtam pōt
& æther & ęthra vnum eſſe, vt nūc ſit pro æthere ſydereo. ¶ Nox
intēpeſta.) Media. Hoc eſt nimium obſcura. Intēpeſta, dicta eſt
nox media. Inactuoſa, carens actibus, per quos tempora digno/
ſcimus. Ait enim Lucretius, quia per ſe tēpus nō intelligitur niſi
per actus humanos. Mediū autem noctis tēpus actu caret. Ergo
intēpeſta, quaſi inactuoſa, quaſi ſine tempore: hoc eſt ſine actu, ꝑ
quē dignoſcitur tēpus. Vnde eſt, intempeſtiue veniſti, ideſt ἀκαί/
ρως. Ergo intēpeſta dicitur: quia caret tempore.

DONATVS.

¶ Interea. f. v. cum ſo. re. Ignariq́. v. cy. al. o.) Poſt periculū cha
rybdis, delati, inquit, ſumus ad monſtra, & quia dici potuit, cur
tendebat ad hæc loca, quæ ſaluti veſtræ potuerunt eſſe cōtraria?
ipſe vltro vſus eſt excuſatione prætendens locorum & viarum
ignorationem, & tenebrarū noctis, huius deſcribitur ſitus. ¶ Por
tus ab ac. vē. im. & in. Ipſe. ſ. h. i. t. æ. r. &c.) Dum vult prędicti por
tus bona malaq́; narrare, habuit occaſionem, vt æthnæ quoque
flāmas, ruinas, motus horrendos, ac ſonitus, & eructationes fu/
moſi incēdij deſcriberet. ¶ Fama. e. e. ſ. f. c. &c.) Eiuſdem æthnę ēt
originem & caſus Volens poeta ſubnectere, quoniam incerto au
thore prolata videbantur, perinde quæ erant fabuloſa atq; in/
credibilia, fama eſt, inquit, ne in rebus incertis & fortaſſis impoſ/
ſibilibus ipſe ſe quaſi certum authorem cōſtitueret. inſerit etiam
ipſam fabulam non ſe authore (vt dictū eſt) ſed fama vulgatam,
Enceladum, inquit, gigantem finxerunt pro ſacrilegio quod ad/
uerſum deos cum cęteris gigantibus admiſerat ſemuſtum fulmi
ne Iouis ingentis æthnę mollibus eſſe ſubiectum. perindeq; mō
tem ipſum ignem ructare fulminis pœna, facere autem motum
terræ, quum idem Enceladus cōuerſus in aliud latus alterius vo
luerit vice effectus vires, & tolerandi ſubſtantiam ſeparare. ¶ No
ctem illam tecti ſyluis īmania monſtra Perferimus &c.) Facie/
bant, inquit, nobis horrorem ſonitus ſylųe, nox nubila nullo ſo/
latio

latio vel lunæ vel ſyderū. Oīa
quippe nubes obtexerant.

ACSENSIVS.

¶ Interea feſſos, &c.) Docet
quomodo in Cyclopas īcidit,
qui dicuntur in Sicilia, non lō
ge ab Æthna monte habitaſſe,
quo circa etiam deſcribit Æth
nam, ſed (vt Macrobius ſen/
tit) minus docte quàm Pinda
rus: verum Landinus partes
Maronianas viriliter defen/
dit: docetq́; nō vitioſum eſſe,
ſi plura dixerit poeta, quàm à
Pindaro dicta inuenerit. Nam
licet prudenter dixerit Pinda/
rus, ꝙ interdiu fumus, & noctu flammæ videantur: non tamen
imprudenter poeta noſter addit, Interdiu etiam flāmas canden/
tes videri, vt vehementiam ardoris ſignificet: ad quā ſignifican/
dam dicit, Interdum ſcopulos, auulſaq́; viſcera mōtis Erigit eru
ctans. quæ res (inquit Landinus) à natura non abhorret: licet à
Pindaro non dicatur, quū videamus magnos lapides à machina
mentis bombardis, vulgo dictis, eijci. Ad has autem oras, dicit ſe
noctu appulſum, quod prudenter aſtruit: ne mirum ſit, ꝙ à Cy/
clopibus non ſit deprehenſus. Cyclopes autem gygantes erant,
filij Neptuni: à cyclo. i. orbe circulari, oculi ingētis, quem vnum
in media fronte habuiſſe perhibentur, dicti. Donati ſuper hæc
verba ſunt hęc. ¶ Fama eſt.) Recte inducit Æneam in his quę fa/
buloſa erant dicentem, Fama eſt: ne ſe authorem rerum impoſſi
bilium faciat. ¶ Ordo eſt. Ventus reliquit interea cum ſole. ſ. relin
quente, quia occidente nos feſſos. i. fatigatos labore remigandi,
& nos ignari viæ, allabimur. ſ. cum defluxu aquarum: oris. i. ad
oras: hoc eſt, regiones Cyclopum, illorum gygātum, vnum ocu
lum in fronte habentium. Portus. ſ. ad quem acceſſimus, ſup. eſt
immotus. i. quietus: & nō ſolicitatus, nec turbatus ab acceſſu vē
torum: & eſt tamen ingens. i. valde magnus: ipſe quidem, ſup. eſt
īmotus: ſed Æthna, mons ille Siciliæ ſonat iuxta. i. prope ipſum
portum: ruinis. i. rupturis, & eructationibus flammarum, & lapi
dum ſemuſtorum: horrificis. i. horrorem facientibus, ſeu incutiē
tibus: his preſertim qui cauſas ignorant: & prorumpit. i. rumpen
do: aut ructando proijcit: interdum ad æthera. i. ſummum aera,
nubem atram, quia fumoſam: hoc eſt (quod addit) fumantē tur/
bine, ideſt impetu fumi exuperantis: piceo, ideſt qualis de pice
exuſta procreatur: & fauilla. i. modica flamma, candente. i. reſplē
dente inter fumum, & attollit. i. erigit globos flammarum: & lā
bit. i. molliter attingit flāmis ſuis: ſydera, ſecundum opinionem
vulgi, id videntis: aut hyperbolicos loquitur: & erigit interdum
ſcopulos. i. ſaxa: & viſcera montis. i. lapides ſeu ſaxa, auulſa. ſ. à cę
teris quibus cohęrebant: erigi, dicit, eructans. i. eiiciens, quaſi ex
ſtomacho, vt faciunt eructantes: & glomerat. i. in morem glome
ris circunuertendo rotat: cum gemitu. i. vehementi crepitu ſub
auras, ideſt ſurſum in auras: ſaxa liquefacta. i. reſoluta vi ſulphu/
ris, & ignis: & exæſtuat, ideſt æſtum exhalat: ex fundo imo, ideſt
de penetralibus ſuis. Fama eſt (non ergo adfirmat id Æneas, vir
grauis.) corpus Enceladi, illius gygantis, in bello gyganteo à Io
ue cum cæteris deuicti: ſemuſtum. i. ſemiuſtum, & ad dimidium
abſumptum: fulmine, quo Iuppiter in gygantes vſus eſt: vrgeri
i. opprimi: hac mole. i. immenſo pondere montis, & Æthnā mō
tem illum ingentem. i. magnum: impoſitam inſuper. i. poſtq̄; illic
ſepultus erat viuus: expirare. i. euaporare, & quaſi exhalare flam
mā: & hoc caminis. i. fornacibus, aut fumarijs ruptis: & omnem
Trinacriam. i. totam Siciliam, intremere. i. itrinſecus, & multum
tremere: quoties Enceladus motat. i. mouet, & obuertit: latus. ſ.
ſup quod recubuerit: feſſum. i. fatigatum & laſſum: intremere, di
co, murmure. i. pturbatione, & crepitu vehemēti, & ſubtexere. i.
ab inferiore parte occulere cœlum fumo: quē. ſ. tunc emittit. Nos
tecti in ſyluis (quod veriſimile facit, vt qui deprehenſi non fue/
rint à Cyclopibus.) perferimus illam noctem. ſ. totam, q̄; longa
erat: monſtra. i. res q̄ præter naturam fieri videbantur, & quarū
cauſas ignorabamus, quod addit, dicēs: Nec videmus. i. cognoſci
mus, aut percipimus, quę cauſa det ſonitum, ſcilicet tam vehe/
mentem. Nam neque erāt ignes aſtrorum: nec polus erat lucidus
æthra. i. ſplendore ſyderea. i. ſyderum coruſcantium: dum enim
fulgura & coruſcationes ſine tonitru fiunt, ſolet eſſe clarā ſereni/
tas: quæ tunc nō erat: ſed nubila, ſupple erant in cœlo, ideſt aere
obſcuro. i. caliginoſo & tenebroſo: & nox ītempeſta, ideſt ad nul
lum

lum opus tempeſtiua:tenebat lunam in nymbo,ideſt nube circũ uoluta in morem nymbi.

PIERIVS.

Ipſe,ſed horrificis iuxta tonat Æthna ruinis.) In codicibus aliquot antiquis legere eſt, Ipſe ſub horrificis. Ruinæ enim illæ, à ſummo vertice montis, flammæ vi in altum eructantur, & quod ipſe poeta ſubiungit, Saxa liquefacta ſub auras cum gemitu glomerantur, quare forte non diſpliceat tonare Æthnam ſub horrificis ruinis, magis tamen placet: ſed quia portus ipſius bona, malaq; enumerare voluit, vt occaſionem arriperet: Æthnæ quoque flammas, ruinas, motus horrrendos, eructationesq; illas deſcribẽdi. Scopulos, auulſaq; viſcera.) In antiquis aliquot codicib. conuolſa legitur. Sed quia diſſeparatio eſt, magis placet, auulſa, vt etiam in Medic. eſt. Enceladi ſemuſtum fulmine corpus.) Veriti ſunt plerique, ſemiuſtum, ſcribere: qui ſcirẽt primam huius nominis ſyllabam produci, quare ſemuſtum triſſyllabum i, vocali ſubtracta, publicarunt. Sed enim quum in veteribus exẽplaribus quotquot legi, fere paſſim, ſemiuſtum, quadriſyllabum obſeruauerim ſcriptum: ſynizeſin potius eſſe dixerim, neq; quidquam deteri debere, quum duæ illæ ſyllabæ pro vna reputentur vt in Catulliano carmine, Flos Veronenſum depereunt iuuenum: quod veteres habent codices, non Veronenſum, vt in nomine, aluearia, quanuis aliqui, aluaria, legere malint. Fit vero ſynizeſis, vel ex duabus breuibus vocalibus, nulla interiecta cõſonante: vel altera duarum vocalium exiſtente breui. Nam ex duabus longis non condonatur. Sed enim quia cod. manu ſcripti, frequenti tranſcriptione ſemper aliquid immutarunt: fitq; vt in ſimilibus plerunque vix fidem faciant quantumlibet antiqui, operæ pretium videtur inſcriptionum, quæ fuerint in marmoribus notatæ teſtimonijs vti, illæ enim quo ſemel modo ſcriptæ fuerint, rint, ſuam indelebiles retinent antiquitatem. Habemus itaq; inſcriptionem tumuli non inuenuſtam, neq; inelegantem Romæ in palatio montis Iordani, in qua manifeſta ſynizeſis inſpicitur, hoc pẽtametro, Luctuoſumq; mihi qui ſcio quid fueris. Luctuo, per ſynizeſin eſſe videtur, atq; etiam in altero heroico exametro. Vnanimi Calpurniano ſociata marito. Neque deſunt huiuſmodi exempla plurima, tametſi nonnulli quantum in Calpurniano eſt, pene vltimam, Græcorum more, corripi poſſe contendunt, atq; ita tertius pes, purnia, dactylus fit, vt in Hadriano, Claudiano, & ſimilibus factum paſſim apud Græcos obſeruamus. Sed enim nobis non licet eſſe tam diſertis, quare figurã potius admittamus. Qua, vt miſſos faciam Homerum, Heſiodum, Theocritum, & vniuerſam Græciam, Virgilius ipſe ſępe vſus eſt, vt ex locis paſſim à nobis toto opere citatis, manifeſtum eſſe poteſt. Et feſſum quoties motat latus.) In antiquis aliquot codi. mutat, legitur. Quod Seruius admittere noluit, ne refectio (vt ait) labori detur. Ti. Dona. mutat, agnoſcit: dum Enceladum ait conuerti in aliud latus: dum alterius voluerit vice effetat vires reparare, cum Seruio tamen ſunt pleriq; codic. vetuſti, neq; tñ, motat, in oĩbus: ſed motet, ſubiunctiuo modo in nonnullis ſcriptũ eſt. Noctẽ illã tecti in ſyluis imania monſtra Perferimus.) In cod. aliquot antiqs, nocte illa, ablatiuo caſu legitur. Seruius incuſatiuũ mauult, & ita plus omnino ſignificat ob continuationẽ incõmodi. Oĩa pręterea exẽplaria q̃ verſauimus. Tecti ſyluis, abſq; in, legunt: vt, Naues vel ſyluis cæſis, vel littus obumbrantibus occultatas, intelligas: non autẽ homines in ſyluas egreſſos, quod minime veriſimile eſt in tanta rerum trepidatione, quum preſertim quę ſonitũ daret cauſa, non viderent. Nã & ſuperius in Carthaginẽſi portu, claſſem in cõuexu nemorũ arboribus clauſam circũ occuluerat, loco tñ ibi ita natura cõparato, vt & facile, & cõmode poſſent delitеſcere.

Poſtera iamq; dies primo ſurgebat Eo͗o:
Humentemq;, aurora polo dimouerat vmbram,
Quum ſubito è ſyluis, macie confecta ſuprema
Ignoti noua forma viri, miſerandaq; cultu
Procedit, ſupplexq; manus ad littora tendit.
Reſpicimus, dira illuuies, immiſſaq; barba,
Conſertum tegmen ſpinis, at cætera Graius,
Et quondam patriis ad Troiam miſſus in armis.
Isq; vbi Dardanios habitus, & Troia vidit
Arma procul, paulum aſpectu conterritus hæſit,
Continuitq; gradum, mox ſeſe ad littora præceps
Cum fletu, precibusq; tulit. per ſydera teſtor,
Per ſuperos, atq; hoc cœli ſpirabile lumen,
Tollite me Teucri, quaſcunq; abducite terras,
Hoc ſat erit, ſcio me Danais è claſſibus vnum,
Et bello Iliacos fateor petiiſſe penates.
Pro quo ſi ſceleris tanta eſt iniuria noſtri,
Spargite me in fluctus, vaſtoq; immergite ponto.
Si pereo manibus hominum, periiſſe iuuabit.
Dixerat, & genua amplexus, genibusq; volutãs ÆN.
Hærebat, qui ſit, fari, quo ſanguine cretus,
Hortamur, quæ deinde agitet fortuna fateri.
Ipſe pater dextram Anchiſes, haud multa moratus
Dat iuueni, atq; animum præſenti pignore firmat.

SERVIVS.

Aurora polo dimouerat vmbrã.) Hyſterõ proteron in ſenſu. Ante enim aurora eſt, q̃ dies. Noua forma viri.) Bene forma viri dixit, non hominẽ. Illuuies dira.) Sordes tetra. Conſertũ tegmẽ ſpinis.) Illigatum ſpinis. Hic eſt in Terentio, Video quendam ſertũ. At cætera Graius.) Habet. n. vnaquæq; gens inceſſum, & vocem propriam. Ad Troiã miſſus,) Aut ex ſequenti eius cõfeſſione hoc didicit: aut græcum eſſe collegit ex trepidatione: vt Terentius, Neſcio quid peccati portat hæc purgatio. Præceps.) Sine reſpectu ſalutis, ſcilicet poſtquam Cyclopum grauiora cogitauit pericula. Teſtor.) Quæſo, obteſtor. Spirabile.) Vitale, quo ſpiramus: & eſt ſermo Ciceronis, quanq; ille ſpiritale dixerit in libris de deoꝶ na. Quaſcũq;.) Quo eat nõ cogitat, eorũ cõparatione q̃ fugit. Hoc ſat erit.) Vitaſſe Cyclopas. E claſſibus) Ex equitibus modo, vt eſt, Et ortinę claſſes. Petiiſſe.) Cauſa metri addidit ſyllabam. vt, Nos abiiſſe rati, & vẽto petiiſſe Mycenas. Tanta eſt.) Vt non poſſit vel fortunę p̃ſentis qualitate molliri. Spargite.) Hoc eſt dilacerate: & noua breuitate vſus eſt. Hominũ manibus, periiſſe iuuabit.) Oblique loquitur. Nam vult oſtendere hominum hanc nõ eſſe crudelitatẽ. Genua amplexus.) Phyſici dicunt eſſe conſecratas numinibus ſingulas corporis partes: vt aurem Memorię. Hinc eſt, Cynthius aurẽ vellit: & admonuit. Frontẽ, Genio, vnde venerãtes deũ, tangimus frõtẽ. Dextrã, Fidei. Vñ paulopoſt, Atq; aĩum pñti pignore firmat, Genua, Miſericordiæ: vnde hęc tangunt rogãtes. Qui ſit, fari,) Per oĩa ſubaudis. Hortamur.) Qui ſit aũt, hoc ẽ cuius filius: ſicut ẽt reſpondet. Nã iã ſe dixerat Græcũ. Agitet fortuna fateri.) Hortamur fateri q̃ eũ fortuna vexet: vt, Agitataq; numina

ma Troiæ. Haud multa moratus.) Nimiæ benignitatis eſt nõ expectare plurimas p̃ces. Pręſenti pignore firmat.) Dextrę manus cõiunctione, qua firmanł amicitię: vt, Cur dextræ iũgere dextrã non daŁ? Et, Iũgimus hoſpitio dextras, ac tecta ſubimus.

DONATVS.

Poſtera iãq;. d. p. ſ. e. Humẽtemq;. a. p. d. v. Cum ſu. ẽ. ſ. m. cõ. ſu. Ignoti noua forma viri &c.) Mox, ait, vt lux cœpit exoriri, emerſit è ſyluis ignoti noua forma viri, nõ hoc eſt noua forma, quod eſt ignoti. noua enim forma ad ea pertinet, quæ infra de cultu eius & ſordibus ſpecialiter poſuir, ignoti vero, quem reuera neſciſſent. miſerãdaq; cultu, & hoc ad generalitatem pertinet, quam inferius aperit deſcribens tegumẽta eius & barbã. ſupplexq; manus ad littora tendit, geſtu corporis & manibus oſtẽdẽs, quid rogaret, quia vox eius audiri nõ poterat, ipſo in littore poſito, & nobis in nauibus cõſtitutis. Reſpicimus) Ideo reſpicimus poſuit, quia non audiebatur vox rogantis. Dira illuuies.) Nõ reſpicimus dira illuuies, ſed ſeparatim pronuntiandum eſt, & abſolute intelligendum, vt ſit, quod reſpeximus, dira illuuies fuit, nõ ſuffecit nominaſſe illuuiem, ait, & dira imiſſaq; barba. Immiſſa hoc eſt vltra modum grandis. Conſertum tegmen ſpinis.) Nõ illum texerat tegmẽ more hoĩum ſutum, ſed habuit concinnatũ ſpinis. nõ enim in talibus locis acum habuit aut fila, aut fuit ſpecies integra, quæ honeſto genere iungeretur, ſpinis ergo fruſta pannoꝶ continentibus conſertũ illius fuerat tegmen. At cætera graius.) Locutionis locus eſt quod eſt, nuda genu. In cæteris, inquit, graius apparebat. nam ſuperioribus ſordibus ita conſimilia in illo fuerant omnia, vt quiuis intelligere poſſet hoiem græcum. Et quondam pa. ad. Tro. miſ. in armis.) Ap-

parebat

parebat eum ex iis eſſe, qui ex partibus græciæ ad expugnãdam venerat Troiam, ꝙ gratum fuit Troianis, vt talem viderent inimicum ſuũ. ⁋ Iſq; vbi Dardanios habitus, & Troia vidit Arma p.p.a.c.h. Continuitq́; g.m.ſ.ad.l.p. Cum.fl.p.q;.t.) Ex eo, iquit, magis intelleximus vnum fuiſſe de hoſtibus, & ex eo prior noſtra firmata ſuſpitione, quia cum nos Troiano cultu & armoꝝ indicio cognouiſſet, territus conſcientia ſubſtitit paululum, ſed vbi metum eius neceſſitas vicit, mox ſeſe ad littora præceps cum fletu precibuſq; tulit. præceps, hoc eſt vltra modũ feſtinãs, & nihil metuens, ne deſiderium eius curſus nauiũ præueniret. cum fletu precibuſq́; ſe tulit ad littora, atq; hæc cũ rogaret dixit. ⁋ Per ſydera teſtor, Per.ſ.a.h.c.ſ.l. Tollite me.t.q.ab.t.) Cum longe eſſet, geſtu corporis ſe ſupplicẽ demõſtrauit, at vero vbi ad littus ꝑuenit addidit preces & lachrymas, quãdo videri poterat & audiri. ⁋ Hoc ſat erit.) Abundabit, inquit, mihi ad ſolatium, ſi cum hoĩbus fuero. ⁋ Scio me.d.e.c.v.&c.) Vltro cõfeſſus eſt originẽ ſuã, atq; hoſtem ſe eſſe nõ negauit, & ꝓpter ſacrilegium, quod in deos penates admiſerat, iudicium de ſe habuit oĩbus pœnis dignũ ſe eſſe confirmãs. fecit hoc, nõ quo vere mori vellet, ſed vt confidendo indulgentiã mereretur & viueret. addidit, ſpargite me in fluctus, in partes.ſ. diuiſum, quod facile fieri potuit ex occaſione loci, ſed ne fieret, crudelitas facti deſcripta eſt. cõcluſit hanc quaſi reuera libenter quęreret mortẽ, & ait vaſtoq́; imergite ponto.i. ſi pereo, hoĩum manibus periiſſe iuuabit. ecce vbi ꝑdidit, qa viuere maluit, quam occidi. ſi pereo enim dixit, nõ cum periero. ſi pereo quũ dicit, & diſcriminis ſui exitum facit incertum, & oſtendit ſe duci ſpe, ꝙ impetrare miſericordiam poſſet, hoĩum manibus periiſſe iuuabit. feram, inquit, mecum ſolatium moriens, ꝙ nõ ferarũ morſibus, ſed hoĩum manibus perire cõmeritus ſum. ⁋ Dixerat, & genua.a.g.q;.v.h.) Non ſolum fletibus ac voce, verũ etiam obſequiis corporeis extorquebat ſalutis beneficium, genibus enim nitebatur per terrã, & genua retinebat amplexibus. ⁋ Quid ſit.f.q.ſ.c. Hortamur.q.d.a.f.f.) Tria quęſita ſunt, nomen eius, qbus eſſet ꝓlatus parentibus, quęue eſſet eius fortuna. hæc vt fateretur hortamenta noſtra nõ deerant. fari & fateri vno loco poſuit, quod nõ pro vno atq; eodẽ Virgilius intelligi voluit. Fari eſt enim ſimpliciter aliquid referre. fateri autem ex neceſſitate, quæ ſecreto conteguntur publicare. Loqui ergo debuit, vt ſupplex, & cõfiteri, ꝗ tot ſcelerũ fuerat reus. ⁋ Ipſe pa.d.A.h.m.m.Dat.i.atq;.a.p.p.f.) Hortamẽtis ait nr̃is pater meus robur adiecit porrigẽdo ei dexterã ſuã, quod qa fuit beneuolẽtię, dubitantis aĩus ac pauentis firmatus eſt & ſecurus effectus. Deniq; ſeqtur.

ACSENSIVS.

❡ Poſtera iamq́; dies primo &c.) Recitat quomodo illic poſtero die Achæmenidem Græcum quendam, ab Vlyſſe illic derelictum offenderit: vtq́; ab illo factum Vlyſſis, & ſæuitiam Polyphemi, cæterorumq́; Cyclopum edocti, illinc feſtini effecti ſint. Vnde Donatus dicit ſic. ⁋ Ignoti noua for.) Non idem eſt ignoti: & noua forma. Nam noua forma, pertinet ad id quod infra de cultu, & eius ſordibus dicetur: ignoti autem quem, reuera, neſciſſent. ⁋ Reſpicimus.) Quia non audiebatur vox rogantis. ⁋ Immiſ.) Vltra modum grandis. ⁋ Conſertum.) Concinnatum ſpinis: non enim textum erat ſpinis, ſed ſpinis fruſta pannoꝝ cõtinẽtibus, conſertum illius fuerat tegmen. ⁋ Ad Troiam.) Gratum Troianis, quod talem viderent inimicum. ⁋ Mox.) Vbi metum vicit neceſſitas. ⁋ Per ſydera teſtor.) Quum procul eſſet ſe geſtu, ſupplicem exhibuit, mox propinquus factus, præces adhibuit & lachrymas. ⁋ Confitetur originem.) Vt miſericordiam captet. ⁋ Spargite,) in partes ſcilicet diuiſim, quod ne fieret, crudelitas facti deſcripta eſt. ⁋ Si pereo.) Oſtendit male viuere. Nam ſi pereo dixit: & non, quum periero. ⁋ Et genua amplexus.) Ad preces adhibet obſequium corporis. ⁋ Fari.) Fari, & fateri differũt. Nam fari, eſt ſimpliciter aliquid referre. Fateri autem, ex neceſſitate, quæ ſecreto cõtingunt, publicare. ❡ Ordo eſt. Dies poſtera, ideſt poſtridie, quàm acceſſimus oriens ſurgebat primo Eoo, ideſt à primo Oriente (vnde patet, diem diſcretum à nocte, etiam fœminini generis reperiri: vt hic, & in.v.) & aurora, ideſt tempeſtas matutina: dimouerat polo, ideſt à cœlo: vmbram humentẽ, ideſt noctem humidam, aut cum humore inumbrãtem, eſt enim nox, vmbra terræ. Seruius dicit eſſe hyſteron proteron in ſenſu, ideſt poſterius factum prius narratum, mutato ordine: ſed ſi diligenter annotaſſet verba poetæ, non id diceret: nam verum quidem eſt, quod ante ſit aurora quam dies: ſed id expreſſe ſignificat poeta, dicens, quod dies ſurgebat, ſcilicet adhuc, & quod aurora dimouerat: non quod dimouebat noctem: & ita ſignificat auroram partes ſuas priorem feciſſe, iamq́; duæ ſunt particulæ vt ſit,

vt ſit, & dies ſurgebat, & aurora dimouerat vmbram, & etiam quum.i. quando forma viri ignoti, noua & miſeranda, cultu.i.ꝓpter cultum: procedit ſubito è ſyluis confecta.i. exhauſta, & afflicta macie ſuprema.i. ſupra quam maiorem ferre nequeat: procedit, dicit, & ipſa forma: aut ipſe vir ſupplex, tendit manus ad littora.i. ad nos qui eramus in littore. Reſpicimus, ſup. eum, aut eã: & videmus, ſup. quod erat illi illuuies.i. ſordes, aut potius ingluuies gutturis, propter famem, dira, ideſt immanis, quaſi deorum ira immiſſa: & barba immiſſa.ſ. in illuuiem gulæ, aut in pectus demiſſa & inculta: tegmen.i. indumentum quo tegebatur, ſupple erat conſertũ ſpinis: poſtquam.ſ. fila putruerant: at.i. ſed, erat ſupple Graius.i. Græcus: cætera.i. per cætera, aut in cæteris: & miſſus quondam.i. aliquando ad Troiam: in armis patriis.i. patriæ ſuę, aut paternis: id autem nõ viderunt, ſed poſtea didicerunt ipſo narrante: iſq́;.i. & is: vbi.i. poſtq̃; vidit procul.i. de longe: habitus Dardanios.i. Troianos, & arma Troia.i. Troiana ĩſignia: ipſe hæſit.i. fixit gradum: aut dubitauit paulum.i. modicum, & parũper conterritus, aſpectu.ſ. hoſtium: & continuit gradum.i. ſubſtitit: & tulit ſe mox.i. paulopoſt: exiſtens præceps.i. præcipiti curſu impulſus: ad littora.i. ad nos qui eramus in littore: cum fletu & precibus.i. flens & precans: precatus autem eſt in hunc morẽ: ego o Teucri.i. Troiani: teſtor.i. obteſtor vos per ſydera: per ſuperos.ſ. deos: atq; per hoc lumen cœli ſpirabile.i. vitale quod ſpiritũ vitalem animantibus tribuit.i. per eum quẽ videmus oriri ſolem: obteſtor, & obſecro vos: tollite.i. auferte me hinc: & abducite me ſup. in quaſcunq; terras, hoc.ſ. quod me tolletis, & auferetis hinc: erat ſat.i. ſatis: ego ſcio.i. fateor me, vnum è claſſibus.i. equitũ ordinibus: Danais.i. Gręcanicis: & fateor petiiſſe.i. appetiiſſe: & inuaſiſſe penates Iliacos.i. res Troianas, aut deos domeſticos Troianorum: ſed bello.i. iure belli: pro quo.ſ. facto, aut bello, ſi iniuria noſtri ſceleris.i. quam ſcelere noſtro in vos cõmiſimus eſt tanta: vt.ſ. tolli nõ merear: ſpargite me in fluctus, & immergite me vaſto ponto: & ſi dicant, cur tute id non facis? dicat forſan quia religio vetat ſibi mortẽ conſcire. At ſi percunctentur cur mortem talem deſyderet? Reſpondet, quia iuuabit.i. delectabit me: periiſſe.i. extinctum eſſe, ſi pereo manibus hominũ, & nõ monſtrorũ, nec dira fame, dixerat.ſ. Achęmenides.i. finiuerat ſermonem ſuum, & amplexus genua.ſ. noſtra, in quibus putatur ſedes miſericordiæ, eo quod ſuſcipiente in gratiã ea flectunt, dum ſe inclinant: & volutans ſup. ſe genibus, ſup. ſuis, in quibus ĩcumbebat repens, aut volutans, hęrebat genibus noſtris: ſed prior conſtructio ꝓſtat: vt genibus Troianorum, honorem & ſuis abiectionẽ fecerit, hęrebat.i. adhęrebat, aut fixus manebat. Nos hortamur fari, qui ſit) nõ dicit, quis ſit: propter s literã, ſicut nec ibi. Attamen iſte deus qui ſit, Da Tityre nobis.) & quo ſanguine cretus.i. procreatus ſit: & fateri deinde, quę fortuna agitet.i. ĩpellat eũ ad talia faciẽda. Ipſe pater Anchiſes (adludit ad id quod Priamus Sinoni fecerat: vnde eſt, Ipſe iubet Priamus, &c. Habet aũt emphaſim pronomen, ipſe: & ſimul oſtendit ſe pium, à pio patre progenitum.) moratus haud.i. non: multa.i. multũ aduerbiũ ꝓ nomine (& id in augmẽtũ beneficii dicitur: quia qui cito dat, duplex dat beneficium) dat iuueni dextram in ſignum auxilii & beniuolẽtię, atq; firmat animum.ſ. eius, pignore.ſ. fidei: præſenti.i. præſentato: data.ſ. dextra.

PIERIVS.

❡ Reſpicimus.) In antiquis aliquot cod. ꝓſpicimus, legitur: qđ procul aſpicimus, ſignificat. Sed Donatus, reſpicimus, agnoſcit. ⁋ Conſertum tegmen ſpinis.) In antiquis pleriſq; codi. tegimẽ, integra dictione legit᷑: In Longobardico & Mediceo, tegumen: quod antiquitatem ſapit: & eo modo ſcribitur apud Ti. Donatũ. Neq; tamen inficior, tegmen, etiam dici per ſyncopen: vt, Recubans ſub tegmine phagi. proceleumaticũ enim primo ſtatim verſu ponere, nimis abſurdũ fuiſſet: eſt & alibi, Tegmen habet capitum. ⁋ Tollite me Teucri quaſcunq; aducite terras.) In cod. aliquot antiquis legere eſt, in quaſcũq;, addita ꝑpoſitione, ſine qua tamẽ figuratior eſt eloquutio. Ridere vero mecum, vt verum fatear, ſolebã, quum in nonnullis codicibus ſcriptum offendiſſem. quęſcunq;, pro quaſcunq;. Inueni poſtmodũ apud Flauiũ Soſipatrum, q̃ſcunq;, apud veteres analogicã eſſe declinationẽ, vnde datiuus quibus deducatur. Vti à nominatiuo qui, datiuus qs, Catonemq́; ait originũ ſecundo dixiſſe. Quęſcũq; Romę regnauiſſet: & Plautũ. Ques ignobiles. Quas voces quãuis nouitas abdicarit, declinationẽ tamen eius manere, quibus enim crebro dicimus. ⁋ Si pereo manibus hoĩum periiſſe iuuabit.) In cod. nõnullis manu ſcriptis, ſi peream, legitur: quod minime placet. In Lõgobardico vero, in Mediceo, in Forcio & aliquot aliis ex antiquoribus

ribus legere eſt, Si pereo hoı̃um manibus pe.iu. Vel adſpiratione hic vim cõſonãtis habẽte: vel ea rõne factũ: qua ẽt Neptuno Aegeo, vel Actęo Aracyntho. Quã lectionẽ præter Tit. Donatũ, Põtanus quoq; agnoſcit in Actio. vbi ex ipſa earundẽ vocalium cõploſione magnã fieri vocalitati acceſſionẽ adſerit. ꝶ Et genua amplexus, genibusq; volutãs hęrebat.) Vt eoꝝ iperitia retundatur, qui volutus hic legi volunt. In paſſiuis (ait Fl. Soſipater) participia pſentis tpis nõ ſunt. Abutunť aũt veteres actiuo p paſſiuo vt apud Virgiliũ, Genibusq; volutans. Nã ſi actiua ſignificatione acciperetur, ſe: deeſſet, vt diceret, volutans ſe. ꝶ Qui ſit fari.) In antiquo cod. Lõgobardico, quis ſit, legiť. Quã lectionem agnoſcit Seruius, tametſi veteres grãmatici eo modo qui ẽt poni ſcriptorum veterum aliquot exemplis tradunt.

Ille hæc, depoſita tandem formidine fatur.
ꝶ Sũ patria ex Ithaca, comes infelicis Vlyſſi, ACHÆ.
Nomine Achæmenides, Troiam genitore Adamaſco
Paupere (manſiſſetq; vtinam fortuna) profectus.
Hic me, dum trepidi crudelia limina linquunt,
Immemores ſocii vaſto Cyclopis in antro
Deſeruere, domus ſanie, dapibusq; cruentis,
Intus opaca, ingens: ipſe arduus, altaq; pulſat
Sydera, dii talem terris auertite peſtem.
Nec viſu facilis nec dictu affabilis vlli.
Viſceribus miſerorum, & ſanguine veſcitur atro.
Vidi egomet, duo de numero cum corpora noſtro,
Prenſa manu magna medio reſupinus in antro
Frangeret ad ſaxum, ſanieq; aſperſa natarent
Limina, vidi atro cum membra fluentia tabo
Manderet, & tepidi tremerent ſub dentibus artus.
Haud impune quidem, nec talia paſſus Vlyſſes,
Oblitusue ſui eſt Ithacus diſcrimine tanto.
Nam ſimul expletus dapibus, vinoq; ſepultus,
Ceruicem inflexam poſuit, iacuitq; per antrum
Immenſum, ſaniem eructans, ac fruſta cruento
Per ſomnum commiſta mero, nos magna precati
Numina, ſortitiq; vices, vnà vndiq; circum
Fundimur, & telo lumen terebramus acuto
Ingens, quod torua ſolum ſub fronte latebat,
Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis inſtar:
Et tandem læti ſociorum vlciſcimur vmbras.

SERVIVS.

ꝶ Sum patria ex Ithaca.) Circunſtantias oẽs exequitur: loci, pſonæ, tẽpoꝝ. ꝶ Infelicis.) Quærit fauorem, eius vituperatione quẽ ſcit odio eſſe Troianis. ꝶ Paupere.) Nam, vt etiã de Sinone diximus, apud maiores hæc fuerat cauſa militię: & bene vtitur ſtatu veniali per excuſationẽ paupertatis. ꝶ Fortuna.) Priſtina, paupertatis ſcilicet. ꝶ Immemores ſocij.) Immemores dũ trepidi, feſtini: vt per timorẽ, non per odium relictus fuiſſe videať. Nam & cauſam ſubiugit timoris, Cyclopum deſcriptione. ꝶ Nec viſu facilis vlli.) Cuius poſſet etiam aſpectus inferre formidinem. ꝶ Nec dictu effabilis.) Sermone nõ explicabilis. & mire exaggerauit deſcriptionem. ꝶ Viſceribus.) Viſcera pprie carnes ſunt. ꝶ Sanguine atro.) Hoc eſt ſanie. ꝶ Vidi egomet duo.) Homerus quatuor dicit: ergo aut diſſentit ab eo, vt etiã in tẽporibus. Nã ante ad Siciliã Æneas, q; Vlyſſes veniſſe diciť. Aut certe hoc dicit, duo vidiſſe ſe: quot autẽ occiderit, ignorare. ꝶ Reſupinus.) Magnitudo virtutis oſtẽdiť. ꝶ Exſperſa.) Hęc fuit vera lectio. i. madefacta. Nã ſi Aſperſa dixeris. i. inrorata, Tapinoſis & Hyperbole iunguntur. ꝶ Tepidi.) Melius tepidi, quaſi adhuc viui: q; trepidi. i. tremẽtes: ne ſit iteratio. ꝶ Vlyſſes.) A ſolo noie emphaſim fecit. Vnde eſt quod ſequiť. Oblitus ve ſui eſt. ꝶ Ithacus.) Ithacẽſis. ꝶ Sepultus.) Stratus iacuit. ꝶ Immenſum.) Etiam imenſum ad Polyphemi magnitudinẽ pertinet: quaſi in toto antro iacuerit. ꝶ Circũ fundimur.) Secundũ Homerũ, qui dicit alios eũ tenuiſſe, alios obcęcaſſe oculũ acuto fuſte obuſto. Nã ſecundũ iſtum ſenſum multi Terebramus accipiunt. alij Tenebramus legunt. Telo aũt acuto poteſt & ſimpliciter accipi. ꝶ Solũ ſub fronte latebat.) Multi Polyphemũ dicũt vnũ habuiſſe oculum, alij duos, alij tres: ſed totũ fabuloſum eſt. Nã hic vir prudẽtiſſimus fuit: & ob hoc oculũ in capite habuiſſe diciť. i. iuxta cerebrum, qa prudentia plus videbat. Veꝝ Vlyſſes eũ prudentia ſuperauit: & ob hoc eũ cęcaſſe fingiť. ꝶ Latebat.) Dormientis. ſ. Nã male ſentit Donatus dicens. Late patebat: contra metrũ. Item dicit capillis tegebatur: aut latebat corporis cõparatione. Abſolutus tamẽ eſt prior ſenſus. ꝶ Argolici clypei, aut Phoebeę lãpadis inſtar. Vnũ magnitudinis eſt, aliud ſplendoris. Phœbeæ autem deriuatio eſt vel à Luna, vel à Sole.

DONATVS.

ꝶ Ille hæc. d. t. f. f.) Quid faceret reiecta formidine ſupioris momenti, cœpit his verbis ad ppoſita reſpondere. ꝶ Sum patria ex Ithaca. c. in. v. Nomine. a.) Ecce dixit, qui ſit Ithacus, ſum, iquit, Vlyſſis quoq; comes, & Achęmenides vocor, dicit deĩde quo ſãguine cretus, & qp vnus eſſet ex hoſtibus. ꝶ Troiã genitore. a. Paupere (m. q;. v. f.) p.) Quantũ ad ſanguinis rõnem pertinet, patre, inquit, adamaſco natus ſum paupere. Profectus aũt ad Troiam comes infelicis Vlyſſi, atq; vtinã mãſiſſet fortuna, quia dicturus eſt ſe metu ſocioꝝ relictum in illis terris, Vlyſſis comitẽ ſe eſſe deſiiſſe. Incipit dicere quæ illum agitet fortuna. ꝶ Hic me dum trepidi. c. l. l. Immemores. ſ. v. cy. in. a. Deſeruere.) Vt oſtenderet non odio interueniẽte relictum ſe illic eſſe, ſed metu periculi euidentis, in quo qſq; ſibi potius cõſulebat q; alteri. ꝶ Domus ſanie. d. q;. c. Intus. o. i. ipſe. a. a. q;. p. Sidera. d. t. t. a. pe. &c.) Dicit, vnde eadem ipſa ſcire potuit, proinde deſcripſit Cyclopis magnitudinem ac feritatẽ, antrum autem cõueniens habitatori imani, & quod pdas maximas capere potuiſſet, ſe autẽ relictum à ſocijs cum fugerent dicit. ſimul etiam monſtrat crudelitatem beluæ pbatam ſuorum exemplo Æneæ. ꝶ Vidi egomet. d. de. n. c. c. no. &c.) Rapuerat inquit cyclops de nobis duos, hoꝝ pœnã ſpectaui oculis meis, cũ vtrunq; vna manu cõprehenſum reſupinus fortius ſaxo illideret. at nũq; igiť ſuſtulit, cõiectumq; in aſperſas cautes per fruſta cõminuit, horror omnis & imanitas videbatur. antrum omne ſanie taboq; reſperſum, limina ipſa corrupto cruore natantia. ipẽ aũt ſemineces artus mãdebat dẽtibus, & adhuc membra tremẽtia trãsforabat. Hoꝝ verſuũ ſenſus ordinať ſic, quũ duo corpora de numero noſtro preſſa manu magna reſupinus in antro ad ſaxum frangeret, & trepidi tremerent ſub dẽtibus artus, ac mãderet mẽbra tabo fluentia, ſanieq; aſperſa natarẽt limĩa, vidi egomet. vidi quod ſemel dixit, ad omnia pertinet, vt ſit vidi, cum duo corpora de numero noſtro manu magna reſupinus in antro ad ſaxum frãgeret, vidi, cum trepidi tremerent ſub dẽtibus artus, vidi, quum mãderet membra tabo fluentia, vidi cũ ſanie aſperſa natarent limina, haud impune q̃dem, nã hoc factum nõ ei ceſſit. ꝶ Haud. i. q. nec. ta. p. V.) Vlyſſes, inquit, talia remanere nõ paſſus eſt inulta. ꝶ Oblituſue. ſ. e. i. d. t.) Omnes quidem nos ait dirum illud turbauit exemplum. Vlyſſes ſolus natura callidus vſu & ingenio vehemẽter inſtructus tantæ crudelitatis viſu territus non eſt, neq; oblitus eſt ſui, hoc eſt non perdidit induſtriã ſolitã. ꝶ Nã ſi. ex. da. v. q;. ſ. Ceruicem in. p. i. q;. per an. &c.) Signa omnia quæ erant belue iacẽtis occaſionẽ præbentia ad vltionẽ in ſe perficiendã. pſtratus enim per antrum ac reſolutus fuerat omnibus membris ceruice inflexa, hoc eſt capite inclinato, & ceruicis officio deficiente eiecto ructabat ſaniẽ, & fruſta quę vorauerat reiactabat. ꝶ Nos. m. p. Numina. ſ. q;. v. &c.) Dederat Vlyſſes cõſiliũ, vt vno oculo quẽ ſolũ ſub torua frõte latentẽ habuit cęcaretur. piculoſum fuit q;uis dormientẽ, q;uis ſepultũ, vino aggredi violenter. pcati, inqt, deos acceſſimus ſimul vndiq; circũfuſi appetẽtes eas corporis eius partes quas ſũpſeramus de ſorte, qm̃ nõ vnũ aut ſimile eſſe piculũ potuit ſi aduerſa ceſſiſſent. aliud fuit eoꝝ, q caput teneret aut manus, aliud eoꝝ, q cęteras ipertiebãt mẽbroꝝ partes, hoc facto tenebrauimus eius lumẽ telo acuto q̃d ait acuto telo tenebrauimus, celeritatẽ facti voluit demõſtrare. in hoc. n. cõſilij cõſiſtebat effectus. ne mora ſaciẽtiũ & dolor vulneris q;uis grauiter dormiẽtẽ excitaret. hoc loco nõnulli terebramus tradũt. Sed cũ terebratio habeat morã, q̃ fuit inimica faciẽtibus, melius eſt vt telo acuto vno ictu videať eſſe cęcatus. Quod aũt ait ſub frõte latebat, q̃d ingens fuiſſe dicebať, vſq; adeo vt orbi lunę vel ſolis ęquari potuiſſet, faciebãt rugę torue frõtis & ingẽtis capitis comę. ꝶ Et. t. l. ſ. vl. vm.) Nec quidem hic expreſſit perfectam vltionem.

Aſcenſius

## ASCENSIVS.

❡ Ille hæc depoſita tandem formidine fatur.) Recitat longam reſponſionem eius hominis quem ſuſceperat. Vnde dicit Donatus ſic. ☞ Oblitusue ſui eſt Ithacus diſcrimine tanto.) Omnes nos vehementer turbati ſumus, ſolus Vlyſſes natura callidus, & vſu & ingenio inſtructus, tantæ crudelitatis viſu deterritus non eſt: nec eſt oblitus ſui. i. non perdidit ſuam induſtriam. Nam ſimul expletus: omnia ſigna poſuit beluæ occaſionem ad cædem præbentis, dederat autem conſilium Vlyſſes, vt vnicum illi oculum excęcarent: ſed hoc periculoſum fuit, quãuis dormiret ſepultus. Ergo precati ſunt numina. Et quoniam nõ idem periculũ erat oĩb. & varias corporis partes tenẽtibus, eas inter ſe ſortiti ſunt. ❡ Ordo eſt. Ille, videlicet Achęmenides: fatur tandem hæc, & hoc formidine depoſita, poſtq̃. ſ. dexterã præbuerat Anchiſes. Ego ſum ex Ithaca patria comes Vlyſſi infelicis, quia capta Troia iam ſeptem annos errauit: nec reditum in patriam ĩuenire poteſt: id autẽ dicit in gratiam Troianorum, Achęmenides nomine: & profectus ſum Troiam adamaſto genitore paupere: qui, ſcilicet paupertate coactus me in arma miſit, quod & Sinon in. ij. dixit: & vtinã fortuna manſiſſet, vt. ſ. modo non miſerior ſim capta Troia, q̃ prius, quum eſſet capienda: aut vtinam nõ eſſem ditior effectus ex ſpoliis Troianis: & Troia adhuc ſtaret, quia tunc in has miſerias non deueniſſem. Socij. ſ. mei, reliqui comites Vlyſſis: trepidi, ideſt feſtini, præ timore: & ita ĩmemores. ſ. mei: dum linquũt crudelia limina. i. antra Polyphemi crudelis, deſeruere me hic. i. in hac inſula: in vaſto. i. valde amplo antro, Cyclopis. ſ. Polyphemi domus, ſup. cuius eſt intus opaca: & ingẽs ſanie. i. corrupto cruore: & dapibus cruẽtis. i. cruore aſperſis. Ipſe. ſ. Cyclops Polyphemus eſt, ſup. arduus: & pulſat. ſ. vertice ſuo: alta ſydera, quod ex terrore hominis dicitur, per hyperbolem. O dij auertite talẽ peſtem. i. tam truculentum aſpectum hominis, aut tantam perniciem: terris. ſ. reliquis ad quas venturi eſtis, aut terris omnibus, quũ ſit inferno potius debita: quia nec eſt facilis vlli viſu. i. vt videatur: hoc eſt, tã terribilis eſt, vt difficile ſit eam peſtem, aut eũ Cyclopẽ videre, nec eſt effabilis. i. explicabilis: vlli dictu. i. dum de eo quis loquitur: hoc eſt cum terrore videtur, & cum horrore de eo ſit ſermo: quia veſcitur viſceribus miſerorum. ſ. hominum deprehenſoꝝ: & ſanguine atro. i. iam cõcreto, aut ſanie ipſa. Egomet. i. ego ipſe: vidi. i. aſpexi, & pręſens eram: quũ. i. quando: ipſe reſupinus. i. proſtratus more canum, in medio antro frãgeret ad ſaxum duo corpora de noſtro numero (Homerus autem dicit, quatuor: ſed poteſt fieri, vt non omnia viderit: & vt pauciora q̃ viderit, dixerit: vt fidẽ dictis ſuis faciat.) prehẽſa. i. comprẽſa magna manu: quanta eius eſt: & vidi quũ limina natarent. i. inundarentur aſperſa ſanie. i. ſanguine corrupto: & vidi quum. i. quando ipſe manderet. i. maſticaret, & dentibus frangeret membra. ſ. miſerorum ab eo comprehenſoꝝ, fluentia. i. madẽtia: atro ſanguine, quum artus tepidi. i. ſemicalidi: adhuc tremerẽt. i. reſilirẽt adhuc: ſub dentibus. ſ. eius: quidem. i. certe: haud. i. nõ: impune. i. nõ ſine vindicta & punitione: nec Vlyſſes eſt paſſus talia, ſup. fieri ĩpune: ve, ꝓ vel: ipſe Ithacus. i. Ithacenſis Vlyſſes, ſup. haud. i. nõ: eſt oblitus ſui. i. ſalutis ſuæ, nec ĩduſtriæ ſuę: in tãto diſcrimine. i. piculo: nã, pro quia: ſimul. i. ſtatim, aut cõtinuo: poſtq̃ ipſe Polyphemus expletus dapibus & ſepultus vino: poſuit. i. reclinauit ceruicẽ inflexã, & iacuit per ĩmenſum antrum eructans ſaniem: & fruſta. i. fragmenta carnis: per ſomnum. i. inter dormiendum, mero cruento. i. vino ſanguinolento: hoc eſt, ſanguine cõfuſo: nos precati magna numina: & ſortiti vices. i. officia viciſſim tenendi, aut occupandi mẽbra eius circunfundimur vndiq; vna. i. ſimul, & vno impetu, & terebramus. i. perforamus: & effodimus lumẽ. i. oculum vnũ: telo acuto. i. fuſte ficulno, acuto & robuſto: lumẽ, dicit: quod ſolum. i. vnum (quia nõ niſi vnum habebat oculum) latebat ingens. i. exiſtẽs valde magnum: ſub frõte torua. i. terribili & ĩmiti: latebat, dixit, exiſtẽs inſtar. i. in ſtatum & formam clypei Argolici. i. Græcanici: aut lampadis. i. globi lucentis: Phœbeę. i. aut ſolis aut lunę: nam ſol, Phœbus dicitur, & luna, Phœbe: nec vult dicere tantum fuiſſe, quanti ſunt ſol & luna: ſed quanti nobis apparẽt: & nos lęti, ſcilicet de ſucceſſu: vlciſcimur tãdem vmbras. i. manes, à corporibus vi expulſos, ſociorum. i. noſtrorum, quos ipſe occiderat, & deuorauerat.

## PIERIVS.

❡ Comes infelicis Vlyſſis.) In antiquis pleriſq; codicib. Vlyſſi, abſq; s legitur. Probus locum hunc citans, Antiquæ (ait) eſt ratio declinationis, datiuo vti pro genitiuo, vlyſſi, ꝓ Vlyſſis, Achilli, pro Achillis. Qua forma oratores etiam vſi ſint. Salluſtius, Ad bellum Perſi Macedonicum: pro Perſis, vbi ea forma vti, nulla coegit homœoteleutos, ſed antiquæ declinationis ratio: ita & Mar. Tullius, filius Verri, pro Verris. Refert præterea Soſipater Cariſius obſeruatum à Plinio dubij ſermonis lib. vj. Herculi, ꝓ Herculis: vt Vlyſſi, pro huius Vlyſſis, olim dici cœptum. Neque ſumus immemores plura ſuper huiuſmodi genitiuo dicta à nobis lib. j. Non putamus autem importunum, vbi aliorum etiam authorum accedunt teſtimonia eadem de re pluries diſputare: aut quoties noui aliquid inter ſcribendum, occurrit lectorem admonere. ☞ Nomine Achęmenides.) In veteribus fere omnibus exemplaribus legere eſt, nomen: quod. ſ. quæritis Achęmenides, & ſicubi, nomine, ſcriptum eſt, id in his exemplaribus, quæ verſamus, ſubdititium eſt, priore abraſa lectione. ☞ Troiam genitore Adamaſco.) In Mediceo, in Porcio, & alijs antiquis pleriſq; codicibus, adamaſto, ſcriptũ eſt, quod inuictum, vel indomitum ſignificat: & ita proprium id viri nomen habetur etiam in codice Donatiano. ☞ Nec dictu effabilis vlli.) In antiquis aliquot codicibus, adfabilis, legitur: quanquam codices etiam nonnulli manu ſcripti, effabilis, legunt. Sed enim Macrobius libentius legit, adfabilis, vt in Mediceo eſt, ſumptumq́; ait ex Actio in Philoctete, vbi eſt, Quem neque tueri contra, neque vt adfari queas. Alterum vero illud Seruij agnoſcit, exponitq́; ſermone non explicabilis, quod non æque placet. ☞ Vidi egomet duo.) Homerus ὀδ. ι. ſex enumerat, quos Cyclops deuorauerit. Nam binos, tribus vicibus ponit, abſumptos. Sed enim vel Achæmenides ob trepidationem, & feſtinantiam non poteſt hic hiſtoriam omnem enarrare: ſatisq́; putat, ſi memoret Cyclopa eſſe adeo efferum, & immanem, vt Vna vice, duo humana corpora poſſit abſumere: vel duo, pro bina poſitum: vt alibi vice verſa bina criſpans haſtilia: pro duo, quæ licentia late conceſſa eſt poetis. ☞ Prenſa manu.) Peccare eos ait Terentius Scaurus, qui prehẽſus, cum adſpiratione ſcribunt, quum eam prima perſona non habeat. Quum vero ex huius ſententia, preenſus, per duo ee ſcribi debeat: vt ibi, Dextraq́; preenſum, hoc loco vel ſynizeſin eſſe dicemus, vel quod magis placet, prenſa, per craſin legemus, vt habetur in codicibus antiquis. Quid vero ſuper hoc ſentiat Velius Longus, alibi diximus. ☞ Sanieq́; aſperſa natarent Limina.) Seruius, experſa, verã eſſe lectionem adſeuerat. In antiquis tamen codicibus quotquot habui, aſperſa, & adſperſa, legi: ſententia & eloquutio ſumpta ex Marco Tullio in Philip. Vino pauimenta natarent. ☞ Iacuitq́; per antrum Immenſum.) Seruius quidem, immeuſum quippe antrum, agnoſcit. Ad quam lectionem reſpexiſſe etiam Quintilianus videtur, vbi ait de Virgilio, quum Cyclopa iacuiſſe dicit, per antrum prodigioſum illud corpus ſpatio loci menſus eſt. In veteribus aliquot codicibus, immenſus, legitur: vt Homericum illud exprimatur, ἔνθα δ᾽ ἀνὴρ ἐνίαυε πελώριος, quodq́; tantus erat vt nemoroſo cuipiam promontorio altorum montium ſimilis videretur. Sunt etiam codices manu ſcripti, vbi legas, immenſam ſaniem: quod minime placet, & ſi Homerus eructationem illius veſpertinę crapulę late deſcribit. ☞ Et telo lumen terebramus acuto.) Ti. Dona. tenebrãmus, legit: hoc eſt, occęcamus, cuius hæc ſunt verba. Quod ait acuto telo tenebramus, celeritatem facti voluit demonſtrare. In hoc enim conſilium conſiſtebat effectus, ne mora facientium, & dolor vulneris quanuis grauiter dormientem excitaret. Hoc loco nonnulli tenebramus, tradunt: ſed quum terebratio habeat moram, quę fuit inimica faciẽtibus, melius eſt, vt telo acuto, vno ictu videaẽ eſſe cæcatus. Sed enim pace tã docti viri, quũ locus ſit ex Homero ſumptus, apud quem lata eſt de terebratione deſcriptio, vero ſimilius eſt Virgilium ſcriptum reliquiſſe terebramus, verſus Homeri ſunt, ἐγὼ δ᾽ ἐφ᾽ ὕπερθεν ἀερθεὶς δίνεον ὡς ὅτε τις τρυπῷ δόρυ νήιον ἀνὴρ τρυπάνῳ οἱ δέ τ᾽ ἔνερθεν ὑποσσείουσιν ἱμάντι ἁψάμενοι ἑκάτερθεν. In quibus, non tantum terebratum ait lumen conto acuto vſtum, latoq́; ex igne ſtatim in oculum adacto, Vlyſſe, ſuperne calcante, loro inferne aduoluto, cuius capita ſocii alternantes vtrinq; traherent, quod ſine longa mora fieri non potuit, verum etiam artificis, qui nauale aliquod lignum terebra ꝑforet, ſimilitudine vtitur, legendum itaq; terebramus, ex Homero. Quod vero inferiori verſu Seruius, Donatum reprehendit, quod latebat, late patebat, expoſuerit: aut quia capillis tegebatur, aut latebat corporis reliqui comparatione. Si verba Donati conſyderemus, nil adeo reprehenſioni obnoxium inueniemus, imo longe diuerſam Donati ſententiam ab ea, quam ei Seruius adſcribit. Quærit ſiquidem Donatus, qua ratione oculus, qu tantæ eſſet amplitudinis & vaſtitatis, vt lunę, ſoliſúe orbi poſſet ęq̃ri, latere potuerit? cõſyderataq́; Cyclopis deformitate, rugas cõminiſcitur, & ingentẽ capilloꝝ ſyluam. Nã intonſum caput ipſe

Polyphemus

Polyphemus apud Theoc. & Oui. lacte iactat. Sed melius ſuerit ipſa Donati verba ſubiicere. Qđ aūt ait, Sub fronte latebat, qđ ingẽs fuiſſe dicebaŧ, vſq; adeo, vt orbi lunę, vel ſolis ęquari potuiſſet, potuiſſet, faciebāt rugæ toruæ frōtis, & ingẽtes capitis comæ. Quid vero ſi dixerimus Virgiliū, & ad oculi ſitum & ethimologiā reſpexiſſe, quā eo verbo exprimere voluerit, quū Varro dicat, oculos ideo dictos, quod ſub frōte occulantur.

SERVIVS.

¶ Sed fugite.) Occurrebat, Si cæcus eſt, cur timeŧ? Subiūgitur nō vnū eſſe, ſed plures. ⁋ O miſeri.) Aut blādiētis particula eſt, vt in Terētio, O miſera. Aut re vera miſeri: q' delati ſunt ad Cyclopas. ⁋ Qualis quātuſq;.) Vnū moꝝ eſt, aliud corporis. ⁋ Curua hęc habitāt ad littora vulgo.) Ne tantū in mōtibus eſſe putarenŧ. ⁋ Vulgo.) Paſſim. ⁋ Tertia iā lunę.) Bene in diſertis locis ex Lunæ rōne colligit tēpora. ⁋ Se cōplent.) Ideo qa ſuū nō habet lumē, ſed accipit à Sole. ⁋ Luſtra.) Cubilia. Vnde ēt lupanaria luſtra dicimus: vbi habitāt lupę .i. meretrices: dictę ab obſcœnitatis & odoris ſimilitudine. ⁋ Baccas.) Generale eſt .i. fructus arborum agreſtiū. ⁋ Corna.) Ipſa arbor cornus dicitur: pomū vero, cornū, corna: vt templū, tēpla. ⁋ Addixi.) Signato verbo exprimit deſperationem. ⁋ Vos animam hāc potius. (Oblique loquitur, vt ſupra.

Sed fugite, o miſeri, fugite, atq; ab littore funem
Rumpite.
Nam qualis, quantuſq; cauo Polyphemus in antro
Lanigeras claudit pecudes, atq; vbera preſſat.
Centum alii curua hæc habitant ad littora vulgo
Infandi Cyclopes, & altis montibus errant.
Tertia iam lunæ ſe cornua lumine complent,
Quum vitam in ſyluis, inter deſerta ferarum
Luſtra, domoſq; traho, vaſtoſq; ab rupe Cyclopas
Proſpicio, ſonitumq; pedum, vocemq; tremiſco.
Victum infelicem, baccas, lapidoſaq; corna
Dant rami, & vulſis paſcunt radicibus herbæ,
Omnia colluſtrans, hanc primum ad littora claſſem
Conſpexi venientem, huic me, quæcunq; fuiſſet,
Addixi: ſatis eſt gentem effugiſſe nefandam.
Vos animam hanc potius quocunq; abſumite leto.

Phrygios, ne ſimile malū incurrant aufugere: quo facto, mereŧ gratiā ab eis: docetq; ſe non inſidiatorē eſſe, qualis fuiſſet fortaſſe creditus ſi inuitaſſet ad inſulā accedere nā facile eſt perſuadere, id qđ volumus cupiētibus. Sane ſunt, q dicant poetā noſtrū, principi poetaꝝ, Homero morē geſſiſſe, qualē aiunt (lubet .n. interdum nugari) duos ſcurras feciſſe: quorū alter, vñ veniret, & qđ viderit, interrogatus, dixit ſe Roma venire p Rhenū, illicq; incendium incredibile Rheni vidiſſe: at poſtridie in tenebras īcidiſſe meridianas, quales poſt Chriſti mortē nemo viderit: eaſq; alis ignotæ auis factas: atq; id genus (ne logus ſim) multa. Alter vero idē īterrogat⁹, dixit ſe quoq; Roma venire, atq; p Rhenū, ſed vno die tardius illuc aduenisse: interrogatus de aduſtione Rheni, rñdit ſe eā non vidiſſe: ſed piſces aſſos añ oēs domos expoſitos: & de aue pnegauit ſe quoq; eā vidiſſe: ſed oēs mortales cōcurriſſe, ad cōgerenda ligna pro oui vnius ab aue illic poſiti, cōdēſatione faciēda p cocōctionē: quo tādē rupto, ait ſe genuū tenus in Albumē ingreſſum. Atq; ita mutuas partes pſtiterunt. quō Maro, quæ Homerus dicit de Vlyſſe, quē in Leſtrygonas, & Cyclopas incidiſſe adſerit; nō dicit: ſed ſociū eius inuentū ab Ænea, poſtq; illinc abiuerat, verū id artis eſt ſummæ, de rebus notis loqui, iuxta fidē & ſniam illoꝝ, qui de illis ſcripſerunt. Sed audiamus Donatū cuius verba ſunt pauciſſima: qa ab hiſtoria res depēdet, videlicet. ⁋ Addixi.) Hoc cōſilio ad vos veni: melius eſſe manibus hoium perire, q; Cyclopū. Hęc ille. ¶ Ordo eſt. Sed ne fando .ſ. vos detineā, & in manus Cyclopum incidatis, o miſeri .ſ. futuri, fugite: fugite (inquit) atq; rūpite: quod plus eſt q; diſſoluite, funē .i. retinacula ab limite. Et ſi dicāt, cęcatus eſt Poliphemus, vt inquis quō ergo timēdus? addit. Nam qualis, & quātus Polyphemus claudit in antro cauo, pecudes lanigeras .i. oues ſuas, atq; pſſat .ſ. duris palmis, vbera .ſ. ouiū, ſup. tales, & tanti .i. tā imanes, & tam magni centum alii infandi .i. deteſtādi Cyclopes: habitant vulgo .i. paſſim, non in vno loco ad hæc littora: & errāt .i. vaganŧ, ſup. in his altis mōtibus. Cornua lunę implent ēt ſe iā tertia lumine .i. illuminatione tertia, aut lumine tertio: ſed ppter metrū nō dixit, tertio lumie, ſed tertia cornua .i. iā eſt tertiū pleniluniū, aut tertius mēſis: quū .i. ex quo, aut poſtq; traho vitā in ſyluis inter domos & luſtra .i. latibula, & ſpelea feraꝝ deſerta .ſ. ab hoībus: & pſpicio .i. pcul obſeruo: vaſtos .i. valde amplos Cyclopas: ab rupe .i. ſpecula in rupe, quā difficulter ptrāſiret, & tremiſco ſonitū pedū, & vocē eoꝝ: rami .ſ. arboꝝ, & dumoꝝ, dant .ſ. mihi: victū infelicē .i. miſerabilē .ſ. Bacchas .i. fructus minores, & ſylueſtres, ſparſim naſcētes: & corna lapidoſa .i. magnos lapides, ſeu oſſa magna cōtinentes: & herbę paſcūt me radicibus .ſ. ſuis: vulſis .i. euulſis, & extirpatis, ſeu eradicatis. Ego colluſtrās .i. cōſpiciens oīa: conſpexi primū hāc claſſem venientē ad littora .ſ. iſta (nō aūt cōſpexerat, niſi quū appelleret: quia dictū eſt, Interea feſſos ventus cū ſole reliquit.) ego addixi .i. adiudicaui, & in poteſtatē eius deſtinaui me: huic .ſ. claſſi: q̄cunq; fuiſſet, ſiue amica, ſiue inimica: quia ſatis eſt mihi effugiſſe gentē nefandā .ſ. Cyclopū: vos potius q; vt ab illis cōprehēdar, abſumite hāc aīam .i. uitā: quocunq; leto .i. quocunq; genere mortis. Ordo.

DONATVS.

¶ Sed fugite o miſeri, f. a. ab li. fu. Rum.) Dicit cauſam perſuaſionis ſuæ, ne æſtimarent cęcato illo nihil vltra eſſe metuendū, cōmorantibus & aliis cyclopibus in illo loco non poſſet abeſſe formido, quod iterauit fugite, oſtendit morā fugæ, nō eſſe faciendā, addens, funes ab littore pcidendos, quod maturius fieri potuit q; ſoluēdo cū mora. ſubiecit cauſam, ppter quā celerē ſuadebat abſceſſum. ⁋ Nam qualis q. c. Po. in a. La. c. p. atq; v. p. Centū alii &c.) Duxit a numero maiorē metū, quanta enim facerent centū, quando vnus in gręcos tanta cōmiſerat? nā qualis quantuſq;, qualis pertinet ad feritatē animi. quantus ad magnitudinē corporis, vt ex vno quē iam deſcripſerat intelligereŧ tales eſſe cęteros. quapropter proſpiciendū caute, ne cū græci accepto ſuoꝝ luctu vix vno incolumi euaſiſſent, accideret Troianis ineuitabile malū, ſi venirent oēs aut plurimi. ⁋ Tertia i. l. ſe c. lu. cōplēt &c.) Cōſtitutus in ſolitudine inter deſerta feraꝝ cubilia ac domos cū rationē dieꝝ vel menſiū noſſe nequiſſet, poſſibilem exilii ſui pſtitit rationē. tres, inquit, lunæ tranſactæ ſunt, ex quo in his demoror terris. potuit quęri quō cyclopas euaſiſſet. inter luſtra, inquit, feraꝝ & domos latui, perículoſe. cōſulte fecit, qñ enim occurreret occaſio alia? qñ per tres menſes ſola Troianoꝝ potuit tepperiri? Luſtra ſunt, quæ faciunt feræ inter ſentes, & illic cubant. domus vero quas infodiunt altius. itē q̄ri potuit, vnde illos noſſet eſſe quāplurimos. de rupe (ait) eos vidi. item tribus mēſibus, vnde victū habuiſſet indicauit, quia & hoc potuit quæri. ⁋ Victū, inquit, in. b. la. q; c. Da. r. & v. p. ra. h.) Oībus reſpondit, q̄ ei cōſtabat eſſe ppoſita, & q̄ ſequētibus interrogationibus q̄ri potuerunt. Dictum eſt .n. quid ſit fari quo ſanguine Cretus, q̄ deinde agitet fortuna, dicit nunc, quo conſilio emerſiſſet, vt græcus ſe Troianis offerret. ſine dubio hoſtis hoſtibus ſuis. ⁋ Oīa colluſtrans, hāc p. ad li. cl. Cōſpexi ve. &c.) Cum oīa, inquit, attenderē euadēdi auxiliū quęrens, ſolā iſtam claſſem huius regionis littora tetigiſſe conſpexi, q ſemp ppter ineuitabile cyclopū malum oēs fugerūt. & quia nullā ſperabā dehinc prouenturā occaſionē, addixi me nō cōſiderans q̄ eſſet. quid enim metuerē hoīes cyclopū manibus, aut ferarū ſæuitia quolibet tpe pitur⁹? exiſtimans melius eſſe ſi hoium manibus īterirē, qa hoc cōſilio ad vos veni, q̄ vultis me pœna cōſumite.

ASCENSIVS.

¶ Sed fugite, &c.) Poſt narrationē malorū, opportune monet Phrygios,

PIERIVS.

¶ Vocemq; tremiſco.) Antiqua exēplaria pleraq;, tremeſco, p e, in pene ultima ſcribere, quaq; id ratione, dictum alibi.

SERVIVS.

¶ Littora nota petentē.) Nota ante oculoꝝ amiſſionē. Sic Statius in nono, Sequiŧ tñ improbus hoſtē. Qua meminit.

Vix ea fatus erat, ſummo cum monte videmus
Ipſum inter pecudes vaſta ſe mole mouentem
Paſtorem Polyphemum, & littora nota petentem,

⁋ Solaméq; mali.) Hic Quintilianus dixit, Magnū cæcitatis ſolatiū eſt hre rē videntiū. ⁋ Poſtq; altos tetigit fluctus, & ad æquora venit.) Hyperbaton




baton in ſenſu: vt, Progreſſi ſubeunt luco, fluuiumq́ȝ relinquũt. aut hyſteron proteron. ⁋ Fluidũ.) Propter ὁμοιοτέλευτον, fluenté noluit dicere. qđ aũt dicũt phyſici de effoſſo oculo ſanguiné nunq̃ȝ fluere, verũ qdé eſt. ſed ſupra non effoſſum eius oculũ, ſed terebratũ legimus. ⁋ Inde). Aut de fluctibus, aut de ſpatio oculi. ⁋ Gemitu.) Cũ gemitu. ⁋ Iã mediũ.) Sic altũ, ut mediũ putares. Nã & in qnto ſic dixit, Interea mediũ Æneas iã claſſe tenebat: quũ adhuc mœnia reſpiceret. ⁋ Fluctu.) Legit̃ & fluctus. ⁋ Trepidi.) Feſtini: ut, Ne trepidate meas Teucri defendere naues. Item Accepit trepidos: ac Niſum dicere iuſſit. ⁋ Sic merito.) Quia oĩa ei⁹ ꝓbauerãt dicta, ac ſi diceret, nõ fallacé, ut Sinoné. ⁋ Ad ſonitũ uocis.) Remoꝝ ſonitũ uocem dixit. Vox.n.eſt oẽ quod ſonat: ſic alibi, Fractasq́ȝ ad littora uoces. Nã de hoĩbus nõ dixit: qa ſupra eſt. ⁋ Tacitiq́ȝ ĩcidere funẽ. Veſtigia torſit.) Bene uno ſermone oſtẽdit eũ reuertenté iam audiſſe ſonũ remigii. ⁋ Dextrã affectare.) Dextrã intẽdere. ſ. ſic ut poſſet nauẽ tenere. Terẽtius, Ad dominã q affectãt uiã. i. intẽdunt. Nã ſi dextra legeris, ut ſit dextra cõtingere,

Monſtrũ horrendũ, informe, ingẽs, cui lumen adẽptũ.
Trunca manum pinus regit, & veſtigia firmat.
Lanigeræ comitantur oues, ea ſola voluptas,
Solamenq́; mali de collo fiſtula pendet.
Poſtq̃ altos tetigit fluctus, & ad æquora venit:
Luminis effoſſi fluidum lauit inde cruorem,
Dentibus infrendens gemitu, graditurq́; per æquor
Iam medium, nec dum fluctus latera ardua tinxit.
Nos procul inde fugam trepidi celerare recepto
Supplice, ſic merito, tacitiq́; incidere funem.
Verrimus & proni certantibus æquora remis.
Senſit, & ad ſonitum vocis veſtigia torſit.
Verum vbi nulla datur dextram affectare poteſtas,
Nec potis Ionios fluctus æquare ſequendo,
Clamorem immenſum tollit, quo pontus, & omnes
Intremuere vndæ, penitusq́; exterrita tellus
Italiæ, curuisq́; immugiit Ætna cauernis.
At genus è ſyluis Cyclopum, & montibus altis
Excitum ruit ad portum, & littora complent.
Cernimus aſtantes nequidquàm lumine toruo
Æthnæos fratres, cœlo capita alta ferentes,
Concilium horrendum, quales cum vertice celſo
Aeriæ quercus, aut coniferæ cypariſſi
Conſtiterant, ſylua alta Iouis, lucusue Dianæ.

gere, affectare, Cõtingere caret exẽplo. ⁋ Nec potis.) i. nec potis eſt. Potis aũt nomẽ eſt, & declinat̃ potis, potis, poti, potẽ, potis, à pote: nomẽ eſſe docet rõ cõpartionis. nã in ſuplatiuo potiſſimus facit. cui ſi detraxeris ſimus, inuenies nominis poſitionẽ, ut acerrim⁹ acer, fortiſſimus fortis. Sic autem ut diximus declinari, cõpoſitio oſtẽdit. Nã huius ĩpotis cõpotis, ĩpotẽ cõpotẽ facit. quod in ſimplici difficile inuenis: ꝑ cõpoſitionẽ agnoſcis facilius. ⁋ Exterrita tellus.) Poetica hyꝑbole. ⁋ Curuis cauernis.) Et hoc.n. in cõcauis locis eſt. ⁋ Ruit.) Feſtinãter uenit. ⁋ Ne quicquã lumine toruo.) Quia nocere nõ poterãt. ⁋ AEtnæos fratres.) Aut ſimiles, aut feritate germanos. Nã nõ ſunt Polyphemi fratres: quẽ Neptuni filiũ Homerus dicit. Vnde eo cęcato Vlyſſes pertulit tẽpeſtatẽ, qui ad eũ uenit derelicta Calypſo, cũ qua decẽ annis fuerat. Vnde, ut ſupra diximus, Virgilii dictis diſſentit tẽporatio. ⁋ Coniferæ.) Conus dicitur fructus cupreſſi, & ipſa κωνοειδὴς eſt. Nã à rotunditate in acumen leuatur. ⁋ Cypariſſus) autẽ Thelephi filius fuit, amatus ab Apolline: uel ut alii, à Syluano.

ſano.qui quũ laſſatus ſub quadã arbore ſomnũ caperet, ſubito excitatus, ceruũ quem in deliciis habebat, per ignorãtiam, ferã credens, occidiſſet, flendo nimium numinum miſericordiã meruit. Itaq; in arborem cupreſſum conuerſus eſt, aptam & cõſecratam lachrymis & luctibus. ¶ Sylua alta Iouis, lucuſue Dianæ.) Iouis, propter quercum: Dianæ, propter cupreſſum. Ipſa eſt enim etiam Proſerpina. Alta autem ꝙ manet in celſo vertice: & Lucus propter religionem diu permanet.

DONATVS.

¶ Vix ea fatus erat, ſ.c.m.vi. Ip.i.pe.v.ſe m.m. Paſtorẽ Pol.) Statim, inquit, vt Achemenides relationis ſuæ verba concluſit, ecce ipſe nobis Polyphemus apparuit agens in montibus pecora, & ad nota littora faciens greſſus. exponendũ fuit qũo potuit venire cæcatus. nouerat hæc, inquit, anteq̃ lumẽ amiſiſſet. deniq; ſic poſuit, & littora nota petentẽ. ¶ Monſtrũ hor.in.in.) Vidimus monſtrũ, in quo natura non tenuit tẽperamẽtum. nã fuit horrẽdũ & formę ingẽtis. ¶ Cui lumẽ a.Tr.m.pi.r.&.u.fi.) Huius greſſus trunca pinus regebat abſciſſa, atq; amputatis ramis, hoc eſt arbor pini ei pro baculo fuit, quæ poſſet in forma hois cæci corpus ingenti fortitudine regere, ac ſuſtinere. ¶ Lanigeræ comitant oues, e.ſo.v.So.q; m.) Voluptatẽ ex aialibus habuit, cũ videret, cæcatus vero pecoꝝ ſuoꝝ cõmodo orbitatẽ proprii luminis ſolabať. Poſtq̃ al.t.f.& ad æq.ve.) Poſtq̃ trãſiit vndas littoris, & in altũ ꝓuectus eſt. ¶ Luminis ef.fld.i.cr.) Abluit ſanguinẽ qui fluebat ex oculo eius, quẽ cõſtabat effoſſum, ecce viſi actus. cũ achemenides expoſuiſſet tertiũ ſe illic mẽſem exegiſſe, Inflicta iamdudũ cęcitas noua putabať, cum adhuc funderet ſanguinẽ, ꝓpter hoc igitur dictũ eſt, lauabat. ¶ Dentibus in.ge.) Tunc.n. iraſcunť cæci, quia dũ nõ vident, ſe vlciſci non poſſunt. Graditurq; per æquor Iam m.n.d.fl.la.ar.ti.) Mira mõſtri deſcriptio & imenſa proceritatis expreſſio. ambulabat, inquit, in medio mari quaſi graderet in terra, neq; ad eius latera ꝓfundi maris vnda ꝑuenerat. ¶ Nos procul inde fu.tr.ce.) Præſens, inquit, periculũ vitare cupiẽtes fugæ dabamus inſtantiã cõpetentem. ¶ Recepto ſ.ſic m.) Liberari.n. meruit, qui nos propria inſtructione ſeruauit. ¶ Taciti q; in.fu.Ver.& p.ce.æ.r.) Cũ videremus euidens malũ, taciti funẽ incidimus, & verſo remis pelago, in altũ cœpimus taciti nauigia flectere. taciti ceſſantes.ſ. remorum ſtrepitu & cantilena nautarũ, ſine qua remi operari non poſſunt. ¶ Senſit.) Hoc ipſum, quia nõ videbat, auriũ ſuſpicione collegit, quod ſilentio gerebať, & ad ſonitũ vocis veſtigia torſit, quia ſilentio adhibito nõ potuit in totũ vacua eſſe omni ſtrepitu nauigatio. ¶ Senſit, inquit, & ad ſo.uo.ue.t. Verũ u.n.d.de.af.po.&c.) Vbi neq; manu potuit aliquẽ cõprehendere, & potẽtia fluctuũ victus eſt, nec valuit aliquẽ ſequi. ¶ Clamorẽ imenſum t.q.p.& o. In.vndæ, &c.) Clamore, inquit, eius oĩa cõtremuere, & iam longius poſita, & magis quæ fuerant in pręſenti, vim clamoris expreſſit. nã qũo ſciuit Italiã tremuiſſe, ad quam nondũ venerat? ¶ At genus e ſ.Cy.& m.al. Excitũ ruit ad p. & li.cõ.) Quanta multitudo fuit, vt littora Cyclopes cõpleuiſſent. ¶ Cer.a.nequicq̃.) Ideo nequicq̃, qa nihil poterant audere violenter aduerſus eos, quos liberauerat fuga, & pelagi altitudo. ¶ Lumine toruo.) Vel natura, vel irato, quia perdiderať ꝑdam. Aethnæos f.c.c.al.fe.Cõ.hor.) Cõſtiterunt proceritate ſua vincentes arboꝝ celſaꝝ altitudinẽ cõſtitutarũ in deoꝝ lucis, quæ icirco immenſæ ſunt, quia præter naturam ſuam plurimum conſecuntur incrementi, dum religionis cauſa ſeruantur.

ASCENSIVS.

¶ Vix ea fatus erat, &c.) Docet qũo viſo Polyphemo aufugerint, ſuſcæpto Achemenide: vtq; ille inſequi parabat, & cęteros Cyclopas excitabat. vnde Dona. dicit ſic. ¶ Nota.) Exponẽdum fuit, qũo cęcus venire potuerit: quia nouerat anteq̃ excęcareť. ¶ Trunca manu pinus.) Tota arbor erat, pro baculo. ¶ Ea ſola voluptas.) Voluptatẽ ex aialibus habuit, quũ videbat. Cæcus autẽ ſolamen capiebat. ¶ Lauit inde cruorẽ.) Adhuc enim inflicta cæcitas noua putabať, quũ adhuc funderet ſanguinẽ. ¶ Graditurq; ꝑ æquor.) Immenſæ proceritatis expreſſio, gradiebať in medio mari vt in terra: neq; profundi maris, latus eius vnda tangebat. ¶ Taciti.) Ceſſante remorũ ſtrepitu, & cantilena nautarum, ſine qua remi operari nõ poſſunt. ¶ Senſit.) Quod nõ videbat, auribus percæpit. Nã quãuis ſilentiũ adhiberet, non potuit penitus vacua ſtrepitu eſſe nauigatio. Hæc ille. ¶ Ordo eſt.

Ordo. Achemenides, ſup. vix erat fatus, ea quę ꝓmiſſa ſunt: quum.i.qñ nos videmus ipſum Polyphemum paſtorẽ, mouẽtem ſe vaſta mole.ſ. corporis ſui, ſup. in ſummo monte, inter pecudes.ſ. ſuas lanigeras, & petentẽ littora nota, quæ.ſ. ſæpe petiuerat, anteq̃ excæcatus eſſet, appoſitorie, monſtrum.i. exiſtentem monſtrũ horrendum: informe.i. ſine forma humano corpori debita: ingens.i. magnum, ſine genere: cui lumen, ſup. erat ademptũ: &, ſup. cui pinus trunca.i. amputata, & truncata: regit.i. dirigit manum: & firmat Veſtigia, ne.ſ. vacillet, aut labať iam cęcus. Oues lanigeræ comitantur.ſ. paſtorẽ ſuum, ea ſola quam.ſ. ex ouibus habet, eſt, ſup. voluptas Polyphemi, & fiſtula pendet de collo, hoc eſt, deorſum pendet: exiſtens ſolamen.i. ſolatium: mali.i. incommodi: amiſſi.ſ. viſus: poſtquã.ſ. Polyphemus: tetigit.ſ. pinu ſua: fluctus.ſ. maris: altos.i. profundos: & venit, ideſt acceſſit ad æquora: ipſe lauit.i. abluit, aut abſtergit. (Eſt enim præſentis tẽporis, a lauo lauis, lauere) inde.i. deinde, cruorem fluidum ideſt qui quotidie fluebat; luminis effoſſi.i. de oculo effoſſo: infrendens dentib. ſup. cum gemitu: & ipſe graditur iam per æquor medium: necdum.i. & nõ adhuc, & fluctus non tinxit latera ardua.ſ. eius. Quia dicit, graditur: pateť q̃uõd lauit, ſit præſentis temporis: licet, venit, ſit præteriti: quia in lauit, prima corripitur, quę in venit, producitur. Alibi legimus, lauimus, prima breui etiã præſentis temporis. Nos.ſ. qui id videbamus: cœpimus, ſup. celerare: aut celerare, pro celerabamus: procul inde.i. ab eo loco, vbi ipſum vidimus fugam: exiſtentes trepidi.i. cũ tremore feſtini: & hoc recæpto.ſ. in nauem noſtram Achemenide, ſup. ſupplice.i. qui genua amplexus nobis ſupplicauerat merito.ſ. de nobis: ſic.i. vt id faceremus: quia forte in Cyclopas incidiſſemus, niſi nos præcauere monuiſſet: & nos taciti.i. tacentes, aut ſecreti: incidere, ſup. cœpimus, aut incidebamus: funem.i. retinacula: & nos proni.ſ. incumbentes remis, verrimus ęquora remis: certantibus.i. certatim ferientibus. Senſit.ſ. Polyphemus, ſtrepitum remorum, & torſit veſtigia ad ſtrepitum vocis.ſ. remigantium hoc eſt remorum nauigantium: verum vbi, ideſt poſtquã: nulla poteſtas.i. facultas: datur adfectare.i. intendere: dextram, ſcilicet ad nauem tenendã: nec potis ſupple eſt, ęquare, ideſt, non poteſt equis viribus, aut gradibus, cõſequi fluctus Ionios.i. maris Ionii, ipſe tollit.i. emittit, & effert immenſum clamorem: quo clamore pontus, ideſt mare, & oẽs vndæ intremuere, ideſt multum tremuere: & Tellus Italię eſt, ſup. exterrita. Penitus.i. pene intus: vſq; ad penitiores partes eius: & Æthna mons ille Siciliæ: immugit.i. reboauit: cauernis.i. caminis, & fornacibus dictis. curuis, & ideo vt cornu magnũ grandẽ edentibus. At.i. ſed genus Cyclopum ruit ad portum: excitum.i. excitatum, & euocatum illo clamore, e ſyluis & altis montibus, & cõplent littora. Nos cernimus fratres Æthneos.i. iuxta Æthnã genitos aſtãtes.ſ. ad littus, ſup. cũ lumine toruo.i. diro & minaci: nequidq̃.i. fruſtra: quia ſæuitiã ſuã in nos exercere non poterant: & ferentes capita alta: cœlo.i. ad cœlũ vſq;, appoſitorie, conciliũ.i. conuentũ concitatũ & conuocatũ, horrendũ exiſtentes, ſup. tales: quales erant quercus aeriæ, ideſt altę in aera multum extenſæ: aut quales Cypariſſi coniferæ.i. ferentes multos conos, ad ornamentum galearum, ſup. erant: tunc quum.i. quãdo, ipſe conſtiterant.i. ſimul ſteterant, ſup. in celſo.i. ſublimi vertice: exiſtentes alta ſylua Iouis, quantũ ad quercus, quę ſunt in tutela Iouis: ve pro vel: lucus.i. ſylua incedua: Dianæ.ſ. venatricis, quantum ad cupreſſos, vt Seruius docet.

PIERIVS.

¶ Cui lumen ademptum, Trunca manu pinus regit.) In Mediceo, & codicibus aliquot aliis anti. manu, ſeptimo caſu legiť, & vbi, manũ, eſt quarto caſu in cod. manu ſcriptis, fere paſſim vltimã cõtractam obſerues. Eſſet vero ſententiæ ordo, Pinus trũca manu, vel geſtata manu, regit ademptum lumen, & veſtigia firmat: manũ tamen agnoſcit Fab. Quintilianus vbi de amplificatione ita dicit. Nã quod illud corpus mẽte cõcipiã, cuius trunca manũ pinus regit. ¶ Solamenq; mali de collo fiſtula pẽdet.) Sunt qui carmen hoc, vt nothũ expungant. Id tamẽ in pleriſq; cod. antiquis habetur, præterq̃ in vno, vbi verſus hac pentimemeri clauditur. Solamenq; mali. Quam lectionem Ti. Donatus agnoſcit, nulla de phiſtula mentione facta, cuius verba, quia in vulgatis codicibus corrupta ſunt, ex integro exemplari adſcribere nõ pigeat, Lanigeræ comitantur oues, ea ſola voluptas, ſolamenq; mali. Voluptatẽ ex animalibus habuit, quũ videret: cæcatus vero pecoꝝ ſuorum cõmodo orbitatem proprii luminis ſolabatur. Quę vero Quintiliani verba Seruius citat, de cæcitatis ſolatio ſumpta ſunt ex declamatione de pariete cruentato. Ne alio quis ea quæſitum eat. ¶ Fluidum lauit inde cruorẽ.) In antiquis codicibus, fluuidũ, fere paſſim ſcribitur, geminato uu, quod grãmatici nõ admittũt, niſi prima producta ſyllaba: quũ tamẽ, fluuius, eodẽ modo enuncietur, corripiat tamẽ primam.

¶ Nec dum fluctus latera ardua tinxit.) Vetera aliquot exéplaria, ſtrinxit, habét: quod minime placet, tam ꝑpter aſperitaté, q̃ etiam ob improprietaté. Quod vero Seruius & fluctu, & fluctus, legi docet: in antiquis iis codicibus quos habui, fluctus, habetur indicatiuo caſu: & in Donatiana paraphraſi eadé agnoſcitur lectio. Neq; ad eius latera profundi maris vnda peruenerat. In Porcio etiá, fluctus, prius ſcriptum fuit, ſed nunc s litera abraſa vix diſcerni poteſt. ¶ Verrimus & ꝑni.) In Mediceo, in Porcio, & antiq̃s aliquot aliis codicibus, vertimus, legere eſt, quod agnoſcit Ti. Dona. ¶ Nulla datur dextram adfectare poteſtas.) Adfectare Seruio negociũ faceſſit, quia etiam, dextra, caſu ſeptimo ſcriptũ inuenerat. In cod. tamé nõnullis antiquioribus, dextra attrectare, legitur, quod nullá præ ſe ferret difficultatem. Ná qui penates, & deos magnos ſecum habebant, tanq̃ ſacri, nõ temere erant a profano, & deoꝝ contemptore contingendi. Nõ fruſtra tamen in codicibus multis, dextram affectare, ſcriptum: hoc eſt, anxia quadã auiditate manum ad nauem iniicere. ¶ Immugiit Æthna.) Antiqui pleriq; codices, imugit, κατὰχ ῥάσιν legunt. Quam lectioné doctiſſimi pleriq; viri receperunt. ¶ Clamoré im. tollit.) In ant. aliquot cod. ponit, habet, quod nõ æque placet. ¶ Penituſq; exterrita tellus Italiæ.) In codicibus antiquis, Trinacriæ: legitur, quod magis decorũ ſeruat, preſertim quũ ſubſequat, Crebriſq; immugit Æthna cauernis. Sed Italiæ, Donatus agnoſcit, & hyperbole ita maior eſt. ¶ Conſtiterant ſylua alta Iouis.) In ant. pleriſq; codi. conſtiterunt, legit. vt ſteterunt, tulerũt, pene vltima breui ſæpe repe riuntur. Nõ tamen improbo conſtiterant exacta ſpecie.

Præcipites metus acer agit quocunq; rudentes
Excutere, & ventis intendere vela ſecundis.
Contra iuſſa monẽt Heleni, Scyllã atq; Charybdim,
Inter vtranq; viam læti diſcrimine paruo,
Ni teneant curſus, certum eſt dare lintea retro.
Ecce autem Boreas anguſta à ſede Pelori
Miſſus adeſt, viuo prætereuehor hoſtia ſaxo
Panthagiæ, Megaroſq; ſinus, Tapſumq; iacentem.
Talia monſtrabat relegens errata retrorſum
Littora Achemenides, comes infelicis Vlyſſi.
Sicanio prætenta ſinu iacet inſula contra
Plemnyrium vndoſum, nomen dixere priores
Ortygiam, Alpheum fama eſt huc Elidis amnem:
Occultas egiſſe vias ſubter mare, qui nunc
Ore Arethuſa tuo Siculis confunditur vndis.
Numina magna loci iuſſi veneramur, & inde
Exupero præpingue ſolum ſtagnantis Elori.
Hinc altas cautes, proiectaq; ſaxa Pachyni
Radimus, & fatis nunq̃ conceſſa moueri
Apparet Camerina procul, campiq; Geloi,
Immaniſq; Gela fluuii cognomine dicta.
Arduus inde Agragas oſtentat maxima longe
Mœnia, magnanimum quõdam generator equorũ,
Teq; datis linquo ventis palmoſa Selinis,
Et vada dura lego ſaxis Lilybeia cæcis,

SERVIVS.

¶ Ni teneát curſus.) Antiqui ni pro ne, ponebant, qua particula plenus eſt Plautus, Ni mala, ni ſtulta ſis. Senſus ergo talis eſt, Timor cogebat vt quocunq; nauigaremus, euétum ſequeremur, nõ iudiciũ: ſed occurrebat ꝓceptũ Heleni vitare Scyllã & Charibdim. Quare placuit ne curſus teneát, hoc eſt agant & impleátur inter vtranq; viã modico mortis interſtitio. i. Scyllæ & Charibdis. ¶ Retro dare lintea.) Quod dum cogitamus, proſperior nobis flare cœpit Boreas. ¶ Miſſus adeſt.) Fauore. ſ. numinũ: qué ſupra Anchiſes à diis optauerat dicés, Ferte viá vento facilé, & ſpirate ſecundi. ¶ Pantagię.) Hic fluuius Siciliæ quũ plenus incederet implebat ſonitu pene totã Siciliã. Vnde & Pãtagias dictus eſt, quaſi vbiq; ſonás. Hic poſtea quũ Cereri quęrenti filiã obſtreperet: tacere iuſſus eſt numinis voluntate. ¶ Megaroſq; ſinus.) Megara oppidum eſt iuxta Syracuſas. ¶ Tapſumq; iacenté.) Inſula non longe Syracuſis pene fluctibus par. ¶ Talia monſtrabat.) Quia occurrebat, Vnde hęc loca noſti? ¶ Relegens.) Renauigans. ¶ Errata.) Participiũ ſine verbi origine. Non enim facit error. ¶ Infœlicis Vlyſſi.) Epitheton ad implendũ verſum poſitum more Græco, ſine reſpectu negotii. ¶ Cõtra Plémyriũ vndoſum.) Verbũ de verbo expreſſit, Hoc. n. vndoſum quod Plémyriũ. ¶ Ortygiá.) Hæc tantũ Ortygia dicitur. Apollinis vero etiam Delos. ¶ Fama eſt huc elidis amné. Elis & Piſa ciuitates ſunt Arcadiæ, in qua eſt fons ingés, qui ex ſe duos alueos creat, Alpheũ & Arethuſam. Vnde fit vt finganť cõiũgi in exitu, quos origo cõiunxit ita. Arethuſam auté etiã in Elide eſſe teſtať Virgilius dicens, Sic tibi quũ fluctus ſubter labere Sicanos. Hęc ſm fabulas venatrix fuit. q̃ dum ſe in Alpheo poſt laboré lauaret, ab eo adamata eſt: & diu fugiens deoꝝ miſeratione in fontem mutata per ſecretos meatus ad Siciliã venit. Quod etiá Virgilius oſtédit, Et tãdé poſitis velox Arethuſa ſagittis. ¶ Alpheũ.) Quia Græce ἀλφεῖος facit: vt αἰνείας Æneas. ¶ Iuſſi numina magna loci.) Vel ab Achæmenide, vel ab Heleno, vel Anchiſe. Iuſſi ergo, admoniti. ¶ Stagnãtis Helori.) Fluuii qui ad imitationem Nili ſuperfundiť cãpis. ¶ Pachyni.) Promotorium auſtrũ ſpectãs. vnde & Pachynũ dictũ ab aeris craſſitudine. nã παχὺς eſt craſſus. ¶ Camerina ꝓcul.) Palus eſt juxta oppidũ: cui quodam tépore quũ ſiccata peſtilentiã creaſſet, conſultus Apollo, an eam penitus exhaurire deberét: reſpõdit μὴ κίνη καμέριναν ἀκίνητος παραμινάτω. quo cõtépto exiccauerunt paludé: & carétes peſtilétia, ꝑ eã parté ingreſſis hoſtibus pœnas dederũt. ¶ Immaniſq; gela. ¶ Ciuitas à fluuio nominata: ſicut etiam cãpi Geloi. ¶ Agragas.) Mons eſt muro cinctus, in cuius ſumma parte oppidũ. Vñ & Cicero ait, Ad mare intra mœnia ante oppidum

pidum expectabat. De Verre. Notãdum ſane hæc Virgiliũ, quantũ ad ſua tépora ſpectat, dicere, nõ quantũ ad operis. Ænea. n. nauigante nec fuerat Camerina ſiccata, nec Gela vel Agrigentũ cõditæ qđ frequéter facit: ſed ideo nunc vitioſum eſt, qa ex pſona narráťur Æneę. ¶ Magnanimũ quõdam generator equoꝝ.) Secũdum Pindarũ quõdã Agrigétini equos ad agones Gręciæ mittebant, q inde victores reuertebanť. Legimus ét aliud, quum in Cappadocia greges equorum periſſent, Delphici Apollinis reſpõſo adduxerũt equos de Agrigéto. & reparauere meliores. ¶ Palmoſa Selinis.) Ciuitas iuxta Lilybeũ, abundãs palmis qbus veſcuntur, & apio.

DONATVS.

¶ Pręcipites m. a. a. &c.) Vrgebamur, inquit, metu acerrimo, aut nõ iá quo vellemus, ſed in quácũq; cœli parté intenderemus vela, & cõſentiremus, ventis ſecũdis adiuuátibus fugã noſtrã opportunis flatibus ſuis, & hic, & in quarto libro ſecũdis. ¶ Cõtra iuſſa m. He. ſ. a. charybdim.) Timori cyclopũ cedendũ fuerat quacũq; ratione, ſed huic cõſilio iuſſa Heleni e diuerſo veniebant, ne nos aut laniaret Scylla, aut Charybdis ſorberet. ¶ Inter vtrãq; viã l. d. p. Ni teneát curſus, ce. e. d. li. r.) Iſtoꝝ maloꝝ cõſideratione turbati ſniam fiximus, vt inter geminũ metũ vel trãſiremus medii, vel retrorſum nauigia duceremus. ¶ Ecce aũt boreas a. à ſ. p. Mi. a.) Cũ, inquit, talia tractaremus quaſi ab aliquo deo miſſus boreas venit tanta opportunitate, vt nos continuo per multa loca detuliſſet. ¶ Viuo pteruehor h. ſa. &c.) Per hæc, inquit, loca venti ſuffragio trãſiuimus. ¶ Talia mo. r. er. r. Lit. ache. &c.) Hoꝝ locoꝝ nomina referebat Achemenides, quia per hęc certauerat cũ ſocius eſſet hominis infelicis, perindeq; habuit nota. ¶ Plemnyriũ un. no. di. p. Or.) Priſci, ait, hoc eſt veteres, plemnyriũ dixere, ſequentis æui appellauere ortygiam. ¶ Alphæũ f. e. h. he. a. Oc. eg. u. ſu. m. &c.) Quęcũq; fabuloſa ſunt aut incredibilia, hoꝝ Virgilius nõ ſe ſed alium facit authoré. quis enim credat, quod protulit fama, ſubter mare fluuiũ ex longinquis partibus ire poſſe & incolumé, hoc eſt incorruptũ, atq; in alias terras exire & miſceri Siciliæ fontibus? ¶ Numina m. l. iuſſi veneramur.) Aut monitu Heleni iuſſi, aut ab Achemenide inſtructi. ¶ Et inde exupero ꝑ. ſo. ſt. He. hi. a. cautes. pr. q; ſ. pachyni Radimus, &c.) Hęc ſaxa afferit immobilia eſſe. ¶ Immaniſq; gela f. c. d.) Ecce & gela à fluuio cognomen accepit. ¶ Arduus inde ag. o. ma. l. Mœ.) Inde oſtentat longius mœnia, quia excelſus eſt mons ipſe. ¶ Magnanimũ. q.) Hoc eſt magnanimoꝝ, Genetator e. T. q. d. l. v. palmoſa ſelinis.) Quod palmas copioſiſſime generet dicta eſt palmoſa. ¶ Et vada dura lego ſa. li. cæcis.) Saxa cæca ſunt, quæ nautici dicũt ſubaquanea. hæc facile decipiunt nauigantes, qm̃ dum in occulto ſunt

ſunt & non eminent, nõ videntur omnia iſta nomina fontium, locorum, ciuitatum, montium, & inſularum, Icirco poſuit, vt ad eam paulatim veniret inſulam, in qua perdidit patrẽ, vt eius quoq; caſum potuiſſet exponere.

ASCENSIVS.

¶Præcipites metus acer agit, &c.) Docet, qua properatione illinc aufugerint, & quas terras prætervecti ſint: vnde dicit Donatus ſic. ¶Ventis ſecũdis.) i. ſequi quocunq; venti ferret. Nã oẽs venti, ſecũdi ſunt, ſi quo impellãt eamus. Eſt ergo ſenſus: modo Cyclopas fugeremus, nõ curabamus quocunq; nauigaremus, quod erat contra iuſſa Heleni, q vetabat illos temere nauigare. Sed diligẽter vitare Charybdim & Scyllã, ſed iſtorũ malorũ metu turbati decreuimus, vt vel trãſiremus. ¶Lõge.) Quia excelſus eſt mons. ¶Sanis cæcis.) Quæ nautæ ſubaquanea appellant. Hæc ille. Ordo ¶Ordo eſt. Metus acer. i. vehemens, & acriter impellens: agit. i. vrget, & impellit nos: excutere. i. vi diſſoluere, & extendere: rudẽtes. i. funes velorũ: quocũq;. i. in quãcunq; partẽ, à Cyclopibus diſtantẽ: aut quocũq;. i. quacũq; re: & intendere. i. implere vſq; ad diſtentionẽ: vela. ſ. nauiũ noſtrarũ: ventis ſecundis. i. ſequentibus: & à tergo venientibus quocunq; ferrent ſed iuſſa Heleni monent contra. i. ecõtrario. ſ. vitare Charybdim & Scyllam, & non ſequi quocunq; ventus ferret: monent inq; ni. ſ. ne. i. ſocii teneãt curſus inter Scyllã & Charybdim, & ne teneãt viam inter vtrãq;, ſup. cũ paruo diſcrimine. i. differentia & diſtantia: leti. i. mortis: & ita ideo certũ. i. deliberatũ, & decretum eſt nobis: dare linthea. i. vela: retro. i. retrorſum: hoc eſt, obuertere vela. Ecce autẽ Boreas: &c. quod quidẽ feciſſemus, niſi Boreas ſurrexiſſet. Hanc conſtructionẽ Seruius innuit, qui accipit letum pro morte: & ni, pro ne. Poteſt tñ & alius ſenſus, ac ordo eſſe: verũ mirus artifex, poeta depingit, narrãdo metũ, qui eos acer agebat: nã perplexis & attonitis dat intricatũ ſermonẽ, & nõ ſatis expreſſum: vt in. ij. vidimus in orõne Æneæ ad ſocios. Sit igitur (ſi vis) ordo talis. Socii monent contra iuſſa. Heleni ſup. tenere viam inter vtrãq;. ſ. Scyllã, atq; Charybdim: exiſtentes læti. i. gaudẽtes paruo diſcrimine. i. periculoſo: reſpectu eius quod à Cyclopibus iminebat: qa ni. i. niſi: teneant. i. continuent curſus ſuos, inter Scyllã & Charybdim, certũ eſt dare. i. quod darent linthea retro: & ita incideret in Cyclopas. Aut ſic: Iuſſa Heleni monẽt cõtra. i. id quod metus egit: ſed ni. i. niſi curſus teneant viã, inter vtrãq;. ſ. Scyllã & Charybdim, ſup. cũ paruo diſcrimine. i. parua diſtãtia: leti. i. mortis, quia inter vtrãq; tenere viã, parũ abeſt à morte: certũ eſt dare. i. quod darent: linthea. i. vela ex lino: retro. i. retrorſum: & ita perrexerunt, ne cogerent̃ in Cyclopas recidere. Aut, pro ſede: ecce. q. d. ꝑter ſpẽ & opinionem, Boreas, ventus ille ſeptentrionalis: adeſt. ſ. auxilio nobis: miſſus. ſ. fauore numinũ ab anguſta ſede Pelori, illius ꝓmontorii: & p eũ adiutus, ꝑteruehor oſtia Pãthagiæ, illius fluminis in Sicilia: viuo ſaxo. i. q oſtia ſunt: ex ſaxo naturali, & nõ artificiali, quia Pãthagias cũ multo murmure olim inter ſaxa decurrebat, poſtea ad iuſſum (vt aiunt) Cereris cœpit tacere: hoc ẽ, aut coloni ſaxa mouerunt, aut impetus ea deuoluit vſq; ad hoſtia: vnde dicit, oſtia ſaxo viuo. i. naturali: & nõ fabre facto, & ꝑteruehor ſinus Megaros. i. iuxta Megarã, oppidũ Siciliæ, nõ ꝓcul à Syracuſis, & Tapſum, inſulã illã, decẽ ſtadia à Sicilia diſtantẽ: iacentẽ. i. humilẽ: & ſi qratur qũo norit inſularũ noĩa: dicit Achemenides comes infelicis Vlyſſi: relegẽs. i. renauigãs retrorſum: littora errata. i. quæ errãdo legerat. hoc eſt, nauigarat cũ Vlyſſe: monſtrabat. i. indicabat nobis, talia inſula ꝓtenta, ſinu Sicano. i. Siculo, iacet cõtra. Plẽmyriũ vndoſum. i. quod Græce, Plemyrium: Latine, vndoſum dicit̃: nã πλημμύρω, dicit̃ inundo: & πλημμυρίου, vnda, quũ frangit̃ non ꝓcelloſa: & πλημμυρίς, inundatio: vnde põt ſcribi Plẽmyriũ, & Plẽmyrion: eſt aũt fluuius Siciliæ, nõ procul ab Ortigia, Siciliæ vicina inſula, quũ ſit & alia q Delos etiã dicit̃, ſup. cuius (nã more ſuo, relatiuũ ſubticet in deſcriptione loci.) nomẽ, ſup. veteres coſmographi: dixere. i. appellauerũt Ortygiam: fama eſt Alpheũ Elidis. ſ. ciuitatis amnẽ. i. qui ab Elide Archadiæ naſcitur: egiſſe huc. i. in hunc locum, occultas vias ſubter mare: ita q non miſceatur aquis marinis: vnde in Buco. Sic tibi quum fluctus ſubter labere Sicanos Doris amara ſuã nõ intermiſceat vndã: qui. ſ. amnis o Arethuſa, quæ & fluuius, & nympha: cõfundit̃. i. cõmiſcet̃: Siculis. i. Siciliẽſibus vndis: tuo ore. i. oſtio. Nos iuſſi. ſ. a patre, veneramur magna numina, loci. ſ. illi⁹, videlicet Arethuſæ & Alphei: & ego exupero. i. aſcendo inde. ꝑpingue. i. præter cętera pingue: ſolum Helori fluminis ex Pachyno defluẽtis: ſtagnãtis. i. iterdũ ſtagna in agris faciẽtis, ac inundantis more Nili, cuius inundatio terrã pingue facit: aut lẽte fluẽtis, quaſi ſtagnũ ſit. Nos radimus. i. cõfingimus leuiter, hinc. ſ. ꝓuecti, altas cautes. i. rupes & lapides, & pro. i. ſaxa ꝓiecta. ſ. in mare & extãtia: camerina. ſ. palus nũq cõceſſa, moueri fatis. ſ. volẽtibus: quia quũ exſiccaretur: accolæ ab hoſtibus deleti ſunt, & cãpi Geloi illius ſtagni, ſup. apparent: & Gela. ſ. vrbs: imanis. i. imitis, aut propter aquas, aut propter gentẽ: dicta. i. denoĩata, cognomine fluuii (quia & fluuius Gela, ſeu Gelas dicitur, & vrbs) ſup. apparet: & Agragas, mõs ille in Sicilia, muro cinctus: arduus. i. ſublimis oſtẽtat nobis maxima mœnia. ſ. oppidi in eo extructi, aut muros ſuos. Notat aũt poetam Ser. quod ex pſona Æneæ recitari facit ea q Æneæ tẽporibus acta nõ fuerãt: nã eius tẽpore, nõdũ (inquit) exſiccata erat palus, nec Gelas, aut Agrigentũ condita: verũ de palude dicere poſſumus Æneã ſciuiſſe, q eſſet fatis nũq cõceſſa moueri: licet poſtea mota ſit, ſed nõ fatis: nec dicit Æneas motã: ſed nõ moueri debere fatis id vetãtibus: de Gela autẽ dicã inſtauratã forſan eſſe: ſed quũ fluuius ꝑpetuus ille Gelas dictus ſit, potuit: & tunc vicus, aut pagus, Gelas dici. Quod ſi oĩno dormitaſſe conuincitur poeta: dicã, & qñq; bonus dormitat Homerus: Agragas, dicit appoſitorie, generator quondã, equorũ magnanimũ, pro magnanimorũ. i. qui generauit aliqñ magnanimos equos, & Oſelinis vrbs iuxta Lilybeũ ꝓmontoriũ: palmoſa. i. palmis arboribus illis abundãs: ego linquo. i. ꝑtereo te vẽtis datis. i. adhibitis à diis ꝓſtibus: & lego. i. nauigo, vada Lilybeia illius ꝓmontorii: dura ſaxis cęcis. i. pp ſaxa cęca. i. nõ apparẽtia, ſed aqs abſtruſa.

PIERIVS.

¶Cõtra iuſſa monent Heleni.) Vetera qdã exẽpla. cum Mediceo, monent, legunt, hoc eſt, ꝑſuadent. Sed enim Helenus monuerat, & monitus in hoc dictionis genere dicuntur. ¶Scyllã atq; Charybdim Inter vtranq; viã læti diſcrimine paruo, Ni teneãt curſus.) In co. nõnullis manu ſcriptis, Scyllę q; Charybdis, ſcriptũ eſt, vt ordo ſit, Inter vtranq; viã Scyllę & Charybdis. Sed imperfecta eſſet orõ, & alterũ, q, poſt Charybdis deſyderaret̃ Lõge vero melius in Donatiano co. Scyllã, atq; Charybdin appoſitiue poſitũ eſt, & ne teneãt in aliquot exẽplaribus ant. Sed ni Dona. agnoſcit, & pro ne poſitũ more veterũ ait, quod & Priſcianus admittit, quanq; alibi dicat, ni teneat curſus, ita habere, vt Terentianũ illud, ni metuã patrẽ, & locus alius apud Virg. ni faciat, maria, ac terras, cœ. q;, ꝑf. Quippe ferãt, plura vero Seruius. ¶Errata retrorſum.) In antiquis aliquot exẽplarib. retrorſus. ¶Occultas egiſſe vias.) In co. ꝑuerteri, qui apud me eſt, habuiſſe vias, legit̃. Sed egiſſe, magis placet: vt in vulgatis. ¶Siculis confunditur vndis.) In antiquis aliquot codicibus, ꝑfundit̃. Sed cõfunditur magis placet, hoc eſt cõmiſcetur. ¶Numina magna loci iuſſi veneramur.) In oĩbus antiquis codi. quotquot legi, numerus ẽ huiuſmodi, iuſſi numina magna loci veneramur, vt illa. Addã cerea pruna, & curru iungit illæſus equos. ¶Stagnãtis Elori.) In cod. antiquis, Helori, cũ aſpiratione, quã & Pontanus recipit. Eſt etiã eodẽ verſu, exſupero, p x & s. ¶Apparet Camerina procul.) In anti. aliquot codi. Camarina, vt Græci ſcribũt, μηκίνει καμαρίναν ἀκίνητον γὰρ ἀμείνων. ¶Arduus inde Agragas.) In antiqs, arduos. In Roma. Agragas, vt Græce ſcribitur ἀκράγας, Polybio. Sed affinitas literarum facit, vt Latini multa per c ſcribant, quæ Græci per cappa, vt gubernator, κυβερνήτης: atq; etiam vice verſa nõnunq; pro γ, c, ſubſtituant, vt ex Gongro, Congrus. ¶Palmoſa Selynis.) In codicibus aliquot antiquis, Selynis, per y, in fine ſcriptũ eſt. In aliquot aliis, Selinus, quod quidẽ cũ græca ſcriptione facit. Nã σελινοῦς p ου, finale, ciuitas Siciliæ eſt. Eaq; vt Græci tradunt, & maſculino & fœminino genere dicit̃. Quod vero palmoſam dicit, Maro ex Marco Tullio eſt, in actione vltima cõtra Verrem. Nautæ coacti radices palmarũ agreſtium, quarũ erat in illis locis, ſicut in magna parte Siciliæ multitudo colligebant.

Hinc Drepani me portus, & illætabilis ora
Accipit, hic pelagi tot tempeſtatibus actus,
Heu genitorem omnis curæ, caſusq; leuamen
Amitto Anchiſen hic me pater optime feſſum

SERVIVS.

¶Drepanũ.) Drepanum ciuitas eſt nõ longe à monte Eryce trans Lilybeũ: dicta vel ꝓpter curaturã litoris, in quo ſita eſt: vel q Saturnus poſt amputata virilia Cœlo patri illuc falcẽ proiecit, q Græce Drepanos dicit̃: quod quaſi veriſimile putat̃ ꝓpter vicinitatẽ Erycis cõſecrati Veneri, q dicit̃ nata ex Cœli cruore,

Deſeris, heu tantis nequidq̃ erepte periclis?
Nec vates Helenus, quum multa horrenda moneret,
Hos mihi prædixit luctus, non dira Celæno.
Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum,
Hinc me digreſſum veſtris deus appulit oris.
❡Sic pater Æneas intentis omnibus vnus
Fata renarrabat diuum, curſusq́; docebat:
Conticuit tandem, factoq́; hic fine quieuit.

POE.

re, & ſpuma maris. ❡Illætabi lis.) Propter patris amiſſio nem. ❡Feſſum deſeris.) Vt ſu pra diximus ſm Virg. Nã Cato eũ ad Italiã veniſſe docet, vnde & in ſexto illud amphibolon eſt, Quo magis Italia mecum lætere reperta. ❡Nec vates Helenus.) Quia dixe rat, Prohibent nã cætera parcæ Scire, Helenũ fariq; vetat Saturnia Iuno. ❡Nõ dira Celæno.) Quæ vel irata debuit aduerſa pdicere. Et bona pietate mortẽ patris grauiorẽ dicit eſſe, quã famem. ❡Hic labor rxtremus.) Apud Drepanũ. ❡Deus appulit oris.) Bene ſe cõmendat Didoni, dicens ſe ad eã deoꝝ voluntate veniſſe. ❡Fata diuũ.) Quæ dii hoĩbus tribuunt. ❡Renarrabat.) Re vacat, vt confieri poſſit. Sane in ſecundi principio duo ſunt poetæ verſus, ſicut hic tres, & ſimilis eſt finis initio. ❡Cõticuit tandẽ.) Vt, Cõticuere oẽs. ❡Tandẽ.) Diuturnitatẽ narrantis expreſſit. Notandũ ſane qa cõtrouerſiaꝝ more epilogos dedit ſex iſtis prioribus libris, quos & eſſe bioticos noluit. Nã ſingulis res ſingulas dedit, vt pmo omina, ſcdo pathos, tertio errores, quarto ethos, quinto feſtiuitatẽ, ſexto ſcientiã. Epilogos autem ſic variauit, vt in pmo miſeratio eſſet Didonis, in ſecũdo mors Creuſæ, in tertio Anchiſæ, in quarto Didonis, in quinto Palinuri, in ſexto Marcelli citum deflet interitum.

DONATVS.

❡Hinc Drepani me po. & il. o. Ac.) Expreſſit plenã moralitatẽ. nam ſi qñ aliqua importuna accedunt, vel luctus, hæc in dolore poſiti nõ nunq̃; locis aſcribimus quaſi nobis aliquid inflixerint vel infligere potuerint. Æneas igiť drepanitano applicat loco, qđ acciderat fatoꝝ rõne. ❡Hic pe. t. tẽ. a. &c.) Addebat amiſſi patris dolorẽ etiã ratio loci, quẽ ipſum duplicato aduerbio patefecit. dixit qppe patrẽ ſuũ periſſe in portu, q tot alti maris caſus & pericula euaſiſſet, nec tñ mortuũ dixit, ſed deſeruiſſe filiũ. veteres enim pcipuos quoſq; nõ mortuos ſed p cõmutationes locoꝝ tranſlatos arbitrabanť. ❡Heu tãtis neqcq̃; erepte periclis.) Tantus dolor fuit perditi patris, vt apud Didonẽ poſitus quaſi cũ eo pſente loqueretur. poſuit ſpecialiter pericula ipſa, qbus interueniente fine viuendi cõſtabat fruſtra eſſe liberatũ, ſed ne in relatione maioris luctus morareť, ad generalitatẽ neceſſario cõfugit, & dixit, tantis nequicq̃; erepte periclis. cęteꝝ ſi eſſet interpoſita enumeratio diceret, bis pergameis ruinis ereptũ, diceret collo ſuo vectũ, ut captiuitatẽ vitaret aut mortẽ, diceret in mari ac terra, q̃ pericula trãſiſſet. dolebat aũt Æneas vehemẽter, ꝙ infinitis caſibus & periculis liberatus ad Italiã puenire nõ potuit. definit poeta quã vim erga filios habeat icolumitas patris. oĩs, inquit, curę caſuſq; leuamẽ. hoc eſt in oĩbus periculis leuatus ſum dolore dum pater vixit. ❡Nec vates Helenus c. m. h. m. H. m. p. lu.) Nec mihi pdixit Helenus hos luctus, quũ multa admiranda pdiceret nec ipſa celæno cũ multa optaret maledicta, ac per hoc hæc futura nec amicus dixit, nec inimica nuntiauit. ❡Hic labor e. l. h. m. v.) Vt mors aduenĩes nõ vitæ illi tantũ ſed laboꝝ quoq; attulit finẽ. ❡Sic pater Æneas int. o. u. Fa. renarrabat diuũ, c. q; d.) Tacuit de Sicilenſi naufragio, & ait. ❡Hinc me digreſſum u. d. ap. o.) Vt oñderet, ſe cõpleſſe ppoſita, qđ ipſum vitioſum fuit repetere, qđ ilioneus plene narrauerat. Intentis, inquit, oĩbus, hoc eſt adhuc intentis, vt oñderet Æneã libenter auditũ, & auditores cõtextu narrationis ſatiare nequiſſe. Intenti, inquit, fuerãt quũ inciperet, intentis cũ finiret oĩbus dixit, vt oñderet nullũ illic fuiſſe, qui nõ adhuc deſideraret audire, curſuſq; fatoꝝ. ſ. ſuoꝝ. ❡Conticuit tandẽ, f. q; h. fi. quieuit.) Tandẽ ad ipſum pertinet, qui caſus ſuos narrabat inuitus. Cæterũ auditores intenti fuerãt, & adhuc audire cupiebant. facto autem fine narrandi Æneas ſeceſſit ad requiem.

ASCENSIVS.

❡Hinc Drepani, &c.) Recitat ad finẽ huius mortẽ Anchiſæ patris quẽ Drepano Sicilię oppido ſepeliuerat: vñ ad Didonẽ repulſus eſt. de q̃ re dicit Dona. ſic. ❡Illętabilis.) Expreſſit plenã moralitatẽ: nam ſi qñ aliqua infortunia accidunt: nos in dolore poſiti locis attribuimus, quaſi nobis aliquid iflixerint: ergo hic Drepanitano loco applicat, quod fato acciderat. ❡Amitto Anchiſen.) Dolet periſſe in portu, q tot maris pericula euaſiſſet: nec dixit, mortuũ, ſed, deſeruiſſe filiũ: veteres enim egregios viros non mortuos, ſed per cõmotionem locoꝝ tranſlatos, putabant. ❡Heu.) Tantus fuit dolor: vt etiã apud Didonẽ poſitus: quaſi quũ eo pſente loquereť. ❡Tantis.) Ad generalitatẽ trãſit: ne ſi ſpecialiter enumeraret, longior fieret. Dolebat aũt vehementer, ꝙ infinitis caſibus liberatus, ad Italiã puenire nõ potuiſſet: definit ergo poeta, quã vim habeat apud filiũ incolumitas patris, quũ dicit, Oĩs curæ, caſuſq; leuamen. ❡Nec Hele.) Quũ multa horrenda pdiceret: nec Celęno, quũ multa optaret maledicta: ergo nec amicus pdixit, nec inimica. Tacuit aũt de tẽpeſtate Siciliẽſi: ne bis repeteret, qđ dictũ fuerat ab Ilioneo. ❡Intentis oĩbus.) Adhuc intẽtis, vt oñderet Æneã libẽter auditũ intenti fuerant, quũ incœpit: intẽti, quũ finiret. ❡Oĩbus.) Oñdit nullũ illic fuiſſe qui nõ adhuc deſyderaret audire. ❡Tandẽ.) Ad ipſum pertinet, qui caſus ſuos enarrabat inuitus: nã auditores adhuc intẽti erãt. Hæc ille. ❡Ordo eſt. Portus & ora, illętabilis. i. de qua lętari nequeã: Drepani illius oppidi, nõ longe ab Eryce, nũc celebris, ppter diuũ Albertũ carmelitã, multa virtute & miraculis inſignẽ: accipit. ſ. hoſpitio me, hic. i. hoc tempore, aut loco. Ego amitto hic. i. in hoc oppido: heu (dolẽtis interiectio.) Anchiſen genitorẽ, appoſitorie: leuamen oĩs curę & caſus: & hoc tot tẽpeſtatibus pelagi: actis. i. tranſactis.) Oñdiť Æneas oĩb. in locis, ex graui periculo maris, in maius diſcrimẽ terrę deſcẽdiſſe: vñ etiã dictura eſt ſibylla, O tandẽ magnis pelagi defuncte periclis. Sed terris ẽt grauiora manẽt. hinc dixit: Seruatũ ex vndis Strophadũ me littora primũ Excipiunt. Et, Interea feſſos ventus cũ ſole reliquit, Ignariq; vię Cyclopũ allabimur oris. Et hic, Hinc Drepani me portus &c. (O optime pater) apoſtrophe. i. ad abſentẽ ſermonis cõuerſio: pathos. i. affectionẽ indicat, ſicut in. j. Et te pater optime Teucrũ fluctus habet Libyę.) ad Anchiſen. ſ. tu deſeris me: hic. i. in hoc loco nõ cõceſſo a fatis: me feſſum. ſ. tot nauigationũ malis: pater (inquit) erepte, heu nequidq̃;. i. fruſtra: tantis periculis, vnde ad eũ Helenus, Cura deũ bis Pergameis erepte ruinis: vltra quas etiã tot pericula maris euaſarat. Nec Helenus vates, quũ moneret multa horrenda, pdixit mihi hos luctus: nõ etiã dira Celęno, Harpyia. ſ. pdixit mihi hos luctus. Hic labor extremus, ſup. erat patri: & hęc erat illi meta lõgarum viarũ: deus. ſ. bonus quiſpiã appulit veſtris oris. i. ad veſtras oras, & regiones Libycas. ſ. me digreſſum. i. poſtq̃; digreſſus erã: hinc. i. ex hac regione Sicilię: vnde in. j. dictũ eſt: Vix e cõſpectu Siculæ Telluris in altũ Vela dabant læti, & ſpumas ſalis ære ruebãt, &c. Et hoc dicto cõticuit Æneas, cuius oĩa ſunt verba, ab eo loco ad principiũ. ij. Infandũ regina iubes, &c. vſq; ad hunc, vbi poeta incipit loqui, dicens: Æneas pater. i. vir venerabilis: renarrabat. i. recẽſebat: ſic. i. in talẽ modũ: fata. i. uoluntates: diuũ. i. diuoꝝ: de euerſione. ſ. Troiæ: quia dictum eſt, Poſtq̃ res Aſiæ, Priamiq; euertere gẽtẽ Immeritã uiſum ſuperis, &c. & docebat curſus. i. nauigationes, & errores ſuos: unus. i. ſolus loquens, & oĩbus. ſ. aliis: intẽtis. i. attendẽtibus: aut multũ tentis, & captis eloquio uiri in quo quũ laudať, eloquiũ Ænee laudatur, & poeta qui id excogitauit: Æneas, ſup. cõticuit. i. ſimul cũ aliis tacuit: quia ſtatim a principio. Cõticuere oẽs, intentiq; ora tenebant, &c. tandẽ. i. poſt prolixã narrationẽ: quia multaꝝ rerum: uerũ, ut dicit Martialis, Non ſunt longa quibus nihil eſt quod demere poſſis. Multitudo ergo, & uarietas rerũ, prolixitatem excuſat. Donatus autẽ id ſubtiliter exponit, referens ad ipſum Æneã, qui deſyderabat finẽ narrationis, quũ & caſus & labores ſuos enarraret, unde dixerat: Infandũ regina iubes renouare dolorẽ. Sed Dido, & cæteri Tyrii, adhuc intenti erant, unde dixit, intentis oĩbus. Et Æneas quieuit. ſ. & animo & ore, quia nõ erat captus amore ſicut Dido: unde per contrariam ſubditurus eſt, At regina graui iãdudũ ſaucia cura, &c. ad quã rem cõmode ponitur coniunctio, at: quæ in diuerſis & repugnantibus rebus, præcipuũ habet locũ, ut diligenter obſeruatur a poeta: ipſe ergo cõticuit, & quieuit hic. i. in hoc dicto de morte Anchiſæ: & de profectione ex Sicilia in Carthaginem, quã non fuit opus recitare, quũ iam nota eſſet Didoni ex oratione Ilionei, & huius operis lectoribus ac auditoribus, ex his quæ in. j. libro dicta ſunt. Notum enim eſt ea quę in. j. lib. recitata ſunt: eueniſſe cõtinuo, poſtea ea quæ ultimo loco in hoc. iij. recitauit Æneas.

PIERIVS.

❡Tot tẽpeſtatibus actus.) In antiqs pene oĩbus exẽplaribus legere eſt, actis: neq; actus, eſt in iis quos legi, niſi cõtacto codi.

quũ

❡Heu

❡Heu genitore.) Diuerſum hoc ab hiſtoria, ſi Straboni credimus, q̃ Æneã vna cũ Anchiſe patre, & filio Aſcanio Laurẽtũ applicuiſſe tradit. ❡Fata renarrabat diuum, curſusq; docebat.) In antiquis aliquot codici. legere eſt, Fataq; narrabat diuom: ſed enim quia bonam horum partem Didoni prius enarrauerat, & in hac dictionis continuatione multa fuere repetita, longe magis placet, ranarrabat, vt in Mediceo & vulgatis habetur exemplaribus.

TERTII LIBRI FINIS.

ASCENSIVS.

❡Vritur in quarto.) monoſtichi huius, ordo & explanatio eſt. Dido. i. virago illa, cui Eliſſę nomen eſt: vritur. ſ. incẽdio amoris, in quarto. ſ. Æneidos libro: & fatetur flãmas. ſ. amoris. & hoc quidẽ de monoſticho. ❡Argumẽti aut prolixioris, ordo eſt. At. i. ſed: hoc eſt, quieuit quidẽ Æneas: ſed regina. ſ. Dido, carpitur iam graui igne Veneris. i. amoris. Anna ſoror. ſ. Didonis aut Eliſſę, cõſulitur. ſ. ab ea. i. ipſa expetit ab ea conſiliũ, ibi Anna ſoror &c. placet. ſ. Didoni, & ſorori ſuccũbere amori: vnde dicetur, Placido ne ẽt pugnabis amori? & ſequit. His dictis incẽſum aĩum inflãmauit amore, Sacra fiunt deis, ibi, Principio delubra adeũt, &c. & numina. ſ. deo℞, onerant donis: q̃ mactãt lectas de more bidẽtes. Itur. ſ. ab Ænea, & Didone cũ ſuis: venatũ, vñ dicet Iuno, Venatũ Æneas, vnaq; miſerrima Dido in nemus ire parant.

## IN. IIII. AENEIDOS LIBRVM MONOSTICHON.

Vritur in quarto Dido flammasq; fatetur.

## IN EVNDEM MODESTINI IVRISCON. ARGVMENTVM.

At regina graui Veneris iam carpitur igne.
Conſulitur ſoror Anna. placet ſuccumbere amori.
Fiunt ſacra deis, onerantur numina donis.
Itur venatum: Veneris clam fœdera iungunt.
Facti fama volat. monitus tunc numine diuum
Æneas, claſſemq; fugæ, ſociosq; parabat.
Senſit amans Dido precibus conata morari.
Poſtq̃ fata iubent, nec iam datur vlla facultas,
Conſcenditq; pyram, dixitq; nouiſſima verba,
Et vitam infelix multo cum ſanguine fudit.

## ALIVD IN EVNDEM.

Ardet amore graui Dido, ſoror, Annaq; ſuadet
Nubere. iunguntur nymbo cogente ſub antro.
Incuſat precibus patrem contemptus Hiarbas.
Nauigat Æneas iuſſu Iouis. illa dolore
Impatiens, & amore, necem ſibi protinus infert.

parãt. & paulopoſt, It portis iubare exorto delecta iuuentus, &c. & Æneas, & Dido iũgunt clam, q̃a in ſpelunca: vñ dicet. Speluncã Dido dux, & Troianus eãdẽ Deueniẽt. fœdera. i. commercia: Veneris. i. coitus: fama facti volat: vt dicet ibi, Fama malũ, &c. Æneas monitus tũc, numine. i. voluñtate diuũ. i. Iouis, per Mercurium. parabat fugæ, & claſſem, & ſocios: Dido amãs: ſenſit. i. fugam parari, & conata, ſup. eſt: morari. i. detinere ipſum, p̃cibus. ſ. ſuis & ſororis. Sed poſtq̃ fata iubẽt. i. Æneã abire, nec datur. ſ. Didoni vlla facultas detinẽdi Æneę: ipſa, q;, pro &: hoc eſt: tum cõſcendit pyram. i. ſtruem lignorum incedendorum: & dixit nouiſſima verba demiſſura. i. ſe, in mucronem Æneæ: & ipſa infelix, fudit vitam cũ multo ſanguine: vitam dicit. i. animã cuius ſanguis ſedes putat: vnde dicetur in fine huius, Atq; in ventos vita receſſit.



# P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS LIBER QVARTVS.

AT regina graui iandudum ſaucia cura POETA
Vulnus alit venis, & cæco carpit́ igni.
Multa viri virtus animo, multusq́; recurſat
Gentis honos, hærent infixi pectore vultus
Verbaq́;, nec placidam membris dat cura quietem.

SERVIVS.

APollonius Argonautica ſcripſit, & in tertio inducit amantem Medeã. Inde totus hic liber tranſlatus eſt. Eſt aũt pene totus in affectione, licet in fine pathos habeat, vbi abſceſſus Æneæ gignit dolorẽ. Sane totus in cõſiliis & ſubtilitatib⁹ eſt. Nam pene comicus ſtilus eſt: nec mirum, vbi de amore tractatur. Iunctus quoq; ſuperioribus eſt: quod artis eſſe videt́, vt frequẽter diximus. Nam exabrupto vitioſus eſt tranſitus: licet ſtulte quidã dicant hũc tertio nõ eſſe coniunctũ, (in illo enim nauigationis pericula, in hoc amores exequit́) nõ videtes optimã coniunctionẽ. Quũ enim tertiũ ſic clauſerit, Factoq; hic fine quieuit: Subſecutus eſt. ¶ At regina graui iandudũ ſaucia cura.) Itẽ paulopoſt. ¶ Nec placidã mẽbris dat cura quietem.) Nã quũ Æneã dormire dixerit, ſatis cõgrue ſubiunxit: vt ſomno amans careret. ¶ Iandudũ.) Aut nimium: vt Terentius, Iandudũ te ãmat. Iandudũ illi facile fit quod doleat. Aut Iãdudum, à quo tempore vidit Æneã. Legimus enim, Obſtupuit primo aſpectu Sidonia Dido. ¶ Saucia.) Hinc ſubiungit. ¶ Vulnus alit.) Et bene alludit ad Cupidinis tela, vt paulopoſt ad Faculã. ¶ Et cæco carpitur igni.) Nã ſagittarũ vulnus eſt facis incendiũ. ¶ Cura.) Amore intolerabili, vt, Meq; his abſoluite curis. Cura ergo ab eo quod cor vrat, vt Veneris iuſtiſſima cura. Itẽ, Mea maxima cura. ¶ Venis.) Quia per venas amor currit, ſicut venenum: inde dictũ, Fallasq; veneno. Item, Longũq; bibebat amorem. ¶ Cæco carpitur igni.) Agit Virgilius, vt iuuentas frangat declamationes: vt hoc loco rem dixit ſine declamatione. Vnde Ouidius, Quoq; magis tegitur, tanto magis æſtuat ignis. Cæco ergo igni, validiore: cuius natura eſt, vt cõpreſſus magis conualeſcat. ¶ Multa viri virtus amino.) Bene mediã ſe facit præbere Didonem inter regalẽ pudorem & amoris impulſum. Simulat enim ſe virtutẽ mirari cuius pulchritudine cõmouetur. Multa autẽ virtus figurate dixit. Nam ad numerũ tranſtulit quod eſt quãtitatis. ¶ Recurſat.) Bene frequẽtatiuo vſus eſt verbo in frequenti amantis cogitatione. ¶ Gentis.) Non Æneæ, vt ſit velut excuſatio, ſed Dardani à numinibus, Aut Veneris. ¶ Infixi pectore vultus, Verbaq;.) Tale & illud eſt, Illũ abſens abſentem auditq; videtq;. ¶ Nec placidã mẽbris dat cura quietẽ.) Aut penitus quiete caruit, vt Placida epitheton ſit quietis: aut habuit quidẽ quietẽ, ſed non placidã.i. turbatam ſomniis, vnde & ipſa paulopoſt, Quæ me ſuſpenſam inſomnia terrent?

DONATVS.

COncluſis omnibus, quæ neceſſaria narratio exigebat, ſeceſſit Æneas ad requiem. cõpleuit enim, vel quod ipſe pollicitus videtur, vel quod regina deſiderabat audire, Didonis tamen animus itolerabili Iandudũ cura cõmotus, accendebatur magis recordatione loquentis, & ſecreto incendio torrebat́. hoc eſt quod ait. ¶ At regina graui Iandudũ ſa.c. Vul. a. ue. & cæ. ca. igni.) Dicit ipſas cauſas, quæ hoc genus tormenti animis Didonis inflixerant. ¶ Multa viri vi. a. m. q; re. Gẽ. ho. h. in. pe. v. Ve. q;.) Multa viri virtus, non tantũ corpore placebat, verũetiã animo. aſſeruerat enim ſe laboraſſe pro patria, duros ac diuerſos habuiſſe diſcurſus, mori etiam voluiſſe, innumera pericula ferendo ſuperaſſe, hæc tractabantur, bona corporis quibus tolerauerat vniuerſa. animi vero iſtiuſmodi recurſabant in ſenſibus cogitantis. q deoꝝ cultor, amator patriæ, amator patris, amator vxoris, queãdmodũ auditũ putamus Æneã referentem diſcrimina ſua, quũ amiſſam coniugẽ inſanis laboribus perquiſitã diceret, queadmodum arbitramur iudicio eius acceptum, quæ intentionẽ tenuerat, vt eius matrimonio iungeret́. hæc conſiderabatur multa virtus, quæ non in vno genere eſſet maxima, ſed q ex multis, & diuerſis robur ſuę felicitatis oſtenderet. tollamus amorẽ, quẽ Cupido conciliauerat, cur illa non amaret virum domi foriſq; præſtantẽ, bello ſtrenuũ, pacis temporibus religioſum? neceſſariũ viduæ, neceſſariũ deſtitutæ, neceſſariũ cõdenti ciuitatẽ nouã & noua iperii fundamenta roborare cupienti? neceſſariũ contra Pygmalionis violentiam? quia magna manu ſperabatur eſſe venturus. Accedbat corporis decus & forma, quæ cæteris animi corporiſq; præcipuis adderet venuſtatem,

venuſtatem, quæ ipſa primo libro poeta euidenter expreſſit. quũ recedente nube pluri mus fulſiſſet i ſole. Multuſq; recurſat. gentis honos. Tertiã potuit generis laudẽ. hæc.n. tũc prodeſt, ſi quę ſunt vniuſcuiuſq; propria, rationi ſanguinis recte conueniant. nam quõ Æneæ meritis pdicatio accederet generis ſi proprijs bonis laudari nõ poſſet? Hæc igitur pars in eo eſt vt etiam ipſa ex plurimis conſtet. nam ſciebat Dido eſſe AEneã Veneris filium, Cupidinis fratrem & Mercurii, Teucri, ac Dardani affinem, & quod ſupra omnia fuit nepos Iouis. hærent infixi pectore vultus, verbaq;, hęrent pectore, bis accipiẽdum eſt, vt ſit hærent pectore vultus infixi. hærent verba pectore. Infixi autẽ quod ait, ad ſolos uultus pertinet, quia erit vitiũ, ſi dicamus, infixi verba, & magis pro perſona amãtis, melius accipitur infixi vultus. verba enim augmẽtum dabant amori. nam hærent, & infixi, hanc habent rationẽ, quã habet, quod etiã in. iij. lib. ait. Ære cauo Clypeũ magni geſtamen abantis, portis aduerſis figo. figi enim dicit́ quod ſicalicui ſpeciei iungit́, vt uelli nõ poſſit. & hæret quod nõ poteſt ſeparari. Vultus pertinent ad corporis laudẽ, uerba ad animi prædicationẽ. ¶ Nec placidã m. d. c. qu.) Diuerſam naturã poeta eſſe uoluit amoris, & ſomni. Somnus quippe quietã ſedẽ qrit. hoc tenebatur AEneas, qa quieto animo fuit. cõtra vbi fuerit cura, ut in Didone, nõ poteſt inueniri ſomni beneficiũ. ecce quemadmodũ Didonis deſcribunt́ ardores, non flectebat́ in requiẽ nec ſomni uirtute uincebat́, aut tpe, qa impediebat medios amor.

ASCENSIVS.

AT regina graui, &c.) In hoc. iiij. lib. quæſita occaſione, deſcribit poeta vim amoris, qui virũ pietate graue, & fataliter in regnũ Italiæ deſtinatũ, potuit in mulierib. cõplexibus detinere: & reginã adloqui graue & cõſtantẽ, impatientia ad ſui necẽ impellere. Id aũt facit prudens & cõmodus poeta, quo mortaleis animos ab amoꝝ illecebris auertat: quũ nemo ſit à Venereis laqueis tutus, niſi qui oẽ obiectũ pcul habuerit, & carnis luxũ domuerit. Quũ ergo in toto opere, tũ hic poeta, & delectat, & pdeſt plurimũ: nã ſimul & iucunda & idonea dicere uitæ Inſtituit. vnq; adeo aũt, iucũda eſt huius libri lectio, ut diuus Auguſtinus ſeſe ad lachrymas compulſum, Didonis querela cõfiteat́. Nihil enim ptermiſſum eſt: q ad amãtis miſere officiũ pertineat. Idq; ſeruato ætatũ cũ libris ordine facit poeta. Nã in. j. lib. infantiã deſcribit, q uariis proceſſis iactat́, nihilq; certi habet. In. ij. pueritiã, q aut exterminio, aut pedagogoꝝ ferulis ſubigit́. In. iij. adoleſcentiã, cuius uiam ſeſe penitus neſcire fatetur ſapientiſſimus Solomon: unde recte AEneæ cõtinet errores. In. iiij. iuuentam, quę amoribus implicatur. In. v. uirilitatẽ, quę honori, ad quẽ res militaris ludis exercita cõducit, potiſſimũ inſeruit. In ſexto ſeniũ ad manes tendens, & futura præmeditãs. Poſt quod triſtia ſunt cũ carne, decrepita bella: quę in ſequentibus operibus explicantur. Sed ne diutius q̃ par ſit philoſophemur hæc, prelibaſſe ſat eſt. Donati in hanc partẽ, uerba ſunt hæc. ¶ At regina.) Enarratis oibus ad quietẽ ſeceſſit AEneas. Dido aũt intolerabili cura, mota recordatione loquentis: & ſecereto incendio torrebat́. ¶ Multa uiri u.) Erãt enim & corporis, qa multos labores ptulerat. Erant animi, q erat deoꝝ cultor. Amator patriæ, parentis, uxoris. Quapropter etiã ſublato amore, conflato a cupidine, cur non amaret uirum domi foriſq; præſtantẽ? Bello ſtrenuum, in pace religioſum, neceſſariũ ſibi uiduæ deſtitutæ condenti ciuitatẽ, neceſſarium cõtra Pygmalionem? Forma autẽ corporis, cæteris animi uirtutibus adferebat decus. Accedebat nobilitas generis: erat enim Veneris filius, Cupidinis frater, nepos Iouis. ¶ Infixi.) Infixa ea dicuntur, quæ facile auelli non poſſunt: & hęret quod non poteſt reparari. ¶ Vultus.) Ad corporis laudem. ¶ Verba.) Verba autem ad animũ referas. ¶ Quietẽ.) Diuerſa res eſt, ſomnus, & amor. Ergo AEneas quieſcebat, Dido inquieta erat. Hæc, ille. ¶ Ordo eſt, cõdependens cum ſuperioribus, ſic: Quieuit quidem, facto fine, AEneas. At. i. ſed, regina. ſ. Dido: ſaucia. i. uulnerata: iandudum. i. ab eo tẽpore, quo hoſpitio ſuſceptus eſt AEneas: & Cupido loco Aſcanii, graui cura. ſ. amoris, q cura, cor urit: alit. i. nutrit

Ordo

trit.ſ.meditãdo,& cogitãdo ſecū,& reuoluendo verba & vultus viri: vulnus.i.amoris iaculis Cupidineis infixū:& carpit̄ cæco igni.ſ.amoris,qui excæcat:& cæcus dicit̄,ab effectu. Sed q̄ritur,quomodo vulnus alat venis,regina alioqui grauis? Nempe quia multa virtus viri.ſ.Æneæ,& multus honos gentis.ſ.Troianæ AEneæ,ſubdẽtę: vnde domini deprehenditur honeſtas.(Nã facile eſt,ſemel ſimulare honeſtatem: at ſubditi nõ inſtituuntur honeſti,niſi longa exercitatione: quo circa citius ex ſubditis,q̄ ex præpoſito depreheditur honeſtatis indicium.) recurſat.i.frequẽter reuoluitur animo, ſed mire dixit,recurſat, quaſi ipſe cogitationes viſæ ingerant,& libere recurrant, nõ animaduertente,aut repugnante etiam quodãmodo AEnea. Nã id amantibus accidit: vt dum otio dati,quietẽ quærunt,irrepãt amoris ſtimuli,animũq; torqueant,etiam inuitũ: nõ tamen vincant, niſi vinci ſe permiſerit.) ſed quomodo recurſant: quia vultus.i.viri hęrent: infixi pectore.i.fixi in pectore (gratia ꝑpoſitionis,ablatiuũ regit,quẽ tamẽ vulgo in datiuũ vertimus: dicẽtis, Infixi pectori.& verba,ſup.hæret ĩfixa pectore. Nec cura.i.ſollicitudo amoris (q̃a res eſt ſolliciti plena timoris amor) dat mẽbris q̃etẽ placidam (quod epithetũ potius excluſiuũ cenſeã,q̄ generale: hoc eſt,dixero: ideo adiectũ. quia mẽbra quidẽ nonnullã habuerunt quietem: ſed nõ placidã,quia animus ſollicitus erat: & licet oĩs quies ſit placida: tamen quies membroꝝ,licet ſit membris placida quũ reficiantur,tamen non eſt ſimpliciter placida,quia ſæpe animum plus cruciant,q̄ ſi membra defatigentur: vnde eſt, Otia ſi tollas periere Cupidinis arcus: ſiue artes. (vtrunq; enim legitur apud Ouidium) dat ergo quietem.i.repoſitionem membris,ſed non placidam,quia cura recurſat animo.

PIERIVS.

¶At regina graui.) Antiquus admodũ codex eſt,in quo,d, litera ex ꝑpoſitione,ad per t,ſemper notata eſt, tam in cõpoſitis dictionibus,q̄ ẽt in iis,quę ſimpliciter ꝓferunt̄: vt, Meq; at tua limina: &, Aterit q;,vocatus Apollo: &, Atopertus amictu, vbi vero t,ex conſuetudine, vel ex analogia ſcribi nunc ſolet, ibi d notat̄: vt, Setoſi capud, hoc apri. Ad mihi ſeſe offert. atq; loco hoc, Ad regina graui iamdudũ ſaucia cura. Sed.n.vt de rõne ſcriptionis huius,q̃ adeo freq̃es eſt apud veteres, aliquid diſſeramus,nõ in codicibus tm̃ anti. verũetiam in veterũ monumẽtis obſeruatũ ſæpius,ad,& at,ſiue per t, ſiue per d, ſcribant̄ idẽ ſignificare,quanuis iuniores grãmatici ꝑpoſitionẽ a coniunctiua ſcriptione diſtinxerint. Indifferenter vero vno,eodẽq; ſignato ſcribi plerũq;, Soſipater Cariſius manifeſte declarat, Licinii calui exẽplo in Fuſciniũ ambitus reũ. Ad ita mihi Iouem, deosq; ĩmortales velim benefeciſſe iudices: at, (inq̃t) cõiunctionẽ: ad, vero ꝑpoſitionẽ ſcribũt,ἐυφωνότερον tñ eſt,vt hic ꝑ d, ſcribi: ne ſubſeq̃ẽs t, literã duriorẽ,ſuiq; ſimilẽ ſonũ literæ amplexa, dictũ faciat ĩmitius. Hæc ego aũt ita ſciẽda iudicarim, vt diligenter veterũ ſentẽtiis obſeruatis, nunq̄ tñ a cõſuetudine recedamus. ¶Multusq; recurſat gẽtis honos.) Nullum fere codicẽ ex his antiq̃s adinueni, in quo dictio, recurſat, incolumis haberet̄ litera,modo vna,modo altera in hoc vel illo codice, vel ſuppoſititia vel deſyderata. In pleriſq; vero abraſas medias aſpexi, & alias atq; alias ſupductas. Moueant forte ſtomachũ ſi dixero, recuſat, aut reuerſat, & alia ẽt his fœdiora legitimę lectionis loco ſuppoſita fuiſſe. Sed enim recurſat, frequentatiua forma à recurro, caſtã eſſe lectionẽ, tam ſententiæ concinnitate, q̄ Seruii & Aruſiani Meſſi iudicio confirmatur.

Pierius

SERVIVS.

Poſtera Phœbea luſtrabat lampade terras,
Humentemq; aurora polo dimouerat vmbram,
Quum ſic vnanimem adloquitur male ſana ſororẽ.
¶Anna ſoror,q̄ me ſuſpẽſam ĩſomnia terrent? DIDO
Quis nouus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes?
Quem ſeſe ore ferens?q̄ forti pectore,& armis?
Credo equidem (nec vana fides) genus eſſe deorum.
Degeneres animos timor arguit. heu quibus ille
Iactatus fatis? quæ bella exhauſta canebat?
Si mihi non animo fixum, immotumq; ſederet,
Necui me vinclo vellem ſociare iugali,
Poſtquam primus amor deceptam morte fefellit,
Si non perteſum thalami, tedæq; fuiſſet,
Huic vni forſan potui ſuccumbere culpæ.
Anna (fatebor enim) miſeri poſt fata Sichæi
Coniugis,& ſparſos fraterna cæde penates,
Solus hic inflexit ſenſus,animumq; labantem
Impulit,agnoſco veteris veſtigia flammæ.
Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat,
Vel pater omnipotẽs adigat me fulmine ad vmbras,
Pallentes vmbras Herebi,noctemq; profundam,
Ante pudor quàm te violem,aut tua iura reſoluam.
Ille meos primus,qui me ſibi iunxit,amores
Abſtulit,ille habeat ſecum,ſeruetq; ſepulchro.

¶Poſtera Phœbea luſtrabat lampade terras.) Circunlocutio oriẽtis diei. Secũdũ enim & tertiũ librũ AEneas per noctem in cõuiuio Didonis narrauerat: licet, vt ſupra diximus, Virgilius iſta quę per naturã neceſſe eſt fieri, plerunq; contemnat. ¶Luſtrabat.) Aut illuſtrabat: aut re vera luſtrabat.i.purgabat. Nã nox quodãmodo polluit mũdũ. ¶Humantẽ vmbrã.) Quia nox oĩs humida eſt,vt, Noctis lentus nõ deficit humor. Et nihil intereſt vtrum vmbrã,an noctẽ dicat. Nox enim vmbra terrę eſt,vt ſupra, Inuoluẽs vmbra magna terrãq; polũq;. Eſt ẽt Hyſteron proteron in ſenſu. Aurora enim Solẽ præcedit. ¶Cũ ſic vnanimẽ.) De re pudenda locuturã par fuerat ſororẽ eligere, niſi ẽt vnanimẽ. Dicimus autẽ & vnanimus & vnanimis,ſicut inermus & inermis. ¶Male ſana.) Non plene ſana, amore vitiata. Male enim plerunq; non, plerunq; minus ſignificat. non: vt, Statio male fida carinis. Aliquotiens minus ſignificat: ſicut ve,ut vecores,veſanus. Quãq̄ male & pernicioſe ſignificet: vt Lucanus, Sic male deſeruit. ¶Inſomnia terrẽt?) Et terret & terrent legitur. ſed ſi terret legerimus, Inſomnia erit vigilia. Hoc enim maiores inter vigilias, & ea quæ uidemus inſomniis intereſſe uoluerunt: ut inſomnia generis fœminini, numeri ſingularis,uigiliam ſignificaret. Inſomnia uero,generis neutri, numeri pluralis,ea quæ per ſomnium uidemus: ut, Sed falſa ad cœlũ mittant inſomnia manes. Sciendum igitur quia ſi Terret dixerimus, antiqua erit eloquutio. Inſomnia enim licet & Pacuuius & Ennius frequenter dixerint, Plinius tamen excluſit, & de vſu remouit. Sed ambiguitatẽ lectionis hæc res fecit, quod non ex aperto uigilaſſe ſe dixit, ſed habuiſſe q̃etẽ implacidã.i.ſomniis interruptã, ut intelligamus eã & in ſomnis tarritã: & ꝓpter terrorẽ ſomniarũ uigilias quoq; ꝑpeſſam. ¶Nouus.) Magnus: vt, Pollio & ipſe facit noua carmina. ¶Succeſſit ſedibus.) vt Succedoq; oneri. & Succedũt tecto. Quem ſeſe ore ferẽs?) Vt, Obſtupuit primo aſpectu Sidonia Dido. Et, Nanq; ipſa decoram Cæſariem nato genitrix lumẽq; iuuentæ. ¶Forti pectore,& armis? Vt etiam ab Ilioneo audierat, dicente, Nec bello maior & armis. Sane ſubaudis eſt. Et bene uirtutis cõmemoratiõe excuſat ſu pradictã pulchrytudinis laudẽ. ¶Credo equidẽ genus eſſe deorũ.) Nec enim, Vana fides eſt.i.falſa. Nã Degeneres animos arguit timor, ideſt improbat,ĩpugnat. ¶Heu.) Per hæc amoris impulſus oſtenditur. ¶Iactatus fatis.) Caſibus: ut, Quis te nate dea per tanta pericula caſus inſequitur? ¶Bella exuſta canebat.) Finita,terminata: qđ nimiæ uirtutis eſt. Nã inchoare bella, quorũlibet eſt: uincere vel finire, paucoꝝ. ¶Fixũ,immotumq; ſederet.) Cogi ſeſe optat,quę ſic negat. ¶Sederet.) Placeret,ut, Et ſedet hoc animo. ¶Vinclo iugali.) Synęreſis eſt pro uinculo. Iugali aũt ꝓpter iugũ, quod imponebat̄ matrimonio cõiungendis. Vnde ẽt Iuno iugalis dicit̄. ¶Primus amor.) i.maritus. ¶Deceptam morte fefellit.) Figurate dixit, morte ſua decępit me,& fefellit. ¶Perteſum thalami, tedæq; fuiſſet.) Perteſus participiũ eſt ſine uerbi origine: & regit genitiuũ,ut hoc loco. Nam genitiuus ſingularis eſt. ¶Huic uni forſan potui ſuccũbere culpæ.) Singula ꝓnuntiãda ſunt. Ingẽti.n.dicta ſunt libra q̃bus cõfeſſioni deſiderii ſui q̄dã iniicit refrenationẽ. ¶Culpæ.) Propter antiquũ ritũ,quo repellebant̄ à ſacerdotio bis nuptę. ¶Fatebor.n.) Bene uno ſermone & culpã expreſſit & neceſſitatẽ. Fateri enim & coactoꝝ eſt & culpabiliũ. ¶Miſeri poſt fata Sichæi.) Aut muliebriter dixit Miſeri. aut mortui, ſm̃ Cice. qui in Tuſculanis miſeros, mortuos uocat. aut certe ob hoc Miſeri, cuius iam obliuiſcitur. aut ſic occiſi. ¶Sparſos fraterna cæde penates.) Si Dido-

nis,

nis,diſperſos per fugam intelligimus:ſi fratris pollutos cruore.
¶ Inflexit.) Quia ſupra ait, Fixum imotūq; ſederet.) Inflexit,
à rigido ꝓpoſito declinauit.¶ Labentem Impulit.) Impulit,&
labare fecit. Non enim lababat,qui ante imobilis fuerat.Cauen
dum ſane ne labentem contra metrum legamus. Nam la,longa
eſt,vt, Labere nympha polo. ¶ Veteris veſtigia flāmę.) Bene in/
honeſtam rem ſub honeſta ſpecie confitetur,dicens ſe agnoſcere
maritalis coniugii ardorem. ¶ Sed mihi vel tellus optem prius
ima dehiſcat.) Callide,ac ſi diceret poſſe ſe coniungi Æneæ, ſi
mors ſecuta non fuerit.¶ Pallentes vmbras Herebo.) In Here
bo:alii Herebi legunt.aut Herebo, ad Herebum: vt, It clamor
coelo.¶ Aut tua iura ſeoluā.) Propter vincla iugalia. ¶ Amores
abſtulit.) Cum illo cōſumpta ſunt deſyderia & voluptates.

DONATVS.

¶ Poſtera Phœbea lu.la.t.Hu.q; au.polo di.v. Cū ſic vnanimē
al.male ſa.ſo.) Non dixit luceſcente die Didonē ſurrexiſſe, quia
peruigil tranſegerat noctē,ſed quū primū dies fuiſſet exorta,lo
cutam talia cū ſorore.mire aūt poſuit male ſana.ſanus eſt enim,
qui nullo animi aut corporis incōmodo ꝑmitur. ſanus nō eſt, q
nullo bonæ valetudinis beneficio cōfouet̃,male ſanus eſt autē,
qui animi tormētis affligit̃, & pro ſano habet̃,interea cū poeta
ꝑmittit ſororē,ꝑmittit vnanimē, oſtendit aliquid Didonē ger/
manæ dicturā,qđ in vulgus nō deberet exire.erat.n.turpiſſimū
amoris in hoſpitē publice cōfiteri.ſed nullā putabat illa confeſ/
ſionē,qñ in duobus ſoroꝝ corporibus vnus animus fuit.¶ Anna
ſoror.) Vtrunq; cōplexa eſt, alterū nomen quo vocaret̃ ab oī/
bus,alterū quod cōſanguinitatis dederat curſus. his vocabulis
admonitā voluit,vt quod erat auditura teneret animo & conſi
lio regeret æſtimantē,& tñ cōfeſſionē ipſam, quā ſciebat inho/
neſtam nō ſemel effudit, ſed vſa eſt inſinuatione, & per longos
verboꝝ circulos venit ad eā partem, quæ ſine iactura pudoris,
quāuis apud talem ſororē proferri nō potuit.hoc loco apertius
dicit̃,quid ſit.Multa viri virtus animo, multusq; recurſat Gen
tis honos.Ait enim.¶ Anna ſoror,q.m.ſu.inſomnia te? Quis no/
uus hic noſtris ſu.ſe.ho?) Patior,inquit,ſoror inſomnia,dum cō
ſidero nihil eſſe in hoſpite noſtro, quod ꝑferri nō debeat. Noua
quippe in illo ſunt oīa neq; in vno magis q; in aliis viſa eſt Di/
do hoſpitē nouū pro amātis animo non quaſi recenti ſuſcepiſſe.
ſed noua quadam & ſingulari corpōris atq; animi ſpecie debe
mus accipere.¶ Qu.ſe.o.fe.qu.fo.pe.& ar.) Quod tacet,inquit,
quod loquit̃,quod mouet̃.quā gratū eſt,q; iocundū,q; viro for
ti cōueniens. ¶ Credo eq.(n.v.fi.)genus e.d.) Tanta in illo viro
cōſtantia eſt,vt appareat illū diis eſſe progenitū. argumentū ad
ditur,vt hoc ipſum firmaret quod videbat̃ aſſerere. degeneres,
inquit,aīos timor arguit hoc eſt ſi degener eſſet humilitatis ſuę
conſcientia premeret̃.ecce quantū laudabat, quæ alieno hoc eſt
cupidinis arbitrio ducebat̃, nō ſomno. ſed hic poetæ fauor eſt,
qui omni occaſione virtutes Æneæ meritaq; cōmendat. Inter
bona eius ponit,ꝙ nō amauit ipſe vulgaris, vt turpis,ſed ama/
tus eſt.neq; amatus ab ea,quæ eſſet pudoris abiecti,ſed ab ea,q̄
petita eſſet cōſilio Veneris,& cupidinis fraude.¶ Heu qu.il. Ia.
f.q.b.ex.c.) Oēs partes exequit̃,q̄ amanti cōgrueret. ecce enim
dolet caſus eius & grauiter ingemiſcit. Quanq; aūt ꝑmiſſa oſtē/
derent amore illā captam,tñ incipit ſenſim cōfiteri,quod amet.
¶ Si mihi nō a.fi.i.q; ſe. Ne cui m.v.v.ſo.iu.&c.) Vſq; adeo dixit
illū virū ſibi placere, vt dignum iudicaret cōſortio matrimonii
ſui,niſi ſecundas nuptias primis decepta dānaſſet.ecce venit ad
plenā cōfeſſionē. ¶ Anna,inquit,fatebor enim &c.) Verū ne iſta
cōfeſſio reprehenſibilis remaneret,annexuit iuſiurādū,quo ſibi
nuptias horruiſſe firmaret. ¶ Sed mihi v.t.o.p.i.d.&c.) Cōfeſſa
ſum,inquit,de amore,ſed melius ꝓueniet, vt ante dehiſcat ter/
ra,& me recipiat aut Iouis fulmine demittar in tartarū, q; ego
pudoris leges aut iura diſſoluā. ¶ Ille m.p.q.m.ſi.iunxit amo/
res Abſtulit,il.h.ſ.ſ.q; ſe.) Ipſa ſororis ſuæ viā neceſſariæ pſua/
ſionis oñdit,vt quod erat factura amoris impulſu,hortatu ma/
gis alieno coacta facere videret̃.ait ſemel nupſi,habeat ille mor
tuus pudoris mei pignus,q mihi florē virginitatis eripuit,& ſe/
cum habeat ac ſuo ſepulchro cōſeruet. hoc eſt obliq; dicere, qđ
dubitē nubere, quum alterius nuptias ſepultus ille nec videre
poſſit nec aliqñ ſentire?quod ꝑcipuū habui,tulit.ſufficiat ei vir/
ginitatis meæ decus, relinquat viduā neceſſitatibus ſuis, etiā ſi
aliquid ſentit coniugii noſtri ſacratiſſimū nomē,& fidē maritali
debitā thoro mors media ſuſtulit, mors deleuit. nouitatē q;dā
illius ꝓcurauit exceſſus.ſupflua reuerentia ꝓcul abſcedebat.vis
maior vrget,vis ītolerabilis cogit.īpune ſecūdi cōiugii fortuna
ſuſcipit̃, & ſi aliquid ſentire manes poſſunt impune peccatur.

ASCENSIVS.

¶ Poſtera Phœbea luſtrabat lāpade terras,&c.) Declarat poe/
ta,quomodo miſera Dido, vim amoris ſui, Annæ ſorori dete/
xit:argutiſſime quidem ingreſſa: ſic tamen vt ab eiuſdem artis
peritia,facile intelligeretur in quā partem animus ſe eius incli/
naret:quocirca incenſum animum,inflāmauit amore. In qua re
nos docet poeta,non debere conſiliū capere: ab his qui cupidi/
tatibus noſtris,potius obſequantur,q; vtilitati conſulant:& er/
go male ſana dicitur,vnanimem ſororē conſuluiſſe.Nihil eſt ar/
tificioſius: nec quod magis graphice muliebres aſtutias, & te/
ctos amores exprimat,q; præſens locus:ſed ne in īmenſum cre
ſcat opus noſtrū,adiecero dūtaxat Donati verba,quæ hęc ſunt.
¶ Anna ſoror.) Elegit ſororē vnanimem: cui turpiorē amorē cō
fiteretur.Neq; tamen aperte,ſed per inſinuationē, longo circu/
lo verboꝝ cōfeſſa eſt. ¶ Quæ me ſuſpenſam inſomnia terrent?)
Patior inſomnia,dum cōſydero nihil eſſe in hoſpite, quod prę/
ferri non debeat.¶ Quis nouus?) Noua in illo ſunt omnia,tam
in corpore,q; in animo:neq; vnq; in alio viſa: & hęc dicunt̃ pro
amantis animo.¶ Quē ſeſe.o.f.) Quam gratū,q; iucundū eſt,q;
viro forti conueniens,ꝙ tacet,ꝙ loquitur, ꝙ mouetur. Lauda/
tur etiā Æneas hic,ꝙ nō amauit vt vulgaris & turpis: ſed ama/
tus eſt,non tamen ab ea quæ eſſet pudoris abiecti, ſed eſſet peti
ta conſilio Veneris & Cupidinis fraude. ¶ Heu.) Incipit ſenſim
confiteri,ꝙ amet,ꝙ dolet caſus eius.¶ Si mihi nō.) Adeo illum
probat,vt illum iudicet dignū matrimonio ſuo,niſi priori con/
iugio ſit decepta.¶ Sed mihi vel te.) Cōfeſſa de amore,melius
pro Venere ſibi mortem dicit. ¶ Ille primus.) Oſtendit ſorori
viam neceſſariæ perſuaſionis: vt quod erat amoris impulſu fa/
ctura:hortatu alieno,magis facere videatur:ait enim, ſemel nu
pſi:habeat ille quamuis mortuus pudoris mei pignus, qui mihi
florem virginitatis eripuit:& ſecū habeat,ac ſuo ſepulchro con
ſeruet:& ſic obliq; dicit, Quid dubitē nubere: quū alterius nu/
ptias, ſepultus ille non videat: nec ſentire poſſit. Sufficiat illi,
quod præcipuum habuit,virginitatis meæ decus tuliſſe.Relin/
quat viduā neceſſitatibus ſuis inſeruire:& ſi ſentit fidem debitā
illi ſuſtulit mors:quę nouitatem quandā procurauit.Vis maior
vrget,& intolerabilis cogit: impune ſecundi cōiugii,fortuna ſu
ſcipitur.& ſi aliquid manes ſentire poſſunt,impune peccat̃.Hęc
ille.¶ Ordo eſt. Poſtera,ſup.dies:luſtrabat, ideſt illuminabat, Ordo.
& purgabat iam terras lampade Phœbea.i.luce ſolari:& auro/
ra dimouerat.ſ.prius (vnde nō eſt hyſteron proteron: quia ver
ba declarant auroram præceſſiſſe,quę dimouerat polo.i.ab he/
miſperio noſtro) vmbrā.i.noctis,quæ eſt vmbra terræ:humen
tem.i.cū humore ſemper labentē:& iam poſtera dies,luſtrabat
adhuc terras lampade Phœbea:à Phœbo.i.ſole:tūc,ſup.quū.i.
qñ,ſup.regina Dido:male.i.nō ſana:aut in malū ſuū ſana.i.ſanę
ſimilis:hoc eſt,callida & aſtuta: adloquitur ſic.i.in ſequentem
modum:ſororē.ſ.ſuā,Annā nomine,vnanimē.i.vnius animi,&
voluntatis:īmorādi.ſ.Æneę:& ſiqua fieri poſſet in cōiugiū illi/
ciendi:dicit ergo:O Anna ſoror,q̄.i.qualia:inſomnia.i.fantaſma
ta nocturna,terrent me, ſuſpenſam.i.anxiam,& perplexā,quid
agere debeā?& ne dubitet vnde ſint īſomnia,addit: Quis.i.qua
lis:hic hoſpes nouus.ſ.Æneas:ſucceſſit.i.in ſubſidium venit no
ſtris ſedibus.i.ad noſtrū regnum,duce & rege carens,& multis
inuiſum potentibus?quē.i.qualem.q.d.dii boni, q; inclytum &
magnificum: ferens.i.gerens, aut extollens ſeſe.i.ſemetipſum,
dū labores ſuos & errores narraret ore.i.oratione & ſermone?
q; forti pectore.i.animo: & q;,ſup.fortibus armis? Tria dicit,
in quibus & virtus & vitiū cōſiſtere poteſt,os,animū,& arma.
ore,loquimur:animo,cogitamus,armis, operamur,quibus qa
ſeſe vltra mortaliū ſortem geſſiſſe, viſus eſt Æneas:addit equi/
dē.i.ego quidē.q.d.neſcio quid tibi videatur: ſed ego certe cre/
do,ipſum eſſe genus.i.progeniem:& de genere deorū:aut ne in
vnum Æneā propenſius inclinatam,ſe prædicet de toto genere
Troianoꝝ,qui ſe à Dardano & Teucro, Iouis filiis ortos, adie/
runt,loquitur:reditura tamen præcipue ad Æneā: probat autē
genus eſſe deoꝝ:quia timor arguit.i.arguendo & improbando
cōuincit,animos.i.alioꝝ,eſſe degeneres.i.à nobili proſapia me/
ticuloſitate degenerare,& ignobiliter decedere:ſed timor nō ē
inuētus in Ænea:vnde addit, probās ſemper priora per poſte/
riora,quod eſt honeſtiſſimū filū connectendi carminis:heu,cō/
miſerantis interiectio:qbus.i.qualibus,ille.i.tam nobilis,gene/
roſus,inclytus,& pius hoſpes,noſter:iactatus,ſup.eſt:fatis.i.fa
talibus incōmodis,& laboribus,diis ita volētibus,aut ꝑmittē/
tibus,quo maior ſit illi gloria?q̄.i.qualia bella: canebat.i.carmi
nis eloquio enunciabat.exhauſta.i.iā expleta,& geſta,atq; per/

acta à ſe: q.d. grauiſſima, & maxime formidáda. Et ideo, quia talis eſt: Si nó ſederet .i. placeret: exiſtés fixum animo, & immotú .i. imobile: ſicut diues inacceſſos, vbi ſolis filia lucos .i. inacceſſibiles: ná Vlyſſes acceſſerat cum aliis multis: aut imotum hactenus: ſed plus dicit, ſi imobile intelligatur, verum exquiſitus eſt ſermo, vt in vtráuis parté intelligas, ſi dicit, non ſederet animo .i. ſi nó placeret oino: ne vellé .i. ꝙ nunq̃ vellé ſociare: cui .i. alicui. vinclo iugali, pro coniugali .i. matrimoniali: me .i. ſi non firmiſſime conſtituerim, ꝙ nunquá alteri nuberem: poſtq̃ primus amor feſellit me, decæptam morte .ſ. prioris coniugis Sichæi à Pygmalione interempti: & ſi non fuiſſet, ſup. me, pertęſum .i. ſi nó omnino tæderet: thalami .i. thori genialis: & tædę .i. facis nuptialis, quæ ante nubentes fertur: hoc eſt, ſi non omnino afficerer tædio matrimonii: & ſecundaꝝ nuptiarum: & ita conſtituerim, non amplius nubere: ego potui .i. potuero: ſed facilitatem aut certitudiné futuri, indicat præterito. forſan quod callide addit, ne ſe victá penitus fateatur: ſubcumbere .i. me victá dedere huic vni .i. ſoli culpæ: quę eſſet tranſeundo ad ſecundas nuptias. Nam o Anna, enim pro quia (fatebor: hoc eſt, cogor enim tibi, quú ſis mihi ſoror & fidiſſima amica, ſecreta cordis reuelare.) hic ſolus .ſ. hoſpes noſter: amatorie tamen non nominat eú inflexit ſenſus .ſ. noſtros: & impulit .ſ. in amorem ſui: animum labantem .i. à firmo propoſito paulatim decidentem: ná agnoſco veſtigia veteris flámæ .i. amoris, qué in Sichæum habui: flexit, dixit, ſolus, poſt fata .i. mortem miſeri coniugis, ſup. mei .ſ. Sichęi: & poſt penates .i. lares, aut deos familiares: ſparſos .i. aſperſos: cæde fraterna .i. a fratre meo Pygmalione, coniugi meo illata. Sed licet agnoſcá veteris veſtigia flámę: ego opté prius, vt, ſup. tellus: ima .i. profunda. dehiſcat .i. aperiat ſe mihi: ad abſorbédá .ſ. me: vel, vt, ſup. pater omnipotés .ſ. Iupiter: adigat .i. impellat me fulmine: ad vmbras, non quaſlibet, ſed ad vmbras Herebi .i. loci obſcuriſſimi in inferno: pallentes .i. pallidos, & pallidas facientes: & vt adigat me ad noctem profundam .i. ad caliginem infernalem: ante .i. priuſq̃ o pudor (ex affectione apoſtrophen facit) ego violem te: aut anteq̃ ego reſoluam tua iura, quæ ve-

tant,

Ordo.

tant, ſcilicet ad ſecundas nuptias tranſire, quæ pudiciſſimæ haberi volunt matronæ. Ille qui iunxit ſibi me, ideſt qui abſumſit me, in coniugium, ſcilicet Sichæus: abſtulit primos amores, ſcilicet meos: & ita volo, vt ille habeat, ſupple eos ſecum, & ſeruet ſepulchro: quo vno verbo, ſignificat ſe ad oppoſitum flexiſſe animum, quod Anna intelligens, dictura eſt, Id cinerem aut maneis credis curare ſepultos?

## PIERIVS.

¶ Quum ſic vnanimem adloquitur.) In cod. aliquot anti. tum, legitur, & vnanimam, vtrunq; agnoſcitur a grammaticis. De adloquitur, per d, alibi dictum. Γ Quæ me ſuſpenſam inſomnia terret.) Libentius omnes, terrent, cum antiquis codicibus agnoſcunt, vt, Inſomnia, plurali numero dicantur: ſiue τὰ ἐνύπνια vigiliá intelligamus. Nam plurali numero, inſomnia, loco hoc, pro vigiliis poſitú Soſipater Cariſius putat: quáuis & hic ſomnia intelligi poſſunt, in quibus terror. Γ Adigat me fulmine ad vmbras.) In codi. aliquot anti. abigat, legitur: nempe quia veriti ſunt bis, ad, præpoſitionem repetere. Sed enim ea ſic poſita, maiorem oſtendit vim, neq; deſunt huius eloquutionis exempla apud Vir. & Cic. vt illud, Nondum erat auditum te ad Italiam aduentare. Γ Ante pudor quá te violem, aut tua iura reſoluam.) In Romano, & in Oblongo Vaticanæ bibliothecæ, codicibus antiquiſſimis, ſcriptum eſt, violo, & reſoluo. In Longobar. etiam ita prius habebatur: altera inde manu ſuperadditum eſt, a, cum nota compendiaria, quæ pro m, poni ſolet. Corruptus etiam eſt Mediceus vbi violem, ex violo factum: & ita in Porcio contaminatum eſt vtrunq; verbum, quum violo, & reſoluo, prius ſcriptum eſſet. Finitiuum vero modum loco hoc Soſipater dubio procul agnoſcit, vbi ait, antequam modo finitiuis, modo ſubiunctiuis iungitur. Iunctum ſubiunctiuis: vt, Antequam veniſſet. Disiunctum finitiuis, vt apud Virgi. Ante pudor, q̃ te violo, aut tua iura reſoluo. Hinc, quáis lectionem probarit patet. Γ Qui me ſibi iunxit.) In antiquis aliquot exemplaribus vinxit, legitur: quod tantundem eſt, niſi quis iungere magis ad nuptias pertinere dicat. Vincire autem, amicitiæ potius eſſe.

Γ Sic effata, ſinus lachrymis impleuit obortis. POE.
Anna, reſert. Γ O luce magis dilecta ſorori, ANNA
Sola'ne perpetua mœrens carpere iuuenta?
Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris?
Id cinerem, aut manes credis curare ſepultos?
Eſto, ægram nulli quondam flexere mariti,
Non Libyæ, non ante Tyro deſpectus Hiarbas,
Ductoresq; alii, quos Aphrica terra triumphis
Diues alit, placito ne etiam pugnabis amori?
Nec venit in mentem, quorum conſederis aruis?
Hinc Getulę vrbes, genus inſuperabile bello,
Et Numidæ infreni cingunt, & inhoſpita Syrtis,
Hinc deſerta ſiti regio: lateq; furentes
Barcæi: quid bella Tyro ſurgentia dicam?
Germaniq; minas?
Diis equidem auſpicibus reor, & Iunone ſecunda
Huc curſum Iliacas vento tenuiſſe carinas.
Quam tu vrbem ſoror hác cernes? quæ ſurgere regna
Coniugio tali, Teucrum comitantibus armis?
Punica ſe quantis attollet gloria rebus?
Tu modo poſce deos veniam, ſacriſq; litatis
Indulge hoſpitio, cauſaſq; innecte morandi,
Dum pelago deſæuit hyems, & Aquoſus Orion,
Quaſſatæq; rates, dum non tractabile cœlum.

## SERVIVS.

¶ Sinú lachrymis impleuit obortis.) Sinus dicimus orbes oculoꝝ .i. palpebras, quæ à palpitatione dictæ ſunt. Ná ſemper mouentur. Impleuit auté ideo, quia lachrymæ plerunq; ſe intra oculos tenent. Et bene pmiſit excuſationem ḣis lachrymis, cómemoratione prioris mariti. Γ Anna, refert.) Suaſoria eſt omni parte plena. Ná expurgat obiecta, & oſtédit Vtilitaté. Et à timore perſuadet. Γ O luce magis dilecta.) i. dilectior. Nam antiqui frequenter pro cóparatiuo iungebant particulam Magis. Tale & illud eſt, Nate mihi vita quondá, dum vita manebat Chare magis. Γ Soláne perpetua mœrens carpere iuuéta? Nec dulces natos.) Propter liberos, quæ fuit cauſa ſecundi matrimonii: vt Iuuenalis. Sed placet Vrſidio lex Iulia tollere dulcé Cogitat hęredem. Alii male iungunt natos Veneris, Cupidiné & Æneá. Γ Veneris nec pręmia.) Voluptates. Homerus, τὰ τέ δῶρα ἀφροδίτης. Γ Id cinerem, aut manes credis curare ſepultos?) Propter illud, quia marito iurauerat: vt, Non ſeruata fides cineri promiſſa Sichæo. Et bene extenuat dicendo nó animam: ſed cineres & manes ſepultos. Dicit autem ſecundum Epicureos, qui animá cú corpore dicút perire. Γ Eſto.) Aduerbium cócedentis eſt Grecú. Γ Flexere mariti.) Non qui erant, ſed qui eſſe cupiebant. Alii intelligunt ægrá mariti, vt ſit genitiuus ſingularis .i. propter maritú. Γ Non ante Tyro.) Aut in Tyro, ac ſi

diceret

diceret Tyri. aut certe Τυρόθεν .i. Tyro: vt, Dardanus Heſperia. Γ Deſpectus Iarbas.) Rex Libyę, qui Didoné re vera voluit ducere. Et vt habet hiſtoria, quú hęc negaret, Carthagini intulit bellú: cuius timore cú cogeretur a ciuibus, petiit vt ante placaret manes mariti: & exædificata pyra ſe in ignem pręcipitauit: ob quá rem Dido .i. Virago dicta eſt, quæ virile aliquid fecit. Nam Eliſa pprie appellata eſt. Γ Ductoreſq; alii.) Ergo & Iarbas ductor. Γ Quos Aphrica terra.) Deriuationes frequenter maiores ſunt a principalitate: interdú pares inueniútur: raro minores. Vń ſupra Lacęna notádum diximus. Γ Triúphis diues.) i. bellicoſa. Γ Placitóne ét pugnabis amori? Ac ſi diceret, contépſiſti eos qui diſplicebant: nunquid etiá placito amori repugnabis? Et eſt Græcú, pugno tibi. Nam nos, pugno tecum dicimus. Γ Hinc Getulæ vrbes.) ad terroré vrbes dixit. Ná in mapalibus habitát. Γ Infreni.) Aut ſęui: aut qui equis ſine freno vtuntur. Γ Inhoſpita.) Barbara, aſpera. Γ Deſerta ſiti regio.) Inhabitabilis. Dicit auté Zerolibyen, q̃ eſt inter Tripolin & Pentapolin. Et bene terret dicés iuxta eſſe aut bellicoſas gentes, aut deſerta loca, vnde nó ſperatur auxilium. Γ Lateq; furentes Barcæi.) Hi prope ſunt a Carthagine. Vnde addidit, Late furentes. Hi ſecundum Titianum in chorographia Phœnicem nauali quondam ſuperauere certamine. Barce auté ciuitas eſt Pentapoleos, quæ hodie Ptolomais dicitur. Nam

Gyrene

Cyrene & Barce reginæ fuerunt; quæ ſingulis dederunt ciuita/
tibus noĩa. ¶ Germaniq; minas.) Propter aurum, quod ei (vt in
primo diximus) tulerat. ¶ Diis equidem auſpicibus.) Hoc dicit,
dii qui auſpices ſunt matrimonii, Æneam huc venire fecerunt.
Nuptiæ enim captatis fiebant auguriis: vt, Contentiq; auſpice
Bruto. ¶ Iunone ſecunda.) Quæ præeſt coniugiis. ¶ Tenuiſſe.)
Perfeciſſe, impleſſe. ¶ Cõiugio tali.) Ideſt viri fortis. quod ideo
non dicit, quia ſcit à Didone prædictum. ¶ Veniam.) Aut benefi
cium: aut re vera veniam periurii ſcilicet: vt, Non cineri ſeruata
fides promiſſa Sichæo. ¶ Sacriſq; litatis.) Diis litatis debuit di/
cere. Nõ enim ſacra, ſed deos ſacris litamus, ideſt placamus. Er/
go noue dixit. ¶ Indulge.) Da operam: vt, indulgẽt vino, & ver
tunt crateras ahenos. ¶ Aquoſus Orion.) Corripuit ratione ſu/
pradicta. ¶ Non tractabile.) Aſperum, intractabile.

DONATVS.

¶ Sic effata ſinum la. im. o.) Fudit, inquit, poſt verba vberes la
chrymas, vel quod veteris amoris recordatione mouebat̃, vel
ꝙ vrgebatur efficere quod animo reſpuente dãnauerat. obortæ
ſunt lachrymæ, hoc eſt ſubito ortæ, quod toties fit, quoties vr/
gente animo dolores fundunt̃, vt hoc loco. cęterũ cum de Sino
nis fletibus diceretur, lachrymis, inquit, coactis, hic ſinũ ait la/
chrymis impleuit obortis, vt lachrymaꝝ ipſaꝝ copiam demon/
ſtraret. ¶ Anna refert.) Intellectis Anna, quę agerent̃, & cõiectu
ra manifeſta collectis, eadẽ repetit deſtruẽdo. ſ. quoniã illa men
tis ſuæ talem veluti ſnĩam tulerat, vt quãuis angore teneretur,
diceret tamen ſe ſecundas nuptias perhorreſcere. incipit igitur
à perſona ſua, vt oſtẽderet futurã perſuaſionẽ à germanæ amo
re proceſſurũ, cauſa ergo meri conſilii fuit, quod ait primo. ¶ O
luce m. d. ſorori.) Hoc dicto parauit ſibi ſororis aĩum. nõ enim
cauſam eius leuiter tractare debuerat, quã plus ſe amare pro/
feſſa eſt quã lucem. In eo autem omnis cardo fuerat, quia Dido
amare ſe cõfeſſa eſt & amori ipſi propter prædicatas cauſas ne/
gauerat ſe eſſe ceſſurã. hoc itaq; fuerat deſtruendum, vt ſuaſura
eius intentionẽ obtinere potuiſſet. ¶ Sola ne perpetua m. ca. iu?
Nec d. n. veneris nec p. n?) Duas cauſas poſuit, ſed quæ in vnã re
digantur. nã iccirco, inquit, iuuentã ſolã remanere nõ conuenit,
vt opportuno tẽpore procreari liberi poſſent. verecunda per/
ſuaſio, vt nõ libidinis contẽplatione videatur ſororem hortari
ad nuptias, ſed natorum cauſa, qui profecto niſi ætatis nouellę
ſuffragio prouenire nõ poſſunt. venit ad qõnes, quæ iſtiuſmodi
cõſilia turbare potuiſſent. Dido enim dixerat ſeruare ſe velle re
uerentiam mortuo. hoc & ipſi parti reſpondens ait. ¶ Id ci. aut
m. c. ſe.) Hoc eſt cui deferre cõtendis, neſcit honorificentiã tuã.
cũ anima enim ſenſus morientis extinguit̃, totũ interit quo vi/
ta retinetur, perdit obſequiũ. quiſquis illud nõ homini ſed cine
ri prærogare cõtendit. ¶ Eſto ęgrã n. qu. fl. m. &c.) Cum adhuc,
inquit, eſſes ægra, hoc eſt, quũ recens mariti perditi te affligeret
dolor, petitores reieciſti potẽtes & plurimos. cõſenuit lapſu tẽ
poris dolor, amor placuit, cõplenda ſnĩa eſt. an tibi quod pręſu
mis ſic animo debet videri retinendũ, vt perpetuis luctibus va
cans iuuentã oẽm coniugia reſpuendo tranſmittas? ſi igitur pe/
titores primi faſtidio impedientis doloris nihil pro voluntate
meruerunt, quod nunc placuit, non debet contraria voluntate
diſſolui. ¶ Nec venit in m. q. co. a?) Quod obſcure dixit, quoꝝ cõ
ſederis aruis, incipit euidenter exponere. ¶ Hinc getulę vr. &c.)
Plenũ ſtudiũ ſuadentis exequit̃, vtpote vnanimis ſoror. nã poſt
multa neceſſaria, quæ ſuperius poſuit, addidit faciendi neceſſi/
tatẽ, ſingula cũ ſuo metu percurrens. nõ, inquit, venit in mentẽ
quoꝝ cõſederis aruis. hoc eſt nõ tractas te eſſe peregrinam, atq;
in peregrinis partibus imperiũ te velle fundare initia, oĩa habe
re laborẽ durũ, vel maxime in cauſa imperii noui, quod fœmi/
na & ſola in alienis terris parare contendis, firmiſſimã ſedẽ eſſe
innumeras gentes, quæ te maximo vrbiũ numero infeſtare nõ
dubitent, quæ ferocitate gaudeant, & potentiæ viribus poſſint
implere, quicquid animo cæperint, & cogitatione ꝑficere. Hinc
getulæ vrbes, genus inſuperabile bello. quod genus hominum
neſciat, inquit, vinci cum intulerit bellum, ecce tulit & vincendi
ſpem, ne diceret Dido, & ſi mouerint arma ſuperabo eos. & nu/
midæ infreni cingunt. cum dicit infrenos oſtẽdit indomitos, &
eos, qui nullo iure tenerentur, ac ſuis legibus viuerent, nec vel/
lent alicuius imperio ſubiugari. & inhoſpita ſyrtis, nõ quo non
ſuſcipiat hoſpites, hoc eſt ꝑegrinos, ſed quã inhumanitatis cau/
ſa omnis formidet aduenięns, vel oderit peregrinos, Poſuit in
media cingunt, ſed tribus applicandũ eſt, vt ſit, Getuli, numidę,
& ſyrtis cingunt. hoc ipſum cingunt, habet ingentẽ metũ, maxi
mamq; formidinẽ. nã cingere eſt ambire, vt & infiniti mõſtren/
tur inimici, & ſi fuerit ex neceſſitate fugiendũ, per tantos ac ta/
les exitus inuenire nõ poſſit. hinc deſerta ſiti regio, lateq; furen
tes barcæi. Similis etiã iſtoꝝ metus eſt. Nã quõ fuga per ſitien/
tes terras perindeq; deſertas fieri poteſt, aut per eos qui ſic fu/
rore rapiantur vt furorẽ ipſum latius tendant? Quid bella tyro
ſurgentia dicã? quod habuit maximũ, ſeruauit ad finẽ. cõſidera,
inquit, in quanta deſperatione ſis poſita, quantaq; ſit tuæ fortu
næ cõditio, qñ cum tot immaniſſimis gentibus timet̃ & frater,
quid futurũ ſit, ſi ille cũ copiis ſuis inſtructus adfuerit cauſę. cõ
ſiderandũ eſt qñ nec perſiſtendi facultas ſupereſſe potuerit, aut
certe fugiendi, tenebit enim ille ſubſidiũ maris, & quacunq; fu
giẽtem hoſtis durus excipiet. itaq; fiet in his terris quod domi
cõpleri non potuit ad oĩa concurrit illud quod ſuperius dixit.
Sola ne perpetua mœrens carpere iuuenta. Si enim perduraret
iuuentã ſola tranſigere, quis tot ac tantis reſiſteret inimicis? vel
quis iam q̃reret exactis tẽporibus fœminã? quæ maritum pro/
creatione filioꝝ patrẽ non poſſet efficere. poſtremo cogitandũ
cui tantũ florẽ imperii ac tanto labore quæſitũ eſſet traditura.
ſi liberoꝝ poſteritas nõ ſuperaret, quoꝝ tantã gratiam eſſe con/
ſtaret, vt parentes gaudeant. ſi ad eos potius bene parta tranſ/
mittant? ¶ Diis equidem au. r. & Iu. ſe. Huc c. i. v. te. c.) Optabat
ſuadentis voto vnũ, quod ſi obiiceret̃ mouere potuiſſet, ne for
te hoc ipſum cõtra voluntatẽ Iunonis fieret, quã cõſtabat Tro/
ianis infeſtã. Tulit hoc prior anna, & coniecturaliter poſuit non
timendũ. ait enim, ſi nollent dii nobis coniungi Troianos, nũ/
quã noſtra littora tetigiſſent, deniq; ipſam Iunonẽ procuraſſe
confido vt pulſi propriis regnis noſtris potius vtilitatibus ad/
derentur. nam non eſſet ſecunda Troianis, niſi hoc regnũ, quod
ſtruis, ſecuritas exegiſſet. dehinc oſtendit cõmodũ, quod ex fa
cto ipſo eſſet prouenire. ¶ Quã tu vr. ſo. h. c? q. ſu. r? Con. t. te. co.
ar. &c.) Si, inquit, ſola tanta potuiſti diſponere, quanta erit feli/
citas tua, quantũq; rebus oĩbus proſperitatis accreſcet acquiſi
to tali coniugio, & Troianis opibus felici ſocietate coniunctis?
¶ Tu m. p. d. ve. ſa. q; lit. In. ho. &c.) Poſt oẽm perſuaſionis cur/
ſum dat conſilium, quo Æneas in illis terris diutius tenere po/
tuiſſet. fac, inquit, ſacrificia numinibus, & eoꝝ fauorem ſic obſe/
quendo concilia, cũq; hoc neceſſario feceris indulge hoſpitio,
hoc eſt illoꝝ peregrinationẽ vberius foue, ne deficiendo victus
ſubſtantia diſcedere Troiani cogerent̃. deinde procurata iſtiuſ/
modi ſecuritate innecte properantibus moras, ꝑtende cauſas,
q̃ illos a nauigatione deterreãt. dic importunæ iam interueniſ/
ſe hyemis tẽpus, ſidera quoq; vehementer eſſe cõtraria, quaſſa
tas naufragio rates aſperis interea flatibus non eſſe credendas,
motus cœli quoq; contrarios, Hæc Troianis proponenda non
incaſſum anna mandabat. ſciebat enim facile his moueri poſſe
formidinem, quorum tanta millia Ænea referẽte cognouerat,
& qui recentes a naufragio fuiſſent, facilius ceſſaturos.

ASCENSIVS.

¶ Sic effata, &c.) Vehementiam amoris, quã verbis fateri eru/
buit, lachrymis ꝓdidit: vnde ſoror animũ eius agnoſcens, oleũ
addidit camino, & incẽſam inflãmauit ſequẽti orõne: de qua di
cit Dona. ſic. ¶ Lachrymis.) Quas effundebat, vel recordatione
veteris mariti, vel qđ cogat̃ id facere, qđ aĩo reſpuente dãnaue
rat. ¶ Obortis.) Subito coortis. Sic. n. fit, qñ dolore animi fundũ
tur. Cõtra de Sinone, Lachrymiſq; coactis. ¶ O luce. m. d.) Oñ/
dit cauſam meri cõſilii fuiſſe, quũ ex amore loquatur: & deinde
aggredit̃ aſtruere cauſas, ꝓpter quas ipſa negauerat ſecũdas nu
ptias. ¶ Nec dulces natos.) Honeſtã cauſam proponit: ne libidi/
nis, ſed liberoꝝ creandorũ cauſa, illã hortari videat̃. ( Id cine/
rem.) i. hic, cui deferre cõtendis, neſcit honorificentiã tuã. Quũ
anima enim, ſenſus moriẽtis extinguit̃, totũ interit, ꝑditq; ob/
ſequiũ, qſqs illud nõ homini, ſed cineri ꝓrogare cõtẽdit. ¶ Eſto
ægrã.) Quũ adhuc eſſes ægra, ex recẽti dolore, nulli flexerunt
te. Nũc nõ repugnabis placido amori. ¶ Hinc Getulæ vr.) Expri
mit qđ obſcure dixit. ¶ Quoꝝ cõſederis aruis?) Poſt aũt multa
neceſſaria, q̃ ſuperius poſuit, addit faciẽdi neceſſitatem, ſingula
cũ metu diſcurrẽs: dicit ergo, non cõſyderas te peregrinã: & in
locis peregrinis te imperiũ velle fundare: & omnia initia, ꝑſer/
tim imperii, habere laborẽ durũ. Quod fœmina & ſola, paras
vrbẽ fundare: quũ innumeræ gentes poſſint te magno numero
vrbium infeſtare: quæ viribus & ferocitate valent. ¶ Inſupera/
bile, & infreni.) Inuincibiles oſtẽdit. Infreni, q ſuis legibus vi/
uentes, nollẽt alieno imperio ſubiugari. ¶ Inhoſpita.) Nõ quod
non ſuſcipiat hoſpites, ſed quã inhumanitatis cauſa, omnis for/
midet aduenięs, vel oderit peregrinus. ¶ Cingunt.) Hoc ipſum
cingunt, habet magnã vim: nam cingere eſt ambire: vt infiniti

monſtrentur

monſtrentur inimici vndiq;.ne per illos, ne ve etiã per deſerta fugere poſſis. ⸿ Germani minas?) Hoc vt validiſſimum poſuit, quaſi iſtis addeť, q̃ mare obſidebit, ne fugere poſſis. Poſtremo illi hunc cogitandũ proponit, cui imperiũ ſit relictura, ſi careat liberis. ⸿ Diis equidẽ.) Poterat timere Dido Iunoni hoc nõ placere: ſed cõiecturaliter remouet Anna: ait.n.ſi nollent dii nobis cõiungi Troianos, nunq̃ illi noſtra littora tetigiſſent: & credit Iunonẽ ꝓcuraſſe, vt Troiani à patria pellerenť: vt huic regno fauerẽt. ⸿ Quã tu vrbẽ.) Si ſola tantũ regnũ paraſti, quid facies Troianis adiuta? Ergo fauorẽ deoꝝ ſacrificiis cõcilia. ⸿ Indulge hoſ.) i.illoꝝ peregrinationem vberius, foue: ne deficiẽtibus reb. Troiani recedere cogantur. ⸿ Cauſasq; in.m.) Prætende cauſas quæ illos à nauigatione arceãt. Hæc ille. ¶ Ordo eſt. Dido effata.i.eloquuta: ſic.i.in morẽ prædictũ: impleuit ſinus.ſ.oculoꝝ.i. palpebras (ſm Ser. qui vult lachrymas in orbibus oculoꝝ immoratas: quaſi indecoꝝ ſit, ſi effuderit:) ſed quia addit, obortis.i.ꝑter ſpem ortis: videť poeta ſignificare, ĩpleſſe ſinus, nõ oculoꝝ, ſed veſtiũ) lachrymis obortis.i.ſubito, & cõtra inſtitutũ ortis: vel recordatione mariti prioris, vel amore noui, quũ vereatur: quod ſentiret fateri, Anna refert.i.reſpondet ad obiecta contra nouas nuptias, & ꝑſuadet ad eas, o dilecta.ſ.Dido, ſorori.ſ.mihi, q̃ ſoror tua ſum: magis luce.i.vita ꝓpria, aut luce vitali: poſuit autẽ magis dilecta, pro eo quod eſt dilectior: ne, pro an: tu carpere.i.cõſumeris paulatim: ſola.i.in viduitate perſeuerans, mœrens.i.lugubris & triſtis iuuenta: perpetua.i.per totã iuuentam tuã, quãtũ ipſa ſe perpetit.i.cõtinuat. Nec noris.i.noueris: dulces natos.i.q̃ dulces ſunt liberi, his qui procreant eos: nec premia Veneris.i.voluptatẽ libidinoſam.q.d.id ſtulte facis. Nã quod dixit, Ille meos primus, &c.nihil facit, vnde addit, credis.i.credis ne: cinerẽ.ſ.Sichęi, aut manes ſepultos.i.ſpiritus defuncti Sichęi, curare id.ſ.vt carpere perpetua iuuẽta? q.d.id fieri non debere: quũ ſuperſtitioſum ſit & friuolum. Eſto, aduerbiũ concedentis, tam apud Gręcos, q̃ apud Latinos.q.d.permittať ita eſſe: & dicamus, ꝙ nulli mariti.i.qui voluerũt eſſe mariti, flexere te quondã.i.aliq̃n ante hac: nõ.ſ.te flexit, ductor quãuis Libyæ: aut Hiarbas Libyæ.ſ.ductor, nõ inquã te flexit: ante.i.prius, Hiarbas Tyro.i.de Tyro: deſpectus.ſ.tibi: & alii ductores, quos terra Aphrica.i.Aphricana, niſi ſit appoſitio: diues triumphis.i.victorioſã, & ſæpe triũphare ſolita: aut ditata ex opimis ſpoliis & exuuiis eoꝝ, quos in triũphos duxerit: alit.i.nutrit, & fouet.i.ponamus ꝙ principes Aphrici te nõ flexerint: pugnabis ne etiã amori placido.i.cũ amore placẽte reſiſtẽdo ei? q.d.id factum nõ decere: quũ liceat ſubcũbere amori, quia id cineres nõ curant: & vtile ſit, vnde addit: Non venit.i.venit ne in mentẽ.i.conſyderas ne quoꝝ aruis conſederis.i.locum habitandi cæperis? (A conſido, potius q̃ à conſideo: vnde in.j.Æneí. Vultis & his mecũ pariter conſidere regnis. recte ergo Valla ſentit, ſido, & ſedeo, vnum habere in voce quidem præteritũ, ſedi.) Vrbes Getulæ.i.Getulorum, qui ſunt populi Aphricani: appoſitorie, genus, ſcilicet hominum, inſuperabile bello: & Numidę: populi illi Aphricani: infreni, ideſt indomiti, & nullo freno coerciti: & Syrtis inhoſpita.i.inhoſpitalis: barbara, & aſpera cingunt nos hinc.i.ex vna parte vrbis noſtrę: & regio.ſ.Libyca: deſerta ſiti.i. propter aquarum penuriam, quę intolerabilem ſitim procreat: & Barcæi.i.populi: furentes.i.debacchantes, late, ſup.cingunt nos: hinc.i.ex alia parte. Quid dicam? q.d.fruſtra, quum tute ea noris: bella ſurgentia Tyro.i.contra Tyriam, vrbem Carthaginem: ſed melius, Surgẽtia Tyro.i.à Tyro: vnde profecta eſt Dido: vnde in.j. Imperiũ Dido Tyria regit vrbe profecta: q; pro & minas germani.ſ.Pygmalionis: qui propter ablatum auri & argenti immenſum pondus ſororem inſequi parabat. Equidem .i.ego quidem reor: carinas.i.naues: a parte totũ. Iliacas.i.Troianas, tenuiſſe vento.i.vi ventoꝝ: curſum huc.i.ad nos: diis auſpicibus.i.præſidibus: aut ad futuras nuptias auſpicantibus: & Iunone.ſ.pronuba: ſecunda.i.proſpera, & ſequente deoꝝ auſpicia. Nam, o ſoror quã.i.qualem cernes hanc vrbem.q.d.clariſſimam: & quę.i.qualia regna cernes, tu ſurgere.i.oriri, ſup. ex tali.i.talis herois: coniugio: & hoc armis.i.bellicis potentiis: & copiis Teucrum.i. Teucrorum comitantibus. q.d.etiam inclytiſſima, ac potentiſſima: & quantis rebus attollet.i.eriget: ſe gloria Punica.i.Punicoꝝ populorũ: hoc eſt, Pœnorũ.q.d.maximis: tu modo.i.ſolũmodo, aut nunc, poſce deos.i.a diis: veniam.i.hãc gratiam, aut beneficium, vt rite ſecũdent: aut veniam periurii: quia cineri Sichæo fidẽ nõ ſerues: & indulge.i.da operã: hoſpitio.i.vt detineas eũ hoſpitio: ſacris litatis.i.diis litatis: hoc eſt, placatis per ſacra: aut ſacris litatis.i.ad litandos deos factis: & innecte.ſ.Æneæ. cauſas morandi.i.immorandi: docet quomodo .ſ.dum.i.quoaduſq;: hyems.i.tẽpeſtas hyberna: deſęuit.i.multum ſæuit: (& eſt pręſentis temporis:) aut deſæuit.i.deſęuierit .i.ſæuitiã ſuam finierit: & dũ Orion.i.ſtella Orionis: aquoſus.i. aquas, & nymbos excitans, ſup.deſæuit: & dum.i.q̃diu: rates, ſup.ſunt: quaſſatæ.i.concuſſæ, & lacerę, necdum refectæ: & dũ cœlum.i.regio aeris eſt, non tractabile.i.dura & aſpera.

### PIERIVS.

¶ Sinũ lachrymis impleuit obortis.) In veteribus codicibus aliquot, lachrumis abortis, legiť: ſed obortis interpretes agnoſcunt. ⸿ Quos Aphrica terra triumphis Diues alit.) In Romano codice legere eſt, triumphos, accuſatiuo caſu: vt ſit, quos triumphos, pro triumphales viros. Rectius tamen eſt, Diues triumphis, vt agnoſcit Seruius. ⸿ Placido ne etiã pugnabis amori?) Quãuis, placido, nomen in aliquot codicibus manu ſcriptis habeatur: lõge tamẽ melius, placito, eſſe dixerim: vt emẽdatiora legũt exẽplaria. ⸿ Hinc Getulæ vrbes,) In antiquis aliquot codicibus, Gętulæ, cum diphthongo prima ſyllaba ſcriptum obſeruaui, Græcoꝝ more: apud quos γαιτοῦλοι Libyæ populi, p̃ αι ſcribitur: iidẽ γαίτυλοι, Artemidoro ſunt. Noſtri cur nomẽ hoc abſq; diphthongo ſcriptitent, mihi nõ conſtat: neq; cur auſus ſit Martialis primã & ſecundam in hoc nomine corripere, quanq̃ in media o paruũ ex diphthõgo abiici poteſt, & υ, quod in u, apud nos trãſire ſolet, ea ratione corripi, ꝙ cõmunis apud Græcos habeatur. Id non ita eueniat in prima ſyllaba, ſi Græci codices recte per αι diphthongum eam ſcribunt. ⸿ Genus inſuperabile bello.) In Romano codice, Genus intractabile, legiť, eo modo quo in Æneí.j. Sed fines Libyci genus intractabile bello. Magis tñ placet hic, inſuperabile: quia magis terret ob difficultatem: & perſuadet à neceſſitate validi alicuius auxilii cõparandi. ⸿ Huc curſum Iliacas vento tenuiſſe carinas.) In Ro.co. & in Porcio legere eſt hũc curſum: hoc eſt, hãc viã: & ita in vno ex iis qui apud me ſunt, & in Donatiano. Nõnulli tamen eruditi quidẽ viri magis probãt aduerbiũ, huc. ⸿ Tu modo poſce deos veniã.) In cod. pleriſq; vetuſtis, deum, habeť: ſed melius deos multos enim inferius numerabit, q̃bus ea ſacra faciet. ⸿ Deſęuit hyems.) Antiqui omnes codi. quotquot inſpexi, hyemps, p p, & s, finales literas ſcribunt: quod Teren. Scau. fert impatienter, ex eo iam tempore ea oborta ſtribiligine.

⸿ His dictis incẽſum aĩum inflãmauit amore, POE.
Spemq; dedit dubiæ menti, ſoluitq; pudorem.
Principio delubra adeunt, pacemq; per aras
Exquirunt, mactant lectas de more bidentes
Legiferæ Cereri, Phœboq;, patriq; Lyæo,
Iunoni ante omnes, cui vincla iugalia curæ.
Ipſa tenens dextra pateram pulcherrima Dido,
Candentis vaccæ media inter cornua fundit,
Aut ante ora deum pingues ſpatiatur ad aras,
Inſtauratq; diem donis, pecudumq; recluſis
Pectoribus inhians, ſpirantia conſulit exta.

### SERVIVS.

¶ Incenſum inflãmauit.) Vt Horatius, Oleum adde camino. ⸿ Soluitq; pudorẽ.) Propter vincla caſtitatis. ⸿ Delubra.) Delubrũ dictum, vt ſupra diximus, propter lacum in quo manus abluuntur, vel propter tectum coniunctum. aut certe ſimulachrum ligneum delubrum dicimus, à libro, hoc eſt raſo ligno factũ, quod Græce ξόανον dicitur. ⸿ Pacẽq;.) Beniuolẽtiã. ⸿ Per aras exquirunt.) Ideſt ſacrificando explorant an dii vellẽt huic rei cõſentire. Dicendo autem Per aras, auſpicalẽ artẽ oſtẽdit: vt, Spirantia conſulit exta. ⸿ Mactant.) Verbum ſacrorum, κατὰ

κατὰ εὐφημισμὸν, dictum, vt adolere. Mactare proprie eſt magis augere. ⸿ Lectas bidẽtes.) Nõ vacat Lectas. Moris.n.fuerat, vt ad ſacrificia eligerenť oues, q̃bus nihil deeſſet: vt in ſexto, Nunc grege de intacto ſeptẽ mactare iuuẽcos. Bidẽtes aũt dictę ſunt q̃ſi biennes: q̃a neq; minores aut maiores licebat hoſtias dare. Sunt etiã in ouibus duo eminentiores dentes inter octo, q non niſi circa bimatũ apparent: nec in oĩbus, ſed in his q̃ aptę ſacris inueniunť. ⸿ Legiferę Cereri.) Leges enim ipſa dicitur ĩueniſſe. Nã & ſacra ipſius Theſmophoria vocantur. Sed hoc ideo fingitur, quia ita inuen

tum




tum frumentũ à Cerere, paſſim hoĩes ſine lege vagabant᷑: quæ feritas interrupta eſt inuento vſu frumentoꝝ, poſtq̃ꝫ ex agrorũ diuiſione nata ſunt iura. ❡ Phœboq́ꝫ.) Qui pręeſt auſpiciis, quibus vrbes regunt᷑. ❡ Patriq́ꝫ Lyęo.) Qui vt ſupra diximus, aptę vrbibus libertatis eſt deus. Vnde etiam Marſyas eius miniſter eſt in ciuitatibus libertatis indiciũ: qui erecta manu teſtat᷑ vrbi nihil deeſſe. Et cõmunis hoc habet ſenſus, Sacrificabat, inquit, primo numinibus, quæ vrbi præſunt, quaſi nuptura pro vtilitate reipublicæ. Deinde Iunoni, cui curæ ſunt nuptiæ. Eſt etiã ſenſus altior. Nam facturi aliquid: ante aduerſos placamus deos: & ſic propitios inuocamus: vt, Nigram hyemi pecudẽ Zephyris fœlicibus albam. Ergo modo nuptura placat ante Cererem: quæ propter raptum filiæ nuptias execrat᷑: Apollinem, qui expers vxoris eſt: Liberum, qui niſi raptã coniugem habere non potuit: & ſic Iunonẽ cõciliat. ❡ Cui vincla iugalia curæ.) Quia eſt & Curetis, & matrona, & regina. ❡ Candentis.) Candidę: participium eſt pro nomine. ❡ Media inter cornua fundit.) Nõ eſt ſacrificium, ſed hoſtiæ exploratio, vtrum apta ſit. ❡ Ante ora deum.) Ante ſimulacra. ❡ Spatiatur ad aras.) Matronę enim ſacrificaturæ circa aras faculas tenentes, ferebãtur quaſi cũ quodam geſtu, vnde Salluſtius, Saltare elegantius q̃ꝫ neceſſe eſt, ꝓbæ. ❡ Inſtauratq́ꝫ diẽ donis.) Muneribus, quæ aut diis offerebat: aut donabat Tyriis vel Troianis. Inſtaurat autẽ ideo, quia iam ſupra ſacrificauerat: vt, Simul Æneã in regia ducit Tecta, ſimul diuũ tẽplis indicit honores. ❡ Inhians.) Intenta per ſolicitudinem. ❡ Spirantia.) Palpitantia: quaſi adhuc viua.

DONATVS.

❡ His dictis in.a.in.a.&c.) Retinens poeta, quia non inuitæ ſed volenti ſuadebatur, & quod ſuperius dixiſſet Didonẽ, cęco igni carpi

carpi hic poſuit. his dictis incenſum aĩum inflãmauit amore, vt dictis antequã ventoꝝ ad iumento, quod ardebat fortius, validiusq́ꝫ flãmaret amore. bis accipiendum, vt ſit, his dictis incenſum aĩum amore. inflãmauit amore. hoc eſt amore primũ amoris augmẽto cumulauit. data quoq́ꝫ ſpe cõmodi ex his, quæ ꝓ futura dicebat, obtinuit, & quicquid dubitationis eſſe potuerat penitus remouit illousq́ꝫ, donec verecundia oĩs, & pudor perſuaſione ceſſiſſent. Terentiana ſnĩa huic loco cõuenit, qua dictũ eſt. dum in dubio eſt animus paulo momento huc vel illuc impellitur. facile.n. quo quis voluerit aĩum dubitãtis adducit, qm̃ ineſt iam pars parata volũtatis. ❡ Pri.de.a.p.q́ꝫ p.a. Exquirũt.) Ecce fiunt, quæ ſoror ſorori dixerat eſſe facienda, & primũ & ante oĩa, quod dictũ eſt, tu modo poſce deos veniã ſacroꝝ pręmiſſis obſequiis. ecce adeunt iam tẽpla, & deoꝝ fauorẽ ſacrorũ ſibi exhibitione conciliant. ❡ Mactant le.d.m.bi. Legiferæ Cereri &c.) Mactantes ſolẽniter ea animaliũ genera, quæ diis ad cauſam neceſſariis cõuenirent, & primũ Cereri legiferæ, propterea ꝙ populoꝝ conſenſus niſi legibus teneri nõ poſſit. Phœbo, vt in futurũ ꝓſperiora ꝑficeret, q̃ optabant᷑. libero patri, vt ꝑſtaret lætitiã ſempiternã, Iunoni vel maxime, quæ coniugioꝝ teneret pleniſſimã poteſtatẽ, & ne Troianis inuidens expugnaret Didonis affectũ quã ſplẽdida dictio, q̃ꝫ artificioſa, q̃ in ordinatione verboꝝ nouiſſimã poſuit Iunonẽ, nec tñ nouiſſimæ ſacrificatũ memorauit. addẽdo.n. ante oẽs oñdit ipſi primo ſacrificio ꝯ honores exhibitos. ❡ Ipſa te.d.p.pu.Dido &c.) Fiebãt ꝑ alios alia, Dido vero offõ ſacerdotis functa, iter vaccæ cornua paternã fundebat. aut añ aras pĩgues, hoc ẽ pecoꝝ corꝑib⁹ onerata in ipſo deoꝝ cõſpectu ſpatiabat᷑. hoc eſt eũdi ac redeũdi vices creberrimas ꝓcurabat. ❡ In.q́ꝫ d.d. (Neq́ꝫ hoc ſemel ſed ſępius

pius

piuſ faciebat, vt produceret diē, volēs diutius habere p̄ntem, quē amabat. ⸿ Pecudūq; r. Pe. in. ſp. co. e.) Quærebat futura in interioribus pecoꝝ. conſulit, ſic poſuit quaſi exta poſſent reuocare reſponſum. ſed videntur reſpondere dum conſulentiū viſibus ſigna commiſſæ conſultationis oſtendunt.

ASCENSIVS.

¶ His dictis incenſum animum inflāmauit amore, &c.) Docet, quomodo verbis ſororis perſuaſa, diis ſacrificabat: & oracula q̄bus croditura nō erat, poſcebat. de qua re dicit Dona. ſic. ⸿ Incenſum inflam.) Bis repete. ſ. animum incenſum amore, inflammauit amore. Nam data ſpe cōmodi, ex iis quæ profutura dicebat, adeo dubitationē remouit: vt omnis verecundia & pudor ceſſerit. ⸿ Legiferæ.) Quia populoꝝ conſenſus, niſi legibus, retineri nō poſſit. ⸿ Phœ.) Vt in futurū, proſperiora perficeret, q̄ optabant. ⸿ Lyęo.) Vt præſtaret lætitiā ſempiternā. ⸿ Iunoni.) Quia cōiugioꝝ, tenet pleniſſimā ptātē. ⸿ Ipſa tenens.) Alii, alia faciebant: ipſa ſacerdotis munere fungebatur. ⸿ Pingues.) Pecorum corporibus oneratas. ⸿ Spatiatur.) Eundi, & redeundi, vices crebras procurabat. ⸿ Inſtaurat.) Sæpius hoc faciebat: vt produceret diem, volens diutius habere pręſentem quē amabat. Hæc ille. Ordo. ¶ Ordo eſt. Anna inflāmauit. i. in flāmas prorumpere fecit, animum. ſ. Didonis: incenſum. ſ. occulto incēdio amoris inflāmauit, dicit, his dictis. i. hac p̄ſuaſione ſua, & dedit menti dubiæ. i. ancipiti, quidnā agere deberet: ſpem. ſ. nubēdi, ſecundo ſaluo decore: & ita ſoluit pudorem: quo arcebatur a ſecundis nuptiis. Et ergo ipſæ ambæ adeunt principio. i. ante oīa: delubra. i. templa, in quibus erant deoꝝ ſimulachra: & exquirunt, ideſt exquiſite quęrunt: & implorant pacē. i. pacationem, conciliationem, & beniuolentiam deoꝝ: per aras. i. per auſpicabilem artē, aut per ſacrificia: & mactant. i. occidunt ad ſacrificādū (eſt enim propriū ſacrificiis verbum, macto: quaſi magis aucto, ſeu augmento ſacrificio.) bidentes. i. oues. lectas. ſ. a grege: de more. ſ. ſacrificantiū, bidentes quę legi volunt: ſicut tauri eſſe intacti, & ſues eximii. Mactāt, dicit, Cereri legiferę. i. quę primas leges tulit: aut propter cuius inuentum, primæ leges latæ ſunt: ne. ſ. quis metat, vbi non ſeuerit: & Phœbo, ideſt Apollini: & Lyæo. i. Libero, ſeu Baccho patri: & ante oēs, ideſt præcipue Iunoni: cui vincla, ideſt vincula: iugalia. i. matrimonialia, ſupple ſunt curæ: quia pronuba dicitur: & nubentium præſes. Ipſa pulcherrima Dido, quaſi ſacerdos & regina, ita, vt id ei decētiſſime cōueniret: tenens pateram, ideſt vas vinarium, aut poculum, patens dextra. ſ. ſua: fundit. i. effundit inter media cornua vaccæ candētis. i. mundæ, & intactæ: aut. ſ. dum non fundit, ſpatiatur ante ora deum: ad, ideſt iuxta aras pingues, ideſt adipe & ſanguine imbutas: & inſtaurat. i. augmentat, & celebrat diem. donis. ſ. variis in templa, aut in Tyrios collatis: & ipſa inhians. i. auide inſiſtens: pectoribus pecudum. ſ. mactataꝝ: conſulit. i. cōſilium expetit: exta ſpirantia. i. adhuc vitalē ſpiritum habentia, & palpitantia. i. ſtudioſiſſime omnia facit: capta, videlicet amore ardētiſſimo: vſq; adeo, vt quæ vates cauenda præcinerent, illa affectaret: vnde ſequitur, Heu vatum, &c.

PIERIVS.

¶ Animū inflāmauit amore.) In Ro. codi. & quibuſdā aliis, inflāmauit, ſimplex verbū habet: quo vſus eſt ét Catullus, Flammati Phaethōtis. Sed lōge numeroſius eſt, Aīum inflāmauit dicere. ⸿ Legiferę Cereri.) In Ro. co. ī Medi. in Porcio, & q̄buſdā aliis anti. frugiferę, legif. Sed. n. Ceres inuētrix legū, a M. Tullio dicit̄ in fine actionū in Verrem. Et rationē hic reddit Ti. Dona. cur legiferā Cererē veteres appellarint. ⸿ Media inter cornua fundit.) In pleriſq; veteribus codi. fudit, habetur pręterito tēpore. Sed pręſens, dilucidiorē facit narrationem.

Heu vatum ignaræ mentes, quid vota furentem,
Quid delubra iuuant? eſt mollis flamma medullas
Interea, & tacitum viuit ſub pectore vulnus.
Vritur infelix Dido, totaq; vagatur
Vrbe furens, qualis coniecta cerua ſagitta,
Quam procul incautam nemora inter Creſſia fixit
Paſtor agens telis, liquitq; volatile ferrum
Neſcius, illa fuga ſyluas, ſaltusq; peragrat
Dictęos, hęret lateri letalis arundo.
Nunc media Æneam ſecum per mœnia ducit,
Sidoniasq; oſtentat opes, vrbemq; paratam.
Incipit effari, mediaq; in voce reſiſtit.
Nunc eadem labente die conuiuia quærit,
Iliacosq; iterum demens audire labores
Expoſcit, pendetq; iterum narrantis ab ore.
Poſt vbi digreſſi, lumenq; obſcura viciſſim
Luna premit, ſuadentq; cadentia ſydera ſomnos,
Sola domo mœret vacua, ſtratisq; relictis
Incubat. illum abſens abſentem auditq;, videtq;.
Aut gremio Aſcanium genitoris imagine capta
Detinet, infandum ſi fallere poſſit amorem.
Non cœptę aſſurgunt turres, non arma iuuentus
Exercet, portusue, aut propugnacula bello
Tuta parant, pendent opera interrupta, minæq;
Murorum ingentes, ęquataq; machina cœlo.

SERVIVS.

¶ Heu vatū ignarę mentes.) Nō ſacerdotes vituperat quaſi neſcios, ſed vim amātis exprimit: & inde vituperat ſacerdotes qui admonuerūt nō crediturā. Nā omnia futura à ſacerdotibus prædicta eſſe, ſequens indicat locus: vt, Multaq; præterea vatū prædicta priorum. ⸿ Eſt.) Verbū eſt indeclinabile. Nā frequenter deficit. Eſt autem huius poſitio edo es eſt. Inuenimus (ſed qđ abolitū eſt) edo edis edit. Vnde eſt edere & comedere, qđ hodie non dicimus. Nā ab eo quod eſt es, eſſe & comeſſe facit: quo tempore etiā pro pręſenti vtimur, vt volo eſſe. Nā in defectiuis tēpora pro temporibus ponimus, vt odi, noui, memini: odiſſe noſſe, meminiſſe: etiā pro præſenti ponuntur. nā odire, nouire, meminere non poſſumus dicere. ⸿ Vrbe furens.) Furor enim eſt amor, in quo nihil ſtabile. Vnde & Cupido puer inducitur, quaſi inſtabilis & infans, qui non pōt fari. Vnde paulo poſt, Incipit effari, mediaq; in voce reſiſtit. ⸿ Qualis cōiecta cerua ſagitta.) Satis congrua cōparatio. ⸿ Creſſia.) Cretenſia. Nā Gręce Cres facit. Vnde facit & Latinę Cretēſis, vnde eſt cretēſia. ⸿ Agēs telis.) Vrgēs, perſequens. ⸿ Neſcius.) Ignotus, ignarus, latens: non qui ceruā neſciret. & rara ſunt verba, quæ per contrarium ſignificant. Nā quū vector ſit proprie qui vehit, inuenimus etiā vectorē eum dici qui vehitur: vt Lucanus, Vectoris patiens tumidū ſupernatat amnē. Tale eſt & formidoloſus, quū ſit timidus: & timendū ſignificat. Cum enim exigat ratio, vt nomina verbalia agentis habeant ſignificationem: pro paſſiua ſignificatione plerunq; ponuntur. ⸿ Fuga.) Curſu: vt, Simul arua fuga, ſimul æquora verrit. Nam intelligere nō poſſumus fugam, quum dicat peragrat.

Peragrare

Peragrare enim eſt circumire inquirendo. ⸿ Dictæos.) Cretenſes, Ceruæ vulneratæ dictamū quærunt: vt in duodecimo legimus, Non illa feris īcognita capris gramina. ⸿ Letalis arundo.) Hoc propter futurū omen Didonis. ⸿ Sidonias.) Pygmalionis. vel Sychęi. ⸿ Vrbēq; paratā) ad illđ pertinet, quod Æneas ꝑpter ciuitatē nauigat. Sed alii mouent q̄ōnem q̄uō Paratā, quū paulo poſt inferat, Pendent opera interrupta, minęq; murorū: ſed paratū pōt dici, cui ét paululū ſupereſt: vnde eſt, minęq; muroꝝ ingētes. ⸿ Incipit effari, mediaq; ī voce reſiſtit.) Sic Horatius, Cur facūda parum decoro inter verba cadit lingua ſilentio? ⸿ Labente die.) Quia in vſu nō erant prādia: vt Iuuenalis, Exul ab octaua Marius bibit. ⸿ Demens.) Quia ea quę nouerat, audire cupiebat. ⸿ Narrantis ab ore.) Vt eū intueret̄. Et hoc loco per oīa amātis affectus exprimitur. ⸿ Obſcura luna.) Ideſt nox. Nā nihil tam contrariū lunæ eſt, q̄ obſcuritas. ⸿ Sola.) Sine eo quē amabat. Nā regina ſola eſſe non poterat. Eſt autē Plauti, qui inducit inter multos amatorē poſitum dicentem ꝙ ſolus ſit. ⸿ Mœret.) Per diphthongū eſt triſtis. Nā aliter militat ſignificat. Sane mœror aliud eſt. ⸿ Abſens abſentem.) Terentius, Præſens præſentem eripi, abduci ab oculis. ⸿ Imagine capta.) Ob amati ſimilitudinem. ⸿ Minæ.) Eminentiæ murorum: quas pinnas dicunt.

DONATVS.

¶ Heu vatū ignaræ mentes, quid vota fuerentem? Quid delu. iu. &c.) Fiebāt, inquit, ab īprudētibus ſacra nullis amoꝝ neceſſitatibus profutura. fiebāt ab his, qui ſibi velut vaticinādi ſcientiam uendicarent, & quū aliud ageret̄, nō intelligebāt Didonis ardorem.

ardorem.profuturos ſe arbitrabantur his, quæ interueniente ignoratione neſcirent.quid enim, quæ ſoluebantur,numinibus vota amanti prodeſſe potuerant? quũ amoris ardor iamdudũ molliter ſerpens in ĩmoderata incendia proruppiſſet?¶Eſt mollis flāma medullas Interea &c.) Deniq; cum illa omnia fruſtra agerentur,amor Didonis medullas & viſcera cõſumebat,neq; eam patiebatur vllo in loco conſiſtere, vt vaganti totius ciuitatis non ſufficerent ſpatia.dat ſimilitudinem poeta, vt oſtendat queadmodũ per totam vrbẽ Dido ferebatur, & data diſcurrendi neceſſitas fuerat.¶Qualis co.cerua ſa.Quā p.in.ne.in.c.f.Paſtor &c.) Didonẽ comparauit ceruæ.ſiluas ciuitati.mobilitatẽ ceruæ Didonis diſcurſibus.ſagittā Paſtoris ſagittæ cupidinis, paſtorẽ cupidini. curſum inefficacem ceruæ cũ Didonis errantis immoderatis anfractibus.ſubtracto ſimilitudinis iſtius contextu ſuperioribus inferiora,iunguntur.dictũ eſt enim,Vritur infelix Dido totaq; vagatur vrbe furens,cõnectitur.¶Nunc media Æneam ſ.p.m.d.) Sic furebat Dido, ſic per tota vrbẽ amoris exagitata ſtimulis ferebatur,vt à ſuis conſpectibus Æneam nõ pateretur abſcedere.ducebat,inquit, eum ſecũ,atq; vt eius præſentia nõ videret eſſe ſuperflua,oſtendebat ei ſidonias opes vrbemq; paratā,monſtrabat ea, quibus naufragi animus,& de inſtitutione noui domicilii cogitans capi facilius poſſet.quis.n. non teneretur diuitiarũ alienarũ ſpe, & affectu eius vrbis, quā alterius labor & inſtantia procuraſſet?ſed hoc pro animo Didonis eſt poſitũ.Cęterum Æneas amoris eius furorem neſciebat.¶Incipit effari,m.q; i.v.r.) Addebat ad moras fabularũ inaniũ interpoſitionẽ,præcidens verbo℞ continuationem,vt loquēdi ſpatia proferret in longum.¶Iliacosq; it.d.a.la.Ex.) Conſumptis oĩbus inuentionibus, cum iam nihil eſſet, quod ad moras proficere potuiſſet, quodq; ipſa vlterius mõſtraret, aut diceret,ipſum volebat iterum narrare labores atq; vltimos exitus Troiæ. Demus, inquit, vtpote quæ ante paululũ narrata iterũ deſideraret audire.¶Pendetq; iterum na.ab o.) Optabat enim ipſum iterum audire loquentẽ.¶Poſt vbi digreſſi &c.) Tranſactis oĩbus,quæ ardoris ſui cauſa amantis potuit induſtria reperire, manente tñ adhuc inueniendi cupiditate, diſceſſum eſt ad quietẽ. Cõſumptus enim fuerat dies, & noctis tẽpus adueniens actus Didonis abruperat, ac nõ immerito hoĩes vrgebat in ſomnos.ſed recedentibus cunctis ſola Dido mœrebat in domo,quod demens ſciret abſentem, ipſa quoq; ſtrata deſpiciens, quod virum nõ haberent.¶Illũ abſens ab.au.q; vi.q;.) Cũ thoro incũberet, nec totũ corpus ſuũ traderet lecto non tam refectionem feſſo℞ membro℞, ſed deſideratũ cubilis ſui ſociũ quærere videbatur.merito addidit,illum abſens abſentẽ auditq; videtq;,quia tm̃ fallebatur animus amātis,vt hunc audire & cernere videretur abſentẽ.¶Aut gr.a.g.i.c.De.) Interdũ ad vicem patris amplectabatur Aſcaniũ, aut portabat gremio ſuo, vt ſimilitudine paterni vultus amoris violentiā falleret.¶Nõ cœ.a.ſ.t.n.ar.iu.Exercet,p.u.a.p.b.T.p.p.o.&c.) Miro modo moralitas expreſſa eſt,nā cum in amore multa ſint vitia,tum magis, ꝙ obliuionẽ negotio℞ oĩum parit, & nimiam in agendis neceſſariis negligẽtiam.hoc ad perſonā Didonis refertur, quā in primo libro deſcripſit, Inſtat operi regniſq; futuris.dehinc ad perſonam tyrio℞,qui occupata in aliis regina deſeruerant oẽ operis genus,obliti.ſ.ſalutis ſuæ.deniq; cum iam opera murorũ ac turrium ordinatis machinis prope perfecta viderentur, & ad effectũ plenũ ſola deeſſet inſtantia,torpuerant omnia, & oĩum operum feruor deſertione plena languerant. hic oſtenditur rectorem complere omnia,cum inſiſtit & iubet, atq; eius negligentia omnimodo frigere vniuerſa,quæ ante feruebant.

ASCENSIVS.

¶Heu vatum,&c.) Docet quod comicus dicit, amorẽ ratione regi non poſſe:itaq; inſanos fuiſſe vates, qui ſiniſtris ominibus & haruſpiciis,Didonẽ ab Ænea auertere volebant: qa vis amoris,preuincit oĩa. Vnde Dona.dicit ſic.¶Heu vatum.) Fiebat ab imprudentib.ſacra,nullis amo℞ neceſſitatibus ꝓfutura. Fiebat ab iis,qui ſibi veluti vaticinandi ſcientiā vendicabant:& quum aliud agereꝰ,nõ intelligebāt Didonis ardorẽ.Profuturos ſe arbitrabantur iis, quæ interueniente ignoratione neſcirent.Quid enim quæ ſoluebanꝰ,diis vota prodeſſe poterant amanti, quũ ardor iam ĩmoderata, incẽdia dediſſet?¶Tota.v.v.f.) Quũ oĩa fruſtra agerentur ex nimio amore,nullo in loco cõſiſtere poterat:& vagāti totius ciuitatis,ſpatiũ non ſufficiebat. ¶Qualis.) Didonẽ ceruæ, ſyluas ciuitati, mobilitatẽ ceruæ, Didonis diſcurſib.ſagittā paſtoris, ſagittæ Cupidinis cõparat.¶Sid.o.)ne ſua pſentia ſupflua videreꝰ.& oñdebat vrbẽ paratā, vt a nauigādi cupiditate auacaret.¶Inci.) pcidebat cõtextũ verbo℞ vt loquendi ſpatiũ proferret in longũ.¶Iliacos.) Cõſumptis oĩbus inuentionibus,redibat ad ea q prius erāt narrata.Nā miſere illũ detinere cupiebat.¶Illũ abſens.) Tantũ fallebaꝰ amantis animus,vt abſentẽ videre & audire,ſibi videreꝰ.¶Nõ.c.) Mirifice moralitas,expreſſa eſt:nā quũ multa mala in amore inſint,illud pcipuũ qđ negotio℞ oĩum obliuionẽ inducit.Eadẽ.n.Dido quæ inſtabat operi,regniſq; futuris,nũc oĩa omittit:& quu momiſerit,Tyrii quoq; q inſtabāt ardẽtes, oĩa nũc deſerũt.Vñ oñdit rectorẽ,cõplere oĩa quũ inſiſtit: quũ vero cõtra agit,oĩa frigeſcere.Hęc ille.¶Ordo eſt. Ordo Heu.interiectio,ex pſona poetę,qua ſi cõmiſerãtis:aut vim amoris dolẽdo exprimẽtis,mẽtes vatũ ignaræ:nõ vaticinii,ſed viriũ amoris, qa volebāt cõſilio & admonitione,Didonẽ à nuptiis talib.auertere:admonẽtes vt donis & votis deos placet:quid.i.in quo:iuuant vota,q fecit diis: furentẽ.i.inſanientẽ amore? q.d.nihil,aut in nullo: qđ delubra .i.deo℞ tẽpla,q audierant,iuuāt?q.d. tantundẽ:hoc eſt,nihil:qa flāma.ſ.amoris:eſt.i.cõſumit: interea.i.dum ſacrificaret.q.d.in ipſis ſacrificiis:medullas.ſ.Didonis:& vulnus.ſ.ſagittis Cupidineis illatũ:viuit.i.innouaꝰ, & refricaꝰ interea & ita ſummũ remediũ amoris: eſt nullũ adhibere remediũ: ſed ſi qua fieri põt obliuiſci,niſi ſit libidinoſus amor, qui carnẽ domādo opprimitur.Dido Infelix:ꝓpter caſum futurũ:vriꝰ.ſ.ab amore:& vagatur tota vrbe.i.ꝑ totā vrbẽ, ꝑ quā prius cũ grauitate ĩcedebat: ſed vagaꝰ furẽs,qualis,ſup.vagaꝰ cerua:ſagitta cõiecta.i.in eā, ita vt eā cõtigerit.i.poſtq; ſagitta cõiecta fuerit (eſt enim ſeptimi caſus,ſagitta cõiecta:& cerua ꝑmi.) quā.ſ.ceruā:paſtor agẽs .i.perſequẽs eā:telis.i.ſagittis : fixit incautā.i.nõ cauentẽ:ꝓcul .i.de longe,inter nemora Creſſia.i.Cretenſia: & liquit ferrũ uolatile.i.ad volādum aptum:hoc eſt, telũ in ipſa cerua fugiente: neſcius.i.ſm Ser.ignoratus:ſed maior eſt ſimilitudo,ſi exponatur ignorans:nā fieri põt,vt paſtor ſagittā emiſerit:neſcierit tamen,an ceruam fugientem fixerit:ſicut Æneas, regali dignitate,magnifico eloquio, & egregia forma, Didonem uulnerauit: ſcius tamen quũ id nõ faceret: illius ergo,quo eam uulneraret amore neſcius:ergo.i.neſcius ꝙ eā percuſſerit:& ideo liquit ferrum. Illa.ſ.cerua percuſſa:peragrat fuga.i.fugiẽdo: ſyluas.ſ.Dictæas:& ſaltus Dicteos.i.Cretẽſes: & arũdo.i.ſagitta leuis,q̃ſi arundinea letalis.i.mortifera: hæret.i.inhæret, lateri.ſ.ceruæ. Ipſa Dido ducit,nũc.i.aliquãdo Æneā ſecũ, ꝑ media mœnia.ſ. Carthaginis: & oſtentat.i.oſtẽtatione demonſtrat, opes Sidonias.i.quas a Sidone auexerat, & urbem paratā, quod ſignum eſt coniugalis amoris:ſolẽt enim proci aut diuitiis,aut uirtute ſua,fauorẽ auſpicari:& ipſa incipit affari,qđ & amātis,& amẽtis indiciũ eſt:& reſiſtit.i.reſpondet, in media uoce.i.nondũ dato ad integrũ reſponſo Æneæ, quod impatienter amantis nõ tamen eſt:& quærit nunc.i.aliqñ : eadem.ſ.conſimilia cõuiuia: die labente.i.occidente.i.qualia fecerat Æneæ,& cæteris Troianis in primo aduẽtu : nec tñ approbaꝰ dictũ Seruii,aſſerentis ueteres nõ feciſſe prandia,ut in fine huius lectionis Beroaldus docebit:& ipſa demẽs,expoſcit audire iterũ labores Iliacos.i. Troianos:quos Troiani paſſi ſunt in excidio : & pẽdet iterũ,ab ore iterum narrantis:poſt.i.poſtea:ubi.i.quādo digreſſi,ſupple ſunt ex conuiuio:& luna obſcura uiciſſim.i.nox:aut luna obſcura reſpectu ſolis:premit:nõ extinguit, ſed iminuit:lumẽ.ſ.diurnum:& ſydera cadẽtia ſuadeꝰ ſomnos: ipſa ſola mœret.i.triſtatur:domo uacua.ſ.amato : quo fine uacua uideꝰ amāti: & incubat ſtratis relictis.i.deſertis,ab amato.ſ.& ipſa abſens audit, & uidet.ſ.per fantaſiam & imaginationẽ,illũ.ſ.amatum:abſẽtẽ: qa eo ia digreſſum : aut ipſa capta imagine genitoris.i.patris .ſ.Æneæ,detinet Aſcaniũ.i. Iuliũ: gremio.ſ.ſuo,quo Cupidinẽ prius tenuerat,putās Aſcaniũ tenere : ut in.i.uiſum eſt.Vnde ſignificatur Aſcanius poſtridie à Venere ductus : ſi.i.ideo , ut ſi forte poſſit fallere amorẽ infandum.i.nimis improbũ, ſatiādo .ſ.ſe amplexu honeſto Aſcanii loco patris eius : turres.ſ.in muris:cœptę.ſ.extolli:nõ ſurgũt.i.nõ extollunꝰ amplius:& iuuentus.i.iuuenes:nõ exercent amplius.ſ.arma:ue,pro uel,non parant amplius:portus,aut ꝓpugnacula.i.munimẽta: &,ut dicũt fortilitia:tuta bello.i.ad futurũ bellũ propulſandũ: opera pendent.i.ſuſpenſa manent : interupta.ſ.ab operantiũ prius feruore.& minæ.i.eminentiæ,& pinnæ murorum : ingentes.i.ualde magnę:& machina.ſ.ędifici;aut turris:ęquata coelo.i.cõcẽpta ut erigatur ad cœlũ uſq;:& id hyperbolicos, ſup.pendent interruptæ.Et ita oſtenditur,quantũ poteſt opera œconomi, aut rei pub.principis:quo ceſſante,omnia in deterius ruunt.Verba Beroaldi in Seruium negātem apud antiquos fuiſſe prandia, ſunt hæc.

hæc. Non eo inficias olim me pedibus iuiſſe in ſentētiam Seruij: ſed ex multiplici, variaq́ꝫ lectione deprehēdi apud priſcos in vſu fuiſſe, nō minus prandia, q̄ꝫ cœnas, & homines bis in die ſaturos fieri ſolitos: quod in primis affirmat Cicero, ſcribens in. v. quæſtione Tuſculana, Platonem ſolitum improbare vitam Italicoꝝ: quoniam bis in die ſaturi fiebant: & apud Plautum, atqꝫ Terē. vetuſtiſſimos ſcriptores prandia celebrantur. Quinetiam Macrobius refert, morem fuiſſe antiquorum Romanorum, vt patētibus ianuis pranſitaretur & cœnitaretur, apud Plinium in epiſtolis legimus: quēadmodum Plinius, ſcriptor naturalis hiſto. cibum ſumebat interdiu leuem & facilem, veterum more, perinde ac prādiū foret parcius, cœna copioſior. Herodotus quoqꝫ author Megacreontis Abderitæ, dictum celebratum fuiſſe, qui aiebat magnam ſe gratiam habere Xerxi: ꝙ non bis in die cibū caperet: nā ſi prandium & cœnam iuberentur Abderitæ parare, de ipſis actū iri peſſime aſſerebat: hoc ideo in Xerxe admiratus Abderites, quoniam illa quoqꝫ tēpeſtate, quæ haud dubie vetuſtiſſima fuit, prādere & cœnare cōſueuerūt. Huc accedit authoritas Cornelij Celſi, præcipientis bis die, potius q̄ꝫ ſemel cibum eſſe capiendum: celebratur quoqꝫ à Plutarcho, apophthegma Alexādri magni: qui dictitare ſolebat obſonium prandij, eſſe nocturnam ambulationem: cœnæ vero prandij parcitatem. Supradictorum ſententias cōfirmāt authoritas Ariſtotelis: qui ſcribit ī Problematibus, prādendum eſſe large, cœnandū eſſe parce: hoc non præciperetur à doctiſſimo philoſophorum, niſi in vſu, prandia & cœnę, pariter fuiſſent: hoc idem tradit ab Hippocrate, medico excellētiſſimo: & Leonidæ Spartani dictum illud peruulgatum eſt, Prandete commilitones apud inferos forte cœnaturi: floruit autem Leonidas, procul dubio temporibus antiquiſſimis, & inter antiquiſſimos eſt numerandus: hinc à Satyrico poeta dictum eſt, Prandebat ſibi quiſque deus: præterea à Valerio Maximo, Simplicitas antiquorum in cibo capiendo laudatur, qui in propatulo prandebant atqꝫ cœnabant.

PIERIVS.

¶ Liquitq́ꝫ volatile ferrum.) Non placet, linquit, præſenti tēpore, quod aliquod habent codices. Eſt & vbi, volatile telum, in vetuſtis exēplaribus legatur. Sed enim quum ſit eodē verſu poſitū, telis, Paſtor agēs telis, magis placet pꝑiphraſis eius teli ſtatim ſubiecta: Volatile ferrū: præterea de ferro hic agitur, quod auulſum à ſagitta tergo inhęſerit. ⸿ Syluas ſaltusq́ꝫ pagrat Dictęos.) Antiqui aliquot codices dictionū ordinem ita cōmutarūt, ſaltus, ſyluasq́ꝫ peragrat Dictęas: quod in medio linquimus, quū ſentētia oīno eadē ſit. ⸿ Infandū ſi fallere poſſit amorē.) In Roma. codi. legitur, poſſit imago: id quid ſibi velit, non mihi ſatis liquet, propter epitheton infandū, quod ita nō habeat, cui adhæreſcat. Quidā alij codices antiqui, ſi fallere poſſit amātē, habēt. Sed neqꝫ id ꝓbamus. Infandum vero amorē, caſtiorē lectionem aſſerimus. Neqꝫ dubitamus lectionem eā, quę eſt imago, ex paraphraſi aliqua huc irrepſiſſe.

Quam ſimul ac tali perſenſit peſte teneri,
Chara Iouis coniux, nec famam obſtare furori,
Talibus adgreditur Venerem Saturnia dictis.
⸿ Egregiam vero laudē, & ſpolia ampla refertis IVNO
Tuq́; puerq́; tuus: magnum & memorabile numen,
Vna dolo diuum ſi fœmina victa duorum eſt.
Nec me adeo fallit veritam te mœnia noſtra
Suſpectas habuiſſe domos Carthaginis altæ.
Sed quis erit modus? aut quo nunc certamine tanto?
Quin potius pacem æternam, pactoſq́; Hymenæos
Exercemus, habes tota quod mente petiſti.
Ardet amans Dido, traxitq́; per oſſa furorem.
Communem hūc ergo populum, paribusq́; regamus
Auſpiciis, liceat Phrygio ſeruire marito,
Dotaleisq́; tuæ Tyrios permittere dextræ.
⸿ Olli (ſenſit enim ſimulata mēte loquutam, POETA
Quo regnum Italiæ Libycas auerteret oras)
Sic cōtra eſt īgreſſa Venus. ⸿ Quis talia demēs VEN.
Abnuat? aut tecum malit contendere bello?
Si modo, quod memoras factum fortuna ſequatur,
Sed fatis incerta feror. ſi Iuppiter vnam
Eſſe velit Tyriis vrbem, Troiaq́; profectis,
Miſceri ue probet populos, aut fœdera iungi:
Tu coniux, tibi fas animum tentare precando.
Perge, ſequar. ⸿ Tum ſic excæpit regia Iuno. POETA

SERVIVS.

¶ Peſte.) Amore, incēdio: vt, Toto deſcēdit corpore peſtis. ⸿ Nec famam.) Honeſtam ſcilicet. Sane τῶν μέσων eſt. ⸿ Furori.) Iam non amori. ⸿ Aggreditur.) Cum calliditate loquitur. ⸿ Egregiam vero laudem.) Ironia eſt, inter quā & confeſſionem ſola intereſt pronunciatio. Et Ironia eſt, quum aliud verba, aliud continet ſenſus. ⸿ Puer.) Filius. παῖδα Græce dixit. ⸿ Duorum eſt.) Bene ceſſit maſculino fœmininum. ⸿ Adeo.) Multum: vt Terentius, Adoleſcentem adeo nobilem. ⸿ Veritam te mœnia noſtra.) Propter illud, Haud tanto ceſſabit cardine rerū. ⸿ Mœnia noſtra.) Iunonis hoſpitiū. ⸿ Modus.) Finis. Iuuenalis, Nullo quippe modo milleſima pagina ſurgit. ⸿ Quo nunc certamine tanto?) Quid opus eſt tanto certamine? ⸿ Pacem æternam.) Non inducias temporales. ⸿ Habes tota qđ mente petiſti.) Propter illud, Noſtram nunc accipe mentem. ⸿ Paribusq́ꝫ regamus auſpicijs.) Æquali poteſtate. & ab eo quod præcedit, id quod ſequitur. & dictū eſt à comitiis, in quibus iiſdem auſpicijs creati, licet ſimul non crearentur, parem tamen habebant honorem propter eadem auſpicia. Vnde & conſules pares ſunt, quum neceſſe eſſet vt vnus prior crearetur. ⸿ Phrygio ſeruire marito.) Emphaticῶs: ac ſi diceret exuli. ⸿ Dotales Tyrios.) Regalem ſpectauit perſonam. ⸿ Permittere dextræ.) Quaſi per manus coniunctionem ſecundum ius locutus eſt. ⸿ Olli.) Aut illi, aut tunc. Cætera per parentheſim dicta ſunt. ⸿ Simulata mente.) Hoc eſt talibus aggreditur ⸿ Libycas aduerteret oras.) Abſolutior quidem eſt hæc lectio: ſed verior & figuratior illa eſt, Libycas auerteret oras. Nam plerunque trahitur Schema, vt aliquo ituri non ad locum, ſed de loco ponamus ſignificationem: vt ſi dicas, De campania abeo in Tuſciam: honeſtius eſt quàm ſi eo dixeris. Nec hoc tātum hoc loco facit, ſed pluribus. Hic enim eſt, Ripámue iniuſſus abibis? ⸿ Ingreſſa venus.) Calliditatis eſt, vt ſupra. ⸿ Fortuna ſequatur.) Hoc ad caſum pertinet. ⸿ Fatis incerta feror.) Bene omnia tetigit, quibus res humanæ reguntur: caſum, fata, voluntatem deorum. Aut fœdera iungi.) Si fœdera, per ſe plenum eſt: ſi Fœdere, ad populos pertinet. ⸿ Tibi fas animum tentare precando.) Sic Aeolus, Tuus ò regina quid optes Explorare labor. ⸿ Perge: ſequar) Bene aliud agens, aliud oſtendit. Ante eſt enim Iunonis officium ex matrimonio: ſic vſus Veneriꝰ. Vnde paulo poſt, Adero, & tua ſi mihi certa voluntas. ⸿ Excępit.) Subſecuta eſt.

DONATVS.

¶ Quam ſimul ac tali per. p. t. Cara Io. cō. n. fa. ob. fu. Talibus aggreditur Ve. Sa. di.) Vbi inquit, ſenſit Iuno furorē Didonis, hoc eſt amorem intemperatum vlterius occultari nō poſſe, nec habere remediū, his dictis aggreſſa eſt Venerem, quum dicit, aggreſſa, oſtendit eam aliquid inuidioſe dicturam. ⸿ Egregiam vero laudē, &. ſ. a. re. Tuq́ꝫ, puerq́ꝫ. t. m. & m. n. Vna. d. d. ſi. f. v. d. e.) Magna inquit, gloria vobis parta eſt, tibi. ſ. & puero tuo, ex eo, ꝙ gemina numinum poteſtate coniuncta, vna per dolum fœmina ſuperata eſt. hęc veluti laus vituperationem potius tenet, ꝙ nihil fecerint memorabile. vincere enim in partibus amoris fœminam non eſt laboris maximi, pręcipue cū duorum numinum poteſtas interuenit. huius facti per coniecturam edicit cauſas, quæ Venere metuente tractatę ſunt. ⸿ Nec me adeo fal. u. t. m. n. Suſpectaq́ꝫ. h. d. c. a.) Vt hoc, inquit, fieret, qđ timueris ſcio. nam mearum inimicitiarum contemplatione commota metuiſti, ne aliquid mali filio tuo apud carthaginem meam contingeret. ⸿ Sed. q. e. m? a. q. n. c. t?) Quid neceſſe eſt, ait, immoderatas inimicitias vlterius retinere? fiat diſſenſionum omniū finis, atqꝫ ita, vt in æternum concordia perſeueret. ſitq́ꝫ inter Æneam & Didonem matrimonij plena & firma coniunctio. ⸿ Habes. t. q. m. p. Ardet. a. Dido. t. qꝫ. p. o. f.) Ecce, ait, quod deſiderabas habes, Dido amat, Iuno cōſentit. ⸿ Cōmunem hunc. e. p. p. qꝫ. r. Auſpicijs.) Quia quod ſpeciale ſingulorum fuit factum eſt me volente, cōmune, vtrunqꝫ populū ragamus pares, vtrūqꝫ ſeruemus. ⸿ Liceat. ph. ſ. ma.) Quaſi diceret, quādo ad hoc ventum eſt, fiat quod non debuit, vt illi, quos amo, ſeruiant inimico meo. quod enim dixit phrygio ibi eſt ſubtile conuitium, quaſi abiecto & in

ſimæ gentis homini.¶ Dotales q́ tuæ.t.p.d.) Et hic, q̃d dixit tuæ, quaſi indigne, tyrij pro animo dicentis potentes & magni tradãtur in dotem, addicti vtiq; & quaſi potioribus ſeruituri. obliqua hæc dictio fuit, dicebat.n. velut tota ſimplicitate verboꝝ, tenens tamẽ interius, quod inimicitias Iunonis integras demonſtraret. ecce Virgilius docet facile inimicoꝝ poſſe noſci cõſilia, quum ſub imagine concordiæ latent.¶ Olli (ſen.e.ſi.mẽ.lo. Quo.r.i.l.a.o.) Tractatus veneris magnus atq; aſtutus oſtẽditur. ſenſit enim fieri non potuiſſe, vt atrox & vetus inimica repente beneuola redderetur, poneretq́; ſemel inimicitias, quas longa ætate ſeruauerat. deniq; in eo ipſo veluti beneficio obeſſe voluit, potiuſq̃; prodeſſe. nouerat.n. quid Æneæ deberetur, quo magis nitebatur, vt ſi fieri potuiſſet, poteſtas oĩs, quam fata Italiæ decreuerãt, in carthaginis opes felicitatẽq́; trãſiret.¶ Sic cõtra eſt in. Ve.) His in cã poſitis, q̃d fuerat faciendũ. Intellectã ne ſe ſcire debuit Iuno? an ab eius fraudibus diſſimulari oportuit? melius viſum eſt dolos dolis excludere, veluti approbatis ꝑ diſſimulationem præſentibus, ne deteriorem viã nocendi perquireret atrox & pertinax inimica, ſi contrariam ſe oſtẽderet Venus.¶ Quis.t.d.a.a.t.m.cõ.b? Si modo quod.m.f.f.ſ.?) Etiam ſi dementi cuipiam tãta inſperati cõmoditas ꝑueniret, reniti, iquit, nõ debuit. cui.n. ꝓdeſt omiſſa pacis ſecuritate cõmouere inimicitias tuas? aut tecum habere cũ reluctatione certamẽ? hæc vox quaſi cõſentientis eſt, ſed vt illa voluit eſſe ſub beneuola ꝓſecutione ſubtilis, ita & Venus ſubijcit quod Iunonis aĩum tangere potuiſſet. dixit.n.¶ Si fatis incerta feror.) Nõ fuit incerta, ſed ita poſuit, vt neq; reniti videretur, & tamen id nõ poſſe fieri ſubdole demõſtraret.¶ Si Iuppiter vnã Eſſe.v.t.v.t.q;.ꝑ. Miſceriue ꝑ.p.a.f.i.) Ego ait voluntatem tuam libenter amplector. ſed ſi hoc fieri Iuppiter velit, aut fata permittant, vt Troianoꝝ ac tyrioꝝ fiat vna cõmixtio, quod ꝑuenire nõ poterat vt amici eſſent, q iam fatali diſpoſitione fuerant inimici. dixit.n. poeta alio loco, ꝓgeniem ſed.n. Troiano à ſanguine duci Audierat, tyrias olim quæ verteret arces. hoc ergo cum metueret Iuno, optabat æneam apud carthaginem retineri, & cũ ipſo Troianos omnes, vt illis nec ꝑueniret imperium Italiæ. nec ex ipſis naſceretur, qui deleret aliquando carthaginem, quod cum non eſſet, Venus egit ſubtilitate mirifica, vt diceret, ego quidem volo, ſed neſcio an fata conſentiant, aut Iuppiter velit. vt autem oſtenderet fieri non poſſe, dimiſit eam ad Iouem, vt ex ipſo potius contraria reportaret, & gemeret ſe deſtinata nõ potuiſſe cõplere.¶ Tu cõiunx.t.ſ.a.tentare.p. Perge ſe.) Quicquid ſecretum, ait, retinent viri, facile confitentur vxoribus. tenta igitur eius ſententiam, quicquid ex ipſo audieris fieri poſſe, libẽter amplectar, & qua diſpoſitiones tuæ præceſſerint, ſequentur & meæ.¶ Tum ſic excæpit regio Iuno.) Non intellecto Veneris dolo in hæc Iuno reſpondit.

### ACSENSIVS.

¶ Quam ſimul, &c.) Docet fabuloſe, ac poetice Iunonis erga Didonem & Carthaginẽ ſtudium: eiuſq́; cũ Venere colloquutionẽ. vnde Dona. dicit ſic.¶ Quam ſimul aggredit̃.) Per hoc oſtendit aliquid inuidioſe ſe eſſe dicturã. Tractatus Veneris magnus, atq; aſtutus cernit̃.¶ Tuę.) Quaſi idignę.¶ Tyrios.) Tyrii iuidioſe, quaſi potẽtiſſimi.¶ Quo regnũ.) Senſit non potuiſſe fieri: vt tã graues, tamq́; diuturnas inimicitias, ſic ſubito deponeret. Nouerat.n. quid Ænec̨ deberetur, quo magis nitebat̃ id auertere.¶ Sic contra.) Melius viſum eſt, dolos dolis excludere, veluti approbatis per diſſimulationẽ præſentibus: ne deteriorẽ viã inquireret atrox inimica: ſi cõtrariam ſe oſtenderet Venus.¶ Quis.t.d.?) Hęc vox quaſi cũſentientis eſt.¶ Sd fatis incerta feror.) Nõ fuit incerta: ſed ita poſuit, vt ne reniti videretur: & tamẽ nõ poſſe fieri ſubdole demũſtraret.¶ Si Iuppiter.) Id ſciebat nõ poſſe fieri: ſed noluit oſtendere ſe nolle: ſed ad Iouẽ eã dimiſit, vt ab eo ſciret non poſſe fieri. Nam virorum ſecreta, facile intelligunt vxores. Hęc ille. ¶ Ordo autem eſt. Quam.ſ. Didonẽ, aut ſi græce mauis, Dido

Ordo. ſimulac.i.ſtatim, poſtq̃; chara.ſ. Didoni, & etiam Ioui: coniux Iouis.ſ. Iuno perſenſit.i.ꝑfecte ſenſit: teneri.i. irretitam eſſe: tali peſte.ſ. amoris: nec famã obſtare.i. & ꝙ fama eius bona, quã prius ſummopere amauerat, non obſtaret: furori.i. inſano amori: ipſa Saturnia.i. Saturni filia: adgreditur Venerem talibus dictis.i. verbis, amaram ironiam habẽtibus: vero.i. re vera, & certe: & tu, & puer.i. filius, ac miniſter tuus Cupido: refertis.i. reportatis, egregiã laudem: & ampla.q.d. opima ſpolia: & numẽ veſtrũ, ſupp. eſt ꝓpterea magnum, & memorabile.i. dignum, q̃d in perpetua ſit memoria: ſi vna fœmina, qua nihil fragilius eſt victa dolo duorum diuum.i, diuorũ.ſ. tuo, & Cupidinis. (Eſt ergo cõcęptio generum: ſicut, Tuq́;, puerq́; tuus, refertis: perſonarum etiam fara quia ſit per, q;, geminatam. In ſingulis autem verbis, quædã antitheſis eſt, atq; contẽtio. Nam vna opponitur duobus: fœmina, diuis: dolus, victoriæ & laudi, atq; ſpolijs: nam dolo, non acquiritur vera laus.) Nec me fallit adeo.i. omnino te veritã: mœnia noſtra.i. Carthaginenſia, quæ in tutela noſtra ſunt: habuiſſe domos altæ Carthaginis ſuſpectas.ſ. de iſidijs: vnde dixerat Venus Vereor quo ſe Iunonia vertant Hoſpitia, haud tanto ceſſabit cardine reꝝ. (Verum in huiuſmodi poetarum fictionibus, dubitare licet: quomodo ſi Iuno illud conſilium Veneris norat, nõ obuiarit cœptis eius: & ſignificauerit Didoni, vt à filio ſimulato, patriſq́; inſidijs caueat. Sed dicere poſſumus, id poetas ſenſiſſe, vt ſua eſſet cuiq; deorum, dearũq́; poteſtas: ita vt ſolus Iuppiter fata condat, atq; recondat: inferiora numina ſe mutuo impedire nequeant. Vnde in regno amoris, nõ potuit à Iunone impediri Venus: quo circa vt Veneris beneficio perpetuum ſit Ænec̨, atq; Didonis coniugium, implorat Iuno Veneris opem, atq; numẽ: id nõ factura ſi per ſe id poſſe cẽſeatur. Quum igitur Ethnici quoq; vnũ ponant verũ, atq; ſummum deum, dant ei tamen varia mẽbra: hoc eſt, eius varias poteſtates, varijs nominibus explicãt, vnde ea qua cuncta veniunt, atq; procreantur per propagationẽ ſeminis, Veneri attribuitur: qua quanuis perſonam cõcupiſcimus, Cupidini: qua ad regna obtinẽda iuuamur, Iunoni: qua ad ſapiẽtiam, Mineruę: & ita in reliquis.) Sed quis modus, ideſt finis erit aut quo.i. ad quid, ſup. opus eſt nunc: tanto certamine.i. tanta cõtrouerſia, & contentione inter nos? Quin.i. cur nõ exercemus potius pacem æternam.i. concordiam perpetuam, per matrimoniũ ſ. &, pro.i. Hymenęos.i. nuptias: pactos.i. certo fœdere cõſtitutas tu habes quod petiſti tota mẽte. Nam Dido amans ardet.ſ. incendio amoris: & traxit furorem.i. venenũ amoris, per oſſa.i. ad medullas vſq;: ergo qa id voluiſti, atq; ego volo: regamus hunc populum.ſ. Carthaginenſem, cõmunem.ſ. nobis: & auſpicijs.i. præſidijs & poteſtatibus: paribus.i. æqualibus. Liceat.i. volo, vt ꝓ licito habeatur, ſup. Didonẽ; ſeruire.i. ſubditam eſſe: marito Phrygio.i. Troiano, & permittere tuę dextrę.i. poteſtati: Tyrios dotales.i. noĩe dotis in poteſtatem Ænec̨ filij tui veniẽtes: Venus eſt olli.i. illo tempore: aut illi ingreſſa.ſ. inſidioſe: ſic.i. in ſequentem modum (enim, pro quia, ſenſit.ſ. Iunonem loquutã, mente ſimulata.i. qua amicitiam ſimulabat, quum vtilitati ſuæ inhiaret: quo i. ideo vt auerteret Libycas oras.i. ab Italia transferret in Libyã: hoc eſt, in Carthaginẽ: regnum Italiæ.i. monarchiam & vniuerſale imperium Italiæ fataliter deſtinatum: vt in.j. ꝓmiſerat Iuppiter, abſente Iunone.) Quis demens abnuat.i. reprobet, & renuat: talia.ſ. fœdera æternę pacis? aut malit contendere tecũ bello: ſi modo.i. dummodo fortuna ſequatur factum: quod memoras.i. ſi id quod dicis poſſit ſortiri: felicem effectũ: ſed ego feror incerta.i. dubia: fatis.i. de fatis: hoc eſt, neſcio an fata id velint q̃d nos volumus: quia illis nolentibus nequicq̃; velimus, neſcio (inquit) ſi Iuppiter eſſe velit eſſe vnã vrbem Tyrijs, & ꝓfectis Troia: ve: pro an. probet.i. approbet: populos.ſ. Tyrios, & Troianos miſceri, & fœdera iungi.ſ. inter eos: ſed tu coniux.ſ. Iouis es: fas i. licitum eſt tibi tentare, precãdo.i. per preces: animum.ſ. Iouis. Perge.ſ. ad Iouẽ, ego ſequar.q.d. tecũ ibo, ne me inuitã putes id viſurã. Id aũt dixit audacter Venus: quia ſciuit Iouem id non cõſenſurum, quod & Iunonem nõ latuit: vnde ipſa fingit ſe id ſolam diſquiſiturã, & Iouis aĩum ad hoc inducturam: vnde ſubditur, Iuno regia.i. regis ſummi coniux: hoc eſt, diuum regina, excępit.i. extra id quod Venus pręteendit, in aliud propoſitum cæpit.ſ. ſermonem, dicens: Mecum erit, &c.

### PIERIVS.

¶ Perſenſit peſte teneri.) In antiquis aliquot codic. perſentit pręſenti tẽpore legitur: & ita eſt in codice Donatiano, pręteritũ tamen nunquam imutarim.¶ Nec famam obſtare furori.) Sunt antiqui codices, in quibus, nec famã obſtare pudori, legit̃. Sed hic, furori, magis placet: quod Serui. agnoſcit.¶ Magnum & memorabile numen.) Sunt oĩno codices aliquot manu ſcripti, in quibus, nomen, legitur: quod vulgata quędam exemplaria recępere. Sed, numen, eruditis placet: quod etiam in Mediceo prius ſcriptum fuerat.¶ Quo regnum Italię Libycas aduerteret oras.) In Ro. quidẽ cod. auerteret, legit̃: quod Seruio mirifice placet. Sed enim in Oblongo, in Lõgobardico, in Porcio, & pleriſq; alijs codici. antiquis, aduerteret, habetur. Quia eloquutionem abſolutam eſſe, negarit nemo. Quippe verteret regnum Italiæ ad oras Libycas. Sicui vero figurata illa magis placeat, non laboro.¶ Miſce, ue probet p.) In aliquot antiquis codici. iubet, legitur: quod non ita placet: quia ſtructuræ ordo, iubeat, expoſceret eaſpeciẽ, quàm velit poſitum.

⸢Mecũ erit iſte labor,nunc qua rõne,qd̃ inſtat, IVNO
Confieri poſſit:paucis(aduerte)docebo.
Venatum Æneas,vnaq́; miſerrima Dido
In nemus ire parant,vbi primos craſtinus ortus
Extulerit Titan,radiisq́; retexerit orbem.
His ego nigrantem commiſta grandine nymbum,
Dum trepidant alæ,ſaltusq́; indagine cingunt,
Deſuper infundam,& tonitru cœlum omne ciebo.
Diffugient comites,& nocte tegentur opaca.
Speluncam Dido,dux & Troianus eandem
Deuenient,adero,& tua ſi mihi certa voluntas,
Connubio iugam ſtabili,propriamq́; dicabo,
Hic Hymenęus erit.⸢Non aduerſata petenti, POETA
Annuit,atq; dolis riſit Cytherea repertis.

SERVIVS.

¶Iſte labor.) Scilicet explorationis à Ioue. ⸢Confieri.) Con abundat: vt, Fata renarrabat. ⸢Retexerit orbem.) Quẽ nox tegebat. ⸢Nigrantem.) Nigrum:participium pro nomine. ⸢Alæ.) Equites:ob hoc alę dicti,quia pedites tegunt alarum vice. ⸢Trepidant.) Feſtinant:vt, Hic me dum trepidi crudelia limina linquunt. ⸢Indagine.) Ferarum iquiſitione ⸢Deſuper ifundam.) Quia aer eſt Iuno.Bene hic ſe facturam dicit quod habet in poteſtate. ⸢Nocte opaca.) Nubium caligine. ⸢Omne ciebo.) Pro totũ. Omne enim, numeri eſt, totũ quantitatis. ⸢Tua mihi ſi certa voluntas.) Hoc eſt,ſi etiam tuum ſubſequatur officium. ⸢Connubio.) Nu naturaliter longa eſt,ab eo quod eſt nubere: vt, Connubia noſtra Reppulit:ſed modo metri cauſa corripuit. ⸢Non aduerſata.) Legitur & auerſata.

DONATVS.

¶Mecum erit iſte labor,n.q.r.quod iſtat Cõfieri.p.p.(a.)do.) Hæc dimitte,ait,partibus meis.verum quia quod inſtat hoc eſt quod vrget,debet impleri,faciendi ac perficiẽdi conſilium dicã. properabat enim ipſam compleri cõiunctionem,vtpote quæ Veneris ditione cõmota metueret,ne Æneas infectis rebus abſcederet.ſperabat autem illum ipſum poſt perfectam coniunctionẽ Didonis matrimonium non relicturũ.iccirco,dixit, Curabo ego quæ te ſolicitabant.dummodo coniunctio diſpoſita compleat. vſqueadeo cupiebat hoc quacũq; occaſione fieri,vt ipſa perficiẽdi conſilium daret. ⸢Venatũ Æneas,vnaq; miſerrima Dido In nemus ire parant &c.) Mox,ait,vt lux craſtina fuerit exorta,Aeneas & Dido venatum ire diſponunt.prima occaſio vt vnum veniant futuri ad loca nemoroſa,quæ opacitate ſui omnium viſus excludant.his,inquit immittam pluuiam,ac nequa contemptui habeantur,miſcebo grandinem,hæc deſuper infundam , cumq; auocabit vniuerſos indago,nimbus & grando non ſinent conuenire diſperſos,& ad reginam maturius remeare,dum alæ trepidant,dum obſeruantes ad retia pedem referre nõ poſſunt, mox mouebo quoq; tonitrua,vt cum terrori omnia fuerint,in vnam ſpeluncam ſoli fugientes fauore meo ac tuo deueniant, ſi tamen etiam tuę voluntatis conſenſus accedit,connubio iungam,atq; ita vt perpetuo matrimonii vinculo teneantur. ⸢Non.ad.pe. Annuit.a.d.r.cy.re.) Cum hæc Iuno dixiſſet,noluit Venus aduerſari petitioni ac voluntati eius,perindeq; conſenſit ridens aduerſarię dolos euidentiſſime patuiſſe,quæ ſic inſiſtebat,vt fieret aliqd quod eſſet Æneæ troianisq; contrarium.ſ.vt regnum Italię libycas auerteret oras,hoc eſt ad libycas oras verteret.

ASCENSIVS.

¶Mecũ,&c.) Iuno,cognito ꝙ Venus vellet ſecum Iouem adire,Vt cõſulant an velit Troianos Carthagini immorari,obſtitit: ſciens quia Iuppiter,imperium vniuerſale Italię addixerat,quo nõ obſtante,vt in.j.dictum eſt de Carthagine,Hoc regnum dea gentib.eſſe.Siqua fata ſinant,iam tum,tenditq; fouetq;.vbi manifeſte dicitur Iunonem nouiſſe,ꝙ fata obſtarent vnde additur, Progeniem ſed enim Troiano à ſanguine duci Audierat, Tyrias olim quæ verteret arces.vnde dicit ſe ſolam animum Iouis tentaturam:& iubet Venerem,de ea re ſecuram eſſe,quaſi Iouẽ quo vellet flectere poſſet.Docet ſimul modum quomodo Aeneas Didonis

donis ineat amplexus celebraturus cum ea coniugiũ,quod tamen celebratum non eſt:ſed Dido coniugiũ vocat,hoc prætexit nomine culpá,de hac autem re,nihil notatu dignũ habemus à Donat ¶Ordo igitur eſt. Iſte labor.ſ.quem tu commemoras, & mecũ obire vis: erit mecum.i.aſſumetur à me: quæ eum ſola obibo:nunc aduerte ego,docebo qua ratione i.via,& quo modo:id quod inſtat,ideſt inſtanter agendũ eſt, poſſit confieri.i.ſimul fieri,interea.ſ.dum Iouis animũ nobis concilio: Æneas & miſerrima Dido paráť.i.intendũt ire, vna.i.ſimul:quaſi vna tempeſtate(eſt autem aduerbium congregandi,)in nemus: venatum, ideſt ad venandum:vbi.i.poſtquam:Titan.i. ſol : craſtinus.i.qui cras oriturus eſt:extulerit primos ortus.ſ.ſuos.i.vt primum ſol ortus fuerit:& retexerit.i.aperuerit,radiͤs.ſ.ſuis: orbem.i.globũ terræ,quantus à nobis videtur,vmbra noctis prius tectum. Ego quæ.ſ.ſum regina aeris:infundam deſuper:his.i.in hos,venantes ſ.nymbum.i.nubem ventoſam:nigrantem.i.atram,grandine cõmixta:tunc.ſ.dum:alæ.i.comites à latere in morem alarum expoſiti,ad inſidias ferarum:trepidant.i.feſtinant,huc illuc curſitãtes,& cingunt ſaltus.i.loca in quibus feræ ſalire ſolent,indagine i.indagatione,& inquiſitione ferarum,& ego ciebo.i.concitabo omne cœlum.i.totum aerem tonitru , & ita comites diffugient i.in diuerſa fugient,& tegentur:ita vt reginam,quo ſe recęperit, non videant:nocte.i.caligine nubium,opaca.i.dẽſa Dido,& dux Troianus,ſcilicet Aeneas,deuenient,ſup.ad eandem ſpeluncam. Bene præpoſuit Didonem,non ꝙ dignior eſſet,ſed quia prior in ſpeluncam deſcenderet:non enim decorum eſſet eam ſpeluncam in qua Æneam inueniſſet:ego adero,ſcilicet affectione coniugali eos conciliatura,& ſi tua voluntas,ſup.erit mihi,certa.i.explorata,ego iungam,ſup.eos,connubio ſtabili,& dicabo ꝓpriam.ſ. coniugem,quod tñ non faciet,hic.i.hmõi,erit eis Hymenęus.i. auſpex nuptialis,aut hic erit eis matrimonii , modus Citherea ſ.Venus,non aduerſata,aut non auerſata.i.non obſtãs petenti annuit.i.adſenſit,petenti.ſ.Iunoni,& riſit repertis dolis.i. de dolis repertis,aut propter dolos repertos à Iunone.

PIERIVS.

¶Cõfieri poſſit. In Oblõgo,perueteri codi.& in Mediceo,Quo fieri,legitur:adſcriptũq; ſuperne eſt in illo,Quo abũdat. In hoc, Quo modo.Et ita in pleriſq; aliͤs codicibus,vt ſit,Quo.ſ.modo fieri poſſit.Apud Serui.Con,abundat,qui Cõfieri,agnoſcat. Aliͤ qdam codices manu ſcripti,Quod fieri legunt. Idq; in nõnullis per t,notatum eſt,cuiuſdam ætatis conſuetudine,loco d,ſæpe t, (vti pauloante dictum)ſupponentis.In nonnullis abraſa eſt tota dictio,preſertim vbi per cõpendiariã notam, Quod,ſcriptum fuerat.Sed.n.in Romano codice,Cõfieri,legitur,& ita ſcriptum erat in Longobardico,vnde abraſum eſt,Con:&,Quo,ſuppoſitum.Cõfieri tamen & Latinum eſt,pro Confici:& in primis Cæſari familiare vocabulum.vij.de bello Gallico,cõmentario , vbi de Labieno loquitur:Poſtq; id difficilius confieri animaduertit. ⸢Non aduerſata petenti Annuit.) In Romano codice legere eſt, Non auerſata petenti Adnuit.vt,Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat.Sed enim id pertinet ad ſupplicia quæ obaudiantur.Loco vero hoc magis placet,aduerſata,quia de conſenſu,deq; in eandem ſententiã eundo,ſermo eſt.

Oceanum interea ſurgens aurora reliquit.
It portis Iubare exorto delecta iuuentus,
Retia rara,plagæ,lato venabula ferro,
Maſſiliq́; ruunt equites:& odora canum vis.
Reginam thalamo cunctantem ad limina primi
Pœnorum expectant,oſtroq́; inſignis & auro
Stat ſonipes,ac frena ferox ſpumantia mandit.
Tandem progreditur magna ſtipante caterua,
Sidoniam picto clamydem circundata limbo,

SERVIVS.

¶Iubare exorto.) Nato Lucifero.Nam proprie iubar Lucifer dicitur,ꝙ iubas lucis effundit.Vnde iam quicquid ſplendet, iubar dicitur :·vt argenti, gemmarum . Eſt autem Lucifer interdum Iouis , plerunq; Veneris ſtella.Vnde Veneris dicta,vt, Quẽ Venus ante alios aſtrorum diligit ignes . Sane modo Hyſteron proteron in ſenſu eſt.Iubar enim precedit Auroram:

Auroram , & facit hoc iubar huius iubaris. ⸢Retia rara,plagæ.) Multi diuidunt, vt ſit retia rara,maiora:plagas,minora itelligamus.Aliͤ plagas per diffinitionem accipiunt,vt intelligamus,quæ ſunt retia rara,plagę.Sciendum tamen ꝓprie plagas dici funes illos q́bus retia tenduntur circa imã & ſummam partẽ. ⸢Lato venabula ferro.) Lati ferri venabula ob hoc dicta , ꝙ ſint apta

Cui pharetra ex humero, crines nodantur in aurum,
Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.
Necnon & Phrygii comites, & lætus Iulus
Incedunt, ipſe ante alios pulcherrimus omneis
Infert ſe ſocium Æneas, atq; agmina iungit.
Qualis, vbi hybernam Lyciam, Xantiq; fluenta
Deſerit, ac Delum maternam inuiſit Apollo,
Inſtauratq; choros, miſtiq; altaria circum,
Creteſq;, Dryopeſq; fremunt, pictiq; Agathyrſi,
Ipſe iugis Cynthi graditur, molliq; fluentem
Fronde premit crinem fingens, atq; implicat auro,
Tela ſonant humeris: haud illo ſegnior ibat
Æneas, tantum egregio decus eniter ore.

venatui, q̃ſi expiabula. ¶ Maſſyli.) Maſſyliorum gens eſt nõ longe à Mauritania: & Maſſyli legendum per vnum l, ideſt ne non ſtet verſus. sy enim longa eſt: vt, Hic mihi Maſſylę gẽtis mõſtrata ſacerdos. ¶ Et odora canum vis.) Plus eſt q̃ ſi diceret multitudo. Vnde Salluſt. Qua tempeſtate ex ponto vis piſcium erupit. Odora autem improprie dixit. Nam odorũ eſt, quod ex ſe odorẽ emittit, non quod odorem ſequitur: vt Statius, Et odorę vulnere pinus. Sic eſt, Et inter odoratum lauri nemus, pro odorum. Nã odoratum, eſt, quod alicunde odorem accipit, vt odoratum templum. Tria ergo ſunt: odorũ, quod per ſe olet: odoratum, quod aliunde odorem accipit: odoriſequum, quod odorem ſequitur, ſicut modo de canibus debuit dicere. ¶ Cunctantem.) Morantem. atqui amatrix debuit feſtinare ad eum quem amabat: ſed pathos natura ſuperauit: vt Terentius, Dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt. Deinde hęc morabatur ſtudio placendi. ¶ Ad limina.) Ante, vel apud. ¶ Stat ſonipes.) Adeſt, præſens eſt. Nam ſi Stat ſimpliciter accęperis. vituperatio eſt. Nam legimus, Stare loco neſcit. Deniq; ſequẽtia dictum hoc explanant: vt, Ac frena ferox ſpumantia mandit. ¶ Spumantia.) Spumas vomentia: vt naufragum mare, quod naufragos facit. ¶ Limbo.) Limbus eſt, ſicut ſupra diximus, faſcia, quæ ambit extremitatem veſtium ſecundum antiquum ritum: vt, Victori chlamydem auratam quã plurima circum Purpura. ¶ Crines nodantur in aurum.) Veluti retiolum, quod colligit comas, κρωβύλη. ¶ Ipſe ante alios.) Quia amatur, ideo ei dat pulchritudinem: licet Aſcanio magis congruat. ¶ Hybernam Lyciam.) Nõ aſperam, ſed aptam hyemare cupientibus. Sic enim ſe habet natura regionis. Et bene aliud agens, aliud oſtendit. Nã cõſtat Apollinem ſex menſibus hyemalibus apud Pataram Lyciæ ciuitatem dare reſponſa (vnde Pataręus Apollo dicitur) & ſex ęſtiuis apud Delum. ¶ Inuiſit Apollo.) Apollini Æneam vel propter ſagittas, quibus in venatu vtebatur, comparat: vel certe propter futurũ infelix matrimonium, vt enim ſupra diximus, nuptiis eſt hoc numen infenſum. Vel Apollini Æneam, vt in primo Didonem Dianæ, quomodo germanorum nuptiæ eſſe nõ poſſunt. ¶ Cretes.) Ab eo quod eſt Cres. ¶ Dryopeſq;.) Populi iuxta Parnaſum: vt, Dryopumq; trahens Eraſinus Ariſtas. ¶ Pictiq; Agathyrſi.) Populi ſunt Scythiæ colentes Apollinem Hyperboreum, cuius elogia feruntur. Picti autem non ſtigmata habentes, ſed pulchri, hoc eſt cyanea coma placentes. ¶ Cynthi.) Montis Deli. ¶ Fluentẽ.) Vnguentatum. ¶ Fingens.) Componens: vt, Corpora fingere lingua. ¶ Tela ſonant.) Vt in nono, Pharetraq; fuga ſenſere ſonantem. ¶ Haud illo ſegnior.) Ideſt nõ illo deformior. Nam plerunq; virtus & pulchritudo pro ſeinuicem ponuntur. Hinc eſt, Statius Hercule pulchro Pulcher Auentinus. Nam Herculi ſatis eſt incongrua pulchritudo. Sic Plautus in Pyrgo de muliere Polynice, Quid nam fortis, ideſt pulchra.

DONATVS.

¶ Oceannm in.ſ.a.r. It.p.i.e.d.iu.&c.) Aut Didonis meritũ fuit, aut dedecus tyriorum, vt expectarent reginam conſtituti ante fores eius, hoc eſt fœmineis ornatibus occupatam. ¶ Oſtroq; in.& a.Stat.ſ.&c.) Regalis potentia omni genere ambitionis exprimitur. vt purpura & auro iſignis equus ſtaret opperiens dominam ꝓceſſuram. ¶ Tandẽ ꝓgreditur.m.ſt.c.) Proceſſio eius cultusq; deſcribitur, deducebatur, inquit, ſtipata magna iuuenum multitudine. ¶ Sidoniam.p.c.c.l.) Limbus regibus deputatur, & dijs, qui eorum caput cãdido orbe circundat. ¶ Cui pharetra.e.h.c.n. in.a. Aurea.p.ſ.fi.ve.) Totum quod habuit, aut aurũ fuit, aut purpura pretioſa. Et ideo tandem, quia ſic proceſſerat, vt amans & quę placere cuperet & amaret. deſcripta eſt Dido cum ſuis. videamus quomõ Æneæ ꝓceſſus demõſtretur. ¶ Necnõ &.ph.c.&.l. i. Incedunt, ipſe ante.a.p.o. In.ſe.ſ.æ.a.a.i.) Nõ dixit ſolus inter cęteros fuit Æneas formoſus, ſed formoſior cæteris fuit. pulchritudinis augmentum facta cõparatione cumulauit, ex eo ꝙ oẽs licet ſeparatim ꝓcedẽtes, tamen in vnum ſtudium pergentes, iũcti ſunt. vt nõ deeſſent qbus Æneas pulchrior ꝓbaretur. imittit parabola, vt Æneę ꝓceſſus erigeretur in melius. ¶ Qnalis.v.h.l. x.q;.fl. De.ac.d.m.i.a.&c.) Vt Æneæ pulchritudo p̃ferri cæteris poſſet, deficientibus humanis exemplis, Apollo inter deos ſolus inuentus eſt, qui Aeneæ meruiſſet ęquari, iocunde tamen inuentum, vt huic non alium ſed Apollinem compararet, quia Dianæ ſimilitudinẽ dederat cum Didonem in primo libro deſcriberet procedentem.

ACSENSIVS.

¶ Oceanum interea, &c.) Docet poeta, qũo poſtridie eius diei, quo Iuno & Venus cõuenerant, Æneas & Dido venatũ exierunt: & qua pompa inſtructi, qbusq; comitibus ſtipati. vnde Dona. dicit ſic. ¶ Limbo.) Limbus, regibus deputatur, & dijs, qui eorum caput cãdido orbe circundat. ¶ Cui pharetra.) Totum quod habuit, aut aurũ fuit, aut purpura, vt placeret. ¶ Qualis.) Vt Aeneæ pulchritudo præferri cæteris poſſet, deficientibus humanis ad diuinam cõparationem acceſſit, quia Didonem, Dianæ cõparauerat: hunc cõparat Apollini. Hæc ille. ¶ Ordo eſt. Aurora. i. ſplendor matutinalis, ſurgẽs interea, dum Iuno & Venus talia conſultarent: relinquit Oceanũ i. mare magnum: orbem terræ circundans, vnde dies oriri videtur. Iuuẽtus. i. multitudo iuuenum, delecta. ſ. ad venationem ex multis: it. i. exit: & egredit̃ portis, aut it portis. i. ad portas vbi reginam opitulet̃: & hoc Iubare. i. Lucifero exorto: retia rara, videlicet plagæ, & venabula: lato ferro. i. inſtrumẽta venatoria, habẽtia latũ ferrum, vt ſunt cuſpides: & equites Maſſyli. i. de Maſſylia regione, iuxta Mauritaniã: & vis canũ, odora. i. odoriſequa: ruũt i. cõfuſe & impetuoſe efferunt̃, exequitant & exeunt: nã retia & venabula exportantur: eqtes exequitant, & canes exeunt: aut excurrunt: pro qbus, quia impetu fiebant, dicit, ruunt: primi. i. primores, & principes Pœnorum. i. Tyriorum: expectant ad limina ſ. regię: reginam cunctantẽ. i. imorantem thalamo: vt. ſ. decẽtius exeat ornata, quia (vt comicus dicit) Dum comant̃, & dum ornãtur, annus eſt: & ſonipes. ſ. equus: ſtat. i. prę ſto eſt: inſignis. i. ornatus, & iſignitus: oſtro. i. purpura: & auro. i. phaleris aureis, aut auratis: ac ipſe ferox mandit frena ſpumantia. i. ſpuma ꝑfuſa: & ipſa regina ꝓgreditur tãdem. i. poſt longã expectationẽ, magna cateruа. ſ. ſatellitum, & comitum: ſtipante. i. denſe comitante ꝓgredit̃, dicit, circundata chlamydem Sidoniam. i. Tyriam. (ponit ſecundã, cõmunem, nam in primo, eã ſæpe ꝓduxit: ſicut prius pectoribus inhiãs: tribrachũ in ſecũdo loco poſuit). i. habens chlamydem Sidoniam. i. Tyriam circundatã: limbo picto. i. cuius faſcia extremitatem ambiens, era picta: aut habens limbum pictũ: cui ſ. reginæ, videlicet Didoni: pharetra, ſup. ꝓminet ex humero: & crines nodant̃ in aurum. i. in modum retioli ex auro, & fibula aurea: ſubnectit. i. ſurſum nectẽdo, tenet veſtẽ purpureã, ſuꝑ quam ſ. chlamydem habebat. Necnõ. i. ẽt Phrygij, & Iulus lætus. i. gaudẽs: quia ætati pubeſcẽti quadrat venatio (ſeparat aũt more ſuo, principẽ pubis, à reliqua pube: vt egregiũ ſignificet. nõ vt Phrygium neget: id tamen obſeruat fere, vt dum molliciei incumbũt, Phrygias vocet: dum rebus arduis Dardanidas.) incedunt comites. i. comitãtes Aeneã, & reginã: & ipſe Aeneas pulcherrimus ante omnes alios, infert ſe ſocium. ſ. ad venationem: & iungit agmina. i. agminatim cum alijs incedit: aut agmina ſua agminibus Didonis iungit: exiſtẽs talis, qualis Apollo inuiſit. i. adit, vt videat Delum inſulã illã maternã. i. matri Latonæ ſacrã, qa illic Apollinẽ & Dianã peperit: aut maternã, quia patria illius eſt: aut ex matertera. i. matris ſorore ꝓcreata, vbi. i. quãdo, aut quoties, deſerit Lyciam hybernã. i. hybernationi aptam: & vbi ſe hyberno tẽpore tenet: & apud Patarã, Lycię vrbẽ, reſponſa dat, & fluenta Xanthi, illius fluuij tepidi in Lycia: & qualis iſtaurat choros (qa verno tempore videtur lætior Apollo. i. ſol, q̃ hyemali: & ita pulchrior, quia lętitia formam iuuat: vnde Statius in Achilleide, O quantũ gaudia formæ adiiciunt.) & eo inſtaurãte choros, & i. ſimul: Cretes. i. Cretenſes: & Dryopes. i. populi iuxta Parnaſum: & Agathyrſi populi Scythię, picti. i. pulchri: aut, reuera, picti. (vnde de eis dicit Landinus ſic: Agathyrſi iuxta Scythas ſunt, omniũ hominum molliſſimi, auro ornantur: vnde eos χρυσοφόρους appellat Herodotus: coniuges cõmunes habẽt: & qa omnes fratres exiſtimantur, neq; inimicitias, neq; iuidiam inter ſe exercẽt

in reliquis

in reliquis rebus Scythicas leges obſeruant, ait Herodotus. Scythis petentibus negauerunt auxilia contra Darium, ꝙ nollent in eum bellum gerere, à quo nulla eſſent iniuria prouocati. Marcellus ſcribit, hos cœruleo colore pictos eſſe. Plinius ait, ipſos cœruleis crinibus eſſe. Pomponius, Agathyrſos refert ora, artusq́ pingere, adeo vt ablui nequeant: ac quanto quiſquam excellentior eſt, tanto magis pingitur: aiunt Bacchum ab Indis victorem redeuntem, primum Agathyrſos pinxiſſe: Apollinem hi vehementer colunt. Hæc ille.) Agathyrſi igiť picti, & Cretes, & Dryopes, qui omnes Apollinem præcipue colunt, fremunt miſti, circum altaria, ſcilicet Apollinis: ipſe. ſ. Apollo graditur iugis, ideſt per iuga Cynthi, illius montis in Delo: vnde Cynthius dicitur, & ipſe fingens. i. componens: crinem. i. comam: fluentem. ſ. vnguentis: aut cæſariem expoſitam vento præmit. i. colligat eum: molli fronde. ſ. lauri: atq; implicat crinem. ſ. aut comam, auro. i. reticulo aureo, tela. ſ. Apollinis, ſonāt humeris, Æneas ibat haud i. non: ſegnior. i. æque pulcher, & æque inſigni virtute, ac decore præditus: illo. i. ac ille, ſcilicet Apollo: quia tantum decus enitet egregio ore. ſ. Aeneę, quantum in ore Apollinis, etiam tunc, quū lætiſſimus eſt.

PIERIVS.

¶ Aurora reliquit.) In aliquot antiquis codicibus, relinquit, legitur, præſenti tempore. Nam ſimul oriente ſole, It portis Iubare exorto delecta iuuentus. Non eſt vero hic, & ſi κατὰ πάρεργον prætereundum: quod Varro, ortum Iubaris ſignificare, ait eſſe circiter extremam noctem. Itaq; ait Pacuuius, Exorto Iubare, noctis decurſo itinere. Aiunt vero Iubar ſtellam eſſe, quam Græci Phoſphoron, nonnunquam Heſperon, appellant, cuius ſplendor in morem leoninæ iubæ diffundatur. Neq; id diſſimulandum quòd Caius Cæſar (Flauio Soſipatro teſte) præcipit. Neutra nomina, ar, nominatiuo clauſa, per i, datiuum, ablatiuumq́ ſingulares oſtendere. Iubar tamen, & Far, ab hac regula diſſidere. Nam, vt huic Iubari, dicimus ab hoc Iubare, dicēdum eſt. Virgilius: It portis Iubare exorto delecta iuuentus. ¶ Maſſyliq; ruunt.) In antiquis aliquot exemplaribus, Maſſylici legitur, omnino corrupte. Nomen id vna plus ſyllaba ſcribitur apud Græcos, Μασσαισυλία χῶρα λιβύης προσεχὴς τῇ τῶν μαυρουσίων. Latini vero ſcriptores, Maſſyliam, & Maſſylum, agnoſcunt. At Dionyſius Apher Maſeſyliam à Maſilia diſtinguit eo verſu Atque Maſæſylii nec non Maſylia proles. ¶ Cui pharetra ex hume.) In Romano illo cod. dubio procul antiquiſſimo, legere eſt, Cui pharetra ex auro: quod ideo placet: quia Dido tunc pulcherrima eſſe ſtuduit, vt Aeneæ placeret, ideoq́ ornatiſſima, & quàm maxime diuite habitu inſtructa proceſſit. Congruitq́ mirifice cultui muliebri laſciuia hæc prorſus aurea: Cui pharetra ex auro crines nodantur in aurum, Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem. Et tamen ſunt, qui laſciuiam hanc Virgilianæ maieſtati non conuenire clamitent, cōtradicendi potius ſtudio, quàm quod ſciant: quid ſit in carmine, maieſtas: aut quid in ſcribendo, laſciuia. Quorum ſtupori ne dicam, imperitiæ reſponſum faciam Virgilianam hanc eſſe phraſim, Virgilianum ornatum, Virgilianum eloquutionis modum, cuiuſmodi figura vtitur in. viij. Aurea cæſaries ollis, atque aurea veſtis, Virgatis lucent ſagulis, tum lactea collo Auro innectuntur. Neque illud huic diſſimile, quod ait in. xj. Aureus ex humeris ſonat arcus, & aurea vati Caſſida, tum croceam chlamydemq́, ſinusq́ crepantis Carbaſeos fuluo in nodum collegerat auro. Sed quid illud in. vij. Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent, Tecti auro, fuluum mandunt ſub dentibus aurum. Vbi eaſdem etiam voces Aurea, auro, aurum, aſpicimus, quas hoc loco identidem poſuerat. Iſti vero, quia apud Ouidium repererint, Aureus axis erat, Temo aureus, aurea ſummæ Curuatura rotæ: Ouidianam eſſe figuram contendunt, non autem Maronianam. Atqui ſi Ouidium ſequeremur, non ex auro, ſed ex humero in hanc ſententiam legendum eſſet. Nam vbi is de Atalante culta loquitur, ita ſcribit, Crinis erat ſimplex, nodum collectus in vnum, Ex humero pendes reſonabat eburnea læuo Telorum cuſtos. Sed valeant quum ſuo tam acri iudicio, tamq́ emunctis naribus pulchelli iſti critici. Nos lectionem hanc, Cui pharetra ex auro: Antiquorum pene omnium codicum teſtimonio corroboramus. Ita enim in Longobardico. Ita in Porcio legitur. In alio vero perueteri eiuſdem Vaticanę bibliothecę, dictio tota, auro, improbe, ac imperite admodum abraſa eſt: non ita tamen, vt ſingularum literarum veſtigia non extent: & manifeſte, auro, prius ſcriptum fuiſſe diſcernatur. Eſt etiā vetus codex in ciuitate Belluno, patria mea, in quo pleriq; cum his veteribus Vaticanæ bibliothecæ exemplaribus, conuenientia deprehendi, & hoc præcipue, Cui pharetra ex auro. Ita etiam in aliquot alijs codicibus, qui apud me ſunt. Sed ne tam multa congeram litem ſecundum nos Ti. Donatus, dum ita ſubſcribit. Cui phar. Totum quod habuit, aut aurum fuit, aut purpura, vt placeret. Deniq; Probus in Pollione verſum hunc citat, vbi de iteratione loquitur, eo verſu, Pan etiam Arcadia. Dicitq́ iterationem fieri, etiam caſuum permutatione. Et inter exempla hoc etiā apponit, Quot pharetra ex auro crines nodantur in aurum. Hæc vt forte plus nimio coaceruarem, id in cauſa fuit, quod nonnulli ſunt ita prauo igenio præditi: vt meliores ſe doceri literas ęgre ferant, proindeq́ alios ab eorum cognitione, quæ ipſi hactenus ignorarunt, auertere conentur. ¶ Nec non & Phrygij comites.) In antiquis aliquot exemplarib. Tyrii comites, legitur: quippe qui reginam Tyro comitati fuerant. & paulo infra, Tyrios comites appellabit. Magis tamen placet Phrygij. Quia Dido magna ſtipante caterua, progreſſa erat: neq; oportuit Æneam incomitatum aduenire, aliter quænam agmina iungeret?

Poſtquam altos ventum in montes, atq; inuia luſtra,
Ecce feræ ſaxi deiectæ vertice capræ
Decurrere iugis, alia de parte patentes
Tranſmittunt curſu campos, at q; agmina cerui
Puluerulenta fuga glomerant, monteſq́; relinquunt.
At puer Aſcanius mediis in vallibus acri
Gaudet equo, iamq́; hos curſu, iam præterit illos,
Spumantemq́; dari pecora inter inertia votis
Optat aprum, aut fuluum deſcendere monte leonem.
Interea magno miſceri murmure cœlum
Incipit, inſequitur commiſta grandine nymbus:
Et Tyrii comites paſſim, & Troiana iuuentus,
Dardaniuſq́; nepos Veneris, diuerſa per agros
Tecta metu petiere, ruunt de montibus amnes.
Speluncam Dido, dux & Troianus eandem
Deueniunt, prima & Tellus, & pronuba Iuno
Dant ſignum, fulſere ignes, & conſcius æther
Connubii, ſummoq́; vlularunt vertice nymphæ.
Ille dies primus leti, primuſq́; malorum
Cauſa fuit, neq; enim ſpecie, famàue mouetur,

SERVIVS.

¶ Feræ capræ.) Hoc eſt capreæ. Et bene aptat deſcriptionem ad ſpecies: vt ceruis campos, capreis ſaxa permittat. ¶ Decurrere.) Bene præterito vſus eſt tempore ad exprimendam nimiam celeritatē. ¶ Trāſmittunt.) Celeriter tranſeunt. ¶ Iamq́ hos curſu.) Ideſt modo: vt, Iam digitis, iam pectine pulſat eburno. Et bene puerilem oſtendit animum, qui ꝑ mobilitatem frequenter optat timenda. ¶ Monte leonem.) Per tranſitum tangit hiſtoriam. Nam Aſcanius præter Iulum & Ilum quæ habuit nomina, etiam Dardanus & Leōtodamas dictus eſt ad extinctorum fratrum ſolatium. Ideo nunc eum dicit optare aduentum leonis. paulo poſt Dardaniuſq́ nepos Veneris. Conſtat etiam Æneam Dardanum dictum, vt oſtēdit Virgilius, Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus. Item, Ilioneus hinc Dardanus ortus Huc repetit. Nam latenter etiā illud nomen oſtēdit. ¶ Commiſta grandine nimbus.) Secūdum promiſſa, His ego nigrantem commiſta grādine nimbum. Et bene etiam grando adiicitur: quia poterat nimbus contemni. ¶ De montibus amnes.) Ne vel inueſtigare poſſent Tyrii reginam. ¶ Deueniunt.) Bene ſupprimit rem pudendam. ſic Terentius, Quid tum fatue? fateor. ¶ Prima & tellus.) Satis perite loquitur. Nam ſecundum Etruſcam diſciplinam nihil tam incongruum nubentibus, q̄ terræ motus vel cœli. ¶ Et pronuba Iuno.) Quæ nubentibus præeſt. Iunonem autem dediſſe ſigna per tempeſtatem conſtat & pluuias: q̄ de aere fiunt. ¶ Fulſere ignes.) Varro dicit, aqua & igni mariti vxores accipiebant. Vnde & hodie & faces prælucent: & aqua petita per fœliciſſimum puerum, vel

Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem,
Coniugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.

aliquam puellam de puro fon
te, intereſt nuptiis, de qua nu/
bentibus ſolebant pedes laua/
ri. ⁋ Vlularunt.) Bene medium
eligit ſermonem. Nam ait Lucanus, Nam lætis vlulare trium/
phis. In luctu autem vlulare nō dubium eſt. Et ideo medium ſer
monem poſuit, quia poſt nuptias mors ſecuta eſt. ⁋ Specie fama
ve mouetur.) Species rerum præſentium eſt, ꝙ quaſi aſpicitur: fa
ma autem rerum abſentium. Hoc ergo dicit, Non eam mouit,
nec præſens deformitas, ꝙ non in thalamo, ſed in ſpecu concu/
buerat: nec futura mox fama. ⁋ Meditat.) Exercet ſic Horatius,
Et horridam cultis diluuiem meditatur agris. Nec incongrue di
ctum. Actus enim eſt in ipſa meditatione. Nam exercitium medi
tatio eſt. Sciendum tamen hodie hoc in vſu nō eſſe. ⁋ Culpam.)
vt ſupra, Succumbere culpæ.

DONATVS.

❡ Ecce fe. ſa. de. v. c. Decurrere iu.) Ferę, īquit, caprę hoc eſt agrē
ſtes, quas capreas dicimus, manſuetæ ſunt enim quæ ſunt in gre/
gibus noſtris, & quę non metuūnt hoīum conſpectum. agreſtes
vero timidę & leues ad curſum, quo fiebat vt ſaxi de vertice &
iugis præcipitarentur. ⁋ Alia de. p. p. Tranſmittunt. c. c.) Varia de/
ſcriptio, & ex diuerſitate copioſa, vt aliæ de montibus agerentur
præcipites inſequentium metu, aliæ exagitarentur in campis.
⁋ Atq; ag. c. Puluerulenta. f. glo. &c.) Nō fuga puluerulenta, ſed
agmina. Ordinatio enim ſic eſt. agmina puluerulenta glomerant
cerui fuga, currentes quippe fugientesq; per campos excitabant
ſuis vngulis puluerem. ⁋ At puer. a. m. in. v. a. Gaudet. e. &c.) Aſca
nius quoq; pro ætate laudatur. nam etiam ea, quæ leuia maiori/
bus natu videntur, laudantur in pueris. in his enim futuri tēpo/
ris ſpes præſentium factorum coniectura colligitur, ꝙ magnæ
velocitatis equum habuiſſet, & diſcurrebat gaudēs, ꝙ curſu nūc
hos nunc illos præteriret, nec dignum habuit, feras & inertia pe
cora pertinaciter ſequi, ſed optabat occurrere ſuis diſcurſibus leo
nem aut aprum. prætermiſit poeta datos equos troianis ad ve/
nandum, quoniā proprios non habebant, vtpote qui à nauibus
venerant, an ideo, quia in tertio libro dixit, inter cætera munera
Helenum & equos dediſſe, addit equos, additq; duces. ⁋ Interea
ma. m. m. cœlum Incipit &c.) Fiunt ea, quæ Iuno prædixerat,
mouetur cœlum, tonitrua cōcrepant, nimbi funduntur, grando
exitum portat, & contra naturam rerum de ſummis verticibus
montium amnes innumeri præcipitantur. deſerta venandi volu
ptate fugiunt oēs, & diuerſa occupant tecta. diuerſa ideo, ꝙ diſp/
ſę ruſticę domus tantā multitudinē adunatam ferre nō poſſent,
vel quod vnuſquiſq; vſum in tanta neceſſitate cōpendio nō pul
chrum ſuffugium recti ſed ꝓximum quęſiuiſſet. ⁋ Speluncā Di.
d. & t. e. Deueniunt.) Aduocatis, inquit omnibus, atq; ipſo Aſca/
nio, & per diuerſa diſcretis, Dido & Æneas in vnam ſpeluncam
deuenerant, hoc eſt male venerunt, quia perſonis regum non cō
ueniebat ſpelunce depreſſio. dedit igitur occaſionem coniunct o
ni perficiendæ locus ſecretus. dedit tempus, quo periculi vitandi
cauſa nullus audebat exire de ſuffugio. dedit ſolitudo, quia ſoli
fuerāt duo, dedit perſona, quia vterq; in prima ætate, vterq; for
moſus. factum autem intelligi voluit poeta non dici. ⁋ Fulſere. i.
&. c. æt. Connubii.) Tantum valuit Iuno, vt etiam ipſa elemen/
ta fauere viderentur, itemq; ignes de cœlo fulſerunt. non dixit,
emiſſa ſunt fulgura, ſed pro nuptialibus facibus ignis cœleſtis ap
paruit ad impedimentum autem italici imperii tātum Iunonis
doloſa fecit inuentio, vt Æneas in illa coniunctione non volun/
tatē habuiſſe, ſed vim quandā paſſus eſſe videretur. fiūt velut nu
ptiæ cum turpitudine omni, & volente Iunone ſolus teſtis exti/
tit mundus. ⁋ Ille dies pri. le. p. q; ma. Cauſa fuit.) Duo propo/
ſuit, quæ ex vna cauſa ꝓfluxiſſent letū & mala. letum, quia ſe ob
eā cauſam Dido interemit. malum, quia ex facto turpi & inhone
ſto contraxit deteſtabilem famam, quæ inter præcipuas mulie/
res caſtitatis merito potior dicebatur. ecce Æneæ fortuna & cō/
ſiliorū exitus. quæ habuit Iuno dum vult ſuę prodeſſe, & cōmo
dā fulgere carthaginis, Ænam vero ab Italię partibus ſeparare,
ſic Didoni non coniugium ſed vltimum procurauit interitum,
nec profuit carthagini, & æmulum ſuum tenere nō potuit. vt au
tem probemus hac ductam intentione Iunonem, vt Æneam ad
Italiam nollet peruenire, oſtendimus ipſam Iunonem eſſe ꝓfeſ
ſam ex duobus alterū voluiſſe. ſ. aut Æneę ipſius interitum, aut
eius ab Italia ſeparationem. dixit enim, nec poſſe Italia teucro/
rum auertere regem. quia igitur iuxta perniciem ſalutis eius ni/
hil naufragia valuerunt, hunc ab Italia prædictis fraudibus auer
tere nitebatur. Ille dies primus leti, primusq; maloꝝ cauſa fuit.

⁋ Neq; enim. ſ. f. m.) Cum duo
propoſuiſſet exorta ex illo fa/
cto cauſa mortis, vt turpem fa
mam prętermiſſo leti genere,
quod poſtea ſecutum eſt, ſecundo ſic reſpōdet. Neq; enim ſpecie
famaue mouetur. ⁋ Nec iam. f. Di. m. a.) Non ſpecie, inquit, moue
batur admiſſi criminis, nec mala fama. ⁋ Cōiugium. v. h. p. n. c.)
Hoc eſt à matrimonii noīe turpiſſimam culpam credidit tegen/
dā, verbo iuris vſus eſt, vt diceret culpam. Sic enim definitū eſt,
culpam eſſe mulieris, cum pudoris in cauſa peccauerit. qua autē
ſpe ducebatur Dido matrimonii quod eo genere cōtraxerat quæ
ipſum Æneam in cōuiuio referentē audiſſet, reſponſo Creuſę va
ticinantis accępto, & regnum Italię iam ſibi paratum eſſe, & cō
iugem regiam, Apollinis quoq; & deoꝝ penatium, Heleni etiam
vnum idemq; extitiſſe prædictum, quo non tantum Ænee verū
etiam liberis & poſteris eius per vxoris Italię cōſortium Italiæ
atq; orbis totius deberi memoratum eſt regnum.

ASCENSIVS.

❡ Poſtquam altos, &c.) Docet quomodo vētum eſt, & quomō
īmiſſa tēpeſtate, Æneas & Dido in ſpeluncam confugerunt, vbi
Iuno & Venus eos cōiunxerunt: fœdere, vt Iuno prętendebat,
& Dido ad excuſationē culpę dictitabat matrimoniali: ſed vt Ve
nus & Aeneas cōcubinali. de qua re nihil memoratu dignū à Do Ordo.
nato ponitur. ❡ Ordo igitur eſt. Poſtquā ventū eſt in altos mon
tes, atq; in luſtra. i. ferarum latibula: inuia. i. nullas vias habētia:
ecce quaſi ex improuiſo: caprę ferę. i. ſylueſtres: hoc eſt, capreæ:
deiectę. i. deorſum cōpulſę à canibus, vertice ſaxi. i. rupis, in qua
diuerſantur: decurrere. i. deorſum currere: iugis. i. per iuga mon/
tiū, quę ſub verticibus ſunt: cerui tranſmiſſi ſunt curſu. i. tranſeūt
celeriter currentes de alia parte: campos patenteis. i. patulos &
amplos: vnde campi quaſi capaces ampliter dicuntur: atq; glo/
merāt. i. in formā glomeris iungunt: agmina puluerulenta. i. pul/
ueris plena: fuga. i. propter celerem fugam, & relinquunt mon/
tes. ſ. inferiores: nam plus fuga, quàm ſaltu valent: & ita cam/
pos petunt vt caprę rupes: at, ideſt ſed, puer Aſcanius gaudet in
mediis vallibus acri equo (quod Teren. & Horat. ætati Ephebo/
rum conuenire docent) & præterit curſu, ſcilicet equi: iam hos. ſ.
ceruos, & iā illos: & optat votis, ideſt multis deſyderiis ſed pue/
rilibus aprum. i. ſuem ſylueſtrem: ſpumantem. ſ. ex fuga & ira:
dari, ideſt offerri ſibi, inter pecora inertia, ideſt inter ceruos im/
belles: quibus omnis ſpes in fuga conſiſtit: aut optat leonem ful
uum. i. fului coloris deſcendere monte: vt ſcilicet eum aggredia/
tur. Cœlum incipit interea, dum. ſ. ſic venationi intenti eſſent: &
dum trepidarent alæ: miſceri magno murmure. ſ. vētorum & to
nitruum: & nymbus. i. nubes ventoſa, inſequitur grandine com/
mixta. i. habēs grandinem cōmixtam cum aquis, & comites Ty
rii, & iuuentus Troiana, & Dardanius nepos Veneris. ſ. Iulus, pe
tiere paſſim. i. quaſi per ſingulos paſſus: metu. i. propter metum,
qui eos regis & reginæ immemores facit: diuerſa tecta. i. tegmi/
na, & ſpeluncas per agros. i. quæ & quas interuenire poterant, p
agros amnes. ſ. imbris vehementis, ruunt. i. pręcipites defluūt de
montibus: Dido, & dux Troianus. i. Aeneas deueniunt, ſup. ad eā
dem ſpeluncam: & tellus prima, & Iuno pronuba. i. quę præeſt
nubentibus, dat ſignum. ſ. infelicis coniugii, quale eſt (ſm Athni/
corum diſciplinam) dum terra tremit, ignes fulſere: quia etiam
ignes intereſſe cōnubiis, volebāt veteres: vnde tedæ, ac faces ad/
hibitę: & æther. i. ſplēdor cœleſtis, conſcius, ſup. eſt: cōnubii. ſ. in/
auſpicati, & nymphę. ſ. Oreades: vlularūt. ſ. cōſcię infelicitatis: in
ſummo vertice. ſ. montium, in quibus degunt. Ille dies fuit pri/
mus cauſa læti. i. lætitiæ, & voluptatis ipſi Didoni: & fuit etiā pri
mus cauſa malorum. ſ. necis, qa ſeipſam, poſt multos dolores &
labores interemit (vnde ſignanter dicit, læti, ſingulariter, quaſi
vnius rei lætæ, & malorum pluraliter: vnde bene conſulit Flac/
cus, Sperne voluptatem nocet empta dolore voluptas. Et qa læ
ta initia ſępe īfelicē habēt exitum, irridet Plinius Thraces, q dies
lætos, calculis albulis computant: neſciētes, ꝙ quę nos lęta cēſe
mus, multorum malorum ſæpe cauſæ ſint.) fuit ergo cauſa ma/
lorum. Neq; enim. i. nam non: Dido nō mouetur amplius ſpecie
i. decore pręſentis ſtatus ſui: ve, pro vel, fama. ſ. quæ inde diuul/
getur: nec dido meditatur. i. exercet: iā. i. amplius, aut de cætero
amorē furtiuum. i. occultū, & ſecretum, ſed manifeſtariū, qa vo/
cat coniugium: quod tamen non erat: nec dicēdum à poeta ne p
fidię damnet Aeneam: & prætexit. i. velauit: hoc nomine. ſ. coniu
gii culpam. ſ. illegitimi coitus, ac ſtupri.

PIERIVS.

❡ Commiſſa grandine.) In codi. aliquot anti. comitata grādine
legitur,

legitur, quod minime placet. ¶ Et conſcius æther cõnubij. In codic. aliquot vetuſtis, conubijs, habeť, acqſitiuo caſu, numeri multitudinis, Conſcius, eni apte datiuo iungiť, In quodã antiquo ẽt exẽplari, exẽplari, Conubio, numero vnitatis eodem tamẽ caſu habetur, paſſim vnica n, litera. Lectio hæc tametſi non diſplicet: nunq̃ tamen reſpuerim, Conubij, genitiuo caſu, quum etiam optime dicatur, Sum cõſcius huius rei.




SERVIVS.

¶ Fama, malum quo.) Diffinitio eſt, vt Quo ex præcedenti pẽdeat nomine: quãquam alij Qua legant. Sane Quo niſi diffinitio ſit, legi non põt: nec eni ꝓcedit, vt ordo ſit: Fama quo nõ aliud malũ velocius. ¶ Mobilitate viget. ¶ Dat eis Onomatopeiam: & laudat à cõtrario. Quum enim omnia labore minuantur, hęc creſcit. ¶ Attollit in auras.) Sumpta licentia q̃ minuebatur timore. ¶ Ingrediturq́; ſolo, & caput inter nubila condit.) Hoc vult oſtẽdere: nec humili eam fortunæ parcere, nec ſuperiori. ¶ Terra parens.) Generale omnium rerum eſt parens. ¶ Ira irritata deorũ) Amphibolon eſt, vtrũ ſua ira ꝓpter extinctos gigantes: an ira deorũ irritata, quæ extinxerat gigantes. ¶ Extremam. Aut poſt omnes gigantes, quippe ad eorum vltionẽ natam (nam per ipſam eorum crimina vulgata ſunt) aut certe Extremam peſſimam. Omnes

Extemplo Libyæ magnas it fama per vrbeis,
Fama malum, quo non aliud velocius vllum,
Mobilitate viget, vireſq́; acquirit eundo,
Parua metu primo, mox ſeſe attollit in auras,
Ingrediturq́; ſolo, & caput inter nubila condit:
Illam terra parens ira irritata deorum,
Extremam (vt perhibent) Cœo, Enceladoq́; ſororem
Progenuit, pedibus celerem, & pernicibus alis,
Mõſtrũ horrẽdũ, ingẽs: cui, quot ſunt corpore plumę,
Tot vigiles oculi ſubter (mirabile dictu)
Tot lingue, totidem ora ſonant, tot ſubrigit aures,
Nocte volat cœli medio, terræq́; per vmbram
Stridens, nec dulci declinat lumina ſomno.
Luce ſedet cuſtos, aut ſummi culmine tecti,
Turribus aut altis, & magnas territat vrbeis.
Tam ficti, prauiq́; tenax, quàm nuncia veri.
Hæc tum multiplici populos ſermone replebat
Gaudens, & pariter facta, atq; infecta canebat.
Veniſſe Æneam Troiano à ſanguine cretum,
Cui ſe pulchra viro dignetur iungere Dido,
Nunc hyemem inter ſe luxu, quàm longa, fouere,
Regnorum immemores, turpiq́; cupidine captos.
Hæc paſſim dea fœda virum diffundit in ora.

nes enim qui de medicina tractant, dicunt naturale eſſe, vt inutiliores ſint qui naſcuntur vltimi. ¶ Vt perhibent.) Quotienſcunq; fabuloſum aliquid dicit, ſolet iferre Fama eſt. Mire ergo modo quũ de ipſa fama loquereť, ait, Vt perhibẽt. ¶ Pedibus celerem & pernicibus alis.) Cõuertit rerum epitheta. Nam pernix pedum eſt: vt, Pernicibus ignea plantis: Celeritas pẽnarum eſt, vt, Celeriq́; fuga ſub ſydera lapſæ. ¶ Quot ſunt corpore plumę.) Non ipſius, ſed in oium corporibus. Nam exaggeratio eſt: ac ſi diceret, quot ſunt arenæ. ¶ Oculi ſubter.) Aduerbiũ eſt: ac ſi diceret nõ ſub plumis, ſed ſub ipſa. ¶ Tot lingue.) Infinitus eſt numerus. Nam re vera quot ſunt homines, in quibus fama eſt, tot ora habet, q̃ ſunt hominum. ¶ Nocte volat.) Bene naturalem rem dixit. Nam quanto celatum eſt aliquid tãto magis requiritur: & ſine dubio incipiens fama ſemper ob

ſcura eſt:quæ diuulgata quieſcit.Vnde ait,Luce ſedet. ¶ Terræq; per vmbram.)Noctem,vmbram terræ eſſe nuſquam apertius ſignificauit. ¶ Cuſtos.)Speculatrix. ¶ Summi culmine tecti.)Per domos nobilium. ¶ Turribus aut altis.)Per aulas regum. ¶ Magnas territat vrbes.)Magnos populos : & dicit plebeios. ¶ Tenax.)In omnibus perſeuerans. ¶ Gaudens.)Propter inuentam materiam. ¶ Facta atq; infecta.)Sicut ſequentia indicant. ¶ Dignetur.)Librauit ſermonem,quaſi perſonæ ſuperioris. ¶ Luxu,quã longa.)Id eſt nunc hyemem inter ſe luxu fouere,inquantum longa eſt ipſa hyems.Fecit talem & alibi figuram:vt, Tybris ea fluuium,quàm longa eſt,nocte tumentem Leniit. ¶ Regnorum immemores.)Hoc fingit.Nam & illi cura eſt Carthago,& Æneæ Italia. ¶ Dea fœda.)Crudelis.

DONATVS.

¶ Extemplo libyæ ma.it.ſ.per vr.)Huius,inquit,facti nulla interpoſita vel modici temporis mora per vrbes Africæ magnas & plurimas fama percrebuit,veniſſe Æneam Troiano à ſanguine cretum,cui ſe pulchra viro dignetur iungere Dido,Nunc hyemem inter ſe luxu quam longa fouere Regnorum immemores, turpiq; cupidine captos.Hæc paſſim dea fœda virum diffundit in ora.hæc fama referebat Troianum virum conſenſu Didonis exceptum,iudicatum dignum cui ſe regina coniungeret, eumq; conuiuijs ſuis vacare ac luxuriæ,hoc eſt libidinis partibus.feruẽt enim venereæ voluptates,ſicut Terentius ait, vbi interuenerint Ceres,& liber neq; hoc breui tpe,aut diebus ĩterpoſitis,ſed hyeme q̃ lõga,hoc eſt quantũ lõga eſt ac per hoc omni vſqueadeo, vt omnem curam diſponendi regni tuendiq; reijcerent.hoc eſt, quod ait in ſuperiore libri parte.Non cœptæ aſſurgunt turres,nõ arma iuuentus Exercet,portuſue,aut propugnacula bello Tuta parant,pendent opera interrupta,minæq; Murorum ingentes, æquataq; machina cœlo.Hæc de Didone,Æneæ vero reprehenſio fuit,ꝙ in alienis commorans regnis cõmoditatem ſuam negligebat,quam partẽ ex Iouis perſona Virgilius nõ multo poſt pleniſſime proſecutus eſt.heu regni & cætera.hæc paſſim dea fœda virum diffundit in ora? nõ dea fœda.vbi enim,quid ſecus admiſſum in hominum ſcientiam venerit,turpius q̃ admiſſum eſt carpitur.interea definitionem famæ repetamus,quam poeta interponendo fecit hyperbaton,& eum textum in duas partes abſciſſum poſuit,& minus attentus facit errorem. ¶ Fama,inquit, m.q.n.a.ve.vl.Mobilitate.v.v.q;.a.eun.)Et cito,inquit, ambulat,& fit fortior.vires enim non perdit,ſed acquirit.nam contrarijs iuuatur vtpote monſtrum. ¶ Parua metu primo,m.ſeſe.at.in au.Ingrediturq;.ſ.&.c.i.n.condit.)Veteres omnes multis incorporalibus nomina dederunt & formas,& nonnulla pro numinibus habuerunt,victoriam.ſ.concordiam,diſcordiam, furorem, ſomnum,& cætera ſimilia.ita & famam corporalem eſſe voluerunt,& deam.vt ipſe Virgilius hoc loco ait.hæc paſſim dea virũ fœda diffundit in ora.huic addidit & corpus & corporis incredibilem mobilitatem,& loquacitatem ſatis effuſam,nihilq; occultãtẽ.hoc amplius,vt non tantum veritatis ſit nuntia, verumetiã veris falſa commiſceat,illam monſtri eſſe genus natam ex terra cum gigantibus,volatu alarum vigere,& pedum celeritate,auriũ quoq; ſenſu.& oculis quamplurimis ſemper vigilantem,loquentem plurimis linguis,nullo tẽpore habentem requiem,nocte diuq; volitantem,atq; currentẽ, explorantẽ de ſummis locis quid ſinguli agant,quidue loquantur,magis praua & ficta q̃ vera nuntiantem.iccirco dixit. ¶ Illam.t.p.ira.i.d.Extremam(vt perhibent)coeo enceladoq; ſororẽ Progenuit &c.)Parua eſt inquit,fama,cum metus interuenit.Tunc metus eſt,cum de perſonis potioribus incipit loqui,Sed eadem dicit,primo parua eſt metu,& conſtat eam poſtea non timere,ſed ſumere augmẽtum. deniq; ſequitur,mox ſeſe attollit in auras,ingrediturq; ſolo, & caput inter nubila cõdit.ingreditur ſolo,hoc eſt ambulat in ſolo vt ſit integra locutio.vt autem oſtenderet monſtrum eſſe, vltra ineſtimabilẽ formam,pedes,inquit,habet in terra,& capite tangit cœlum.quod ait,vt perhibent,morem proprium tenuit.in fabuloſis quippe & incredibilibus nõ ſe facit authorem.hoc dictũ ſit de famæ diffinitione.nunc redeamus ad reliqua,quæ eadẽ fama per infinitos paſſim loquendo pertulerat.

ACSENSIVS.

¶ Extemplo Libyæ,&c.)Docet famam aduentus Æneæ,& cõiugij cum Didone celebrati,vt ipſa adſerebat,diuulgatam eſſe ꝑ omnes vrbes Libyæ,occaſione cuius poetice deſcribit famam, faciens digreſſiunculam prolixiorem,ſed non iniucundã:de qua re nihil à Donato dictum offendimus.

Ordo. ¶ Ordo autem eſt. Fama it.i.diuulgatur:extemplo.i.ilico(tractum ab auguribus, qui deſignato templo,clamabant extemplo,quo audito,illico ꝓfugiebant ne obſtarent:& inde ſumptum,vt ſignificet cito,& properãter,aut illico.)per magnas vrbes Libyæ:fama.ſ.veniſſe Æneam,&c.vt poſtea dicturus eſt:ſed prius deſcribit famam, dicens,Fama(inquit)exiſtens malum,quo non aliud.ſ.malum eſt velocius,nã viget.i.creſcit & augmentatur mobilitate,qua cætera,ſi corruptibilia ſunt,cõſumunt:& acquirit vires eundo quia quanto ad plures peruenit,tanto maior & potentior eſt:& ipſa parua primo.i.à principio:metu.i.timore:quia nemo audet rem ignotã confidenter diuulgare:& ita in aurẽ dicunt,& ſub fide:& ipſa attollit.i.erigit:mox.i.paulopoſt,ſe in auras:& ĩgredit.ſ.pedibus:ſolo.i.ſuper terram.& condit.i.abſcondit caput inter nubila:vnde patet ĩmenſum eius excrementum.Terra parens.ſ.gigãtum irritata ira deorum,qui gigantes occiderant:progenuit(vt perhibent:id addidit,quia fabuloſum eſt.)illam excremam.i.extremo loco:& ita peſſimam ſororẽ Cœo,& Encelado,illis gigãtibus,exiſtentem celerẽ pedibus,& alis pernicibus,pro(ſm Seruium)celeribus alis,& pernicib.pedibus:exiſtens etiã monſtrũ horrendum:&,ſup.ingens,quæ ſunt epitheta,prius Polyphemo attributa:cui.ſ.monſtro, videlicet famæ,tot ſunt oculi vigiles, ſubter.i.in occulto:quot ſunt plumæ,ſup.in corpore:& ita omnia cito videt,& celerrime defert:mirabile dictu.i.quæ res eſt mirabilis dictu:& cui ſonant tot linguæ,& totidem ora,quot.ſ.ſunt in corpore plumæ & ſurgit.i.ſurſum,more bruti erigit tot aures ad audiendum:(volunt quidam coniunctim conſtruẽdum eſſe: tot linguæ,& totidem ora:nã quum ſingulis linguis,bini reſpõdeant oculi,& binæ aures,& ita tot linguæ, & totidem ora,pro vna parte ponentur:quot aures & quot oculi, pro reliqua: ſed in monſtro non eſt ſymmetria obſeruanda:quam tamen ſeruatam non dedeceret.)& ipſa fama volat nocte,quando animantia dormiunt:medio.i.per medium cœli:& per vmbram terræ, ſtridens.ſ.propter velocem impetum:nec declinat lumina ſomno dulci,cæteris quia ipſi dulcis non eſt.Ipſa ſedet luce.i.interdiu,dum res geruntur,aut dicũtur,cuſtos,ideſt obſeruatrix, aut ſpeculatrix:in,ſup.culmine ſummi tecti.ſ.domus vnius nobilis: aut altis turribus.ſ.domorum regum:& territat magnas vrbes ſ.rumore auditorum in domibus,exiſtens tenax.i. perſeuerans aſſertrix:tam ficti,& praui,quàm nuncia veri.i.illius quod verũ eſt.Hæc.ſ.fama talis,vt eſt deſcripta,replebat tunc populos multiplici ſermone,gaudẽs,ideſt læta nouitate rerum,& canebat pariter facta,atq; infecta.i.non facta,ideſt & vera, & falſa.ſ.Aeneam cretum.i.progenitum à ſanguine Troiano,veniſſe.ſ.Carthaginem,cui viro,Dido pulchra dignetur ſe iungere,aut, cui Dido pulchra dignetur ſe iungere viro.i.tanquam marito:& hoc quidem factum erat,& verum:& canebat,ſup.nunc.i.aliquando Aeneam,& Didonem immemores regnorum,fouere.i.ꝙ fouerent inter ſe luxu.i.ad luxum,hyemem quàm lõga.ſ.eſſet,hoc eſt,alij interpretabantur in bonam partem,dicentes Aeneam eſſe maritum Didonis,alij in peiorem,dicentes,non eſſe matrimonium, ſed eos ĩmemores regnorum,Aeneam.ſ.regni promiſſi in Italia,& Didonẽ regni cœpti in Carthagine,fouere.i.explere luxuriam ſuam,donec peracta hyeme Aeneæ daretur nauigãdi facultas,& eos captos eſſe turpi cupidine.Dicit Ser.ꝙ fingit regnorũ ĩmemores,quod tamen quantum de Didone in cõceſſo eſt,quãtum de Aenea,non omnino negandũ.Nam dicturus eſt Mercurius iuſſu Iouis,Si te nulla mouet tantarũ gloria rerum, Nec ſuper ipſe tua moliris laude laborem,&c.Dea fœda.i.aut crudelis, aut execrabilis,propterea qd potius turpia dictu,q̃ honeſta perfert:diffundit paſſim hæc.i.huiuſmodi noua,in ora virum.i.virorum.i.promulgat hæc per omnia.

PIERIVS.

¶ Extemplo Libyæ magnas it fama per vrbes.)Nonnulli cod. manu ſcripti, Libyes,legunt declinatu Græcanico, vt incitatius proferatur.Sed Libyæ,longe ſuauius eſt. ¶ Fama malum, quo non aliud velocius.)Non eo inficias,quo,in pluribus exemplaribus haberi.Sed forte non diſpliceat,quod in Romano,qua,ſcriptum eſt.Qua,ſcilicet fama,nullum aliud malum velocius: ſed omnino,quo receptius eſt. ¶ Viresq; Acquirit eundo.)Antiqua pene omnia exemplaria,integras ſeruant præpoſitiones in compoſitis:vt,adquirit:& ita ſcribi ſolitum vſq; ad Aurelij Antonini Pij tempora:publica declarant monumenta.Ea enim libẽter in teſtimonium adducimus,quod notæ ſemel in marmoribus excauatæ,nulla ſunt tranſcriptione mutatæ. In arcu igitur Aquæ Marciæ,verba hæc inter alia ita notata leguntur, ADQVISITO ETIAM FONTE NOVO. ¶ Seſe attollit.)Dicebamus quidem præpoſitiones,Ad,Ab,In,& huiuſmodi incolumes,in cõ-

poſitis

poſitis apud veteres adſeruari, parciſſime tamẽ ſcriptum, Adtollit, per Ad, inueni. Tametſi grammatici veteres, ad, ante t, indifferẽter ſcribi cõcedant, propter ſoni ſimilitudinem, quæ in D & T auditur. ¶ Ira irritata deorum.) Nõ leui quidem de cauſa, minimis his quæſtiunculis cogimur inhæreſcere, quoties quædam ſeſe offerunt, quæ præter rationem omnem turpiter fuerint negligentia poſteriorum contaminata, velut in hoc verbo, irrito, praua inualuit cõſuetudo, vt geminato rr ab omnibus iam librarijs ſcribatur. Volũt enim, a litera, quæ de nare canina ſonat, Irrito deductum. Quare perperam oĩo legitur in nõnullis exemplaribus. Inritata. Sed enim irrito, ab ira, potius eſt, vt & iraſcor: & ita vnico r ſcribẽdũ. Nam in iram ſtimulare ſignificat. Irritum vero, vel inritum pro nõ rato, vel rr geminato, ex Scauri ſententia: vel per n, & r, veterum more ſcribi manifeſtum eſt. ¶ Tot vigiles oculi ſubter.) In pleriſq; codicibus antiquis legere eſt ꝓ ſubter, ſubſunt, Tot vigiles oculi ſubſunt. ¶ Terręq; per vmbram Stridẽs.) In oblõgo Vaticano codice ſane q̃ vetuſto, Stridet, habet, finitiua forma, ꝙ minime diſplicet. Et vmbras, numero multitudinis in bona codicum veterum parte. ¶ Nec dulci declinat lumina ſomno.) Nequaquam placet, ꝙ in pleriſq; codicibus antiquis, limina, legitur: quum preſertim apud Catullum, vnde phraſis deſumpta, legere ſit, Flagrãtia declinauit lumina. ¶ Dea fœda virum diffundit in ora.) In antiquis aliquot exẽplaribus, diffudit, præterito tempore habetur. Sed lõge magis placet præſenti.

SERVIVS.

Protinus ad regem curſus detorquet Hiarbam,
Incenditq; animum dictis, atq; aggerat iras.
Hic Hammone ſatus, rapta Garamantide nympha:
Templa Ioui centum latis immania regnis
Centum aras poſuit, vigilemq; ſacrauerat ignem:
Excubias diuum æternas, pecudumq; cruore
Pingue ſolum, & varijs florentia limina ſertis.
Iſq; amens animi, & rumore accenſus amaro
Dicitur ante aras, media inter numina diuum,
Multa Iouem manibus ſupplex oraſſe ſupinis.
¶ Iupiter oĩpotẽs, cui nũc Mauruſia pictis HIARBAS
Gens epulata toris, Lenæum libat honorem,
Aſpicis hæc? an te genitor, quum fulmina torques,
Nequidquam horremus? cæciq; in nubibus ignes
Terrificant animos? & inania murmura miſcent?
Fœmina, quæ noſtris errans in finibus, vrbem
Exiguam pretio poſuit, cui littus arandum,
Cuiq; loci leges dedimus, connubia noſtra
Reppulit, ac dominum Æneam in regna recępit.
Et nunc ille Paris cum ſemiuiro comitatu
Mœonia mentum mitra, crinemq; madentem
Subnixus, rapto potitur. nos munera templis
Quippe tuis ferimus, famamq; fouemus inanem.

¶ Hiarbam.) Filiũ Iouis Ammonis. Liber quum Indos peteret, & per Libyam exercitũ duceret, fatigatus ſiti, Iouis ſui patris implorauit auxiliũ, & ſtatim viſo ariete fons ſecutus eſt. Vnde factum eſt Ioui ammoni ab arenis dicto ſimulachrum cum capite arietino: quod ideo fingitur, quia fatis eius ſunt inuoluta reſponſa. ¶ Rapta.) Stuprata, vt, Et rapti Ganymedis honores. ¶ Garamantide nympha.) Nam & proprium poteſt eſſe, & gentile. Nam Garamantes ſunt iuxta Libyam. ¶ Centum.) Finitus pro infinito. ¶ Excubias diuum æternas.) Diffinitio eſt æterni ignis. Quid eſt ignis peruigil? excubiæ deorum. Et ſciendum nõ vacare ratione, vt in aliquibus tẽplis ſit ignis peruigil. Nam poteſtates aut terrenæ ſunt, aut aeriæ, aut ætheriæ: ſed quia æther ignis eſt, ideo ætheriarum poteſtatum templis ignis eſt, vt redatur eis imago ſui elementi. Eſt autem in templo Iouis, quia æther eſt Mineruæ, quæ ſupra ætherem eſt. Vnde de capite patris procreata eſſe dicitur. ¶ Iſq; amens animi.) Et amator & barbarus. Sane nomen eſſe oſtendit ponendo genitiuum. ¶ Amaro.) Aſpero: vt, Hoſtis amare quid increpitas? ¶ Media inter numina diuum.) Ac ſi diceret, dijs teſtibus: vt Salluſtius, Quam mediuſſidius veram licet mecum recognoſcas. Ideſt ſis dictus medius, Ideſt Διὸσ υἱὸσ, Ideſt Iouis filius. ¶ Supplex oraſſe ſupinis.) Partim precatur: vnde ait, ſupplex. partim conqueritur: vnde oraſſe, ideſt dixiſſe. Hinc & oratores dicimus. ¶ Mauruſia.) Maura. nam protentio eſt. ¶ Nunc epulata.) Dum in epulis eſt. Nam eum deſeruit participium, præteritum epulata, pro præſenti epulans poſuit. Et bene Nunc dixit. officia enim in deos, licet æternam habeant gratiam: & ſpectent tam præteritum quàm futurum, tamen in præſenti plus valent. Semper autem Ioui propter hoſpitalitatem libabatur. Et bene conqueritur, quia humanas res ne tum quidem curat, quum ei tribuitur honor ſacrificij. ¶ Lenæum.) Bacchicũ. Nam Liber Lenæus dicitur, quia lacubus præeſt, ideſt ἀπὸ τοῦ ληνοῦ. Nec poteſt dici Lenæus à mentis delinimento, cum ſit à Græco tractum. ¶ Nequidquã horremus.) Quia non iudicio hoc facis. ¶ Cæciq; ignes.) Non quia non videntur: ſed quorum origo non apparet. alij enim de ventis dicunt fieri: alij de nubibus: alij de aere. ¶ In nubibus.) Ac ſi diceret, non ex te fiunt. Si enim errant, tuo non reguntur imperio. Iuuenalis. Nec ventorum rabie, ſed iratus cadat in terras, & vindicet ignis. ¶ Fœmina.) Inuidia à ſexu. & iam incipit ſpecialis conqueſtio. Eſt autem ordo, fœmina errans, quæ in noſtris finibus vrbem poſuit. ¶ Pretio.) Vt oſtendat eam nec meruiſſe per gratiam, nec inuaſiſſe virtute. Et ſi vendidit, quid conqueritur? Vel defraudatus per corium, vel de nuptiarum promiſſione. ¶ Littus.) Vt & ſupra diximus, terram mari vicinam. Modo etiam infertilem vult oſtendere, hoc eſt talem illi dedimus terram, quæ nulli eſſet neceſſaria.

¶ Loci

¶ Loci leges dedimus.) Aut quam tributariam fecimus: aut cui ideo conceſſimus ciuitatem, vt in noſtrum veniret matrimonium. ¶ Noſtra.) pro mea. Nobilium eſt autem hic ſermo. Sic Numanus, En quia noſtra ſibi bello connubia poſcunt. Salluſtius, Nos in tanta doctiſſimorum hominum copia. ¶ Dominum.) Vt ſuperius, Liceat Phrygio ſeruire marito. eſt autem de iure quaſi per coemptionem. ¶ Paris.) Similis Paridi: iniuria à perſona. Et bene Paris, quaſi qui ſuſtulit pactum. ſic Iuuenalis, Et caluo ſeruiret Roma Neroni. ¶ Semiuiro comitatu.) Vt O veræ Phrygię. neq; enim Phryges. ¶ Mœonia mitra.) Lydiana q̃ vtebãtur & Phryges & Lydij. ¶ Mitra.) Hoc eſt incuruum pileum de quo pendebat & buccarum tegmen. ¶ Crinemq; madentem Subnixus.) Crinem vnguẽtatum ſubnixum habens. ¶ Rapto potitur.) Stupro fruitur. Nã ꝓprie raptus eſt illicitus coitus. Nec enim hic rapuerat. ¶ Templis quippe tuis.) ac ſi diceret, Non mirum ſi hæc patimur te colentes. Sic ſupra ad irriſionem dictum, Iupiter omnipotẽs: ac ſi diceret, tu es qui potes omnia. ¶ Fouemus inanem.) Aut quia fruſtra credimus mũdi eſſe rectorem: aut quia me tuum filium eſſe confido. Fouemus autẽ, quaſi rem per ſe infirmam.

DONATVS.

¶ Protinus ad re. c. de. hi. Incenditq; ani. di. atq; agge. i.) Si poetice, & ita vt poſitum eſt, intelligamus, inſtruxit eum fama, atq; iram eius agitauit, quæritur vtrũ quas fecerat, an quas apud hiarbam inuenerat? melius eſt intelligere, quas inuenerat, quia dixit exaggerat. facilius enim excitatur in iracũdiam maiorem, qui habet animum ex eadem cauſa commotum. hiarbas quidem qui fuit in Didonis petitione contemptus, eoque maxime alienigenã meruiſſet, quod ipſe impetrare non valuit, debuit acrius commoueri, ſic extra poeticum textum quæramus intellectum ſimplicem, cum hiarbas audiſſet rumoribus ſparſis Æneam ex longinquis partibus veniẽtẽ ſibi proximo & (vt ipſe arbitrabatur) potiori eſſe pręlatum, vehemẽter motus eſt. in his. n. vel maxime cauſis intolerãda repulſa eſt, quę tũc magis ſentitur, cũ inferiorẽ putamus nobis eſſe pręlatum. interea oſtendamus hyperbaton, quod diximus factũ, deſcriptionẽ. n. famę tunc poſitã vna deſcriptione diuiſit, hanc ſi ſubtrahas, erit vna narratio, extẽplo Libyę magnas ſit fama per vrbes. ſeq debet, ꝓtinus ad regẽ curſum detorquet hiarbã. ¶ Hic hãmone. ſ. r. g. n. Tẽ. io. cen. &c.) Hiarbas (vt Virgilius poſuit) natus ex Ioue hãmone. conſtat. n. Ioues plurimos fuiſſe. Habuit garamãtidẽ vxorem, nõ legibus accęptã, ſed raptu interueniẽte quęſitã, Africę quippe finibus proximi feruntur eſſe garamãtes. hic in finibus ſuis, ac per oẽs regni ſui partes centum templa formę ampliſſimę cõſtituerat Ioui, atq; aras totidẽ vigilẽq; ignẽ, hoc eſt, q ſemper nutrimẽtis neceſſarijs fotus extingui nõ põt, ꝓindeq; excubias dijs cõtinuas exhiberet. illius

aũt

aũt tanta veneratio fuit,vt hoſtiarũ cruore aſſiduo pingue eſſet
ſolum.varijs florentia limina ſertis,non tamen dixit,cuiuſmodi
ſertis,ſed quum dixit,florentia limina varieta'e ſertorum,ſplen/
dido vſus locutionis genere, oſtendit ex floribus fuiſſe diuerſis.
¶ Media inter numina diuum.) Media inter numina, quaſi præ/
ſentibus teſtibus dijs. ¶ Iupiter omnipotens.c.n.m.p.G.e.t.le.li.
ho,Aſ.h.&c.) Iupiter,inquit,quem omnis hæc regio veneratur,
ſi vides mala,quæ geruntur in terris,cur tibi non diſplicent? cur
hæc fieri ſinis?aut ſi non vides,& non ex te mittuntur fulmina q̃
homines terrent,cur coleris?cur non te vniuerſi contemnimus?
Hæc fuerunt principia eius,qui loquebatur,amens animi & ru/
more accenſus amaro,ecce oſtendimus habuiſſe amaritudinem
animi,quam cumulauerat fama, perinde duplici rõne cõmotus
talibus cauſis à principio poſitis,ipſam iam proſequitur cauſam
approbatione perſonarum,vt indignum aſſerat factum.¶ Fœmi
na,quę noſtris errans in finibus,&c.) Tulit ſe à nomine & dignita
te perſonæ, & ait fœmina quaſi abiecti ſexus.nam Terentius ita
ex iracũdi ſenis perſona ait fœmina quaſi abiecti ſexus.Tu,inquã
mulier quæ me omnino lapidem,non hominem putas.Addidit
ſecundum conuitium,quæ noſtris errans in finibus,hoc eſt pere/
grina & vagans vrbem exiguam pretio poſuit.non quo vere exi/
gua fuiſſet,ſed talem dicere debuit,qui deformãtis animo loque
batur.pretio poſuit quæ adhuc ſedem non habuiſſet.nos ergo ei
exiguum ſpatium vendidimus,vt hoc genere oſtenderet nouam
dominam deferre potioribus & originalibus incolis & priori/
bus dominis debuiſſe. Cui litus arandum,cuiq; loci leges dedi/
mus,Colona,inquit noſtra & ſub noſtris legibus degens.Hęc nõ
ſunt omnia pro veris accipienda,quæ amens fundebat,quę iacta
bat inimicus,quæ clamabat iratus.¶ Connubia noſtra re.ac.do.
Æ.in.r.re.)Et perſonarum & facti comparationem faciens, ait.
recuſauit noſtra connubia.noſtra quod, ait,in pronomine meri/
tum perſonæ quaſi melioris & potentioris expreſſit.deinde con/
nubij commemorationem fecit, vt oſtenderet in cauſa honeſta
poſtulatam repulſam remittere maluiſſe.ſuſceptum aũt Æneam
dominum,potiusquàm maritum.huius obtrectationem ſubiun
git,vt ſatiet indignitatem facti cum eius deformatione, quem ſe
contempto dolebat amiſſum.¶ Et nunc ille Paris.) Per origina/
lis hominis illicitum factum crimen inuentum eſt.cuius Æneas
aſpiceretur inuidia,cum non ſit ſimilis cauſa, quando ille alieni
matrimonij rapuit fœminam. Æneas autem viduæ videbatur
eſſe coniunctus,& ei quæ nubendi & eligendi quem vellet libe/
rum habuiſſet arbitrium.ſed quid faciemus more hominum,qui
in vltione conuitiorum etiam falſa componunt?¶ Cum ſemiui/
ro comitatu.)Ecce iam maledictorum iniuria non in Æneam ſo
lum,ſed in omnes Troianos extenditur. Semiuiros quippe ap/
pellauit vniuerſos,hoc eſt duos præferentes ſexus ambos ex ſe/
miſſibus conſtantes,quibus nihil eſt deterius,vtpote qui corpo
re præferant virum,animo tamen & corruptione cultu quoque
fœminas imitentur. dat quoq; coniecturale argumentum, quo
probet infames,& ipſum pręcipue ad eiuſmodi crimen detineat,
in quo omnis cardo doloris & cauſa conſtabat. ¶ Mœnia.m.mi.
c.q;.ma.Su.) Quem cúm videas,ait cenſeas eſſe mulierem, mi/
tra ille quippe & vſq; ad mentum crines madentes vt fœminis.
¶ Rapto potitur.) Hoc eſt coniunctione quæſita per violentiam,
& tamen cum ſit tantis ludibrijs obnoxius,ego repulſam merui
& ceſſit præda raptori.¶ Nos munera templis Qu.t.f.f.q;.fo.i.)
Quãdo,inquit,alia vides & probas,non tuis cultoribus ſed alie/
nigenis prodes,incaſſum tuis templis ferimus dona, & numen
putamus eſſe,quod non eſt.ecce & ipſum,quem ad hanc partem
neceſſarium putabat,lædit.quod facit amentiæ malum, & do/
loris impatiens animus cui nonnunq̃; datur venia,quoniã men/
tis interueniente corruptione peccatur.deniq; ipſe Iupiter cõmo
tus non eſt,ſicut ipſe poeta monſtrauit dicens.

ASCENSIVS.

❡ Protinus ad regem.) Declarat quomodo fama ad Hiarbã re/
gem,aut ductorem Libyę peruenerit:vtq; ille Iouẽ patrẽ oraue
rit.de qua re dicit Donatus ſic.¶ Media inter numina.)q.d.dijs te
ſtibus.¶ Iupiter omnipotens.) Si hęc vides:cur nõ punis? Si nõ
vides,nõ es dignus, vt colaris. ¶ Fœmina.) Quaſi abiecti ſexus:
vñ magis dolendum.Sic Terẽ.Tu inquã mulier quę me omnino
lapidem,nõ hominem putas. ¶ Errans.) Exul peregrina, & ſine
vrbe.¶ Cõnubia noſtra.) A facto & perſona facit comparationẽ.
¶ Noſtra.) q.d.tãti viri & dolet ꝙ ſuum connubium reppulit.i.ſe
maritum:& accæpit Æneam exulem,nõ maritum,ſed dominũ,
quem deinde ab habitu vituperat.¶ Semiuiro.) Duos proferunt
ſexus,ſed dimidiatores,vt neq; viri,neq; fœminę ſint:qua conie
ctura probet infames eſſe.¶ Nos.m.)q.d.incaſſum ſacrificamus:
quũ nõ tuis cultoribus ſed alienigenis prodes.Hæc ille. ❡ Ordo Ordo
eſt. Fama,ſup.detorquet.i.vi dirigit:curſus.ſ.ſuos:protinus.i.ſta/
tim ad Hiarbam,regem.ſ. Libyæ:& incẽdit.ſ.incendio,irarũ ani/
mum.ſ.eius:dictis.i.relationibus rerum nouarum,& ipſi diſpli/
centium:atq; adgerat.i.adcumulat,iras.ſ.eius: hic.ſ.Hiarbas ſa/
tus.i.procreatus: Hammone.i. Ioue harenario:& hoc nympha,
ſup.quadã.Garamantide.i.de patria,aut gẽte Garamãtũ,rapta.ſ.
à Ioue (& hoc ſi patronymicum intelligatur,pro gentili poſitũ,
ꝙ ſi qs Garamãtide,cuius noĩatiuus eſt hęc Garamãtis,huius Ga
ramãtidos,proprium mauelit.Ordo ſit,& hoc Garamãtide nym
pha rapta.ſunt aũt Garamãtes,populi (vt Strabo docet) à maio/
ris Syrtis receſſu diebus quatuor, ad hyemalis ortus.) Hic ergo
ſatus Hammone,& Garamãtide:poſuit.i.conſtituit, & conſecra/
uit Ioui.ſ.Hammoni,patri ſuo,ſup.in regnis.ſ.ſuis:latis.i.amplis
centum templa immania.i.ſane magna:ita vt minitari videãtur,
& immania cenſeãtur: ſicut immania cetæ dicũtur in.v.Et po/
ſuit centum aras, & ſacrauerat ignem,vigilem.i.vigilia ſumma,
ne extinguatur obſeruandum:appoſitorie,æternas excubias.i.vi
gilias extra cubicula exiſtẽtium:diuum.i.in honorem diuorum:
& quæ fierent diuis,nõ à diuis:& ſacrauerat,aut fecerat:ſolum,
ideſt terram,pingue.i.imbutam cruore: pecudum.ſ.mactatorũ:
& limina.ſ.veſtibulorum,aut delubrorum: florentia varijs ſer/
tis.i.habentia ſerta variorum florum:iſq;.i.& is.ſ.Hiarbas:amẽs
animi.i.impotẽs animi,more amentium,qui ſine mẽte ſunt ſal/
tem bona:ſicut dementes peruerſa ſunt mente,& accenſus rumo
re amaro.i.aſpero,& acerbo,dicitur oraſſe,ſupplex manibus ſu/
pinis.i.habẽs manus ſupinas.i.erectas ſurſum,oraſſe dicit.i.ora/
tiõe ſequẽti adloquutus eſſe, Iouem.ſ.patrem ſuum:multa,ideſt
multum,vt ſit nomẽ pro aduerbio:aut multa.i.multas res ante
aras,quas.ſ.conſtituerat:& inter media numina diuum.i.deorũ:
hoc eſt,dijs teſtibus,& præſentibus. Oraſſe autem dicitur ſic: O
Iupiter omnipotẽs,cui gẽs Mauruſia.i.Mauritana:epulata nũc,
i.iam epulis ſaturata:toris.ſ.triclinij:hoc eſt, lectis diſcubitorijs:
libat.i.offert guſtando:honorem Lenæum.i.Bacchicum:hoc eſt,
vinum:aſpicis hæc?amara interrogatio.Nam ſi dicat, Iupiter nõ
aſpicio,inferat:ergo deus nõ es.Sin aſpicio:ergo iniquus,q tuos
nõ iuuas,quum ſis Iupiter.i.iuuans pater dictus:& omnipotẽs:
an nos horremus nequidq̃;.i.fruſtra te,ò genitor,quum.i.quãdo
torques.i.vi,impellis fulmina: & ignes cæci.i.fortuiti & errore
in hunc,aut illum decidentes,non ex præcepto tuo in nubibus.i.
qui ſunt in nubibus,dum fiunt tonitrua,& miſcent murmura in/
ania.i.tonitrua nõ timẽda quum naturalia ſint,& non à te miſſa
in vindictam malorum?hoc eſt,nũquid non timendus es? & vi/
detur ꝙ ſic:quia neq; pios cultores tuos iuuas,neq; impios pu/
nis.Nam fœmina,nõ dicit regina:ſed in diminutionẽ dignitatis
eius fœmina,quę errans.i.profuga, ſedem,quærens in finib.no/
ſtris.i.in extremis regni noſtri oris: poſuit vrbem exiguam pre/
tio quia (vt dictum eſt:) Mercatiq; ſolum, facti de nomine Byr/
ſam Taurino quantum poſſent circundare tergo:cui.ſ.fœminæ:
nos dedimus littus.i.extremã oram regni noſtri:arandum.i.co/
lendum:& cui dedimus leges loci.i.iura noſtra,vt à nobis tribu/
taria fieret (hoc aũt in cõtemptũ Carthaginis finxit poeta, quaſi
à primordijs tributaria fuerit,iure quidẽ licet vi p̃ſcripſerit) hæc
(inqt) fœmina nobis obnoxia,& merito ſubdita: reppulit.i.per
cõtemptũ reiecit noſtra cõnubia:ac recępit Æneam dominum.i.
ipſi dominaturũ imperioſe:in regna.ſ.ſua,à nobis cõceſſa.Et nũc
ille.q.d.notiſſimus Paris.i.ſimilis Paridis adulter,& alterius cu/
bilis inuaſor (q̃ſi vero Dido ſibi debeatur,hoc dicit) ſubnixus mẽ
tum & crinem madẽtem.i.delibutum vnguento:hoc eſt,habens
mentem & crinem ſubnixum.i.fultum & ſuſtẽtatũ:mitra Mœo/
nia.i. Lydia,qua etiam Phryges vtebantur.(erat autem genus pi
lei incurui,de quo depẽdebat buccarum tegmen vt mitris epiſco
porum noſtrorũ.) ſubnixus dicit,cum comitatu, ſemiuiro & ſe/
mimuliebri:(quia ſexu quidem viri erãt:ſed aĩo & habitu mulie/
res videbantur:dicitur ergo nunc in dedecus ſemiuir,quia alterã
pars infra virum eſt:aliquãdo in laudem,quãdo vltra virum eſt:
vt in his,qui & ſemidei ſunt.) potitur rapto.ſ.cõiugio: aut abſo/
lute rapto.i.re rapta,aut Rapina,videlicet fœmina illa, quæ no/
ſtra connubia repulit. Quippe,qa certe,nos ferimus, ideſt adfe/
rimus:tuis templis.i.ad tua templa:munera.i.oblationes:aut fe
rimus.i.offerimus,ſup.in tuis templis munera:q;,p &: hoc eſt,
tamẽ fouemus famam inanẽ.i.nõ ſortientem effectum. Famam
enim ſignificat fuiſſe, ꝙ Didonem haberet coniugem quam petie
rat,nec vero ſimile erat ꝙ ab ea repelleretur.& de ea fama potius
intelligetur loqui, q̃; de fama generis ſui,aut gubernatiõis Iouis.

Id enim

Id enī ei maxime dolet, ꝙ ab ea repulſus ſit, & ita vituperio habitus, quum ab inferiore id fiat.

PIERIVS.

¶ Excubias diuū æternas.) Vetuſta q̄dá exēp. legūt, Excubiasq; deum æter. Sed vulgata lectio magis approbata. ¶ Cui nūc Mauritia pictis Gens epulata toris.) In antiqs cod. manu ſcriptis paſſim legere eſt, Mauruſia, vt Græce ſcribit̄ per υ vocalē qntam, in pene vltia, Μαυρούσιοι γὰρ μαῦροι ἔθνος μέγα λιβύκον. Neq; tamē mirandū, υ literam in ι trāſiſſe, quū multa hmōi reperiamus. q̄ p ætates īmutata ſunt. Sed. n. & Mauritania, cuius nominis ſecūda ſyllaba a principio p ῖωτα, tam apud Græcos, quàm apud Latinos ſcribitur, olim per ε pſilon notabatur. vt inſpicere eſt in Hadriani Auguſti nūmis Mauretania. Iam vero & Iupiter vnico p, in antiquis codicibus habetur. ¶ An te genitor cū fulmina torques. Nequidq̄; horremus?) In vetuſtis aliquot exēp. legere eſt, An nę genitor, vt næ intelligēdo, apud Terētiū. Verū in pleriſq; Ne, abſq; diphthongo notatum eſt. vtcunq; vero magis placet vulgata lectio, An te genitor, quū fulmina torques, Nequidq̄; horremus.

¶ Talibus orantem dictis, aramq; tenentem — ÆNE.
Audijt omnipotens, oculoſq; ad mœnia torſit
Regia, & oblitos famę melioris amantes.
Tum ſic Mercurium adloquitur, ac talia mandat.
¶ Vade age nate: voca Zephyros, & labere pēnis, — IVP.
Dardaniumq; ducem Tyria Carthagine, qui nunc
Expectat, fatiſq; datas non reſpicit vrbes
Adloquere: & celeres defer mea dicta per auras.
Non illum nobis genitrix pulcherrima talem
Promiſit, Graiumq; ideo bis vindicat armis:
Sed fore qui grauidam imperijs, belloq; frementem
Italiam regeret: genus alto à ſanguine Teucri
Proderet: ac totum ſub leges mitteret orbem.
Si nulla accendit tantarum gloria rerum,
Nec ſuper ipſe ſua molitur laude laborem,
Aſcanióne pater Romanas inuidet arces?
Quid ſtruit? aut qua ſpe inimica in gente moratur?
Nec prolem Auſoniam & Lauinia reſpicit arua?
Nauiget, hæc ſumma eſt, hic noſtri nuncius eſto.

SERVIVS.

¶ Oculoſq; ad mœnia torſit.) Vt inde pellat Æneam: ne videatur eſſe cōtrarium quòd turbantur omnia Ioue Africam reſpiciēte. Nam vtrunq; à turpi liberat fama. ¶ Voca Zephyros.) Aut qbus Æneas nauiget: vnde eſt, Nec Zephyros audis ſpirare ſecundos. aut qui vehant Mercurium: vt, Ventoſq; ſecabat. Item, Rapido pariter cum flamine portant. ¶ Tyria Carthagine.) Pro Carthagini: & pro aduerbio in loco, de loco poſuit: ſic Horatius, Romæ Tybur amnem, ventoſus Tybure Romam, p Tyburi. ¶ Expectat.) Moratur, & terit tēpus. ¶ Nō illum nobis.) κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus. ¶ Pulcherrima.) Epitheton perpetuum, nec ad præſens negocium pertinens. ¶ Graiumq; ideo bis vindicat armis.) Alij dicunt bis, ſemel à Diomedis ſingulari certamine: in quo à Diomede percuſſus eſt ſaxo. Iuuenalis, vel quo Tydides percuſſit pondere coxam Æneæ. Et item in excidio, ſicut legimus, Deſcendo, ac ducente deo. Alij dicunt propter Diomedis & Achillis certamina ſingularia: ſed quando cum Achille dimicauit, à Neptuno liberatus eſt. Poteſt autem pro Venere factum videri. Sic Iuno imputat Veneri, quod pro ea factum eſt: vt, Potes in totidem claſſes conuertere nymphas. Poteſt etiam alter ſenſus eſſe. Nam Troia ab Hercule, qui & ipſe Gręcus fuit, capta eſt: vt intelligamus iam tunc Æneam natum fuiſſe. Nec enim multum tempus interfuit: quum conſtet Priamo tunc ab Hercule imperium traditum. ¶ Grauidā imperijs.) Vnde multi imperatores poſſent creari: vt, Hinc populum late regem. Ideo autem grauida ablatiuo iungitur: quia etiam iam grauis illa re dicimus. Vnde eſt huius origo ſermonis. Sic Plautus in Amphitryone: Vxor tua nō puero, ſed peſte grauida eſt. ¶ Belloq; frementem.) Exceptis temporibus, quibus à latino regebatur: vt, Longa populos in pace regebat. Nam aliàs bellicoſa fuit Italia. ¶ Proderet.) Modo protenderet, ideſt propagaret. Propago autem ſi genus ſignificet, pro, breuis eſt: vt ſit, Romana potēs Itala virtute propago. Si de arbore dicas, producitur, pro: vt, Flexos propaginis arcus: Nec ſe ſpectent prodere ſane. Significat & decipere: vt, Vnius ob iram Prodimur: & eſt in infinitum hæc lexis polyſemos. ¶ Super ſua laude.) Ideſt pro ſua laude: & Græcum eſt ſchema. ſic enim Demoſthenes ὑπὲρ τοῦ στεφάνου, Ideſt pro corona. ὑπὲρ ἐκείνου, p illo. ¶ Molitur.) Præparat aut exercet. ¶ Aſcanióne.) Propter illud quod frequenter diximus, ipſi imperium deberi. Ideo autem hoc aſſerit poeta, vt laudando Iulium Cęſarem laudet, quia ab eo originem ducit: vt, Iulius à magno demiſſum nomē Iulo. ¶ Romanas inuidet arces.) honeſtior eſt elocutio, ſi addamus quam rem inuidemus, vt, Liber pampineas inuidit collibus vmbras. ¶ Inimica in gente.) Præoccupat quaſi præſcius. ¶ Nec prolem auſoniam.) Vt in ſexto, Nunc age Dardaniam prolem quę deinde ſequetur Gloria. ¶ Hæc ſumma eſt.) i. mei præcepti collectio. Iuuenalis, in ſumma, non Maurus erat, neq; Sarmata Metrax.

DONATVS.

¶ Talibus oran. di. a. q; te. Audijt omnipotens.) Quamuis contumelioſis dictis rogantem, tamen quia tenendo aras deuoti officium teſtabatur, hunc Iupiter audijt. ¶ Oculoſq; ad mœ. t. Re. & ob. fa. melio. aman.) Ad, bis accipitur, vt ſit, torſit oculos ad mœnia, & ad eos, qui amoribus vacantes reiectis partibus honeſtatis & commodis. nuſquam ſic vitia amoris expreſſa ſunt, vt in hoc libro. vbi enim amor interuenerit, nihil præter libidinem cogitatur. non vtile aliquid quæritur, commoditas nulla, honeſtas nulla tractatur, ſubit negligentia omnium rerum, negocia differūtur, officia languent, ſic in obliuione veniūt omnia, quaſi vniuerſorū commoditas actuum in ſolo amore conſiſtat. ¶ Tum ſic Mercurium allo. ac ta. man. Vade age na. vo. zephy. & la. pen.) Vade, quaſi officium pedum neceſſarium ſignificat, & poſtea dixit, vade age nate voca zephyros, & labere pennis. cū igitur vade, & labere, diuerſum ſit. quomodo poteſt intellectus cum ſua integritate diſcerni? vade, inquit, voca Zephyros, & cum flare cœperint pennis labere. pennæ enim ſine ventorum flatu tardiores ſunt. Accæpto autem ventorum adiumento in celeritatem nimiam concitantur, & tota maturitate ad deſtinata perueniunt. ¶ Dardaniūq; ducem, &c. Alloquere. & celeres defer mea dicta per auras.) Dixit, vade, dixit hoc ipſum vade qua facilitate poſſit impleri. voca, inquit, ventos, & pēnis labere. Dardanium, inquit, ducem. ne incertum Mercurius haberet, ad quē mandata illa eſſent perferenda. deſignauit Iupiter etiam locum dicēs. Tyria Carthagine qui nunc expectat, fatiſq; datas non reſpicit vrbes alloquere, & celeres defer mea dicta per auras Ille eſt, inquit, ad quem te mitto, qui conſiſtendum apud Carthaginem inutiliter putat. nec in animo habet, quæ illi terræ fataliter attributæ ſint. quod de Carthaginis inimicitijs hic ſtrictim dictum eſt: in mandatis infra poſitis plenius dicit. & celeres defer mea dicta per auras. ſic ait mando, vt ad ipſum mandata mea tota celeritate perueniant. conſideremus cuiuſmodi verbis vſus ſit Iupiter. Vade imperatiuum eſt, age hortatiuum. Cum imperatiuo autem religioſum & piū connectit. voca, labere, alloquere, defer. quæ imperatiua ſunt, quorum alia ſpectant ad perſonam patris, regis vero alia, vt ille duplici neceſſitate conſtrictus voluntatem patris impleret, & regis. ¶ Non illum nobis genitrix pulcherrima talem Promiſit, &c.) Quod ait, talem, hoc ſignificat amatorem deſidioſum, negligentem, obliuioſum. poſt hanc vituperationem ſequitur plena laudatio. non iccirco, inquit, bis euaſit infortunia patriæ ſuæ, vt Carthaginem foueat. & apud ipſam otio & luxuriæ vacet, ſed vt feroces Italiæ populos domet, & pululantia imperia virtutis ſuæ maieſtate compeſcat, repetatq; orientem patriā, & genus teucri cum omni orbe feliciore fortuna conſeruet, ad hanc felicitatē natus eſt, ad hoc illū genitrix ſua ſuſcepit, & aluit. Hæc cum dicuntur, quod ſolum poſſit illi contingere cui tanta proſperitas debeatur, recte commotus eſt Iupiter. non iam propter Hiarbę querimoniam, ſed propter eum, qui ceſſando apud Carthaginem ſpem ſuam probatur deſeruiſſe, vt autē illum etiā inuitum iuberet excludi, addidit cumulum laudis eius, quum dicit, Ac totum ſub leges mitteret orbem. conſtabat. n. ante Romanū imperium, quod ab Ænea ſumpſit initiū, regna fuiſſe nullis legum nexibus iuncta, ac per hoc futurū vt perdomita Italia atq; poſſeſſa Æneas totū orbē ſub leges eēt fortuna ſuffragāte miſſurus.

rus.) Si nulla accendit tantarum gloria rerum, Nec ſuper ipſe ſua mo.lau.la.Aſ.ne.pa.ro.in.ar.&c.) Si nulla, inquit, eum agit futuri temporis ſpes, nec excitatur rebus lætis, nec contemplatione laudis aliquem laborem molitur. hoc eſt ſi torpens otio nõ vult laborare pro gloria ſua? & contra inſtitutum naturæ faciens inuidet filio imperium tantum? quid ſtruit? aut qua ſpe inimica in gẽte moratur? quid fouet æmulam? quid ſtruit cum inimica? nec prolem auſoniam, nec lauinia reſpicit arua? Ex perſona Iouis bene proceſſit, quoniam futura nouerat, & ventura bene habuit cognita. nauiget, ſi illam, inquit, in obliuionem duxit, non licet hic immorari, ſed inimicæ Carthaginis excluſus finibus nauiget. hęc ſumma eſt, hic noſtri nuncius eſto. mandatorum, inquit, hęc ſumma eſt, hic noſtri nuncius eſto. Hæc eſt concluſio definita præcepti, vt relinquat Carthaginem nauigando, & hoc ſolum ei volo nunciari. conferenda ſunt, quæ Hiarbas in inuidiam contulit, & quemadmodum hæc accæperit Iupiter, ne remaneat illud, vt in excluſione Æneæ Hiarbas vindicatus eſſe videatur. nam non ita eſt. Iupiter quippe vt ſupra dictum eſt magis inde commotus eſt, quod Æneæ in obliuionem quodammodo veniſſet Italia, & conſulentis officio Mercurium miſit, qui ad meliora & propria truderet ſegnem. proinde ſi omnia Iouis ipſius verba conſiderentur, nihil hiarbæ contemplatione inuenietur mandaſſe Mercurio, nec ad illius aliquam culpam pertinere poterit, qui Carthaginis finibus excludi præceptus eſt. dixerat Iupiter, ſcilicet. completa autem iuſſione, in ſumma ſubiungit, quos actus habuit Mercurius.

ASCENSIVS.

¶ Talibus orantẽ, &c.) Docet auocatum Æneam, ab Carthagine in Italiam, à Mercurio, monitu Iouis, cuius orationẽ ad Mercuriũ hoc loco recitat. De qua, quum nihil habeamus ex Donato. ¶ Ordo eſt. Omnipotens. ſ. Iupiter: audijt. i. exaudiuit, pro parte, quantum. ſ. ad hoc ꝙ tacite petijt Æneam, quem ſibi prælatum dolebat illinc amoueri: Hiarbam. ſ. orantem. i. oratorie loquentẽ: talibus dictis. i. præmiſſa oratione: ac tenentem aram ex more. ſ. obteſtantium: & torſit. i. flexit: oculos ad mœnia regia. ſ. Carthaginẽſia, & ad amãtes oblitos melioris famę. i. immemores regni ſui, Æneam regni quo vocabatur: & Didonem eius quod extruere cœperat: & adloquitur tum. i. deinde Mercurium ſic, ac mãdat talia: O nate. i. fili: genuit enim eum ex Maia: age, cohortandi eſt, beniuole: vade, voca Zephyros, quibus. ſ. Æneas, nauiget: aut quibus ipſe ex Cyllene deferatur: & labere pẽnis. ſ. alarum tuarum: & adloquere ducem Dardanium. ſ. Æneam, qui expectat. i. imoratur nũc Carthagine: Tyria. i. à Tyrijs extructa: & non reſpicit. i. non attendit: vrbes. ſ. Italicas: datas. i. conceſſas ei, fatis. i. à fatis: hoc eſt, deorum volũtate, & præordinatiõe: & defer. i. deorſum fer: mea dicta. i. mãdata: per auras celeres. i. quas celer pertrãſeas: & dic, ſup. illi: ꝙ genitrix. ſ. eius pulcherrima, videlicet Venus: nõ promiſit nobis illum fore talem. i. voluptati deditum: neqꝫ vindicat. i. eripit: & liberum ſeruat his armis, Graium. i. Grecoꝝ, forte ſub Laomedonte & nũc ſub Priamo, aut ſemel cum Diomede cõcurrentem: & ſemel in ipſa Troię ruina, per tela: per ignes deſcendẽtem: ideo. i. ad eum finem vt mulieri inſeruiat: ſed promiſit, ſup. fore. i. futurum eſſe: talem, ſup. aut eum, qui regeret imperijs, Italiam grauidam imperijs, & frementem bello. i. Martiam & bellicoſam: (Reſpicit ad Auguſtum, qui inde originẽ traxit.) & qui proderet. i. porro dederet. hoc eſt, propagaret, & portẽderet genus. i. progeniẽ, ab alto ſanguine Teucri. i. quod per Teucrũ auctum eſt: aut Teucri, pro Dardani, ac mitteret totum orbẽ ſub lege, quod Auguſtus tandem effecit. Si nulla gloria tantarum rerum: accendit. i. incitat ardenter eum: nec ipſe molitur. i. cum mo limine tẽtat laborem: ſuper. i. pro: ſua. i. propria laude: ne, ideſt an ipſe pater. i. quum ſit pater Aſcanij (dubitat tamen Titus Liui. an huic Aſcanio, an vero poſthumo, regnum obuenerit.) inuidet Aſcanio, arces Romanas: quæ. ſ. olim ab Aſcanij ꝓgenie extruentur: ꝙ in perſona Iouis recte dicitur, qui ſciuit Romanas arces futuras. Quid ſtruit. ſ. in Carthagine? aut qua ſpe moratur in gente inimica?



inimica? nec reſpicit prolem Auſoniam? aut quæ in Auſonia.i.in Italia oritura eſſet: aut Lauiniam puellam regiam, quã Didoni præferendam innuit? &,pro.i.nec reſpicit arua Lauinia? quę.ſ.illi in agro Laurenti ſubijcientur. Nauiget: non dicit quo, ſed ſatis innuit in Italiam nauigandum: id tamen non dicit, quia prius in Siciliam deferentur. Hæc eſt ſumma.ſ.mandatorum: hoc eſt omnia mandata mea in hoc recidunt, vt q̃; primum nauiget: & ergo eſto nuncius noſtri.ſ.mandati, aut dicti: hic.i.in hac re.

PIERIVS.

❡Tunc ſic Mercurium adloquitur.) In antiquis aliquot, Tum, habetur. ¶Non reſpicit vrbes.) In Oblongo codice, & in Mediceo, perſpicit. In aliquot alijs, Proſpicit, habetur: ſed eodem ſen/
ſu, reſpicit,

ſu, reſpicit, paulo infra repetitum eo verſu, Nec prolem Auſoniã, & Lauinia reſpicit arua. Cuius loci teſtimonio, pleriq; in liminari pagina, libro primo Lauinia venit littora, legendum arbitrati ſunt: quaſi vtrunq; nomen ex commodo ſuo formare poetę nõ licuerit. ¶Genetrix pulcherrima.) In ꝑuetuſto cod. Genetrix pulcherrima. Ac de pulchro quidem ſatis diſputatum, ita etiam de genetrice, cuius nominis ſecundam ſyllabam per e ſcribi debere, antiqua marmora, nummi, & Grammatici veteres monẽt. ¶Bis vindicat armis.) In Longobardico codice, Vendicat, per e legitur. Sed vindex, & multa alia, per i ſcribi debere indicant. ¶Genus alto à ſanguine Teucri.) In codicibus pleriſque veteribus abſq;, a, præpoſitione, ſcriptum eſt, Genus alto ſanguine: venuſtate haud quaq̃; pari.

POE.

¶Dixerat: ille patris magni parere parabat
Imperio, & primum pedibus talaria nectit
Aurea, quæ ſublimem alis. ſiue æquora ſupra,
Seu terram, rapido pariter cum flamine portant.
Tum virgam capit: hac animas ille euocat Orco
Pallentes, alias ſub triſtia Tartara mittit:
Dat ſomnos, adimitq;, & lumina morte reſignat.
Illa fretus agit ventos, & turbida tranat
Nubila: iamq; volans apicem, & latera ardua cernit
Atlantis duri, cœlum qui vertice fulcit:
Atlantis, cinctum aſſidue, cui nubibus atris
Piniferum caput: & vento pulſatur, & imbri,
Nix humeros infuſa tegit: tum flumina mento
Præcipitant ſenis, & glacie riget horrida barba.
Hic primum paribus nitens Cyllenius alis
Conſtitit, hinc toto præceps ſe corpore ad vndas
Miſit, aui ſimilis, quæ circum littora, circum
Piſcoſos ſcopulos: humilis volat æquora iuxta.
Haud aliter terras inter, cœlumq; volabat,
Littus harenoſum Libyæ, ventoſq; ſecabat
Materno veniens ab auo Cyllenia proles.

SERVIVS.

❡Parere parabat.) Nõ r̃ndet quaſi numen inferius: ſed dictis obtemperat. ¶Talaria nectit.) Mercurius ideo dicitur habere pennas, quia citius ab omnibus planetis in ortũ ſuũ recurrit. Vnde & velox & errans inducitur: vt, Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes. ¶Tum virgam capit.) i.caduceum: quod ꝑmo Apollo habuit, & donauit Mercurio, lyra ſibi tradita. Sic Horatius, Fraternaq; humerũ lyra. Huius aũt virgæ hæc rõ eſt, Mercurius & oratiõis deus dicit, & interpres deorum. Vñ virga ſerpentes diuidit.i.venena. Nã bellantes interpretũ oratione ſedantur. Vnde ſecundum Liuium legati pacis, caduceatores dicuntur ſicut.n.p feciales bella indicebãtur, ita pax p caduceatores fiebat. ἑρμῆς autẽ Gręce dr̃, ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας Latine interpres. ¶Animas.) Pro vmbris: ſecundum poeticum morem. Animæ enim in cœlo ſunt: vt, Viſa dehinc cœlo facies delapſa parentis. Huius aũt rei ratio alterius eſt ſcientię. ¶Lumina morte reſignat.) Claudit, perturbat. Eſt & aliud quod Phyſici dicunt, pupillas quas in oculis videmus, morituros ante triduum non habere: quibus non viſis, eſt ſumma deſperatio. Hoc ergo dicit Reſignat, hoc eſt aufert ſigna luminis. ¶Tranat.) Tranſuolat: vt, Nare per æſtatem liquidam ſuſpexeris agmen. ¶Apicem, & latera.) Bene ei quæ ſunt hominis dat. Nam rex fuit. qui quum audiſſet oraculo cauendum eſſe à Iouis filio, & timore nullum ſuſciperet, à Perſeo in montem conuerſus eſt viſo Gorgonis capite: eo quòd illum noluit ſuſcipere. Vt autem in primo diximus, peritus aſtrologiæ fuit. Nam & Herculem docuit. Sane latine Telamon dicitur, ſicut Nilus Melo. ¶Fulcit.) Suſtinet: nam altus eſt nimis. ¶Nix.) Niuis facit: ſed verbum ninguit non hinc venit: ſed ab eo quòd eſt hæc ninguis & hę ningues. Sic Lucretius, Albas effundere ningues. Ninguit autem prima perſona caret, & ſecunda: quia non eſt in noſtro arbitrio. ¶Præcipitant.) Vt, Nox humida cœlo Præcipitat. ¶Senis.) Aut propter ætatem: aut alluſit ad niues: vt, Gelidus canis cum montibus humor Liquitur. ¶Paribus alis.) Leni volatu, vt dixit: &, In cœlum paribus ſe ſuſtulit alis. ¶Cyllenius.) Ab auia: vnde paulo poſt, Cyllenia proles. Aut à Cyllene Arcadiæ monte, vbi dicitur eſſe nutritus. ¶Toto corpore.) Vno impetu excuſſus. Sic Lucanus, Nec ſe tellure cadauer Paulatim per membra leuat, terraq; repulſum eſt Erectumq; ſemel. ¶Aui ſimilis.) Incongruum heroo credidit carmini, ſi mergum diceret: vt alibi Ciconiam per Periphraſim poſuit: Candida venit auis longis inuiſa colubris. Sic eſt, Et teſta cũ ardente videret Scintillare oleum. ¶Littus harenoſum Libyæ.) Bene harenoſum addidit. Nam in Libya erat: ſed nõ in harenoſa. Mauritania enim aſpera & ſylueſtris eſt. ¶Materno ab auo.) Per Maiam Atlantis filiam.

DONATVS.

❡Ille patris magni parere parabat Imperio, & primum pedibus talaria nectit Aurea, &c.) Poſt dicta patris, Mercurius, vt iuſ/
ſa potuiſſet

ſa potuiſſet plena executione complere, neceſſaria vſibus ſuis adhibebat, quorum adminiculis adiutus & volare poſſet, & commoda poteſtate ad deſtinata contẽdere. ¶Iamq; volans api.& la.ar.cer. Atlantis duri, &c.) Ex occaſione deſcribit Atlantis ſitum, & cum ſit mons, tamen quia hominis habuit nomen, hunc aſſignat ſub definitione humani corporis. volans, inquit, Mercuri⁹ cernebat latera duri atlãtis, durum dixit propter ſaxa montis, & qui per duri naturam roboris cœlum vertice ſuo ſuſtinere potuiſſet, & ferre, deniq; ſequitur, cœlum qui vertice fulcit, vt oſtenderetur, quid ſit, duri. dixit ergo durum, dehinc dixit cœlum qui vertice fulcit, vt altiſſimũ quoque monſtraret, vſque adeo vt ſuo vertice ſuſtineat cœlum, & hoc ad intellectũ poteſt accedere, verticem ipſius eſſe ſuperiorem potuiſſe, niſi hunc cœli magnitudo preſſiſſet, Atlantis, cinctum aſſidue cui nubibus atris Piniferum caput vento pulſatur & imbri, videbat Atlantis latera videbat humeros, videbat & cinctum, videbat & caput eius piniferum, quod aſſidue imbribus pulſaretur, & ventis. piniferum caput, aut criſpum, quia tanquam de homine loquebatur, aut arbores pineas in cacumine habentem, quia reuera montem deſcribebat, nix humeros infuſa tegit, Cum non dicit aliquibus temporibus, oſtẽdit hunc perpetuis niuibus abundare. Tum flumina mento præcipitant ſenis, & glacie riget horrida barba, Niues ipſæ aut congelatæ rigebant, aut diſſolutæ vertebantur in flumina, expreſſe dixit præcipitant, magnitudo enim aquarum, & niuium, & altitudinis aliter oſtendi non poterant. Et glacie riget horrida barba. & hic riget tale eſt quale eſt, nix humeros infuſa tegit, vt ſemper rigere videatur. ſenem vero recte appellauit, vel quòd mons eſſet antiquus, vel quòd Mercurij auus eſſe diceretur, vel quòd ſemper canus eſſet ex niuibus. ¶Hic primum pa.ni.cyllenius.a. Conſtitit.) Non fruſtra pares alas miſit, alarum enim remigium conſtare non poteſt, niſi fuerint pares. Mercurius igitur ad partes Carthaginis tendẽs hic primũ cõſtitit, nec mirum, non debuit.n.prẹterire montem, qui aui ſui noĩe cõſecratus eſſet, & q ex occaſiõe vrgentis trãſitus neceſſarius fuerat & opportunus. ¶Aui ſimilis, quę.c.lit.ci.Pi.ſc.hu.v.æq.iu.) Sic Mercurius ſe ad vndas miſit, vt ſolẽt aues qbus eſca piſcis eſt, & ꝑpter explẽdã famem volãt iuxta vndas & littora. ¶Haud aliter.t.inter.c.v.&c.) Auiũ more inter terras cœlũq; ſuſpẽſus littus Libyę harenoſum, vẽtoſq; ſecabat Mercurius veniẽs ab auo mr̃no, hoc eſt Atlãte.

ASCENSIVS.

❡Dixerat, &c.) Docet quomodo Mercurius, qui dicitur deorum nuncius, Ioui obſequutus eſt: ea enim eius planetæ natura eſt, vt quibuſcunque coniungitur, eorum naturam fere induat: ideoq; ſtatim paret, nec reſpondet. De hac autem re hoc ſolum reperi Donatus. ¶Auo materno.) Ab Atlante monte, in quem Atlantem patrem Maiæ conuertit Perſeus. ❡Ordo eſt. Ordo. Dixerat, ſcilicet Iupiter: ille, ſcilicet Mercurius: parabatur parere
i.obedire

ɉ.obedire imperio magni patris:& nectit primũ pedibus.ſ.ſuis:ta
laria.i.induméta,ad talos vſq; defluétia:aurea.i.fulgentia,more
auri,q̄.ſ.talaria:portãt.ſ.eum:ſublimem.i.ſupra limũ:hoc eſt,ter
ram exaltatũ:alis.i.per alas illis annexas:pariter.i.ſimul:cum fla
mine.i.vẽto:rapido.i.raptim volãti : ſiue ferri velit ſupra æquo/
ra,ſeu ſuper terrã:tum.i.deinde capit:virgá.i.caduceũ:& ille euo
cat q̃ñ.ſ.vult:hoc eſt,euocare ſolet,ac põt hac.ſ.virga : Orco.i.ab
inferno:animas pallẽteis.i.vmbras defunctorũ:& mittit alias.ſ.
animas:ſub Tartara.i.loca profundiſſima,& obſcuriſſima in in/
ferno:hoc eſt, alias ducit ad inferos, alias reducit ab inferis:(ná
Æthnicorũ,multorũ diſciplina,eſt animas quidé nõ interire,ſed
poſt interualla certa(q̄ viuẽdo bene aut male,meruerunt habere
longa aut breuia)redire ab inferis in corpora,non eadé,ſed alia:
& earũ ducendi,ac reducendi,miniſtrũ eſſe Mercuriũ, qui quaſi
caduceator deorum eſt:Caduceator aũt eſt,qué vulgus ambaſia
toré vocat.Et ipſe dat ſomnos,hac virga.& adimit.i.aufert ſom/
nos:& reſignat.i.aperit:lumina,ſup.clauſa morte.(ná,re,ſignifi/
cat cõtrariũ,dũ ad dictioné importanté,clauſurá iungitur:qa er/
go ſignãtur literę & arcę,dum clauſę ſunt:reſignare fere accipit̃,
pro eo quod eſt aperire, & recludere.) Seruius tñ accipit,q̄ſi ſit,
reſignat.i.iterũ ſignat:morte.ſ.futura:lumina.i.pupillas,quas au
fert:& ipſe fretus.i.adiutus:illa.ſ.virga:agit.i.impellit ventos:&
tranat.i.trãſuolat:nubila turbida.i.etiã cõmota:& ipſe volãs cer/
nit iam apicé.i.verticem,& latera ardua Atlãtis,illius montis in
Mauritania:duri.i.ſaxoſi:qui.ſ.mons : (ſed adludit ad Atlantem
regé,auum maternũ,eius qui in eũ monté cõuerſus fingit̃.) ful/
cit.i.ſuſtinet,vt ruſticis ad pedẽ eius ſtantibus videtur : vertice.i.
ſummitate capitis ſui:cœlum Atlãtis(inq̄t)cui caput piniferũ.i.
in quo multę pinus creſcunt:cinctũ.i.inuolutũ aſſidue:atris.i.ob/
ſcuris nubibus:pulſatur vẽto & imbri:ſed nix infuſa,tegit hume
ros.i.iuga eius:tum.i.inſuper:flumina ꝑcipitant,ſup.ſe.i.præcipi
tãter cadunt:mento.i.de mẽto:ſenis.ſ.Atlãtis,niue caneſcẽtis,ſed
alludit(vt dixi)ad hoĩem,quaſi diſtillarent de barba:hoc eſt,iu/
xta verticem eius:& barba horrida.i.aſpera:riget glacie.i.ſtyriȷs:
Cyllenius.i.Mercurius,in Cylleno nutritus:nitẽs.i.conãs deſcẽ/
dere:alis paribus.i.ęquatis:vt faciunt magnę aues dum deſidũt:
conſtitit

Caduceator.

conſtitit.i.requieuit primũ:hic.i.in Atlãte monte:& ipſe pręceps
i.præcipitãter deſcendẽs:miſit ſe hinc.i.ab hoc loco:toto corpo/
re.i.conatu totius corporis:ad vndas.ſ.maris Libyci,iuxta Car/
thaginé miſit,inquã exiſtẽs ſimilis aui.ſ.mergo : q̄ volat humilis
circũ littora,& circũ ſcopulos piſcoſos.i.piſcibus refertos, iuxta
ęquora.Proles Cyllenia.i.Mercurius,veniẽs.i.deſcẽdens:ab auo
materno.i.ab Atlãte Maiæ,q̄ mater eius eſt patris,volabat:haud
i.non aliter:ſed eodem modo inter terras,& cœlũ:& ſecabat.i.di
uidebat littus harenoſum Libyę,quia illic harenæ abundant:&
ventos.i.ſuperabat ſimul ventos,& globos harenæ elatos.

PIERIVS.

¶Hac animas ille euocat Orco.) In Longobar.quidé exempla.
Vocat,eſſe videt̃:ſed ſi accuratius inſpicias,ill'euocat,more Grę
co per apoſtrophen ſcriptum deprendes. Vtebantur vero Latini
veteres hmõi ſcribẽdi modo,qué adhuc in veterũ monumentis
inſpicimus,vt apud Maium Mappheum præſulem Aquinatem.
Si quidquá humanitatis in t'eſt.Et inferius: Quoius laudati mo
res,& forma probata'ſt. Miſſa vero facio ea innumera, q̄ apud
Plautum & Lucretiũ in hũc vſq; diem perſeuerãt in manibus ho
minũ,nempe quia eruditioris ſęculi tempore in lucé rediere.Nõ
temere aũt ſcriptum inuenias apud Velium Longũ,vbi de ſyna/
lœphe loquitur(Sit enim hoc teſtimoniũ Latinos,eo genere ſcri/
ptionis vſos.) Quũ dicimus, Hic ill'eſt,vnũ,e,ſcribimus, & duo
audimus,quod apparet in metro.⸢Alias ſub triſtia tartara mit/
tit.) In veteribus aliquot cod.ſub tartara triſtia legitur: mutatis
loco dictiõibus.Sed,triſtia tartara,omnino vocalius ſonat.⸢Et
turbida tranat Nubila.) Tametſi vetuſti aliquot codices trãſnat,
ſcriptũ habeãt:adeo tñ aſperum id mihi videtur,vt recipiendum
nunq̃; cenſuerim. ⸢Haud aliter terras inter cœlũq; volabat.) In
Oblongo codice,in Mediceo,& aliquot aliȷs ſequitur verſus:Ma
terno veniens ab auo Cyllenia proles, Littus harenoſum Libyę,
ventoſq; ſecabat.Nempe ad duarum ſyllabarum in continuatis
verſibus homœteleuton euitandum. Hinc in pleriſq; codicibus
poſt dictionem,harenoſum,ac:in nõnullis,&,reperitur hoc mo
do copulatiua poſtpoſita: Littus harenoſum & Libyæ, ventoſq;
ſecabat,vt diſſolutum membrum ita aptæ connectatur.

Vt primum alatis tetigit magalia plantis,
Æneam fundantem arces,& tecta nouantem
Conſpicit,atq; illi ſtellatus iaſpide fulua
Enſis erat,Tyrioq; ardebat murice Læna
Demiſſa ex humeris,diues quæ munera Dido
Fecerat:& tenui telas diſcreuerat auro.
Continuò inuadit.⸢Tu nũc Carthaginis altę MER.
Fundamenta locas,pulchramq; vxorius vrbem
Extruis:heu regni,rerumq; oblite tuarum.
Ipſe deum tibi me claro demittit Olympo
Regnator,cœlum,& terras qui numine torquet:
Ipſe hęc ferre iubet celeres mandata per auras.
Quid ſtruis?aut qua ſpe Libycis teris ocia terris?
Si te nulla mouet tantarum gloria rerum:
Nec ſuper ipſe tua moliris laude laborem:
Aſcanium ſurgentem,& ſpes hæredis Iuli
Reſpice,cui regnum Italiæ,Romanaq; Tellus
Debentur⸢Tali Cyllenius ore loquutus, POE.
Mortales viſus medio ſermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.

SERVIVS.

¶Magalia.) Afrorum caſas,
& mapalia:idé ſignificant,ſed
magalia,ma,producit:mapa/
lia vero corripit: vt, Et raris
habitata mapalia tectis. ⸢Ia/
ſpide fulua.)ꝓ viridi:vt, Ful/
uaq; caput nectent oliua. Di/
cit etiá Plinius in naturali hi/
ſtoria,multa eſſe iaſpidũ gña:
in quibus ét fuluã cõmemo/
rat. ⸢Enſis erat.) Pro vagina
poſuit.Et multi iaſpidé volũt
ad gratiá pertinere. ⸢Læna.)
Genus veſtis. Eſt aũt proprie
toga duplex,amictus augura/
lis.⸢Inuadit.)Habitũ futuræ
oratiõis oſtendit.Notandum
non eum tantũ nunciȷ,ſed etiã
caduceatoris,ideſt oratoris of
ficio fungi. Nam & perſuadet
& nunciat. ⸢Vxorius.) Vxori
ſeruiens. Horatius, Vxorius
amnis.⸢Ipſe.)Dat dictis au/
thoritatem: vt, Quæ Phœbo
pater omnipotẽs.⸢Claro de/
mittit olympo.) Olympus q̃/
ſi ololampus dictus eſt: ſiue
mons ſit Macedoniæ,qui dicitur eſſe diuerſoriũ deorũ:ſiue cœ/
lum.Vnde addidit Claro:vt Plémyrium vndoſum:Accentus ſa
ne Græcus tunc poteſt eſſe,ſi ſit Græca declinatio:vt, ὄλυμποσ
ὀλύμπου.Nam Latine Olympi.⸢Torquet.) Regit, ſuſtinet: vt,
Cuncta tuo qui bella pater ſub numine torques.⸢Numine.)au/
tem,eſt aut nutu,aut poteſtate.⸢Hæc.) Quæ dicturus eſt. Nam
ſupradicta ex ſe dixerat.⸢Teris.) Per negligentiam tempora con
ſumis. Salluſtius, Ibi triennio fruſtra trito. ⸢Debentur.) Hone/
ſtius plurali numero reſpõdit.⸢Surgentem.) Creſcenté:vt, Sur/
gentem in cornua ceruum.Et, Surgentemq; nouæ Carthaginis
arcem. ⸢Cyllenius.) Antonomaſium eſt pro proprio. ⸢Ore.)
Oratione.

Oratione. ⸢Mortales viſus.)
Aut oculis ſe Æneæ ſuſtulit:
aut humanam reliquit effigié,
quam ſumpſerat,vt ab Ænea
poſſet videri : quod melius
eſt. ⸢Medio ſermone.) At/
qui executus eſt omnia quæ
Iupiter dixerat: ſed ſermo eſt
conſertio orationis, & con/
fabulatio duorum vel pluriũ.
Medius ergo eſt ſermo, quũ
perſona cum qua quis loqui/
tur,non reſpondet,vt nunc fe
cit Æneas.

DONATVS.

¶Vt primum alatis.t.m.p.)
Mox vt venit ad loca in qui/
bus Æneas fuerat. ⸢Æneam
fun.ar.ac te.no.Conſpicit.) Vi
dit Æneam fundãtem arcẽs,
ac tecta nouantem, vidit,in/
quit, non oculis ſed animo
exiſtimans ipſum eſſe nouo/
rum operum conditorem,cæ
terum noctis fuerat tempus,
quo ille dormiebat,deniq; ſe/
quitur. ⸢Atq; illi ſte.i.f.Enſis
erat,&c.) Deſcripſit regis dor
miẽtis ditiſſimum cultũ.habuit,inquit,circa ſe gladiũ gemmarũ
copia pretioſa diſtinctũ,lęná demiſſam ex humeris,quod fit ſæ/
pe,quum alto ſomno hoĩes detinentur.hanc,inquit,lęná Æneæ
vſibus dederat Dido,vt amoré ſuum,& diuitias ſuas oſtẽderet,
tantũ.n.Tyriæ purpuræ atq; auri habuerat illius cõfectio,itaq;
fulgebat. vt qui hanc vidiſſet, putaret ardere. ⸢Continuo in/
uadit.) Inuectiuam fore dictionem poeta ipſe pronunciauit con
tinuo dicendo, inuadit.nam impatientia commotionem men/
tis oſtendit, ideoq; acerrimo genere diſſerere conſtituit, inua/
dit vero ad id pertinet, quia talem perſonam Mercurius Æneæ
repræſentare debuit,qualis illius fuerat,q mãdauit.ex p̃ſentibus
autem

autem obiurgationi ipſi initium dedit, hoc modo. ¶ Tu nunc ca. al. Fun. locas. &c.) Si melius conſideretur mens dictionis iſtius, obiurgatio eſt, non inuectio, commune facit enim eum vtilitatis ſuæ, deniq; & dolet decipi ſpem ipſius & filij, quod non faceret, ſi accuſatoris animum gereret. Inter initia, inquit, ſurgentis ciuitatis inimicæ conſoues cœpta, & quam naſcentẽ opprimere debueras, ſubleuare contendis. dolenda eſt fortuna tua, quæ cõtrarium cupit, contrariumq; ſectatur, arripuiſti curam obſuturam commodis tuis, & meliorum ſpem præſumpta deſperatione cõtempſiſti. Imprudentis officium eſt aliena ſic curare, vt negligas tua. ſpem tuam iugulas huius intentione conſilij, cum amoribus indebitis deditus vxori, quam retinere non potes, placere cõtendis: Hęc obiurgatio, vt ab erroribus ſolitis dormientium ſecerneretur, & maiorem authoritatem ſumeret. ¶ Ipſe, inquit) de. ti. m. cl. de. ol. R. cœ. &. t. qui. n. t. &c.) Suffecerat indicaſſe, à quo eẽt miſſus, ſed cum notum eſſet, quãtũ Iupiter poſſet, adiecit inijciẽdi maioris metus cauſa poteſtates eius, & quod illa omnia celerius perferri iuſſiſſet, oſtendens, ex eo quod dicebatur, maturius oportere compleri. ¶ Quid ſtruis? a. q. ſ. li. t. o. t.) Vtriuſq; culpę iuſtiſſima reprehenſio: nam ſtruere contraria, hoc eſt trahere vel diſponere, & inimicæ ciuitatis commoda ſubleuare, extremæ dementiæ eſt. præponere autem otium, cum neceſſaria peragenda ſuperfluant, negligentis eſt & incauti, vellem, inquit, noſſe, qua ſpe ducaris, cum aliena agis, cum aduerſa diſponis, quum otio torpens tam neceſſariorum commodorum ſollicitudine reiecta æmulam tuis rebus prætuliſti ſegniciem. dum quæritur, qua ſpe id fieret, proculdubio nihil in Æneæ actibus reperiebatur, quod aliqua valeret excuſatione defendi. ¶ Si te nulla. m. t. g. r. Aſcaniũ ſu. &. ſ. h. i. Reſpice, c. r. i. r. q;. t. Debẽtur.) Certe, inquit, ſi adeo contemnis vtilitatem tuam, & tantarum rerum gloriam ſpernis, expergiſcere aliquando, & officio ſaltem paternæ pietatis admonitus, vel filij partes vtilitatemq; perpende, debitum eſt Italiæ imperium filio tuo, non debet perire per te, quod non niſi per te ad ipſum poteſt hæreditario iure tranſire. ¶ Tali cyllenius. o. l. Mortales viſus. m. ſ. r.) Non expectauit reſponſum Mercurius, ſed finem ſuis verbis imponẽs ante diſceſſit, medius ſermo diuiditur, qui exoriri poteſt inter duos vel plures, cum ſibi inuicem proponunt inuicemq; reſpondent. Hoc fieri Mercurius non paſſus eſt, non enim ad hoc fuerat miſſus, vt peractis mãdatis referret etiã ipſe reſponſum, quod igitur eſſe medium potuit, depoſuit, dimiſit & abſceſſit, vel maxime, quia ſi aliquid ab Ænea vellet audire, vigilanti, vox fuerat neceſſaria, quam mortali non licuit habere cum deo, quod ſi fieri vllo modo permitteretur aſſiſtere Æneã partibus ſuis, diceret, ſe vxorium non eſſe, vtpote qui nullam haberet vxorem, hyemis cauſa interim apud Carthaginem remanſiſſe quaſſatis nauibus, & nondum compoſitis, adhuc nauigandi copiam non habere, nulla ope ſua iuuari Carthaginem, filio quoq; Iunonem inuidere, & ſe vi maris ad Carthaginẽ, non voluntate cõpulſum, cum iam prope teneretur Italia, nihil ſe ſtruere, hoc eſt nihil moliri, vel diſponere, quod filij commodis obſtaret, aut ſuis ſtruere, diſponi, atq; tractari ſignificare manifeſtum eſt, quia alio loco dictum eſt, quid ſtruat his cœptis, ideſt quid moliatur tractando. Hæc vtiq; dicerentur, ſi reſponſionem hominis deus præſens potuiſſet accipere.

ASCENSIVS.

¶ Vt primum alatis, &c.) Docet quomodo exequutus eſt mandatum Iouis. de quo Donatus ſic dicit. ¶ Inuadit.) Inuectiuam futuram eſſe, hoc verbum oſtendit. Et ex hoc acri habitu debuit eſſe Iupiter. ¶ Tu nunc.) Obiurgatio eſt, potius q̃ inuectio. Nam commune ſibi facit hoc damnum: & dolet decipi ſpẽ ipſius, & filij, quod nõ faceret: ſi accuſatoris animum gereret. ¶ Pulchram vxorius vrbẽ.) Stulti eſt aliena curare, ſua negligere. ¶ Ipſe deũ.) Huius perſonæ authoritate, grauiorem facit ſuam obiurgationẽ: & vt maior ſit metus, poteſtatem ipſius deſcribit. Vtrũq; autem damnat: & quod ſubleuet inimicorum opes: & quod in re agenda, ocium ſibi proponat: quoniam negligentis eſt, & incauti. Addit, ne per eũ pereat, quod Aſcanio debetur: quod niſi per ipſum præſtari non poteſt. ¶ Medio ſermone.) Quia non expectauit reſponſum, quod erat dimidium ſermonis: qui oritur inter duos. Hæc ille. ¶ Ordo eſt. Vt, ideſt vbi: aut quum primum. ſ. Mercurius: tetigit plantis alatis, ideſt quibus talaria cum alis annexuerat: magalia. i. Pœnorum domos humileis: ipſe cõſpicit Æneam fundantem arces: & nouantem, ideſt noua facientem: tecta, ſcilicet Carthaginis, futuræ Romano imperio inimicæ: atque enſis erat illi ſtellatus, ideſt radians, & quaſi ſtellis ornatus: iaſpide, ideſt gemma illa: fulua, ideſt ſub viridi admixto albo: & Læna, ideſt chlamys: ardebat, ideſt reſplendebat illi: murice Tyrio. i. purpura Tyria: quæ dibapha, ideſt bis tincta, illic eſt, & cæteris præſtat: demiſſa, ideſt deorſum miſſa, & reiecta, more militantium, ex humero: quæ munera fecerat Dido diues: & diſcreuerat telas, ideſt ſtamina: tenui auro, ideſt in fila diſſecto. Cõtinuo, ideſt ſtatim, vt vidit eum: inuadit, ſcilicet Æneam: dicens, ſupple tu, ideſt túne qui author Romani imperij eſſe debes: locas nũc fundamenta altæ Carthaginis quę. ſ. tui nepotes euerſuri ſunt: & tu vxorius, ideſt vxori nimium deditus extruis vrbem pulchrã: tu (inquit) heu, dolentis, & exprobrãtis: oblite, ideſt qui oblitus es: (& ſecundum Vallam dicere poſſet, non minus oblitus.) rerum tuarum, ideſt tot oraculis tibi reuelatarum. Ipſe regnator deum, ideſt deorum. ſ. Iupiter, qui torquet, ideſt implet, aut agit, & ſuſtinet: numine, ideſt nutu & poteſtate: cœlum & terras, ideſt ſumma: & infima: cœleſtia & terreſtria: demittit, ideſt deorſum mittit: de claro Olympo, ideſt cœlo: me tibi, ideſt ad te, & ad cõmodum tuum: & ipſe iubet, ſupple me, ferre hæc mandata, quæ. ſ. dicturus eſt, per auras celereis, ideſt quas celeriter pertranſiuimus iuſſu eius: dicens, ſupple, Quid ſtruis, aut qua ſpe teris ocia, ideſt per negligentiam conſumis tempora, quibus ocio vacas terris Libycis? quaſi dicat inimicis, & tibi negatis. Si nulla gloria tantarũ rerum: quantæ, ſcilicet tibi promiſſæ ſunt: nec ipſe, ideſt tu moliris laborem, ſuper, ideſt pro tua laude: reſpice, ideſt clementer attende: Aſcanium ſurgentem, ideſt creſcentem: & ſpes Iuli, ideſt quas concipere potes de Iulo: hæredis, ideſt qui tibi hæres eſt: & cui, poſt te, regnum Heſperiæ debetur. vnde dicit, Cui regnũ Heſperiæ, & tellus Romana debentur, ſcilicet ex fatali præordinatione: Cyllenius, ideſt Mercurius: loquutus tali ore, ideſt oratiõe acriter ꝓlata: reliquit viſus mortaleis, ſcilicet Æneæ, cui ſe vidẽdum exhibuerat, ſermone exiſtente adhuc medio, ideſt nullo reſponſo dato: & quum ille plura putabatur dicturus: & euanuit ꝓcul ex oculis in tenuem auram: reſoluto, ſcilicet corpore aerio viſibili quod aſſumpſerat.

Ordo.

PIERIVS.

¶ Demiſſa ex humeris.) In peruetuſtis admodum exemplaribus, Dimiſſa, legitur per Di: vt negligentiam quandam in cultu, quod virum decet, oſtendat. Sed ſi demiſſa placet, vt apud Statium: It tergo demiſſa chlamys, non aduerſor: quum in ſtatuis, & in nummis, habitum huiuſmodi ſæpe obſeruauerim, quæ ſunt plurimum paludamẽto ab humeris deiecto, bona anterioris corporis parte nuda. ¶ Teris ocia.) In antiq;s, otia (vt alibi diximus) per t, Præter vero ea quæ poſita ſunt in Bucolicis. Vidi nuper in hortis Palatij, quod D. Auguſtini templo proximum eſt: NEGOTIANTI PVLLARIO PATERB. M. F. Et vltra thermas Diocletianas, in hortis, qui Mæcenatis fuiſſe dicuntur: POSSESSORES INQVILINI NEGOTIANTES: vtrunq; per t.

SERVIVS.

¶ Arrectęq; horrore comę.) Subaudi ſunt. ¶ Dulceiſq; relinq̃re terras.) Minus eſt quã quã. Et ne videatur ingratus, deorum excuſatur imperio: ſic ipſe in ſexto, Sed me iuſſa deum. ¶ Ambire.) Blanditijs circumuenire. Et ambio illam rem dicimus: vt, Neu connubijs ambire Latinum. ¶ Exordia.) Orationem. ſed exordiũ in duo diuiditur: in principiũ & orationem, ſicut in Rhetoricis legimus. ¶ Alternanti.) Varia mente tractanti. Et per hoc oſtenditur cogitaſſe eum etiam amorem: ſed prætuliſſe voluntatem deorum. ¶ Taciti.) Sine ſtrepitu celantes conſilia. ¶ Arma parent.) Contra impetum iratæ forte Reginæ. ¶ Quando.) Non eſt hoc loco temporis: ſed ſignificat ſi quidem: & eſt coniunctio ratiocinantis. Sane quãdo, do, breuis eſt naturaliter: ſic Serenus, Q̃ flagella ligas, ita liga. Virgilius

At verò Æneas aſpectu obmutuit amens,
Arrectæq; horrore comæ, & vox faucibus hæſit.
Ardet abire fuga, dulceiſq; relinquere terras,
Attonitus tanto monitu, imperioq; deorum.
Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem
Audeat adfatu? & quæ prima exordia ſumat?
Atq; animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc,
In parteiſq; rapit varias, perq; omnia verſat.
Hæc alternanti potior ſententia viſa eſt.
Mneſthea, Sergeſtumq; vocat, fortemq; Cloanthum,

Claſſem aptent taciti,ſocioſq; ad littora cogant,
Arma parent,& quæ ſit rebus cauſa nouandis
Diſſimulent,ſeſe interea(quando optima Dido
Neſciat,& tantos rumpi non ſperet amores)
Tentaturum aditus,& quæ molliſſima fandi
Tempora,quis rebus dexter modus.ocius omnes
Imperio læti parent,ac iuſſa faceſſunt.
At regina dolos(quis fallere poſſit amantem?)
Pręſenſit,motuſq; excæpit prima futuros,
Omnia tuta timens,eadem impia fama,furenti
Detulit armari claſſem,curſumq; parari.
Sæuit inops animi,totamq; incenſa per vrbem
Bacchatur,qualis commotis excita ſacris
Thyas,vbi audito ſtimulant Trieterica Baccho
Orgia,nocturnuſq; vocat clamore Citheron.

gilius vſurpat,Siquando Tybrim vicinaq; Tybridis arua. ¶ Quis rebus dexter modus.) Quis ſit optimus rebus euentus. ¶ Læti.) Alacres, feſtini. ¶ Faceſſunt.) Frequētatiuum eſt,vt in Georgicis,Matris pcepta faceſſit. Alias diſcedit ſignificat,vt Terētius,Hęc hinc faceſſat, tu moleſtus ne fias. ¶ Præſenſit.) Ac ſi diceret,ante q; ille moliretur.& nimia ĩ hoc vis amantis exprimitur. ¶ Omnia tuta timēs.) Deeſt ēt & eſt exaggeratio. ¶ Eadē fama.) Quę & Iarbæ nunciauerat. ¶ Curſumq; parari.) Nauigationē:vt,Ni teneat curſum. ¶ Inops animi.) Sine aīo,ſine cōſilio. ¶ Bacchaſ.) Furit more Bacchantum.Et bene vno ſermone pręoccupauit futurā comparationem. ¶ Thyas.) Baccha.nā ſicut à Baccho Bacchæ, ſic & à Thyeo Thyades dicuntur. Cōmotis aūt ſacris ideo dixit:quia in ſacrorum renouatione cōmouebantur ſimulachra:vñ Horatius, Non ego te candide Baſſareu inuitum quatiā. ¶ Trieterica.) Triēnalia, Liberi.n.ſacra tertio quoq; anno innouabātur.Sane ſciēdū. ¶ Orgia.) Apud Gręcos dici oīa ſacra,ſicut apud Latinos ceremoniæ dicūtur.Sed iam abuſiue ſacra Liberi,orgia vocātur:vel ἀπὸ τῆσ ὀργῆσ.i.à furore:vel ἀπὸ τῶν ὄρων,à mōtibus. ¶ Nocturnuſq; vocat.) Nocte celebratus.vñ ipſa ſacra,nyctelia dicebātur: quę populus Romanus excluſit cauſa turpitudinis.Cithęron autem mons ex quo,clamor veluti numinis Bacchas vocabat.

DONATVS.

¶ Tū vero Æneas aſpectu.o.a.Ar.q.h.c.&.v.f.h.) Recedēte Mercurio euigilauit Æneas,cumq; ſecum conſideraret viſa & audita elinguis effectus eſt,hæſit faucibus vox eius,& comarum mollities pauore interueniente,dum iaceret,durata eſt.Videamus poſt hęc,quales cogitationes habuit monita mercurij pertractās. ¶ Ardet,inquit,ab.f.d.r.t.Attonitus.t.m.i.q.d.) Nō inanis deliberatio apud eū fuit,quem cōſtabat deorum eſſe cultorem.cuius rei cōtemplatiōe permotus tractabat non minus etiā aliam partē.occurrebat.n.Didonis humanitas ,& ipſa qualiſcūq; cōiunctio terræ,iam dulces ex mora:cūq; vno ex latere metus diuinæ iuſſionis inſiſteret,ex altero pudor,qd facere deberet in tanto negocio cogitabat.cōſtabat tamē Iouis ac Mercurij ſnīam pręponēdam, quę faciebat pro vtilitate tractātis,& poteſtatis authoritate cæteris debuit anteferri.remāſerat igitur cōſilij ratio vtrum ſciēte,an inſcia Didone diſcedi deberet,aut poſſet,hoc eſt,quod ait. ¶ Heu quid agat?&c.) In his tñ ęſtibus animi cōſtitutus.quum reuerētia maior cum pudore cōtenderet,cōſtitit diu exagitatū robore fortiore cōſiliū.& quod in partes tota celeritate rapiebatur cautiore definitione firmatū eſt,hęc alternāti potior ſnīa viſa eſt.Incipit iam dicere,quale conſiliū Æneas in deliberatiōe delegiſſet, vtpote is q in tali cauſa nō tumultū facere nec id paſſim,ſed multa diuerſaq; voluendo maturū exitum reperire debuiſſet. ¶ Mneſthea,ſergeſtumq;.v.f.q;.Cloānthum Cl.ap.ta.ſo.ad li.co.Ar.p.) Vocatis principibus inter ſocios diſpoſitionum ſuarū ſecrete,ſtrictim,breuiterq; cōmiſit vt pararēt nauigia,vt oēs ſocios ad littora vſq; cōpellerēt,& pararēt arma,licet cauſę iſtorum pręceptorum dictę euidētius nō eſſent,ſignis tamen colligebatur.nō.n.in occulto eſſe iam poterat Æneam ideo tacita eſſe voluiſſe cōſilia ſua,ne imparatos Dido iuberet inuadi:paratis vero oībus nullū eſſe metum reſiſtendi,quum arma pręſto eſſent,quibus violētia poſſet excludi.nōnulli hic arma,remos & cętera hmōi accipiūt, qm̄ alio loco ait,Colligere arma iubet.ſed hic vera arma poſuit. nam,quod ait claſſem aptēt taciti.aptari vtiq; nauigia rebus oībus iuſſit.Arma autem certamini neceſſaria ſignificauit eſſe parāda.nouerat.n.quid offenſa Dido iubere potuiſſet,& hæc conſilio præuenire cupiebat cautela pręcurrēte. ¶ Et quę.r.ſ.c.n.Di.) Cur, inquit,poſt ſperatam ceſſationem fiāt iſta,diſſimulent,hoc eſt q̄ſi id ſe ſimpliciter facere cōfingant. ¶ Seſe interea.q.o.D.Ne.&c.) Diuiſit officium agēdi inter ſe,ac ſuos,illis paratus vrgētiſſimæ nauigatiōis iniunxit:atq; vt pręſto fierent,arma pararēt,tegerētq; faciendi cām , diſſimulatiōe interpoſita ſibi reſeruauit fallendæ reginæ conſiliū.vos,inquit,quę mādaui cōplete.ego curabo , vt cū regina de amore meo ſecura eſt,& nihil ſperat,quod dilectionem

nem cōiunctiōis abrūpat,aditus tentē , & ſuadeā ei contrarium,cū Æneā vis magna poſſederit,qui nullā perſuaſionis rationē admittit,quem in aliquā neceſſitatem aliena ptās animauerit. Hoc deniq; eſt qd ſupra dixit,heu qd agat , quo nunc reginā ambire furentem audeat affatu? qm̄ amor,nec habet rationē ſuā,nec admittit alienam,nec cogitat niſi id quo ducitur.nec poteſt reijcere,quod nō ſua volūtate ſuſcępit.Et q̄ molliſſima fandi tp̄a. occaſio quippe temporum in cauſis vel maxīe durioribus plurimū prodeſt. ¶ Qui rebus dexter modus.) Obſeruationē enim opportuni tēporis dextera omnia proſperaq; ſectātur. ¶ Ocius.o.Imperio.l.p.ac.i.fa.) Solus Æneas inuitus cogebatur ad nauigandum,quia cōmorādi ſolus habuit cām,hoc eſt quod oſtendit dicēdo,ocius.nē mutaret forſitan voluntatem,ſi mora interueniret. Imperio parent, qm̄ id fuerat iuſſum,quod omnibus fuit optabile,& oportuit fieri:læti aūt hoc faciebāt,qui contra voluntatem apud Carthaginē tenebātur:& ſi non pro loco intelligamus,ille eſt gratus cuiuſlibet iuſſionis effector,qui præceptis lætus obſequitur.hoc deniq; & Terentius tetigit dicendo.Nulla eſt tam facilis res,quin difficilis ſiet,quā inuitus facias.officium.n.cōplendi pręcepti ſi voluntate ſuſcipiatur,& impletur facile,& cum lætitia perficitur.quod aūt gerit inuitus,& oneroſum redditur quāuis natura leue ſit,& non conueniente ſnīa ſit triſte,nec pro iubentis voluntate tractatur,ac iuſſa faceſſunt.iuſſa effectibus pleniſſimis complent,intātum vt nihil relinquatur omiſſum. ¶ At regina dolos (quis fallere poſſit amantem?) Pręſenſit,m.q;.e.p.f.O.t.tj.) Expreſſit amantium morem.ſemper quippe ſuſpecti ſunt,ſemperq; ſolliciti.accedebat ad Didonis cām,quia non amata fuerat,ſed amabat.nouerātq; Æneam peregrinum ea intentione ceſſaſſe,vt ad Italiā tenderet potius,q; vt perpetuo apud Carthaginem remaneret.vnde præter amatorum morem ipſa cautior fuit.deniq; dolos prima pręſenſit . nullus quippe pōt amātis animum & vigilantiā fallere.amās.n.perpetuo ducitur metu,etiā ſi tuta ſint oīa . Motuſq; excepit prima futuros.ideo dolos prima præſenſit,quia in cauſa ſua ipſa diligentior & cautior fuit.additur poeticum quiddā non verum,ſed ex occaſiōe compoſitum : vt quod illa aſtute ac vigilanter inuenerat,videretur fama nunciaſſe. ¶ Eadem,inquit, impia fama.) Quæ hiarbam dolere commouerat , vt Ioui cōflaret inuidiam,ex qua Æneas nauigare cōpulſus eſt. ¶ Furēti detulit.) Qui furit integrum mentis non habet ſtatū.huic amās comparatur.quoniā à conſiliorum omnium integritate depellitur. Furēti igitur famā nunciaſſe cōmemorat , ea parari , quæ proculdubio noſcerētur amori eſſe cōtraria. ¶ Scilicet armari claſſem.) Quod ipſum ſolum oſtendere poterat parari diſceſſum,addidit. ¶ Curſumq; parari.) Vt oſtenderet nulla mora interueniēte futurā nauigationem. ¶ Sæuit inops animi.) Inops animi eſt,qui in aduerſis citius deficit,nec ſtabili aliquo poteſt conſilio ſubuenire . ecce Didoni duplicatum eſt malum.amāti quippe & inſperato malo cōmota,acceſſit ſæuitia aliaq; mentis agitatio. ¶ To.q;.i.p.v.Bacchatur.) Augmenta calamitatis ſumpſit,vt cōtempta verecundia ſexus,& honeſtate regali,per totam vrbem diſcurreret more bacchantium,dabat vires currenti immaniſſimus furor,qui pudorē matronalis honeſtatis excluſerat . ferebatur ergo per totam vrbem , & quaſi ſacra liberi patris agerentur per amentiam bacchabatur in eum modum.

ASCENSIVS.

¶ At vero Æneas,&c.) Recitat quomodo Æneas ſic admonitus fugam.i.clandeſtinā profectionē parabat:vtq; eam ſenſit amans Dido.vnde hęc dūtaxat reperi Donati verba. ¶ Atque animū nūc huc.) In tam ambigua conſultatione , præualuit in religioſo viro diuinum præcęptum. ¶ Ordo eſt.At vero.i.ſed certe : Æneas amens.i.attonitus,aut ſtupefactus : & quaſi ſine mēte aſpectu.ſ. cominaci ipſius Mercurij:obmutuit.i.loqui nequiuit:& comę.i.capilli:abreptę,ſup.ſunt.i.riguerūt : horrore.i.ex horrore:& vox.ſ. eius:hæſit.i.cōglutinata eſt faucib.ita vt penitus raueeſcerent:& ipſe ardet.i.ardēter concupiſcit:abire fuga.i.ſecreta profectione,

ſugę ſimili:& relinquere terras dulceis.i.q̄bus Didoné dulcé inuenerat:attonitus.i.ſtupefactus, quaſi tonitru Iouis percuſſus: tāto monitu,& imperio deorum.ſ.Iouis & Mercurij: aut ſimul oium deorú,qui in talia fata Æneæ cóſenſerát.Heu,amare doléntis interiectio.q.d.dubitabat,q̄d agat:dicens,heu:& dubitás quo adloquutionis modo:audeat ambire.i.ambiédo:hoc eſt,ſupplici ter precádo:tentare reginá furenté.ſ.impatientia amoris:& quæ exordia ſumat prima,ad inſinuandú neceſſariam profectionem ſuá:atq; diuidit animum celeré.i.celeriter fluctuanté:nunc.i.aliq̄n:huc.i.in hanc ſniam.nunc.i.aliq̄n.illuc.i.in illam ſniam:& rapit.i.violéter trahit eum in parteis varias: & verſat eú per oia.ſ.cétaméta & cóſilia:hęc.ſ.quá dicturus eſt poeta,viſa eſt alternanti.i.alternatim núc hác,nunc illam approbanti:potior,ſup.cæteris,ſi multę erát:aut potior.ſ.illarum duaꝝ,quas nouiſſimas verſabat:ipſe vocat Mneſthea Sergeſtú,& forté Cloanthú,ſummos illos gubernatores nauium:vt in.v.patebit in nauali certamine: vocat,ſup.vt aut imperans poſtq̄ aderant:vt ipſi taciti.i.tacétes,& ſilétes,aptent claſſem:& cogant.i.in vnum cópellát ſocios ad littora:&,ſup.parét arma.ſ.cótra vim Tyriorú:& vt diſſimulét, quę ſit cauſa rebus nouádis.i.cur res innouét:& claſſem aptét:& ſup.dicebat ſeſe.i.ſemetipſum,interea.ſ.dum claſſis aptaretur,tentaturum aditus.i.acceſſus:& quę tépora fandi.i.loquédi,ad eam de profectione,eént molliſſima.i.cóueniétiſſima,& maxime opportuna:& qui modus ſit dexter.i.conueniens & aptus: rebus.i. proſpere gerendis:q̄n.i.q̄nquidem, optima Dido neſciat.ſ.quod abire velit:& nó ſperet.i.formidet(per contrarium,ná ſperamus bona)amores tantos,quantos.ſ.iam experta erat,rumpi, ſcilicet poſſe: aut quod diſſoluantur(Sunt qui legant, ecquæ molliſſima,&c.vt ſit,vide quæ molliſſima tempora fandi: quis.i.qualis modus,dexter rebus:ſed minus procedit:q̄a túc diceret,q̄ mollis,& q̄ dexter(Omnes.ſ.ſocij parent otius.i.valde cito imperio ſ.Æneę:lęti.i.volútarij,& morigeri:aut,q̄a(ſicut alibi diximus) ſemper in Italiá lęti inierunt iter,quaſi natura eos in patriam reducéte:vnde eſt, Vix é cóſpectu Siculę telluris in altum Vela dabant læti.&,Italiam ſocij læto clamore ſalutant.&, Quo tandé Italia mecú lætere reperta.& ſæpe alibi.ac,pro &:faceſſunt.i.factum eunt:iuſſa.i.quæ iuſſerat.At.i.ſed, regina præſenſit.i.prius q̄ parati eént:ſenſit dolos.i.doloſam profectioné.Ná,ſup.q̄s poſſit fallere amanté?q.d.nemo,vñ ipſa excępit prima,motus futuros:timés omnia tuta.i.etiá tuta nedú formidáda:ná res eſt ſoliciti plena timoris amor.Eadé fama quæ.ſ.detulerat ad Hiarbá, eá Ænę nupſiſſe:aut veniſſe Æneá, Cui ſe pulchra viro dignetur iungere Dido:eadé,inq̄,detulit.ſ.ad Didoné.claſſem.ſ.Æneę:armari.i.armis:hoc eſt,inſtruméntis oíbus,tam bellicis, q̄ alijs inſtrui:& curſum.i.feſtiná nauigationé parari:& ideo ipſa inops.i. impotés:animi.i.ratióis:ſæuit.i.furit acerbe:& incenſa.ſ.furore: bacchatur.i.more Bacchantiú decurrit:per totá vrbé,exiſtés,ſup. talis:qualis,ſup.bacchatur Thyas.i.ſacerdos Bacchi:excita.i.excitata & euocata:ſacris.ſ.Bacchi:hoc eſt,Orgijs aut Bacchanalibus: cómotis.i.cum motu fieri cœptis:vbi.i.quo tépore:Orgia.i.feſta Liberi.i.trieterica.i.triénalia,quæ tertio quoq; anno fiunt:ſtimulant.i.inſtigant:& quaſi ſtimulis agunt eam:& hoc Baccho audito.i.ꝑcępto aduétare,& Cytheron mons ille Baccho ſacer, ſicut Helicon Apollini:nocturnus.i.in quo exercentur feſta, tempore nocturno,vocat clamore.i.reſonantia,aut reboatione.

PIERIVS.

❡Audeat adfatu?& quæ prima exordia ſumat?) In nónullis codicibus,oppido q̄ vetuſtis non inuenuſte legitur abſq; particula copulatiua. Quo nunc ambire furenté audeat adfatu?quę prima exordia ſumat?⸢Mneſthea,Sergeſtumq; vocat,fortemq; Cloanthum.) In Mediceo,& codicibus aliquot alijs antiquis, Fortéq; Sergeſthú habetur. Sed fortis epitheton,paſſim apud Virg. Cloántho adpoſitú.⸢Claſſem aptent taciti,ſociosq; ad littora cogát.) In antiquis pleriſq; cod.abſq; particula copulatiua legere eſt,Socios ad littora cogant. Et ita tertium quoq; membrum ſolutum, Arma parét:eloquutio breuis,& imperáti adcómodata.⸢Excæpit prima.) In codicibus aliquot peruetuſtis,Accępit,legitur. In alijs,adcępit:atq; ſi ideo placet,etiá Atcepit, d in t mutata. Sed huic ſentétię magis quadrare videtur,excępit:quum id clam delatum intelligatur. Inſidiæ enim doliue inſunt in verbo excępit. ⸢Thyas vbi audito.) Velius Longus ait Græcos repugnare, ne θύασ ſcribatur per υ tátum. Velle vero eos,υ literá adſciſcere ſibi ι,ante alteram vocalem,vt vná ſyllabá faciát. Et ita ſcriptum obſeruaui in Mediceo codice,Thyias:q̄q̄ in alijs per ι,tantum.

SERVIVS.

❡Diſſimulare etiá.) Satis artificioſa allocutio. Nam & ſibi conſulit ſub facie vtilitatis Æneæ. Diſſimulare aút ideo, ac ſi diceret,ita rem pudendá cogitas,vt eá fateri nolis. Supra enim dixerat, Quæ rebus ſit cauſa nouádis Diſſimulent. ⸢Data dextera.) Fœdus amicitiarum.⸢Hyberno ſydere.) Non hyeme:ſed hyemali ſydere:aut ꝓpter quod ait ſupra, Dúpelago deſęuit hyems, & aquoſus Orion. Ergo aut pro tpe:vt, Quo ſydere terrá Vertere Mecœnas.aut re vera ſydere,propter Orioné.⸢Crudelis.) Etiá in te odio mei.ſic Lucan⁹ de Cæſare, Sęuitia eſt voluiſſe mori.⸢Domosq; ignotas.) Ac ſi diceret,Carthago iá tibi nota eſt:licet & hic aliena ſint arua.⸢Troia antiq̄ maneret.) Si deeſt.& quaſi ꝑ interrogationé intelligédú.⸢Mene fugis?) Adhuc aperte non vult imputare beneficia:ſicut paulo poſt irata.⸢Nihil ipſa.) Non pudoré,nó regnú.⸢Incœptos hymenęos.) Qui ipſa nouitate ſunt dulces.⸢Dulce meú.) Tetigit rem inhoneſtá. Sic Terétius, Seu tibi morigera fuit in rebus oíbus.⸢Tyránni.) Nihil intererat apud maiores inter regé & tyrannum:vt, Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyráni.⸢Fama ꝓor.) Quę melior fuit ſine dubio. Hoſpes.

Tandem his Æneam compellat vocibus vltro.
⸢Diſſimulare etiam ſperaſti perfide tantum DI.
Poſſe nefas?taciturſq; mea diſcedere terra?
Nec te noſter amor,nec te data dextera quondam,
Nec moritura tenet crudeli funere Dido?
Quin etiam hyberno moliris ſydere claſſem,
Et medijs properas Aquilonibus ire per altum
Crudelis,quid ſi non arua aliena,domosq;
Ignotas peteres?& Troia antiqua maneret?
Troia per vndoſum peteretur claſſibus æquor?
Mene fugis?per ego has lachrymas,dextráq; tuá te.
(Quando aliud mihi iam miſeræ nihil ipſa reliqui)
Per connubia noſtra,per incœptos Hymenæos.
Si bene quid de te merui,fuit aut tibi quidq̄
Dulce meum,miſerere domus labentis,& iſtam
Oro(ſiquis adhuc precibus locus)exue mentem.
Te propter Libycæ gentes,Nomadumq; tyranni
Odere,infenſi Tyrij,te propter eundem
Extinctus pudor,& qua ſola ſydera adibam,
Fama prior,cui me moribundam deſeris hoſpes?
Hoc ſolum nomen quoniam de coniuge reſtat.
Quid moror?an mea Pygmalion dum mœnia frater
Deſtruat?aut captam ducat Getulus Hiarbas?
Saltem ſiqua mihi de te ſuſcæpta fuiſſet
Ante fugam ſoboles,ſiquis mihi paruulus aula
Luderet Æneas,qui te tantum ore referret,
Non equidem omnino capta,aut deſerta viderer.

Æneas & hoſpes fuerat,& maritus:ſed mó maritum ſe negat,hoſpité cóſitetur. Vñ núc Dido hoc dicit, Cui me deſeris hoſpes?⸢Hoc ſolú nomé q̄m de cóiuge reſtat.) Hoc eſt ſupeſt. Alij reſtat intelligút reſiſtit i.contrarium tibi eſt, Nónulli dicunt Hoc nomen ſolú quoniá ſupereſt:vt te coniugé dicá. Dicitur aút ingenti affectu hos verſus Virgiliú pronúciaſſe,quum priuatim paucis pręſentibus recitaret Auguſto. Ná recitauit voce optima primú, tertium,& quartum.⸢Salté.) Vel hoc. Eſt autem ſermo tractus á captiuis, qui quum tenerentur ab hoſtibus,dicebát, Sublatis omnibus,ſaluté concede. Inde per Synęreſim hic natus eſt ſermo:vt in contemptu rerum multarum petituri aliquid ſaltem dicamus.⸢Ante fugam ſoboles.) Et amatorie & amare. Nam & fugá dicit:quam ille nominat profectionem. Amor aút ex filij deſyderio comprobatur.⸢Si q̄s mihi.) Bene iterat Mihi:& ſecundum ius loquitur. Ná vbi nó eſt iuſtum matrimonium, liberi matrem ſequunt̃.⸢Qui te tantum ore referret.) Aut ſic dixit, quaſi amatrix:vt ſupra de Aſcanio, Infandum ſi fallere poſſit amorem. Aut illud dicit, Optarem filium ſimilé vultui,non moribus tuis.



...IOTE... UNIVERSITARIA

DONATVS.

¶Tandem his Æneam compellat vocibus vltro.) Præueti ſunt Æneę tractatus.ſupra enim dixit,ſeſe interea(quādo optima Dido neſciat & tantos rumpi non ſperet amores)Tentaturum aditus,& quæ molliſſima fandi tempora.ecce Dido licet Paulo tardius,quia eam impedierat furor,vltro ipſum aggreditur.neque enim aliud expectare debuit,quam tot animi poſſederant mala.& quę fieri nouerat,quod parauerāt doli,tandem pertinet ad furorem,qui Didonis vocem diſtulerat vltro ad impatientiam doloris.vocum vero commemoratio exclamationem futuram ſignificat progreſſuram in ingratum.neſciebat.n.facti cauſas mercurium peperiſſe.¶Diſſimulare etiā.ſ.p.t.P.n.t.q;.m.d.t?) Non à leuibus ſed ab ipſis ſcelerati facinoris cœpit augmentis, dilatans omnem inuidiam arte mirifica.nam primum crimen fuit potuiſſe poſt tot & tanta merita beneuolentiæ cogitari perfidiam,deinde hoc ipſum pro leui ducere.non enim diſſimulatur, niſi quod poteſt etiam ſperni.ſunt ergo interim duo crimina eſſe inuentū ſcelus,& diſſimulari potuiſſe.addit aliud,tacitusq; mea decedere terra?nec ſaltem,inquit,ſic diſcedere,vt gratiam vel verbis referres meritis meis.nam,quid erat abire tacitum,niſi beneficiorum immemorē confiteri?vt.n.durum eſt,quēquam non moueri miſeratione laborantium, ita ſceleratum eſt pręſtitorū immemorē fieri.ſemina igitur quędā plurimorū criminum inter initia ſpatij & ſummatim cōgeſta in vnum cōgregat.ſequēti tñ in parte ſingula latius tractat docens,quid ſit ſceleris,non rñdere benefactis,ad eandem generalitatē pertinet,quod ait,mea decedere terra?in eo.n.quod dixit terra mea,hoc pōt ſentiri in qua tibi tanta ſunt pręſtita,quę ſpāliter dictura eſt.ſed tunc cū obſtinatio Æneę patuerit.tunc.n.dictio temperata eſt,ne iniuria non reuocet, ſed vrgeat properantē.interea poſſumus aliter quoq; ſentire, quid ſit terra mea,quod illa intelligi potius voluit,q; dici.Mea ergo, quę te ſuſcępit naufragum,ſeruauit ignotum,inopem fouit.tacitus,hoc eſt,qui præſtitis vel verborum obſequio non ageret gratias,perindeq; eſſet ingratus,quod eſt admodum inter hoīes graue,non ſentire beneficium.qui enim non rependet qualēcūq; pręſtitis vicē,is monſtrat,aut nihil ſe eorum meminiſſe, aut oīa habuiſſe pro leuibus.ecce ſuppreſſa ſunt,quę lędere potuerūt,ea vero,quę audientis animum vexare non poſſunt.dicūtur apertius. ¶Nec te.n.a.n.t.da.d.q.Nec mo.t.c.f.d.)Dicta ſunt tria mollibus verbis ſed quę ingrati crimē excitant.ſi illa,inqt,vitlia nō fuerūt & ꝑ leuibus hoīes,quę cum tuis oībus beneuolentia mea largiēte conſecutus es,ſpālia tñ aīo tuo inhærere debuerant.amor.ſ.noſter.de ſuo ſolo dixit,noſter.vt plerūq; fit,cū vnus plurali numero ſe appellat vt ait Palęmon,cum ſolus inter duos iudicaret.nō noſtrū inter vos tātas cōponere lites:& hoc magis probandū eſt, qa ſola amauerat:aut noſter dixit,vt amor mutuus videretur ex cōiunctione interueniſſe:perinde quod vnius fuit,duobus factū eſſe cōe.Nec te data dextera quondam quod ſit cū cōiunctio ipſa perficitur.poteſt hic & vis hoſpitij intelligi:qm̄ alio loco ait poeta.Iungimus hoſpitio dextras,& tecta ſubimus.Nouiſſimū commouēdę miſeratiōis cā poſuit interitū ſuum,dicens.Nec moritura tenet crudeli funere Dido.nec cogitaſti nauigationē tuā crudelem ſecuturum interitū:prędixit in vltimo mortē ſuā, ēt ipſum amare exiſtimās,& ex eo flecti in miſericordiam poſſe.¶Quin ēt hi.m.ſy.cl?Et.m.p.a.i.p.a.Cr.)Sed cur,inquit,arbitrer te moueri poſſe cōtemplatione ſalutis?qñ tuā quoq; pernicioſa obſtinatiōe contēnis?vt eiectus naufragio in has terras,quid tēpeſtates,quid hyemes,& qd ſydera valeāt quantamq; perniciem ferant animo recordāte non tractes.ſ.tantā crudelitatē profeſſus,vt vtriuſq; ſalutem diuerſo ſed tñ deteſtabili genere ſimul velis extingui? Ecce amantis permotio licet læſa diſpoſitionibus inimicis,tñ oſtendit ſe & ꝑ ipſius Ænei incolumitate ſuſpectā.¶Quid ſi.n.a.al.d.q;. I.p.)Euadas licet tꝑis pelagiq; violentiā,quid ſperas futurū, cū aliena iura tentaueris,& cum ad nouos hoīes Veneris?quis incognitū ſumet? hoc eſt dicere, decepturum eſt te exemplum meū, dum exiſtimas oīs eſſe beneuolos,ad quoſcūq; perueneris. hæc dicendo occulte perſuadet,ne relinquat nota,ne deſerat certa,ne ſuſcęptā Carthaginis amicitiā fugiat.¶Et tr.a.m.) Quid faceres, inquit,ſi ſtaret Troia?aut ad notos ire diſponeres?ſecura dicebat, qa nec Troia ſtabat,nec illū aliqs nouerat.¶Troia per.v.p.c.æ.) Properās forſan reprehēdi nō poſſes,ſi cū periculo vel ad tua redire velis?¶Me ne fugis?ꝑ ego has lachrymas,dextrāq; tuā,te.) Quū non,inqt,ſupereſt Troia,neq; ad notos ſis aliqñ venturus, oſtēdis nauigationē tuā non aliorū duci deſiderio,ſed odio meo, quū dicit me ne fugis?hoc intelligendū eſt,cuius beneficia habes, & nullas cauſas offenſę.colligit aūt multa,& quicquid ad Æneā flectendū habuit,ſimul effudit.quod ipſum ſumma cū obſcuritate proſecuta eſt:quia cōfuſa ex plurimis motibus animi loquebatur.poſuit itaq; per,& contexuit omnia,& ſic dixit,oro.hęc duo nō ſunt ſimul accipiēda,vt q̄ dicta ſunt,intelligātur euidētius,vt ſit,oro te per has lachrymas,aut ego oro,quę fiducia pręſtitorū debeo impetrare,quod volo,& flens rogo.quod eſt verū doloris indicium:nec putes has inaniter fundi.teſtes iſta ſunt pœnarū pectoris mei,& qcquid interna diſcruciat,cælare nō poſſunt.tm̄ ſidei oculi gerunt,vt latētes angores fletibus probent,& abſtruſas interius cauſas manifeſtis ꝓbatiōibus prodāt.per dextramq; tuā te oro.dictum,vel viro forti cōueniēs vel amori.ait.n.ſupra.nec te data dextera quondā.per cōnubia noſtra,hoc eſt per matrimonij.fidē te oro,quod eſt mihi tibiq; cōe,per incæptos hymenæos te oro,quod ſignificat per nuptias noſtras cōi conſenſu firmatas. aſſerit Dido nuptias nō ſolū illas,quibus adſunt plurimi dici poſſe,verumetiā quę duorū tm̄ conuēntiōe nullo teſte perficiuntur. nouerat.n.quo genere in Æneæ conſortium veniret,& hāc partē munire nitebatur metuēs,ne ſibi obijceretur,quod infra Æneas aſſerit dicēs.nec cōiugis vnq̄; prętendi?Incœpta vero diſpoſitiones ſunt,vt plurimis locis & apud plurimos lectum eſt,& definitiōes animorū ſignificant:vt ipſe Virgilius.Me ne incæpto deſiſtere victā?Et Salluſtius.Nā talia incæpta ni inconſulto reuertiſſent reip.peſtē factura.Multos hoc loco trahit pars illa,ꝙ inter Æneā & Didonē noua cōiunctio agebatur:& ſic incæptos hymenæos intelligunt,quaſi recenti tꝑe contractos.quod contra eſt,nā ſi ita eēt,cœptos diceret nō incœptos, certe & animus Didonis inſpiciēdus eſt,quę vult illud,quod paſſim & vulgo factū eſt matrimonium dici,& Æneā q̄rit conſenſus pręiudicio,& cōiugij legibus detinere.Oro te,ſi bene quid de te merui,fuit aut tibi quicq̄; dulce meum,& bñficiorū ſuorum,& affectus cōiunctiōis ipſius intelligitur tetigiſſe rationē.Oro te miſerere domus labētis.commoueat te miſeratio, ne cōſumatur memoria nominis mei.ſ.ne labentē ſpem meā adiumento tui abſceſſus impellas,& ſpernas. & iſtā oro(ſiquis adhuc precibus locus)exue mentem, & ſic inquit pluribus rogo,vbi adhuc pars aliqua pectoris tui vacat,atq; eſt ſpatium,quod meas preces excipiat,indefeſſis viribus rogare nō ceſſem.dixit ſe moriturā,vt credatur id poſſe & debere perficere.dicit cauſas,vt Æneas cauſarū ipſarum cauſa eſſe videatur, & aduertens in ſe oēm inuidiam corrigi,rogātis precibus acquieſceret.¶Te.p.l.g.n.q;.t.Od.in.t.) Propter vnū,inquit,te & meos oēs,& gētes vicinas offendi,domi foriſq; odium me nō fruſtra circūdedit.quum dicit Libycas gentes & numadū tyrannos,tangitq; hoium genus aſperum,ſatis oſtendit ex offenſa graui poſſe illos crudelius & immanius cōmoueri.ſupprimit aūt quantitatē gentium,& tyrannorum,vt infiniti numeri formidinē mōſtret. proinde inter tot & tales,qualis vita ſperari potuit?aut qs exitus moriēdi?cū poſt imperiū aut captiuitas ſperaret,aut finis infeliciſſimus vitę?¶Te propter eūdē.Ex.p.& qua ſola.ſ.a.F.p.)Bñ poſuit extinctus pudor.cū.n.q̄reret incendia amoris abſumere,non ipſa ſed ſpem proprij pudoris extinxit.de famę aūt perditę ſtatu non īmerito querebatur,qa deiecto eo,ex quo fuerat exorta,ipſa quoq; eodē caſu cōciderat,cuius cauſa oium caſtarum pręconia ſuperans vſq; ad ipſa aſtra peruenerat,cū multorum inimicitias & caſtitatis perditam cōmemorat famam,oſtēdit per Æneam factum,ne qs dehinc eā dignā crederet matrimonio ſuo.¶Cui me m.de.h.) Licet oīa ſuperiora cum ingēti affectu proſecuta ſit,hic tñ auxit miſerationem.quod ait ergo,cui,ex ſuperioribus pōt apparere.omnes.n.ſe dixerat offendiſſe, & apud oēs concidiſſe famam ſuā:proinde futurum,vt illam aut hoſtis ad pœnā tractaturus eſſet,aut abiecti pudoris fœminā nullus quęſiturus:hoſpitis aūt noīe eum credidit appellandū,quod negare nō potuit:deniq; ait.¶Hoc.ſ.n.q.de.c.r.) Si mariti,inqt,vocabulo conuentus pręces meas audire nō curas.has vel hoſpitis religiōe cōmotus admitte.¶Quid moror?an.m.p.d.m.f.De.) Infelix inqt fortuna mea qd vlterius ſperat?ſi maiores moras acquirat?cui ſuppliciū & à fratre metuitur?& laboꝝ meorū quos in tanta vrbe cōdēda cōſumpſi,plenus expectat interitus?¶Aut captā.d.g.h.) Aut me getulus hiarbas ducat? & is cui ſalua honeſtate negaui nuptias meas,me ducat īuitā?ducat ꝑdita libertate captiuā?getuli & hiarbę appellatio conuitij cā poſita eſt.¶Saltē ſi q̄ m.d.t.ſ.ſ.A.ſ.ſ.ſiq.mi.paruulus aula Lud.Æneas,&c.) Saltē ſi cōtigiſſet,inqt,vt añ fugā tuā,non dixit ante nauigationē tuā aut ante abſceſſum tuū, quę ſolēt eſſe honeſta,ſed fugam,quę fuerat turpis,vt naſceretur mihi ex te ſoboles aliq̄ tui vultus ſimilitudinē portās,& ſignata noīe tuo in aula mea luderet,eſſet ſolatium ſolitudinis meę:nec viderer à te in totū deſtituta vel duris angoribus capta.

Aſcenſius.

## ASCENSIVS.

¶Tandẽ his Æneã, &c.) Poeta, q̃ argutiſſimã inducit Didonis ad Æneam, orationẽ: quã ipſe ſibi placere oſtẽdit, ex ea re quod eam priuatim Auguſto recitauit: qua etiam diuus Auguſtinus ad lachrymas compulſus eſt: vnde miſerationis plena eſt. De qua tñ pauciſſima extant Donati verba: nihil.n. inuenimus, niſi quod dicit. ⸢Ante fugam.) Dixiſſe Didonẽ: ne honeſtet rem, dicẽdo, Ante diſceſſum. ¶Ordo aũt eſt. Dido cõpellat.i. adloquitur: tandem.i. poſt longam cogitationẽ: Æneã vltro.i. non exiſtentẽ eius compellationem: his vocibus.i. ſubſequentibus verbis. O perfide, eccam conſtantiam muliebrẽ, quæ dixerat. Credo equidem (nec vana fides) genus eſſe deorum: nunc dicit, O perfide: ſperaſti.i. ſperaſtine etiam poſſe diſſimulare?i. per diſſimulationẽ celare: tantũ nefas: quantum.ſ. eſt amantem: & bene meritam ſic deſerere: q̃, pro.i. ſperaſtine diſcedere tacitus.i. tacens, & ſecretus: diſcedere.ſ. poſſe mea terra. Nec noſter amor tenet te: nec dextera.i. fides: data.i. promiſſa quondam: nec Dido moritura, ſi diſceſſeris, ſup. crudeli funere: quia morte, quã ſibi illatura eſt. vnde videtur ex tũc decreuiſſe, ſeſe interimere ſi diſceſſerit. Quinetiam.i. inſuper: tu moliris.i. cũ mole & difficultate paras, claſſem ſydere hyberno i. hyemali, & tempeſtatẽ excitare ſolito: & properas ire per altũ.ſ. mare Aquilonibus.i. ventis illis vehementer nociuis: medijs.i. in ſummo vigore exiſtentibus: aut tam flãtibus: exiſtens crudelis.i. impius, & immitis, etiam in teipſum, odio mei. q.d. qui ſe pium in deos & patrem fuiſſe iactitauit: nunc in ſeipſum impius eſt, vt mihi officiat: nam ĩmemor ſalutis in ſummo periculo mare conſcendere parat, quid, ſup. dicere poſſem, ſi non peteres arua aliena, & domos ignotas, & ſi Troia antiqua maneret? q.d. non tam legitime iraſcar, vt nunc: quia tunc conuenienter Troia peteretur claſſibus, per æquor vndoſum.i. vndis & procellis plenum. Fugisne me? q.d. id nõ merui: vnde addit. Ego oro te, per has lachrymas quas effundo: & per tuam dexteram.i. virtutem & fidem, quam mihi quondam dediſti:) quando.i. quandoquidem: ipſa.i. ego non reliqui mihi miſeræ iam nihil aliud.ſ. præter fidem datã de futuro: quia non erant celebratæ nuptiæ: aut quia non potuit eum cogere. (& oro, per noſtra connubia, quia (vt patuit) coniugium vocat: hoc prætexit nomine culpam ſed ſi dicat Æneas nõ eſſe cõnubia. addit) per Hymenęos noſtros.i. auſpicia nuptialia, aut per primos concubitus. Oro (inquit) ſi ego merui bene de te, quid.i. aliquid: aut in aliquod & ſi quidq̃ meum.i. conſuetudinis meę, fuit tibi dulce.i. delectabile: miſerere domus.i. familię meę: labentis, ideſt tendentis in ruinam & excidium: & exue iſtam.ſ. tam ingratam, & indignam, tua pietate mentẽm.i. voluntatem Nam iſte, ad ſecundam perſonam, & ad contemptum, pertinere ſolet) ſi quis locus eſt adhuc.ſ. reliquus: præcibus. Locum autem eſſe decere, dupliciter docet: & ob merita erga eum, ſua quæ verecunde tetigit, & ob damna quæ propter eum paſſura eſſet, ſi abiret, quæ addit dicens: gẽtes Libycæ: & tyranni.i. reges ſuperbi Nomadum, pro Nomadarum, populorũ Libyæ: odere.i. oderunt, ſup. me, propter te.i. quia te coniugem abſumpſi: & Tyrij.i. ſubditi mei: infenſi.i. multũ offenſi: & ob hoc moleſti ſunt mihi propter te: quo verbo tangitur hiſtoria. Nã fuit à ſuis coacta Hiarbæ nubere, quum nollet, ſeipſam in pyram deiecit: id aũt fingit poeta, Didonem in Æneam reijcere: & pudor, ſupp. meus eſt extinctus propter te eundem: & fama prior, qua ſola.i. per quam ſolam, etiam ſi aliam non habuiſſem dignitatem: adibam ſydera (prius de ſe dixerat Æneas, Fama ſuper æthera notus.) cui ò hoſpes, deſeris me moribundam.i. iamiam morituram: & quia appellando eum hoſpitẽ videtur negare maritum, addit, cur hoſpitẽ dixerit: q.d. ideo dixi hoſpitẽ: quoniam hoc ſolum nomẽ.i. hęc ſola appellatio.ſ. hoſpitis: reſtat mihi de coniuge.i. de te qui coniux quidẽ es: ſed negas. Quid moror.i. quid differo mortem? an, ſup. moror? dũ.i. donec Pygmalion, frater.ſ. meus, deſtruat mea mœnia: aut dum.i. donec: Hiarbas getulus.i. ferus Getulorũ rex, ducat.i. abducat, aut in triumphum ducat, me captam? quaſi dicat, id expectare non debeo, & ideo moribundam deſeris: ſaltẽ.i. ſi aliud obtinere non poſſum: vel hoc obtineam, ſiqua.i. ſi aliqua: ſoboles, ideſt proles fuiſſet ſuſcæpta: mihi.i. à me de te: ante fugam.i. prius q̃ ſic turpiter aufugeres: & ſi quis paruulus Æneas.i. te, & nomẽ tuum referẽs, luderet mihi, ideſt in ſolatium meum: aula.ſ. mea, qui referret, ideſt repræſentaret: te tantum.i. ſaltem: aut tantummodo quum te habere nequeam: ore.i. effigie, & vultu oris tui (& id melius, q̃ ſi dicatur, tantum.i. dũtaxat ore: quia nollẽ, vt factis tui ſimilis ſit. adhuc enim blanditur vt amatrix: & ita non congruit, vt intelligatur illum vituperaſſe, quod ex reſponſione patet Æneæ beniuole reſpondentis.) Equidem.i. ego certe, non viderer omnino capta.i. irretita, laqueo amoris. aut potius decępta: aut deſerta: quia haberẽ filium qui te repręſentaret. Eſt enim filius, imago patris, in quo & pater ſuperuiuere videtur vnde Eccſi. xxx. Mortuus eſt pater eius, & nõ eſt quaſi mortuus: ſimilẽ enim reliquit ſibi poſt ſe. Quocirca, fictione iuris, cõtinuatur patris in filio poſſeſſio.

Ordo.

## PIERIVS.

¶Domosq́ Ignotas peteres.) Sunt veteres admodum codi. in quibus, domus, hic, quarto declinatu habetur. Cuiuſmodi caſum Fl. Soſipater per us, melius q̃ per os, proferri cẽſet. ⸢Numadũq́ tyranni.) Non eo inficias, Nomadum, in codi. Longobardico, & aliquot alijs legi. Sed enim in Oblongo, in Mediceo, Numidum, habetur, Latinorum idiomate. Appianus enim, quos Græci, Nomadas, appellant, Numidas, à Latinis appellari dicit. Neq; dicat quiſpiam primam ſyllabam produci, ſi, nu, ſcribatur, quia ſit ȣ diphthon. apud Græcos. Appianus enim Romanorum, ſonum non ſyllabæ tempus exprimere curauit, quanuis alias pro u breui, apud nos ο μικρὸν illi ſcribere ſoleant: vt pro Numa, Noma. ita illi νόμαδασ, nos Numidas. ⸢Ante fugã ſoboles.) Cur in antiquis cod. ſuboles, habeatur, alibi dictum. Nunc duo adhuc ſuccurrunt exempla ex antiquis monumentis, vbi ſuboles per u ſcriptum legitur. Ea ſunt ad Æſculapij, vbi nunc diui Bartholomei phanum. Cũctor M. HÆC SVBOLI SEDEM POST MORTE RELIQVIT. Et alio verſu eodem epitaphio, ET FECIT SVBOLES MVLTOS MEMORATA PER ANNOS. à ſuboleſcere, enim hoc deductum eſſe nomen, alibi diximus. ⸢Si quis mihi paruulus aula Luderet Æneas, qui te tantum ore referret.) Te tantum, & tantum te, tranſpoſitæ dictiones in diuerſis codicib. ſententiam identidem variant. Nam quum Seruius exponat, Optarem filium ſimilem vultui, non moribus tuis: quadrat ea lectio. Qui te tantum ore referret. Quod ſi, vt in quibuſdam alijs codicibus manu ſcriptis habetur, eam lectionem adprobauerimus, Qui tantum te ore referret. Tantum, magnum amoris affectum oſtendet, & ipſam petitionis honeſtatem, quum nõ quærat inuitum retinere, neque futuræ eius felicitati velit inuidere, optare vero tantum eius imaginis memoriam, apud ſe perpetuo permanere, quàm aſſidue ſpectando delectetur, & ſolitudinis tædium leuet, deſertiq́ amoris amaritudinem leniat, quod in ſuſcæpto filio contingere potuiſſet: & ideo ad optatorum diminutionem deſcendit: aitq́, Tantum, vt ex plurib. quæ forte negaturus erat, hoc ſaltem vnum impetraretur. Tota enim orationis vis, eo vertitur, ne deſerat amatus amantem: aut ſi deſerturus omnino ſit non ita miſerabilem in erumnis & calamitatib. derelinquat. Eſt & alia lectio in cod. Longobardico, atque etiam in Mediceo, neq; non in Porcio. Qui te tamen ore referret. Cui lectioni nonnulli alij vete. cod. adſtipulantur. Et ita apud Aruſianum in libello de Virgilia. eloquutionibus ſcriptum habetur. Quæ quidem oratio, & ipſa affectus, & amoris plena eſt. Ait enim, Tametſi ſummo opere concupiſcat filium ex Ænea ſuſcipere, nolle tamen, niſi patri futurus ſit ſimilis ſuo. Totaq́ in eo eſt, vt oſtendat ſe regnum, opes, famã, omnia deniq; poſthabuiſſe, præ vno Ænea, quo ſi potiri non liceat, imaginem ſaltẽ Ænę ſimilem aſſidue contemplari poſſit. Quas vero impudicitiæ, voluptatisq́ notas interpretes huic inuiunt à Virgiliana ſententia mihi videntur alienæ. Qui amorem Didus exſcribere videtur, de quo refertur eſſe animam in gemino corpore. ⸢Non equidem omnino capta, aut deſerta viderer.) In Longobardico cod. in Mediceo, in Portio. & aliquot alijs legitur, ac deſerta: quod infelicitatem augere videtur. Multi enim captiui ſunt, non tamẽ auxilij ſpe deſerti, multi ſine ſpe, non tamen captiui, ſe vero ait Dido omnino captam: ſed niſi aliqua ſaltem imago Æneæ ſit penes ſe, etiam deſertam. Hinc illud horrificum in ſomnis eius ſequetur: Semperq́ relinqui. Sola ſibi, ſemper longam incomitata videtur Ire viam, & Tyrios deſerta quærere terra.

⸢Dixerat, ille Iouis monitis immota tenebat. POE.
Lumina, & obnixus curam ſub corde premebat.
⸢Tãdẽ pauca refert. Ego te, quę plurima fando ÆNE.

## SERVIVS.

¶Iouis monitis.) Bene præſcribit, ne ei det impietatem. Sane & hæc monita dicimus: vt, Carmentis nymphæ monita, & deꝰ author Apollo. & hos monitus, vt Perſius, Hos pueris monitus patres infundere lippos. ⸢Immota tenebat lumina.) Phyſicum enim eſt, vt

Enumerare vales,nunquam regina negabo
Promeritam,nec me meminiſſe pigebit Eliſſæ,
Dum memor ipſe mei,dum ſpiritus hos reget artus.
Pro re pauca loquar,nec ego hanc abſcondere furto
Speraui,ne finge fugam,nec coniugis vnꝗ
Prætendi tedas,aut hæc in fœdera veni,
Me ſi fata meis paterentur ducere vitam
Auſpicijs,& ſponte mea componere curas,
Vrbem Troianam primum,dulceisq́; meorum
Relliquias colerem,& Priami tecta alta manerent,
Et recidiua manu poſuiſſem Pergama victis.
Sed nunc Italiam magnam Gryneus Apollo,
Italiam Lyciæ iuſſere capeſſere ſortes.
Hic amor,hæc patria eſt,ſi te Carthaginis arces
Phœniſſam,Libycæq́; aſpectus detinet vrbis,
Quæ tandem Auſonia Teucros conſidere terra
Inuidia eſt?& nos fas extera quærere regna.
Me patris Anchiſæ quoties humentibus vmbris
Nox operit terras,quoties aſtra ignea ſurgunt,
Admonet in ſomnis,& turbida terret imago.
Me puer Aſcanius,capitisq́; iniuria chari,
Quem regno Heſperiæ fraudo,& fatalibus aruis,
Nunc etiam interpres diuum,Ioue miſſus ab ipſo
(Teſtor vtrunq; caput)celereis mandata per auras
Detulit,ipſe deum manifeſto in lumine vidi
Intrantem muros,vocemq́; his auribus hauſi.
Deſine meq́; tuis incendere,teq́; querelis,
Italiam non ſponte ſequor.

eſt,vt qualitatē animi ex oculorum,aut corporis ſtabilitate aut mobilitate noſcamus. Ergo mō vult oſtēdere Æneā à propoſito non eſſe deuiaturū. ¶Ego te,quæ plurima fando.) Controuerſia eſt plena, in q̄ expurgat obiecta,remouens à ſe crimen ingrati:& veniali vtitur ſtatu,profectionē ſuam retorquens in voluntatem deorum. habet etiam finem. Nam purgat obiectam fugam nomine profectionis. ¶Promeritam.) Præſtitiſſe, bene ſe geſſiſſe:& eſt ſermo de his qui per contrarium magis lucent. Terentius, Ita me velim ames promerentem pater,ideſt bene agentem. Et congruit, vt præſtet qui bñ agit. contra alibi, Quid commerui aut peccaui pater? ideſt quid male egi? ¶Meminiſſe pigebit Eliſæ.) Memini.& illius rei dicimus,vt hoc loco:& memini illā rem:vt, Numeros memini,ſi verba tenerem. ¶Dum memor ipſe mei.) De futuro dixit, & congrue. Nam piget ad futurum ſpectat,Pudet ad præteritum.& licet pene vna ſit ſignificatio:tamen dicimus Piget me illud facere, Pudet feciſſe. Vnde interdum præcipue à Salluſtio ſimul ponuntur. ¶Pro re pauca loquar.) Remoto ingrati crimine deſcendit ad cauſam. ¶Nec ego hanc.) Profectionem ſubaudis. Nam poſteriori non poteſt iungi, ne ſit cōfeſſio. ¶Prætendi tedas.) Probat nō eſſe matrimonium. ¶Aut hæc in fœdera veni.) Aut matrimonij:& iungendum eſt ſuperiori. aut certe ad poſteriora pertinet:& hoc dicit, Non ad hæc veni,vt hic morarer:ſicut & nunc probat. Ergo veni, conſenſi. hoc eſt,Non ad hæc conſenſi fœdera: vt quum vellem diſcedere,non liceret. ¶Me ſi fata meis paterentur ducere vitam Auſpicijs.) Et dixit in primo, Quæ me cunque vocant terræ. Meis auſpicijs. Argumentum à neceſſitate.& auſpicijs ideo, quia maiores omnia auſpicato gerebāt. Ergo auſpicijs,diſpoſitionibus. ¶Spōte mea.) Modo nomē eſt, Nam & genus & caſum habet. Sic & mane quū ei & genus & caſus additur nomen eſt: vt, Dum mane nouum, dū gramina canent. Sic & Forte ſua Lybicis. Aliàs aduerbia ſunt. Verum autem dicit non ſua ſponte. Nam ſupra legimus, Hos cape fatorum comites. Item Diuerſas quærere terras Augurijs agimur diuum. ¶Recidiua.) Poſt caſum reſtituta. ¶Grynæus Apollo.) Clazomene ciuitas eſt Aſiæ. Vnde Horatius, Diues agebat Clazomenis. Iuxta hanc nemus eſt Grynæum: vbi Apollo colitur. Inde ergo nunc epitheton dedit: licet & in Delo accæperit oraculum. ¶Lyciæ ſortes.) Nec hinc accæpit reſponſum:ſed ſic dixit Lyciæ, ac ſi diceret Apollineæ. ¶Hic amor,hæc patria eſt.) Eo inquit deſyderio per voluntatem deorum, iterum circa Italiam teneor,quo poſſem circa Troiam. & ad illud ſpectat quod dixit,Troia ꝑ vndoſum peteretur claſſibus æquor. ¶Et nos fas.) Nobis fas dicimus: ſed hoc loco non eſt iungenda elocutio, ne ſit vitium. Nam legimus, Fas mihi Graiorum ſacrata reſoluere iura. Sed hoc dicit, fas eſt etiā nos extera regna requirere. ¶Nox operit terras.) A veriſimili,ideo tempus poſuit. ¶Quoties.) autem,hoc eſt per vnamquamq; noctem. ¶In ſomnis.) More ſuo pro in ſomnijs. ¶Turbida.) Terribilis:quod & vmbræ conuenit, & parentis authoritati. ¶Me puer Aſca.) Amor Aſcanij ſcilicet, admonet:quem lōge repetijt,& ad Aſcanium retulit.& licet excuſetur,tamen ſolœcophanes eſt. ¶Interpres diuum.) Hermes: expreſſit verbum de verbo. ¶Ab ipſo.) Ideſt magno: vt ſupra, Ipſe deum tibi me claro demittit Olympo. ¶Vtrumq; caput.) Meum & tuum,aut Iouis & Mercurij:aut meū & Aſcanij. ¶Celeres mandata per auras.) Vt ſupra, Celeres defer mea dicta per auras. ¶Manifeſto in lumine.) Aut claro;aut in nymbo, cuius maius eſt lumē. Sic Lucanus, Poſtꝗ̄ ſe lumine vero Impleuit. ¶His auribus hauſi.) Accepi: & eſt Pleonaſmos. ¶Sequor.) Vt, Italiam ſequimur fugientem.

DONATVS.

¶Dixerat.) Dixit Dido ꝓ cauſa ſua allegans iuſta,humana, miſeranda,quæ Æneæ mentē flectere potuiſſent,& deberēt. conſtabat enim etiam ipſum magno pudore confundi:vtpote qui ingrati, qui fallacis, qui fugitiui perſonam contra inſtitutum ſuum Ioue cogēte ſuſcepiſſet. ſed ille aſſiſtebat reuerēter cœleſtibus iuſſis. iōq; poeta dixit. ¶Ille.i.m.i.t.lu.) Scilicet non reſpiciēs quæ rogaret,nec lachrymas eius attendēs,ſolum Iouem videbat animo,ſolum ſtare ante oculos ſuos,à cuius præceptis moueri nō poterat. hūc ſi diceret poeta immobilem fuiſſe, nec precibus nec lachrymis flexū, plurimum inhumanitatis ei attribuiſſet, quē vbiq; pium eē commemorat. Sed poſuit. ¶Et obnixus curam ſub corde ꝓmebat.) Vt inde eum excuſaret, mouebatur quidem, inquit,& dolorem animi tegere laborabat poſtponens humana cœleſtibus,hāc diſſimulādi doloris neceſſitatē, & in prīo libro poſuit dicēs. ſpē vultu ſimulat,premit altū corde dolorem. recte autē dixit Iouis monitis, & nō iuſſis Iouis. Iuſſa.n. ſunt,vbi aliquid iubetur inſperatum & nouum. Æneas autē commonitiōe potiusq̄; iuſſu inſtructus eſt,ne foueret Carthaginē,ne Romanis partibus futuram ſęculis labētibus inimicam,ne armaret alienā,& Italiæ imperium ſperneret fatis ſibi & ſuis poſteris deputatum. ¶Tandem pauca refert.) Quia Dido multa dixerat, & poſt moras prolixas tacuerat. hoc enim conueniebat ei,quam repentinum turbauerat malum,& ei quæ plurima vtilia ſuis partibus extorquere nitebatur:vt vel moræ fierent properanti, vel multa facilius obtinerent. ipſe tamen breuiter reſpondit,ne cauſa turpis perfidię immoraretur,vel ne ſuperfluo multiloquio tereret tēpus,qui iam cogebatur abſcedere. videamus nūc, multorū criminum reus proinde illinc cœpit,vnde illa ingrati cōflauit inuidiam:quo exēplo docemur,vt quoties multa è diuerſo proponūtur,fortiora primitus excludamus,ne ludētes in leuibus aſpera metuere videamur,quę pro magnis obiecta ſunt,& ad victoriam cōquiſita. ¶Ego te,quę pl.f.E.v.n.r.ne.Pro.) Quod ſciebat factum & negare nō poterat,etiam ipſe aſſerit verum. ait.n. quæ enumeras te mihi meisq; omnibus præſtitiſſe, non negabo. in omnibus.n. cōmoditatem meam conſtat te promeruiſſe. ſic locutus eſt,quaſi potiori inferior obſecuta videatur. ¶Nec me.m.pi.h.Dum.m.i.m.d.ſ.h.r.a.) Et quādiu vixero, quādiu memor mei fuero,hoc eſt ſanus & cōſilio ac ſenſu integro,nō me pigebit,nec erubeſcam (inquit) recolēs nominis tui beneficiorumq; memoriā. iſta ergo habeant ſeparatam rationem ſuam. ¶Pro re pauca loquar.) Dicam,inquit,paucis pro rei veritate atq; iuſtitia. veritas.n. multiloquio nō aſſeritur,cum ſit ipſa per ſe perſpicua:neq; ego,vt tu cōmorabor in plurimis. incipit iam obiecta purgare, vel refutando excludere. ¶Neq;.e.h.a.f.S.n.f.f.neq;.c.v.Præ.te.a.h.in.f.v.) Non ait,fugam ſed nauigationem paraui ad debita & deſtinata cōtendēs:nec vt tu,matrimonij me legibus iunxi. hoc factū licet imaginaria velut nuptiarum ſolēnitate pręceſſiſſet, fatetur,ſed oratoria virtute diſſoluit definiēs quid ſit matrimoniū. iunctus ſum,inquit,tibi:ſed illud nō poteſt cōiugium vocari. nō enim ſemper mulieris ac viri cōiunctio matrimoniū facit. aliud vocatur,quod geſſimus. quale.n. matrimoniū eſt,vbi nullus teſtis interfuit? nulla ex more ſolēnitas? nulla pactio? faces nullæ? nulla ipſius fœderis cōſecratio? ¶Me ſi fata meis paterenē ducere vitam

re vitam Auſpicijs,&c.) Hoc quod facio, inquit, quod nauigare diſpono, nō eſt volūtatis meæ, nec mihi liberū eſt viuere, vbi velim: quod ſi pręſtabat remanere in cineribus patrię, colerē meorum memoriam: nō errarē per diuerſa terrarū: nec veniſſem naufragus ad patriam tuā, nec longinqua tātis laboribus quærerem. ⸿Sed nūc Italiam magnā Grynęus Apollo. I.ly.i.c.ſ.) Nullū delectat relicto otio duris laboribus ſubiugari, iterumq; ad miſerias volui: ſed eorū iuſſis inuitus impellor, quę cōtemni non poſſunt. ſunt enim & multa & venerāda. ⸿Hic amor, hęc patria eſt.) Quantū ad humanā pertinet voluntatem, quod eſſe pōt in poteſtate mea, amo hāc ciuitatē tāto affectu, vt arbitrer ipſam eſſe patriam meam. addidit aliud, quod aſſerat nō ſuo arbitrio hoīes viuere. nec alienum magis ſed ipſius Didonis aſſumit exemplum. ⸿Si te, inquit, c.a.Ph.ll.q;.a.de.vr.) Si te phœniſſam hoc eſt non hoc loco, ſed in regionibus longe poſitis natam, arces Carthaginis & Libycæ vrbis delectat aſpectus. ⸿Quę tandem.a.t.c.t.In.eſt?) Cur teucris inuidetur Italia? ⸿Et nos fas.e.q.r.) Licet & nobis quemadmodum tibi in alienis terris imperium quærere. ad illam partē reſpōdit, qua dixit Dido inter cætera, quid ſi nō arua aliena domosq; ignotas peteres? quia & ipſi Didoni euenerat, vt in alienis regionibus īperaret. nullus aūt melius & robuſtius vincitur q̃ qui proprio ſuperatur exēplo. ⸿Me patris Anchiſæ quoties humentibus vmbris Nox operit terras, quoties aſtra ignea ſurgunt, Admonet in ſomnis, & turbida terret imago.) Similem, inquit, obiurganti video patrem meum inſtantem vt Italiā petā: & quoniam de mortuo loquebatur, vt credibile fieret quod dicebat, addidit tempus. quoties ait aſtra ignea ſurgūt, & nox operit terras & ſomnus me habet, adeſt ille cum grauibus monitis officiū ſequēs pietatis & pṙis. ⸿Me puer Aſcanius.c.q;.i.c.Quē.r.h.ſ.&.f.a.) Mihi atq; aīo meo occurrit ſpes filij mei, cui deberi imperiū Italię ſcio, vt addā illas ſortes & veneranda rñſa. ⸿Nūc.e.i.di.i.m.a.i.&c.) Ecce in pręſenti etiam interpres diuū, hoc eſt Mercurius horrēda dicta pertulit, hoc eſt quæ ſine horrore mētis referri nō poſſint. & venit de cœlo, ac nō ſua ſponte neq; proprio delapſus arbitrio, ſed deſtinatus à Ioue: verū ne hoc errore mentis vanū & irritū Didoni videretur, addidit. ⸿Ipſe.d.m.in.l.v.In.mu.&c.) Confirmatio ipſius plena eſt, quū dicit, manifeſto in lumine vidi, & audiui. Horum omniū vt robuſtiorem faceret fidē, poſuit in medio iuſiurandū dicēs, teſtor vtrūq; caput, hoc eſt Iouis, qui miſit, & Mercurij qui retulit. ⸿Deſine.m.q;.t.i.t.q;.qu.) Cognouiſti iuſtas abſceſſus mei cauſas, deſine me ac te q̃relis tuis incendere. ⸿Italiam non.ſ.ſ.) Hærent mihi crimina querelis tuis expreſſa. ſi erga te non authoritate multarum metuendarumq; iuſſionum, ſed mea voluntate peccarem.

## ASCENSIVS.

¶Dixerat, ille Iouis, &c.) Hic habetur placida rñſio Æneæ, qua tū amans magis accēditur q̃ placetur. Nā ſicut in irato & aduerſario, rñſio mollis frāgit iram: ita in amāte, abnegatio placida incēdit furorem. De hoc aūt dicit Dona. ſic. ⸿Ille Iouis.) Cōfundebatur pudore: vtpote qui ingrati, q fallacis, qui fugitiui infamiā ſubiret, cōtra inſtitutū ſuum: ſed ſolum Ioue ſibi ante oculos ponebat: quod efficiebat, vt vir alioquin mitis & humanus, quāuis moueretur officijs Didonis: tū à ꝓpoſito nō diſcederet: recte aūt dixit, monitis, potius q̃ iuſſis quia nō ſolum imperiū eum monebat: ſed ea q̄ imperabat, quæ ad regnū Italicum acquirendū pertinebant: & ne Carthaginē, ſuo imperio inimicam futurā foueret. ⸿Nunq̃ re.neg. Prome.) Palā habet bñficia accępta: ſed neceſſitate ipulſum, & nō volūtate, oſtēdit ſe illi nō obſequi. Breuiter aūt purgauit q̄ obijciebant ne multiloquio, tp̄s tereret: & ingratitudinis vitiū, prīo cōfutat: vt ſm̄ artem, incipiat à validioribus, aduerſariorum obiectis. ⸿Nec ego hāc abſcō. fur.) Probat, ꝙ nō fugā, ſed nauigationē parauit, quia nō venerat vt matrimoniū conficeret: quod probat, ꝙ nullis ſolitis cerimonijs, coniugiū celebratum ſit. ⸿Sed nūc Italiā.) Facit rem veriſimilē: nā nullus ab otio ad negociū niſi inuitus accedit. ⸿Hic amor, hæc patria eſt.) Si te cæpit amor nouę patrię, nō ęgre feras, ꝙ ego quoq; nouę patrię amore capiar. ⸿Et nos.) Quēadmodū & te. ⸿Aſtra ignea.) Facit veriſimile ex ipſo tēpore, in quo ſomnus capitur. ⸿Manifeſto in lumine.) Cōfirmatio rei ne credat eō deceptū: & interponit iuſiurandū. ⸿Vtrūq;.) ſ. Iouis, q miſit: & Mercurij, q miſſus eſt. ⸿Deſine.) Quia cognouiſti iuſtas diſceſſus cauſas. ¶Ordo eſt. Dixerat: videlicet Dido: ille, ſ. Æneas: tenebat lūmina īmota. i. oculos īmotos: ita vt nō flectantur in Didonē, ad reſpiciendū eā miſericorditer: monitis. i. propter monita Iouis. Nō ꝙ Iupiter monuerit eā nō aſpicere: ſed q̄a monuit: q̃ primū nauigādū: quod ne nō faceret, eam nō aſpexit, ne forte admonitis Iouis auerteret: quo facto docemur nō ſolū tranſgreſſionē mandatorū dei, ſed etiam periculum traſgrediēdi, vitare. Aut ſenſus eſt: ille tenebat oculos immotos in monitis Iouis: ita ꝙ nihil attēderet ṗter monita Iouis: aut ꝙ ſtupefactus ſit ob monita Iouis: ita ꝙ cogitabundus vno obtutu, oculos īmotos contineret, vñ ſeq̄tur: & obnixus. i. obſiſtens affectioni ſuæ, ṗmebat curā. i. ſolicitudinē ſuā ſub corde: & refert. i. rñdet: tandē. i. poſt longā cogitationē: pauca. ſ. verba. Ego, ò regina, nunq̃ negabo te promeritā. i. q̄n promerueris plurima, q̄ tu fando vales. i. bene ſcis, aut potes enumerare: nec pigebit me. i. nō erit mihi in poſterum, pudori, aut verecundię: aut non grauabit me meminiſſe. i. memorē eſſe: Eliſſę. i. tui, q̄ ꝓprio nomine Eliſſa diceris: tantiſper, ſup. dū ipſe. i. ego, ſup. ero memor mei: & dum. i. donec: ſpūs. ſ. vitalis: reget hos. i. meos artus. i. tantiſper dum viuā. Ego loquar pauca pro re. i. ſm̄ exigentiam negocij: ego nec ſperaui abſcondere furto hanc, ſup. profectionem: ne finge, pro ne fingas. i. ne dicas eam ex opinione tua: fugam: quia non fugiturus ſum, ſed profecturus: nec ego prætendi vnq̃ tedas i. faces: cōiugis. i. nuptiales. i. ego nunquā te duxi coniugem, licet complexus ſum amicam: nec veni in hæc fœdera. ſ. matrimonialia, quæ indiſſolubilia ſunt: ſed ſi mea fata. i. quæ dij de me cōſtituerūt: paterētur me ducere vitā. i. viuere: meis auſpicijs. i. diſpoſitioībus: & componere. i. finire curas meas: ſpōte. i. ad nutum, ac libitum meū: ego colerē. i. inſtaurarē: primum. i. pręcipue, & ante oīa, vrbē Troianam, q̄ diruta eſt: & dulces reliquias meorum: & alta tecta Priami manerēt. ſ. reędificata: & poſuiſſem victis. i. Troianis fugitiuis, pergama. i. mœnia Troiana: recidiua. i. poſt caſum reſtituta: aut recidiua. i. iterum quaſi ad vitam. i. exiſtētiam reducta: hoc eſt, fruſtra ſperaueris me retinere iſtic: quia niſi in Italiā me fata vocarēt, nō hāc vrbem extruerem, ſed Troianam repararem: ſed nūc Apollo Grynæus. i. veridicus: vt eſt in nemore Grynęo, ſup. iuſſit capeſſere. i. captum ire, magnam Italiam: & ſortes Lyciæ. i. oracula Apollinis, qualia apud Lyciam iuſſere me capeſſere Italiam, hic. ſ. quem mihi fata dedere, eſt mihi amor: hæc eſt mihi, ſup. patria: poteſt bis dici, hic amor, eſt mihi amor: & hæc patria, eſt mihi patria: nec iniuria. Nam ſi arces Carthaginis detinent, ſup. te: Phœniſſam. i. quum ſis Phœniſſa: hoc eſt, de Phœnicia: nec in patria tua: & ſi aſpectus vrbis Lybicæ detinet, ideſt immoratur delectando te: quæ inuidia, ideſt iniuria: quæ cauſa inuidiæ ſit: tandem, ideſt Vt libere me tandem purgem: eſt Teucros conſidere, ideſt ſi Teucri conſidunt, & ſedes capiunt Auſonia, ideſt in Italia, quaſi dicat, nulla, quia fas eſt: &. i. etiam, nos, non ſolum te: quærere regna extera. i. externa, imago patris, ſcilicet mei, Anchiſæ, admonet me: & ipſa turbida. i. commota & irata, terret me: inſomnis, pro inſomnijs: aut dum ſomno indulgerē: toties, ſupp. quoties nox operit. i. inuoluit terras: vmbris humētibus. i. humidis: & quoties aſtra ignea. i. ardētia: ſurgūt. i. oriūtur. Puer Aſcanius etiam admonet me: & iniuria chari, ideſt dilecti: capitis, ſcilicet filij mei: quem ego fraudo. i. per fraudē priuo regno Heſperiæ: & aruis fatalibus. i. fataliter ipſi debitis, ſup. terret me: quia iniquum eſt, filium fraudare, contra fatorum ſeriē: & ita deorum timet iram, vnde terretur. Ego teſtor vtrunque caput. i. meum & Aſcanij, per quod Æneas iurare ſolebat: vt dicet ipſe in. ix. Per caput hoc iuro, per quod pater ante ſolebat: aut caput Iouis & Mercurij, aut meum & tuum: teſtor (inquit) vtrunque caput, ꝙ, ſup. interpres diuum. i. deorum, ſcilicet Mercurius, miſſus ab Ioue ipſo (emphaticos.) ideſt magno: & nō ab inferiore numine: detulit etiam nunc. i. pauloante: mandata per auras celereis. i. quas celerrime tranſuolauit: vt in rebus vrgētibus boni nuncij ſolent. Ipſe. i. ego vidi, deum. ſ. Mercurium in lumine manifeſto. i. viſibili intrantem muros: & hauſi. i. accępi, vocem, ſcilicet eius. his auribus. ſ. meis. & ergo, ò Dido, deſine incendere, & me, & te quęrelis tuis: quia non ſequor ſponte. i. mea voluntate, ſed ex deorum iuſſu, Italiam.

## PIERIVS.

¶Me ſi fata meis paterētur ducere vitā Auſpicijs.) In antiquo admodum cod. pro paterētur, ſuppoſitum eſt, voluiſſent: ſed, paterētur, multo quid maius habet: & multo magis eruditis ſatis auribus facit. ⸿Relliquias colerē, & Priami tecta alta manerēt.) In Mediceo, & antiquioribus quibuſdam exēplaribus, &, copulatiua particula non habetur, poſitum vero eſt κατὰ διάλυτον, Relliquias colerem, Priami tecta alta manerent. ⸿Et recidiua manu poſuiſſem Pergama.) Quanuis exemplaria multa, rediuiua, legant: magis tamē placet, quod Seruius etiam agnoſcit, recidiua. à cado enim, recidiuus. quod ait ille poſt caſum reſtituta. Ita ēt Fl. Soſipater ſentit, qui rediuiua, dici monet, quę poſt interitū redeunt. Recidiua, quæ ex ſuo caſu reſtituuntur. Vñ Virgilius, Re-

ſidua manu poſuiſſem pergama victis.┌Extera quęrere regna.) Priſcianus loco hoc, quod repetere nō pigeat, Antiqui (ait) citer, dixerũt: vñ citerior. Sic &, exter, Statius. vij. Nec ſua pignora curę exter honos. Et Virgi. in. iiij. Et nos fas extera quęrere regna. Aduerte vero κακοφωνίαν in triplicata, re, ſyllaba, in earum dictionum cõtinuatiõe, quęrere rẽgna.┌Teq́; querelis.) Vſus obtinuit, vt, querela, vnico l ſcribatur. Antiqui codices variant. Monumẽta veterũ duplicato ll, plerunq; ſcribunt. Legas.n. in palatio montis Iordani, DVLCITER SINE QVERELLA. Et in monumentis Claudiæ Sympheruſæ, SINT QVERELLA, atque ita alibi ſæpius.

┌Talia dicentem iandudum auerſa tuetur, — POE.
Huc illuc voluens oculos, totumq́; pererrat
Luminibus tacitis, & ſic accenſa profatur.
┌Nec tibi diua parẽs, gñis nec Dardanus author, — DI.
Perfide, ſed duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus, Hyrcanęq́; admorũt vbera tigres.
Nam quid diſſimulo? aut quæ me ad maiora reſeruo?
Num fletu ingemuit noſtro? num lumina flexit?
Nũ lachrymas victus dedit? aut miſeratus amantẽ eſt?
Quæ quibus ante feram? iamiam nec maxima Iuno,
Nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit æquis.
Nuſquàm tuta fides. eiectum littore egentem
Excępi: & regni demens in parte locaui,
Amiſſam claſſem, ſociosq́; à morte reduxi.
Heu furijs incenſa feror. nunc augur Apollo,
Nunc Lyciæ ſortes, nunc & Ioue miſſus ab ipſo
Interpres diuum fert horrida iuſſa per auras,
Scilicet his ſuperis labor eſt, ea cura quietos
Sollicitat: neq; tẽ teneo, neq; dicta refello.
I, ſequere Italiam ventis, pete regna per vndas.
Spero equidem medijs (ſiquid pia numina poſſunt)
Supplicia hauſurum ſcopulis, & nomine Dido
Sæpe vocaturum. ſequar atris ignibus abſens,
Et quum frigida mors anima ſeduxerit artus,
Omnibus vmbra locis adero. dabis improbe pœnas,
Audiam, & hæc maneis veniet mihi fama ſub imos.

SERVIVS.

❡Iandudum.) Ab initio orationis.┌Auerſa.) Irata: vt, Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat.┌Luminibus tacitis.) Ipſa tacita: vt, Tacitũq; obſedit limen amatę, pro ipſa tacita. Sequitur aũt inuectio, quæ ſemp ſtatu caret.┌Nec tibi diua parẽs.) Nõ eſt ſola in Æneã obiecta vituperatio, ſed ẽt in ſe obiurgatio, qa dixerat, Credo equidẽ, nec vana fides, genus eſſe deorum. Vnde nũc dicit, Generis nec Dardanus author.┌Perfide.) Amantũ verbo eũ increpat. Sic ſuprà, Diſſimulare etiam ſperaſti perfide. more amatum.┌Caucaſus.) Mons eſt Scythiæ inhoſpitalis.┌Hyrcanæ tigres.) Arabicæ. Nã Hyrcania ſylua eſt Arabiæ. Et notãdũ relictis medijs comparationibus eũ augmenta feciſſe. Nam poſt deos, non hoĩes, ſed ſaxa intulit.┌Quid diſſimulo?) Tacitæ quæſtioni occurrit, ne quis eius nimiam iracundiam reprehenderet, dicens Æneã poſſe mitigari forſitan pcibus.┌Miſeratus amãtem.) Miſeratus accuſatiuum regit, vt hoc loco. miſereor genitiuũ: vt, Miſerere animi non digna ferentis.┌Quæ quibus ante feram?) Amphibologia eſt, quid prius, quid poſterius dicã?┌Nec maxima Iuno.) Aut in Iunonem maledictum eſt, vt eam non eſſe maximã dicat, ſicut etiam in Iouẽ. nam conuitium eſt quod eum Saturnũ dicat: hoc eſt nocentẽ. Aut certe iungitur, vt, Nec Iuno aſpicit, nec Iupiter.┌Nuſquàm tuta fides.) hoc eſt, nec apud rẽ, nec apud hoĩem. Terẽtius, Quid credas, aut cui credas? Et declamauit per cõtrariũ. Nã oĩs fides tuta eſt. hęc ait, nuſq̃; tuta.┌Eiectum.) Naufragum. Legimus.n. Huc pauci veſtris adnauimus oris. & eſt ſeparãdũ.┌Littore egentem.) i. egentem littoris: vt, Hoſpitio prohibemur harenę.┌Et regni demẽs in parte locaui.) Vt, Et dñm Æneã in regna recępit. Quod Iarbas q̃rit.┌Amiſſam claſſem.) Subaudis renouaui.┌Heu furijs incẽſa feror.) quia multa erat in deos locutura: & bona præmittitur excuſatio. Nã numina nõ credere curare mortalia, & ab his nõ ſperare auxiliũ: furoris eſt. Subiungit enim, Si qd pia numina poſſunt.┌Nũc Lyciæ ſortes, nunc & Ioue miſſus ab ipſo.) Irriſio honeſta ſatis: cũ his verbis fit quibus laus præmiſſa eſt: vt, Et nobis idem Alchimedon duo pocula fecit, Necdum illis labra admoui, ſed cõdita ſeruo. Scimus aũt Æneam ſuperius hæc verba dixiſſe.┌Quietos ſollicitat.) Cicero in libris de deorum natura triplicem de his dicit eſſe opinionem. deos non eſſe: cuius rei author apud Athenas exuſtus eſt. eſſe, & nihil curare: vt Epicurei. eſſe, & curare, vt Stoici: ſecundum quos paulo poſt, Si quid pia numina poſſunt. Nam modo ſecundum Epicureos ait, Ea cura quietos.┌Refello.) Redarguo.┌I, ſequere Italiam ventis.) Satis artificioſa prohibitio, quæ fit per conceſſionẽ: quę tamẽ non ne intellecta ſit perſuaſio, permiſcenda ſunt aliqua quæ vetẽt latenter, vt, ventis per vndas. Sic Terentius, Profundat, pdat, pereat: nihil ad me attinet.┌Medijs ſcopulis.) Aut manifeſtis, vt, Medioq́; ex hoſte recepi. aut illa ſaxa dixit, quæ ſunt intra Africam & Sardiniam, Siciliamq́;.┌Hauſurum.) Luiturum, daturum.┌Dido.) Poteſt & vocatiuus eſſe, & accuſatiuus.┌Sequar atris ignibus.) Alij furiarum facibus dicunt: hoc eſt, Inuocatas tibi immitam diras. Alij, ſociorum, vt paulo poſt, Ferte citi flammas. Melius tamen eſt vt ſm Vrbanũ accipiamus Atris ignibus, rogalibus, qui viſi tempeſtatem ſignificant, vt Æneæ (ſicut in quinto legimus) cõtigit. Hoc ergo nunc quod factura eſt dicit. i. Occidam me, & rogalibus te perſequar flammis.┌Abſens.) Quaſi mortua. Rogalibus aũt mali ominis, quod atris dixit. Legimus & in Horatio, Nigrorumq́; memor dũ licet igniũ.┌Anima ſeduxerit artus.) Hypallage, pro animam artubus eduxerit.┌Omnibus vmbra locis adero: dabis ĩprobe pœnas.) Dicunt Phyſici Biothanatorũ animas nõ recipi in originẽ ſuã, niſi vagantes legitimũ tp̃s fati cõpleuerint: quod poetæ ad ſepulturã trãsferunt: vt, Centũ errãt annos. Hoc ergo nunc dicit Dido, Occiſura me ante diẽ ſum: vagãti mihi dabis pœnas. nã te pſequar ſemper. ſi aũt fuero recępta in originẽ, pœnas tuas audiã: quas videre non potero. Hic ergo ſenſus eſt, Si tẽpeſtatẽ euaſeris flãmarũ rogaliũ, vmbra mea te perſequetur. ſi & hanc euaſeris, vel recępta audiã famam ſuppliciorum tuorum.

DONATVS.

❡Talia. d. i. a. t. &c.) Quod eſt maximũ iraſcentis ſignum, vt cũ totum nolit viſum, totum tñ errantibus oculis cernit, iãdudum, inquit, auerſa intuebatur loquentẽ, hoc eſt ex quo cœpit loqui, quę Didoni non placerent, non cũ cõpleuiſſet.┌Et ſic accẽſa profatur.) Qua cõſideratione tanq; incẽdio accenſa ſic tumidã prorũpit in vocẽ.┌Nec tibi. d. p. g. n. d. au. Pe. &c.) Vbi vidit Dido nihil valuiſſe pces ſuas. & oẽs partes miſeratiõis excluſas, vertit ſe ad cõuitia. factura ſatis animo ſuo, ſi hoĩem lęderet iam intentiõe pertinacis obſtinatiõis alienum. dicis te, inquit, filium Veneris, falſum eſt. haberes.n. aliqd matris, & eſſes in affectus cõſideratiõe tractabilis. ecce animorum quanta mutatio. quũ amaret, dixit. Credo equidẽ (nec vana fides) genus eſſe deorum. hic quia magna vi agitabatur, priori ſñia ſua diſſoluta nec eſſe filiũ Veneris, & à cœleſtiũ ſanguine aſſerit eſſe diſcretũ. Dardanũ quoq; confingis authorem generis tui. nihil habes humanitatis eius, & morum, quo cõfirmes vera eſſe, quæ compoſita falſitate mentiris. at ego veros parentes tuos & nutrices enumerem rebus ipſis, hoc ipſum & tuis moribus pbatura. genuerũt te caucaſi rupes & cautes, hinc durus, hinc aſper, hinc ab humana ratiõe diſſimilis, vtpote qui ſis natus è ſaxis, tygres quoq; te aluerũt, quarũ feris nutritus vberibus hoĩum manſuetudinẽ neſcis. Tractat poeta hoc loco pueris per alimoniã lactis etiam nutricũ mores infundi: quod ipſum & Ciceroni placuiſſe manifeſtum eſt. qui in educatiõe futuri oratoris iubet pręcipuas adhiberi mulieres: non ignarus per obſequia vberum naturam ex alia in aliam poſſe tranſire.┌Num fl. in. n. n. lu. fl. Num la. v. d. a. m. a. e.) Diſputat quę in homine, quę in viro bono officia eſſe debeant, quę Æneas nõ habere diceret. quũ me, inquit, cerneret flentem, durauit immobilis: cum rogarem, non flexit oculos ſuos, ſupra.n. dixit. Ille Iouis monitis immota tenebat lumina: & cũ futurum proteſtarer interitum meũ, nullũ per lachrymas ſignũ miſerationis oſtẽdit, nec caſum infelicis amãtis ingemuit. Hæc tria ſunt, qbus taciti hoĩes oſtendant, quid geratur interius, ſi miſeratione moueantur, aut.n. gemunt, aut lachrymas fundunt, aut oculos flectunt.┌Quæ quibus ante feram?) Tanta, inquit, mala iuxta me, tam acerba, tam dura commiſſa ſunt, itaq; ſunt paria, vt ordinatione comparationis ſequentur, & alia alijs pferri nõ poſſint. Iamiã nec ma. i. N. ſ. h. o. p. a. æ.)

Et tamen

Et tamen hæc communiter fiunt, & iniuſtis deorum luminibus placet. apparet cur primum Iunonē poſuit, quia vel regina deorum vindicare debuit iniuſta: vel, quę, apud Carthaginem præcipue coleret: vel, quæ, iam ex alijs eēt inimica Troianis. ¶ Nuſquā tuta fides.) Quando in hac cauſa tuta fides inueniri non potuit. nuſquam eſt tuta fides, egregia duorum authorum dicta. interrogantis vnum, alterum iudicantis. Terentius quippe ait, pro Iupiter vbi nam eſt fides? putauit enim quærendam, exiſtimans poſſe congruam reperiri. Virgilius autem iudicauit quærendam non eſſe, ꝙ reperiri tuta non poſſit, perindeq; ſuperflueret fluxa. Incipit enumerare beneficia ſua: quorum cōtemplatiōe oportuit integram fidem intemeratamq; ſeruari. ¶ Eiectum lit. e. Ex. &. r. d. in p. lo. A. c. ſ. q;. à m. re.) Eiectum, inquit, hoc eſt naufragum littore, ac per hoc ſine tecti ſubſidio. egentem ſine ope victus excepi. excepit Æneam Dido ducendo eum cum ſuis in domum, alendo quoq;, & cum eo potentiam regni partiendo, amiſſam vero claſſem à pleno iuteritu, & ſocios à morte reducēdo: dixit ſpecialia, quæ ipſi Æneæ contulit, & conſtituit in vltimo duo: quorū conſecratio illi in contrarium verſa eſt. ſeruatas enim naues aſſeruit, & ſocios reductos à morte. hæc enim ſi incolumes non haberet Æneas, non poſſet aliquando diſcedere. amiſſam claſſem ſociosq; à morte reduxi, non naues ſed homines reduxit à morte, neque enim fieri potuit, vt naues morerentur, aut ipſæ quoq; liberarentur à morte. à morte igitur ad ſolos homines pertinet. reduxi vero & ad homines & ad naues. quod ipſum ordinatione facta cognoſcitur, vt ſit, amiſſam claſſem reduxi, & ſocios à morte. & reduxi, non ſemel ſed bis accipiatur. ¶ Heu furijs incenſa.) Ad inſaniam, inquit, me res prauæ perducunt. ¶ Nūc au. a. N. ly. ſor. n. &. I. miſ. ab. i. In. di. ſ. ho. i. per au.) Quod dixit nunc, hoc putamus intelligendum. quando excluſis importunis ſuperioribus otium cum opibus conſecutus eſt, in eius mentem veniunt Apollinis reſponſa, & lyciæ ſortes, & cum mandatis Iouis Mercurius metuendus aduentat. ſi iſta vera ſunt, cur non extiterunt ante beneficia mea. ¶ Sci. is. ſ. l. e. ea. c. q. Sol.) Nimirum deorum, inquit, curam tangit. quid homines agāt, & ipſorum quietas mētes humani commouent actus. ¶ Neq; te teneo, neq; dicta refello.) Et nunc ſi veræ ſunt aſſertiones tuę ſeu falſę, nec teneo te, nec ea quæ dicis obiectu cuiuſpiam diſputationis expugno. ¶ I, ſ. Italiam. v. p. r. p. vn. &c.) Iratæ animo locuta eſt, ſed tali genere dictionis, quòd duos intellectus admittat. vnum eſt, quo eum terret ne nauiget. nam quod dixit. I, ſequere Italiam ventis. pete regna per vndas. non ex animo dicebat. nam obiecit vndas & ventos: quibus terreret properantem. quòd ſi animo hortantis hæc diceret, ita debuit loqui. I, ſequere, pete regna. non adiungeret, quod timeri debuiſſet, quodq; impediente formidine reuocaret inſtantem: hic eſt intellectus vnius diſputationis, videamus quid ſit alius. bene (inquit) cōtigit, quod deſideratum imperium Italiæ ventis & fluctibus petiturus es. habebo occaſionem qua poſſim tuis ſupplicijs lætari. ſpero enim te pro meritis tuis inter ſcopulos hauſurum innumeras pœnas, ideſt viſurum. vt alio loco, hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus. hoc eſt, videat. ¶ Et nomine Dido ſæpe vocaturum.) Tunc (ait) recordaberis mei, & nomen meum fruſtra frequentius repetes: quando tibi concluſo diſcriminum cætu, exemplo prioris beneuolentiæ ſubuenire non potero. ¶ Sequar atris ignibus abſens.) Imaginaberis me abſentem, quaſi te facibus perſequar præſens. hoc loco abſentem alij mortuam volunt, & dant exempla impropria, vt non vno ſed plurimis locis probentur errare. horum primum eſt, abſenti ferat inferias decoretq; ſepulchro. nam & illic abſentem mortuum intelligunt, quorum errores ſequentia probant. nam ſequitur. ¶ Et cum frigida mors anima ſeduxerit artus, Omnibus vmbra locis adero.) Quum mortua fuero, inquit, timebis me abſentem, & quaſi te infeſta perſequar ſemper, & vbiq; terreberis. Hic deeſt expoſitio. 140. carminū.

ASCENSIVS.

¶ Talia dicentem iādudum, &c.) Amiſſa ſpe conuitia ingerit: & quaſi cum abſente, interdum loquitur. Seruius dicit hypallagen, anima ſeduxerit artus: poſſet tamē anima, quæ inuita corpus linquit, dici ſeducta. Donatus quoq; ſubtiliter nil ſubintelligit, illic amiſſam claſſem: ſed ordinem vult, Reduxi claſſem amiſſam: &, reduxi ſocios à morte. Donati verba ſunt. ¶ Totumq; pererrat.) Iraſcētis ſignum, vt quum totum nolit, viſum totum, tamē oculis errātibus cernat. ¶ Iādudum.) Ex quo incœpit loqui, quæ ſibi nō placerēt: qua conſyderatiōe incenſa fuerat. ¶ Nec tibi diua parēs.) Vbi vidit illum nō flecti precibus, vertit ſe ad cōuitia, vt ſaltem animo ſuo morem gerat: eſt autem animorum cōmutatio: nam quum amaret, dixit, credo genus eſſe deorū. ¶ Duris te cautibus.) Quia aſper es, & ab humanitate alienus. ¶ Vbera tygres.) Propter quod hoīum māſuetudinē neſcis: oſtēdit aūt per alimoniā lactis, mores pueris infundi: quod & Ciceroni placet: qui in educatiōe oratoris, iubet pręcipuas adhiberi mulieres, quū per obſequia vberum, natura ex alia in aliā mutetur. ¶ Num fletu ingemuit noſtro? num lumina flexit?) Oſtendit non eſſe in Ænea: quæ in bono viro eſſe ſolent. Tria autem hæc ſunt, per quæ homo miſeratione motus eſſe videtur: gemitus, lachrymæ oculorum, flexio. ¶ Iuno.) Quæ vel quia deorum ſit regina, vel à ſe colatur, patriam vlciſci debebat: vel, quia inimica eſſet Troianis. ¶ Amiſſam claſſem.) Quaſi cōtra me feci: nam ſine illa nauigare nō poſſet. ¶ Reduxi.) De claſſe dicamus, ſolum reduxi claſſem: & de ſocijs vero, reduxi ſocios à morte. ¶ Nūc.) Quaſi dicat, nūc quum vult abire, ſed cur nō antea, quum opera mea egeret? Hæc ille. ¶ Ordo eſt. Dido auerſa. i. indignata & irata: tuetur. i. inſpicit: iādudum. i. ab eo tempore quo talia intelligere cœpit, ſup. Æneā dicētē talia, qualia præmiſſa ſunt, voluēs oculos huc illuc. i. in diuerſas partes, quod ſignum furoris cōcępti eſt: & pererrat, ideſt peruagatur, & ſine ordine percurrit: luminibus tacitis. i. nōdum animum ſignificantibus: aut ipſius adhuc tacentis: & ipſa accēſa, ſcilicet poſt ex trāſuerſo inſpectionē: ꝓfatur ſic: O perfide, nec diua, ſcilicet Venus, eſt tibi parēs: cōtra id quod dixerat, Credo equidem nec vana fides genus eſſe deorum. Nec Dardanus eſt author generis, ſupp. tui, ſed Caucaſus, mons ille Scythiæ: horrēs, ideſt aſper: duris cautibus, ideſt ſaxis illis, & rupibus genuit te: & tygres Hyrcanæ. i. Arabicæ: admorunt, ideſt admouerunt vbera. (hūc locum adducit Phauorinus philoſophus apud Aulum Gellium, docēs nutricis, vbera multum ad prolis indolem facere: atq; præter naturæ inſtitutum facere, quę quos genuerūt lactare recuſant liberos.) Nā quid. i. ad quid: diſſimulo. i. diſſimulāter loquor, vt te adliciam blādo ſermone, quum durior ſis caute: aut ad quæ maiora. i. meliora reſeruo me, quaſi dicat, ad nulla quia. Num. i. nūquid: (Loquitur de præſente, quaſi de abſente, propter indignationem: ſicut cōtra, per apoſtrophem ex beniuola affectiōe ſermonem ad abſentes cōuertere ſolemus.) ingemuit. i. intus gemuit: aut etiam modicum gemuit noſtro fletu? q. d. minime & fleuiſſe ſe ſignificauit etiā ibi. Per ego has lachrymas, dextramq;, &c. num. i. nūquid: flexit lumina. i. oculos? q. d. etiam minime: num. i. nūquid: ipſe victus. ſ. miſeratione, dedit lachrymas, aut miſeratus eſt, ſupp. me amātem? q. d. nō. Quæ anteferam, & quibus anteferam. i. quæ prima, & quę nouiſſima dicam, aut cōſtituam? (dubitat enim de omnibus.) hoc eſt de quibus primo q̄rat, an de dijs, qui hæc impunita ſinūt? an de eo qui hoc commiſit? iamiā nec Iuno maxima. i. quā maxime veneramur, & quæ nobis maxima eſt: nec pater Saturnius, ideſt Saturni filius Iupiter: aſpicit hæc æquis, ideſt iuſtis, & ad æquitatem ſpectantibus oculis. Nuſq̄. i. neque apud deos, neque apud homines, eſt fides, ideſt fidelitas: tuta. i. tutos faciēs. Ego excæpi. i. ex malis ſuſcæpi, eum, ſup. hoc eſt, Æneam: eiectum. ſ. mari, & egētem litore: vnde dixit Ilioneus, Hoſpitio prohibemur harenæ: Et ego demēs locaui eum in parte regni: &, ſup. renouaui claſſem amiſſam: & reduxi ſocios à morte. Heu, ego feror incēſa furijs (at quia obloquuta eſt in deos, ſecūdum Serui. aut potius, quia ſe rapi adhuc ſentit furijs: eo quod ferre nō poſſet fraudulētam Æneæ reſpōſionem, qui in deos retulit profectiōis ſuæ cauſam, vnde dicit.) Apollo augur, ideſt augurij peritus: & id cōtumelioſe, quia auguria imperitos fallūt, ſupp. fert: nunc, ideſt aliquādo horrida iuſſa per auras: & ſortes Lyciæ, ideſt reſpōſa per ſortes, quæ etiam incertæ ſunt, ſup. ferūt, &c. & interpres diuum, ſcilicet Mercurius, miſſus (ſicut, ſupp. fingit) ab Ipſo Ioue: fert nūc. i. aliquādo: iuſſa. i. mādata dei: horrida, ideſt terrifica: per auras. ſ. celeres, per q̄s ferri ſolent præcipiti, pœna obſeſſorum ſecreta, Scilicet irriſioni, apta particula. i. ſcire licet: quia is. i. eiuſmodi, labor eſt ſuperis, ideſt id ſuperi, curāt. ſ. & ea cura. ſ. de aduocando Ænea, ſolicitat quietos. ſ. deos, humana nō curātes, ſecundum Epicurum: quem Horatius in. j. ſermonum ſequutus, dicit, Nanq; deos didici ſecurum agere æuum. Nec ſi quid miri faciat natura, deos id triſtes ex alto cœli demittere tecto: neq; teneo te (iterū torquet ſermonem ad Æneam. (neq; refello. i. inficias eo: dicta. ſ. tua. I, ſequere Italiam: quia dixerat, Italiam nō ſpōte ſequor: ſequitur autem, quia fugientem, vt alibi dicit, Pete regna ventis per vndas, ſcilicet maris. amara conceſſio quæ vim negandi habet: vnde addit, Equidem, ideſt ego certe: ſpero te hauſurum. i. luiturum, & daturum ſupplicia, ideſt punitionem perfidiæ: medijs ſcopulis: è quibus, ſcilicet nulla ſit enauigādi ſpes: ſpero, dicit, ſi numina pia. i.

Ordo

piorum, aut quæ pios reſpectant: poſſunt quid.i.aliquid: & ſpero te vocaturum ſæpe Dido (aut accuſatiuus eſt, aut vocatiuus, ſecundum Seruium: ſicut in Euange. Vocatis me magiſter & domine.) nomine, ſcilicet expreſſo: ego abſens, ſcilicet poſt deceſſum ex hoc mundo: ſequar.i.perſequar te: ignibus atris.i.infeſtis, aut rogalibus: & quum mors frigida.i.frigidam factura: ſeduxerit.i. ſegregauerit: artus anima, ideſt ab anima: aut per hypallagen, animā ab artubus: ego vmbra.i.inter vmbras deputata: adero.ſ.ad perſequendum te, omnibus locis: & tu improbe.i.improbāde, ꝓpter perfidiam: dabis pœnas.i.punieris. Audiam, ſcilicet te dediſſe pœnas, & hęc fama veniet mihi ſub imos maneis.i.ad inferos, vbi innuit ſe grauiſuram de aduerſitate Æneæ, quam nūc optat: quia in qua affectione decedunt animæ, in ea permanent, ſecūdū hunc authorem in.vj.huius.

PIERIVS.

¶ Iādudum aduerſa tuetur.) In Mediceo, & pleriſq; veteribus exemplaribus, auerſa, legitur, quod agnoſcit Ser. vt, Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat. de ijs.n.eſt qui obaudiūt, ſed quomodo tuetur, ſi auerſa? Torue.ſ.& eo geſtu, quo nati quas res oderimus, vel deſpicimus, intueri ſolemus, oculis quippe in obliquū verſis. ¶ Nuſq; tuta fides.) In codi. aliquot antiquis, Nuſq; eſt tuta, legitur. Sed enim, eſt, verbum, ex paraphraſi additum eſt contextui. Magis enim poetica eſt eloquutio, abſq; eo verbo, Nuſq; tua fides: dicere. ¶ Eiectū littore egētē Excępi.) Animaduertenda loco hoc diſtinctio dictionū, quia Priſci, Eiectū littore, legit: pro, in littus. Quāuis quidam diſtinguētes: eiectum, ad cōſequēs verbum dicunt, Littore egentē Suſcæpi. Ita.n.ibi ſcriptum eſt, propterea quod, excipere, ſignificationē habere nōnunq; videtur cū inſidijs: vt eo loco, Æmulus excæpit Triton. inuenitur tamē verbum id hoſpitalitati etiā adcōmodatū. Nuſq; vero alibi, q; apud Priſci. idq; in antiquo codice manu ſcripto, qui eſt apud eruditiſſimum virum Hieronymū Aleandrū contubernalem meū, legi, Littore egētē Suſcæpi. In Virgilianis aūt omnibus exēplaribus, Excæpi. ¶ Amiſſam claſſem, ſociosq; à morte reduxi.) Codices vetuſti partim Amiſſam, & ſocios à morte, legunt: partim abſq; particula copulatiua, Amiſſam claſſem ſocios à morte reduxi, q̄ quidem membra ita ſoluta magis conueniūt indignatæ perſonę. Eſt & illud animaduerſiōe dignum, quod in Priſc. codicibus hoc citato verſu legere eſt, Eiectā claſſem ſocios à morte reduxi. Sed quia pauloante, Eiectum littore egētem, legitur: magis placet cū Seruio, & aliquot antiquis codicibus legere, Amiſſam claſſem. ¶ Scilicet his ſuperis labor eſt.) Legendum omnino, his quippe labor, ex codicibus fere omnibus antiquioribus. ¶ Et nomine Dido Sæpe vocaturum.) Quod, Didū, vſpiam ſcriptum inueniatur, nō adeo mirum eſt, quum Plinius eam declinationē, adſerēte Soſipatro, videatur admiſiſſe. Qui tamen conſuetudinē dicat facere, hāc Caliſto, hanc Calypſo, & ſimilia, Atteius ſane Philologus librum ſuum ſic edidit inſcriptum, An amauerit Didum Æneas. & L. Anneus Cornutus in Maronis commentarijs, Ænei.x. Didus ait: Hoſpitio Didus excæptum eſſe Æneam. Quo minus reformidemus illud, Egentem excæpi. Sed enim hoc loco, vt ad rē veniamus, Dido, per ſynęreſin, ex διδοὰ, & peritiorū cōſenſus, & antiquorū codicum teſtimonia cōprobāt. ¶ Et quū frigida mors aīa ſeduxerit artus.) In antiquis aliquot exemplaribus, ſubduxerit, habetur: quam lectionem Seruius agnouiſſe videtur: dum exponit hypallagen eſſe, pro, animam artubus ſubduxerit. Vbi videne in Virgiliano codice, ex hac interpretatiōe Seruij, animæ, datiuo caſu ſit legendum: ſi hypallage, quam ille loco hoc commentus eſt, facere voluerimus, Sed enim, vt vtranq; lectionē approbarim: ſiue, anima ſeduxerit: ſiue animæ ſubduxerit, legere quis maluerit: ita hypallagen à philoſophica ratiōe alienā eſſe contenderim. Nam quum finiat Plato, philoſophiam eſſe mortis meditationem, veteres eius interpretes, duplicem mortis rationē cōminiſcuntur: aut duas potius mortes: vnā, qua corpus ſeparatur ab anima: alterā, qua anima ſeparatur à corpore: hāc per ecſtaſim fieri: & intentiorem contemplationem, qua ab omnibus pene humanis ſenſibus abalienamur: eamq; eſſe philoſophiā, de qua intellexerit Plato. Illā vero, qua corpus ab anima ſeparatur, eā eſſe mortem, qua ſpecies ipſa corrūpitur, ac eſſe definit. Si igitur Seruianam hypallagen admittamus, quæ, animam artubus ſubducat: ecſtaſis intelligetur & Platonica philoſophia. Sin (vti Virgi. poſuit) dicamus, anima ſeduxerit artus: ſiue, animæ ſubduxerit artus. de ea morte ſermo erit, quam hic Dido vult intelligi. Siqs vero quærat quæ mea ſit ſententia ex duabus lectionibus; eam ego caſtiorem dico, quæ Platonicæ finitioni propior eſt, quippe, anima ſeduxerit artus.i.quū mors, corpus ab anima ſeparauerit.

His mediū dictis ſermonē abrumpit, & auras  POE.
Ægra fugit, ſeq; ex oculis auertit & aufert,
Linquens multa metu cunctantem, & multa parantem
Dicere. ſuſcipiunt famulæ, collapſaq; membra
Marmoreo referunt thalamo, ſtratiſq; reponunt.
At pius Æneas, quāquam lenire dolentem
Solando cupit, & dictis auertere curas,
Multa gemens, magnoq; animum labefactus amore,
Iuſſa tamen diuum exequitur, claſſemq; reuiſit.
Tum verò Teucri incumbunt, & littore celſas
Deducunt toto naues, natat vncta carina,
Frondenteiſq; ferunt remos, & robora ſyluis
Infabricata, fugæ ſtudio.
Migranteis cernas, totaq; ex vrbe ruenteis.
Ac veluti ingentem formicæ farris aceruum,
Quum populant, hyemis memores, tectoq; reponunt.
It nigrum campis agmen, prædamq; per herbas
Conuectant calle anguſto, pars grandia trudunt
Obnixæ frumenta humeris: pars agmina cogunt,
Caſtigantq; moras, opere omnis ſemita feruet.

SERVIVS.

¶ Medium ſermonem.) propter hoc quod ſequitur, Multa metu cunctantem, & multa parantem Dicere. ¶ Suſcipiunt famulæ.) Subaudis Eā. ¶ Tum vero Teucri.) Regis pſentia. ſic in nono, Tunc vero incumbunt, vrget præſentia Turni. ¶ Frondenteſq; ferūt.) Non qui erāt, ſed qui eſſe poterant: vt, Quos ego ſim toties iam dedignata maritos. ¶ Fugæ ſtudio.) Celeris perfectionis: vt, Ille volans ſimul arua fuga, ſimul æquora verrit. ¶ Cernas.) honeſta figura, ſi rē tertiæ perſonę in ſecundā referas: vt, ſiquis cernat. ¶ Formicæ.) Ad ſtudiū reſpicit comparatio hoc loco, non ad perſonas & notandum cautelā exprimi per hanc comparationem. Horatiusq;, Paruula nam exēplo eſt magni formica laboris. Iuuenalis, Formica tandem quidam expauere magigra. Sane formica dicta eſt ab eo quod ore ferat micas. ¶ Farris.) Solum nomen eſt quod r, geminet in genitiuo. Monadicon ergo eſt, ſicut Sol. Item cor cordis, ſolum in dis, mittit genitiuum. Item s, geminat as aſſis. & hæc carent exemplis. ¶ Cum populāt.) Antique dixit. Nam hoc verbum apud veteres actiuum fuit, nunc tantum deponens eſt. ¶ Hyemis memores.) Horatius, Qui ſimul inuerſum contriſtat aquarius annum, Non vſquam proripit. ¶ It nigrum campis agmen.) Hemiſtichium Ennij de elephantis dictum, quo ante Actius vſus eſt de Indis. ¶ Calle anguſto.) Callis, eſt ſemita tenuior callo pecorum prædurata. Semita eſt ſemis via: vñ & ſemita dicta eſt. Via.i.actus dimidius: qua poteſt ire vehiculum. Nam actus duo carpēta capit propter eūtium & venientium vehiculorum occurſum. ¶ Grandia trudūt.) Quæ portare nō pñt. ¶ Moras.) tardas, morantes.

ASCENSIVS.

¶ His medium dictis ſermonem abrūpit.) Docet qūo indignabunda non attēdit vlteriorem purgationem Æneæ: ſed aufugit motu furoris ablata: quo ceſſante concidit exanimis. Item, quomodo Teucri migrabant: & ſarcinulas, in morem formicarū colligebāt. De qua re nihil reperi à Donato abductū. ¶ Ordo igiť eſt. Dido, ſup. abrūpit: his dictis.i. poſtq; hęc dixerat ſermonem medium: quia nō expectat reſponſionē. (Sermo, aut à ſerēdo dictus eſt, proloquētis, & reſpōdentis: vnde prius, Medio ſermone reliquit.) & ipſa ęgra.ſ.aío: hoc eſt, quā vitæ tędere cœpit: fugit auras: & auertit ſe ex oculis.ſ.Æneæ: & aufert ſe ex oculis, non vacat: quia potuiſſet ſe auertiſſe, nec tamen abſtuliſſe linquens.ſ.Æneam: cunctantem.i.cum cūcta: hoc eſt, mora multa cogitantem, & pēſitantem, & parantē dicere multa: qa voluit ſe purgare: & q̄ dixerat, manifeſtis teſtimonijs probare: famulæ ſuſcipiunt: per hoc oſtēditur, poſtq; ſe cū impetu illo furoris abſtulerat collapſa: vnde ſequitur, & referunt: hoc eſt, inferūt: & reportāt thalamo marmoreo.i.in thalamum marmoreū mēbra.ſ. Didonis:

Didonis: collapſa. i. ſimul lapſa quod ſignificat, quaſi exanimem cecidiſſe, quum ſimul caderet mẽbra: ne alio cadẽte, aliud ſuſtentaret, vt fit: & reponũt. ſ. eã: ſtratis. ſ. lectis: tapetibus in ſtratis: at i. ſed: Aeneas pius quantũ ex natura: quanq̃. i. tãetſi: cupit lenire i. mitigare dolentẽ. ſ. Didonem: ſolando. i. cõſolando, aut per cõſolationem: & quanq̃ cupit auertere. ſ. à Didone, curas. i. ſolicitudines amorũ: dictis. i. verbis cõſolatoriis, cupit, dicit, gemẽs multa. i. multum: & labefactus aĩum. i. habẽs aĩum labefactũ: magno amore tamẽ exequitur: iuſſa diuum. ſ. Iouis, & Mercurii, & Apollinis, qui ſæpe in Italiã proficiſci monuerat: & reuiſit claſſem, quã ſ. iſtaurari iuſſerat: tũ vero. i. & tũc maxime: aut tunc ad verũ, incũbunt Teucri. ſ. claſſi parãdæ, qa pſentia patrisfamilias iſtigat opa-rios: & deducũt. i. deorſum ducũt, aut ducunt de toto littore, naueis celſas. i. altas, & iã inſtauratas: quod ĩtelligitur feciſſe Æneas, prius q̃ Didoni ſpes erat firma de eius matrimonio: nã & Dido prius exprobrauit ei, q̄ claſſem ĩnouauerat, dicẽs, Amiſſam claſſem, ſociosq́; à morte reduxi. carina vncta. i. picata (qa, vt dictũ eſt in primo libro huius, Oẽs accipiunt inimicũ imbrẽ, remisq́; fatiſcunt, Et ferũt remos frõdenteis, qa quũ faciles ſint collectu remi, nõ collegerãt eos, priusq̃ proficiſcendũ erat.) natat: & ferũt ſyluis. i. de ſyluis: robora. i. truncos arborũ robuſtos, pro malis nauiũ, infabricata. i. non operata: ſtudio. i. præ ſtudio: fugæ. i. vt citius fugerẽt. Tu cernas. i. qlibet cernat: ſecunda pſona, pro qualibet ſup. Teucros: migranteis. i. habitationem mutãteis, & ſarcinulas colligenteis, & ruenteis. i. præcipitanter exeunteis, ex tota vrbe. Ac veluti. i. quẽadmodum, quum. i. quando, formicæ populãt. i. populantur, vt nunc dicimus, ingentem aceruum. i. cumulum, farris. i. illius frumenti, & reponunt tecto. i. in cauernis ſuis, exiſtentes memores hyemis, tunc nigrum agmen. ſ. formicarum: quod Ennius, de elephãtis dixerat: & Accius, de Indis, it. i. ingreditur cãpis, & conuectãt. ſ. formicæ, aut quia collectiuum eſt: agmen, prædã. ſ. farris, per herbas, calle anguſto. ſ. ſemita, pars. i. partim formicæ: trudunt. i. impellunt, quum ferre nequeãt humeris. ſ. ſuis: grãdia frumẽta. Vſurpatiue frumenta, pluraliter dixit, ſed vſitatius q̃ in Geor. Quin & frumẽtis labor additus obnixæ. i. obnitẽtes humeris: pars. i. partim: dicit, pars, qa nõ vt apes regnũ fouent, ſed rẽpublicã: itaq; multæ ſunt ĩter eas principes: cogũt. i. impellũt agmina: & caſtigãt moras. ſ. tardãtiũ, aut moras, pro eo quod eſt morãtes, vt vult Ser. & oĩs ſemita. i. breuis, & quaſi ſemis via, quæ & ita dicitur, feruet. i. fit feruida, opere. i. operatione & labore formicarũ, ſic, ſup. feruet omnis ſemita, operẽ Teucrorũ migrãtiũ, & ſarcinulas deferentiũ. Illud obnixæ, ſine diphthõgo quidã legunt, vt ſit aduerbium, alii cum ea figurate.

PIERIVS.

Et multa parãtem Dicere.) Vetuſti aliquot codices, multa volentem Dicere, legunt, ſed, parantem, longe melius.

Quis tibi tunc Dido cernenti talia ſenſus?
Quóſve dabas gemitus? quum littora feruere late
Proſpiceres arce ex ſumma, totumq́; videres
Miſceri ante oculos tantis clamoribus æquor?
Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis?
Ire iterum in lachrymas, iterum tentare precando
Cogitur, & ſupplex animos ſubmittere amori,
Ne quid inexpertum fruſtra moritura relinquat.
Anna vides toto properari littore circum, DI.
Vndiq; conuenere: vocat iam carbaſus auras:
Puppibus & læti nautæ impoſuere coronas.
Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem,
Et perferre ſoror potero. miſeræ hoc tamen vnum
Exequere Anna mihi. ſolam nam perfidus ille
Te colere, arcanos etiam tibi credere ſenſus,
Sola viri molles aditus, & tempora noras.
I ſoror, atq; hoſtem ſupplex adfare ſuperbum.
Non ego cum Danais Troianam excindere gentem
Aulide iuraui, claſſém ve ad pergama miſi.
Nec patris Anchiſæ cineres, manéſve reuelli.
Cur mea dicta negat duras dimittere in aureis?
Quó ruit? extremum hoc miſeræ det munus amanti,
Expectet, facilemq́; fugam, ventoſq́; ferenteis.
Non iam coniugium antiquum, quod prodidit, oro,
Nec pulchro vt Latio careat, regnumq́; relinquat.
Tempus inane peto, requiem, ſpatiumq́; furori,
Dum mea me victam doceat fortuna dolere.
Extremam hanc oro veniam (miſerere ſororis)
Quam mihi quũ dederis, cumulatã morte relinquã.

SERVIVS.

Feruere late.) Infinitus hic à tertia eſt cõiugatione. i. à feruo feruis. Nã ſecũdæ coniugationis verba, perdito e, quod habẽt ante o, in tertiã migrãt: vt ferueo feruo, fulgeo fulgo. Hinc eſt Feruere Leucatẽ, auroq́; effulgere fluctus. Sic etiã Horatius, Vade, vale, caue ne titubes, mandataq́; frangas. Nã caue, ve, lõga eſt, nec vocalis ſeqtur, vt in Bucolicis, Vale vale inquit Iola. ſed dicimus à tertia eſſe cõiugatione imperatiuum, vt cauo cauis. Hinc etiã Catullus cauere dixit. Arce ex ſumma.) Regũ enim fuit habitare in arcibus propter tutelã. Deniq; Romæ Valerius quum in Eſquiliis domum haberet altiſſimã, inuidiæ cauſa eam cõplanauit. Item Auguſtus poſt Actiacum bellum palatiũ ex ſuo præcepto ædificatũ, quũ eſſet domus priuata, donauit reipublicæ. Tantis clamoribus.) Nautarum ſcilicet. Improbe amor.) Exclamatio à poeta contra amorem. & hoc eſt quod Horatius dicit, Hoc amet, hoc ſpernat promiſſi carminis author. Tale eſt & illud in tertio, Auri ſacra fames, id eſt cupiditas. Nã & illic amoris eſt ĩcrepatio, qui ſecũdũ philoſophos oĩum generalis eſt rerũ. Hinc eſt qđ apud inferos Eriphyla inter amantes cõmemoratur, quæ monile cõcupierat. Ire iterũ in lachrymas. Hinc eſt amoris improbitas, quæ cogit lachrymis rogare dudum ſuperbam. Eſt aũt ſpecioſa elocutio, Pergit in lachrymas. Precando.) Cantando. In hoc modo do, naturaliter breuis eſt: ſic Terẽtianus, Vt vitæ dubius varios renouando dolores. Plerunq; tñ à Virgilio producitur: vt, Cantando tu illum? Item, Cãtando rũpitur anguis. Submittere amori.) Ac ſi diceret, non Æneæ, aut certe Æneam amorem vocauit. Ne quid inexpertum fruſtra.) Rogabat non ſpe impetrandi, ſed ne eſſet quod ſibi poſſet imputare, ſi non rogaſſet, quãquam fruſtra rogaret. & fruſtra ex iudicio poetæ dictũ eſt. Sic Salluſtius, Falſo queritur de natura ſua genus humanũ, vt ſupra, Hoc amet, hoc ſpernat promiſſi carminis author. Properari littore circum.) Circum littus. Nam poſt poſita

poſita præpoſitio & accẽtum mutauit, & ſuas pdidit vires. Properari autem imperſonale eſt. Et læti nautæ.) Ideſt minime timentes, Sperare dolorẽ.) Pro timere: & eſt Acyrologia. Nam ſperamus bona, Timemus aduerſa. Hoc autẽ dicit, Si ſcirem abiturum Æneã, non tantum diligerem: ſi non dilexiſſem, minus dolerem. Si potui) autem pro potuiſſem: & ſic dictum eſt, vt, Omnia præcepi, atq; animo mecũ ante peregi. Ac ſi diceret, nihil mihi nouum cõtigit. Mihi.) Pro me exequere. Colere.) Pro colebat. Infinitiuus pro indicatiuo. Molles aditus.) Faciles, vt, Et quæ molliſſima fãdi Tempora. Hoſtem ſuperbum.) Poſtquã ex aperto denegauit ſe Carthagini eſſe mãſurum. Aulide iuraui.) Aulis inſula eſt, in qua coniurarunt Græci ſe non ante reuerſuros, quàm Troia caperetur. & eſt ſenſus illud ſpectans, Scio me Danais è claſſibus vnum. Aulide aut in Aulide, aut pro Aulidi. Ad pergama.) In pergama: ideſt contra pergama. Anchiſæ cineres, maneſve reuelli.) Quod dicitur ex oraculo feciſſe Diomedes, & ſecum eius oſſa portaſſe, quæ poſtea reddidit, quum multa aduerſa perferret. Hinc eſt, Saluete recepti Nequicquam cineres. Sciendum ſane Varronem dicere, Diomedem eruta Anchiſæ oſſa filio reddidiſſe: Catonem autem adfirmare quòd Anchiſes ad Italiam venit, tanta eſt inter ipſos varietas, & hiſtoriarũ cõfuſio. Reuelli.) Nõ reuulſi. Nam velli & reuelli dicimus: vulſus vero & reuulſus vſurpatum eſt tãtum in participiis contra naturam. Quo ruit.) Properat ſiue reſpectu ſalutis. Nã hoc dicitur, Quod peto, etiam ipſi prodeſt, amoris ſcilicet impatientia. Ferentes.) Bene flantes propitios. Quod prodidit.) Quod decæpit. Et bene. ad diruptionẽ enim coniugii ĩmutata voluntas ſufficit. Pulchro vt Latio careat. Quod illi pulchrum videtur. Sic etiam eſt illud, O tantũ libeat mecum tibi ſordida rura: quæ tibi ſic videntur. Tempus inane peto.) Sine officio coeũdi. Nam ſine beneficio, non procedit, quum ſpatiũ petat & requiem. Dum mea me victam.)

victā.) Mea fortuna.i.aduerſa:vt, Hac Troiana tenus fuerit fortuna ſecuta. Ex eo ſtatu in quo eſt, fortuna dixit. ⸿Doceat aūt dolere) illud eſt, quia nō habet in aduerſis patientiā, niſi qui dolere cōſueuit. Hoc ergo, petit, vt ei præſtet tēpus, per quod diſcat aduerſa pferre. ⸿Oro veniā.) Beneficiū:vt, Orantes veniā. ⸿Miſerere ſororis.) Genitiuū tm̄ regit. ⸿Quā mihi quum dederis, cumulatā morte remittā.) Sēſus eſt, Quod beneficiū quum mihi cumulatum dederis, ſola morte derelinquam:& hic intellectus eſt melior, Quā mihi quū dederis cumulatā: quā lectionē Tucca & Varus pbant. Nā male qdā legūt, Quā mihi cum dederit.i.Æneas, cumulata morte relinquam:& volunt ītelligi, acceptum ab illo beneficium, morte cumulabo, & ſic relinquam: vt amantes dicere conſueuerunt, vt, Aerij ſpecula de montis in vndas Deferar, extremum hoc munus morientis habeto. Nam ſi eam odio habet Ænas, reſtat vt eius morte lætetur: ſed nō procedit. Nemo enim dicit veniam cumulata, ſed cumulatam.

ASCENSIVS.

❡Quis tibi nunc Dido, &c?) Facta apoſtrophe, poeta quaſi condolens, adamanti impatienter reginæ quęrit: quem ſenſum tunc habebat quum talia cerneret: docetq́ amore victam Annam ſororem rogaſſe, vt ſeſe mediatricem, & reconciliatricem ingereret: faceretq́ vt ſaltem aliquid morę impetret, dicens, Tempus inane peto, requiem, ſpatiumq́ furori, Dū mea me victam doceat fortuna dolere, quæ res nimirum facile cōmiſerationē meretur, quum mihi ſit amātius dictum. De hac aūt re dolendum eſt, Donati cōmentarios intercidiſſe, nimirū optimos, quū affectiones loquentiū, quarū hic locus plenus eſt, per q̄ diſerte explanare ſoleat. ❡Ordo igitur, cum explanatiuncula noſtra, eſt. O Dido (inquit poeta) quis.i.qualis: ſenſus.i.animus, & mens, aut ſententia, ſeu affectus erat tunc tibi: cernenti.i.quum cerneres: talia, qualia ſ.à Teucris, & ab Ænea fiebant? q.d. nimirum miſerrimus, & impatientiſſimus: ve, pro vel: quot gemitus dabas? q.d. plurimos, quum.i.quādo: pſpiceres.i.porro aſpiceres: ex arce ſumma.i.ex ſpecula, quæ erat in arce tua: littora feruere.i.feruenter frequētari à Teucris: late.i.in latum: & quum videres totū æquor miſceri.i.confundi, ante oculos.ſ.tuos, tantis clamoribus. Sed quęreres, quomodo clamores viderit? At dices, cū diuo Auguſtino videre, ad omnes ſenſus, & ad aīam (ſi generaliter accipiatur) ptinere: aut poetā nō dicere, quod clamores videret, ſed ęquor miſceri, quæ mixtio fiebat cū clamoribus.i.ipſis cōcomitātibus, aut ex ipſis clamoribus. Facit rurſus aliā apoſtrophen ad amorem: ſed (vt dixi alibi) apoſtrophen facimus aliquādo ex beniuolētia: vt, Et te pater optime Teucrum fluctus habet Libyæ, aliquando ex indignatione: vt, Quid nō mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? vtranq́ hic facit ex beniuolentia, ad Didonem: & ex indignatione, ad amorē: ſicut in Buc. ad Medeā, Improbus ille puer crudelis tu quoq́ mater: dicit ergo, o īprobe amor: quid.i.ad qd nō cogis pectora mortalia? q.d. ad nullum nephas nō cogis: ſed ad omne nephas, ad quālibet rem, quātunlibet indignam: vnde addit, Dido, ſup. cogitur ire.i.deſcēdere iterum in lachrymas: & tentare iterum precādo.i.per p̄ces: & cogitur ſupplex ſubmittere.i.ſubiicere animos ſ.alioqui ſuperbos amori, ne ipſa moritura fruſtra.i.ſine cauſa: linquat quid.i.aliquid: inexpertum.i.intentatum vnde nō fecerit periculum, an poſſit Æneam vincere: nā ſi non omnia prȩexperta fuiſſet, forte putaſſet ſe fruſtra moriturā: dixiſſetq́ ſecum, ſi hac via, aut illa, tentaſſem eum retinere, forte tenuiſſem: vult ergo oīa experiri: vnde conuenit Annam ſororem ſuam his verbis: o Anna, tu vides properari.i. properationē fieri, toto littore circum.i.per circuitum: ipſi, ſcilicet Teucri: conuenere vndiq́.i.ex omni parte: carbaſus.i.velum extenſum: vocat iam auras.i.ventos ſecundos: & nautæ læti.i.minime timentes: aut (vt dixi) quia in Italiam profecturi, impoſuere puppibus coronas, in ſignum lætę pfectionis: ſicut ampliter potaturi, pocula coronabant. O ſoror, ſi ego potui ſperare.i.timere, & vereri (propter omen noluit dicere, timere.) hunc tantum laborem, quē.ſ.haberem de profectione Æneæ ego potero: &.i.etiam: perferre.i.pertolerare ipſum: hoc eſt, ſi verita fuiſſem, tantum mali ex amore oriturum, facile amorem tuliſſem: quia non tantum amaſſem: nunc autem ſpe decępta, & amore illaqueata, perferre nequeo: tamen, o Anna, exequere.i.effice mihi miſeræ: hoc vnū, ſcilicet quod dictura ſum: nam ille.i.nouiſſimus.ſ.de quo ſermo eſt: Æneas colere, ſup. ſolebat: aut colere.i.colebat, te ſolā: & credere.i.credebat: aut credere.i.fidei committere: & reuelare ſolebat tibi ſenſus, etiam arcanos.i.ſententiam ſecretā, aut conſilia ſecreta: & tu noras.i.noueras ſola molles.i.opportunos & faciles aditus.i.modos adeundi viri: & tempora.i.opportunitatem adeundi viri. Exequere ergo mihi hoc vnum, hoc eſt, o ſoror, atq́ tu ſupplex, adfare.i.adloquere, ſuperbum hoſtem.ſ.Aeneam, cuius amor me hoſtiliter necat: & dic, ſup. ei: quod ego non iuraui.i.cōiuraui: cum Danais.i.Græcis: Aulide, p Aulidi.i.in illo portu Euboici ſinus, quinquaginta nauium capace: vbi Græcorū in Troianos coniuratio facta eſt: excindere.i.excindendo delere gentem Troianam: ve, pro vel: ego nō miſi claſſem ad pergama.i.mœnia Troiana delenda, vt multi Græcis confœderati. Nec ego reuelli i.poſt ſepulturam euelli: cineres & manes Anchiſæ, patris.ſ.eius, vt fecit Diomedes, q eos ex Sicilia ſuſtulit, ſm̄ Varronem, & plagis admonitus Ænee, reſtituit, cur negat.i.renuit: demittere mea dicta.i.p̄ces meas: in aureis.ſ.ſuas: duras.i.inexorabiles: quo ruit i.p̄ceps aufugit: det.i.p̄care, vt det mihi miſeræ amāti, hoc extremum.i.vltimum, aut minimū munus.i.beneficiū: vt.ſ.expectet, & facilē fugā: & ventos ferēteis.i.opportune flanteis: ego nō oro i.nō depoſco orando: iā antiquum cōiugium, quod ipſe pdidit i.decępit, qa ad finē nō pduxit, nec cōſummauit, aut coniugium antiquum.i.illi charum: aut prius pmiſſum, quod pdidit.i.manifeſtauit, ac porro dedit.i.dixit, nobis.ſ.in.ij.narrādo verba hæc Creuſę, de Italia, & Lauinia: Illic res lætę, regnumq́, & regia cōiux Parta tibi, &c. quo nunc memor dicit, nec oro, vt careat pulchro.i.honeſto, & culto Latio, & relinquat regnum.ſ.à fatis promiſſum, ſed, ſup. (Quia tamen oro, & peto, fere ſynonyma ſunt, elegāter omiſit cōiunctionē, ſed) peto tēpus inane.i. ſine officio coeundi, aut ſolā dilationē, ſine alio effectu, & peto requiē, & ſpatium furori, ſ.mitigando: dum.i.dūmodo, aut donec: mea fortuna.ſ.aduerſa: doceat me victā.i.à ſpe & voto reiectā, dolere.ſ.patiēter, ac tēperate: quia oīs ſubita cōmotio rerū, nō ſine magno cōflictu fit aīorum. Ego oro hanc extremā.i.vltimam, quam à te petitura ſum: veniā.i.gratiā, & beneficium miſerere ſororis: hoc quaſi per parēthesim interſerit. q.d. non debes mihi id vnum negare, quum & ſoror ſim, & miſera.i.miſeratione digna: p̄ſertim quum ingrate non feceris, vnde ſubdit: Quam.ſ. veniam ac gratiam, quum dederis.i.exhibueris mihi, ego relinquā cumulatam i.copioſe auctā tibi: morte.i.dum moriar. Aut ſic, quam veniam, quum dederis mihi cumulatā, ego relinquam, morte.i. non niſi morte. q.d. hanc, niſi mors, mihi adimat nemo: quia ſemper eam habebo, nec relinquam, niſi morte. Ego aūt potiſſimum ſic dixero: quam veniā, quum mihi dederis.i.poſtq̄ dederis ſemel: ego relinquam, non niſi in morte, nec niſi cumulatam.i.auctam, ita vt plura relictura ſit quam accęperit.

PIERIVS.

❡Animos ſubmittere amori.) In codicibus aliquot antiq́s, animam, legitur, numero vnitatis. Sed enim, animos, numero multitudinis ſępe pro ſuperbia & idjgnatione reperias: vt, Vince animis, Iramq́ tuam, & ipſa Dido iam īdignata receſſerat. ⸿Nec patris Anchiſę cineres maneis ve reuelli.) In Oblongo cod. Vaticano, reuulſi, legitur: quod improbat Serui. Sed enim Vello vtroq́ modo rēddere prętęritum Priſcia. & multo ante illum Cariſius authores ſunt, Cicero de ſupplicijs: Reuelliſtis, atq́ in profundū abieciſtis. Apud Lucanum vero ſæpe vulſi, & vulſerat, inuenies. Apud Ouidium, Reuellit, more Ciceronis: eo loco p̄ſertim, Cōtinuā diduxit humū, pariterq́ reuellit. In totidem medij, quot cernis, Echinadas vndis. Sed apud eūdē ēt, reuulſi, eadē fabula, paulo ſuperius, libro Metamorphoſeos. viij. A ſyluis, ſyluas, & ab aruis, arua reuulſi. ⸿Cumulatā morte relinquā.) In Medi. in Porcio, & antiquis aliquot alijs codicibus, Remittā, legitur. Tu vero qd hic Seruius ex Tuccę & Varri ſentētia diſputet, videris.

⸿Talibus orabat, talesq́ miſerrima fletus  POE.
Fertq́, refert q́ ſoror, ſed nullis ille mouetur
Fletibus, aut voces vllas tractabilis audit.
Fata obſtant, placidasq́ viri deus obſtruit aureis.
Ac veluti annoſam valido cum robore quercum

SERVIVS.

❡Fertq́ refertq́.) Non ab Aenea, qui nihil dicit, ſed à Didone fert & refert, ideſt iterū portat. ⸿Voces vllas tractabilis audit. Cur mitis non audit? Quaſi mirum eſt, ſed curat dicendo. ⸿Fata obſtant, placidasq́ viri deus obſtruit aures) Deus, Iuppiter ſcilicet, vnde & ſupra Dido ait Saturnius. ⸿Alpini Boreę.) Flantes de Alpibus: quia Alpes Gallorū lingua, alti montes vocant. ⸿Nunc hinc, nunc illinc.) Sicut Æneas ab Anna & Didone

⸿It

Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter ſe certant, it ſtridor, & alte
Conſternunt terram, concuſſo ſtipite frondes,
Ipſa hæret ſcopulis, & quantum vertice ad auras
Ætherias, tantum radice in Tartara tendit.
Haud ſecus aſſiduis hinc, atq; hinc vocibus heros
Tunditur, & magno perſentit pectore curas.
Mens immota manet, lachrymæ voluuntur inanes.
Tum vero infelix fatis exterrita Dido
Mortem orat, tædet cœli conuexa tueri.
Quo magis incœptum peragat, lucemq; relinquat.
Vidit thuricremis quum dona imponeret aris,
(Horrendum dictu) latices nigreſcere ſacros,
Fuſaq; in obſcœnum ſe vertere vina cruorem.
Hoc viſum nulli, non ipſi effata ſorori.
Præterea fuit in tectis de marmore templum
Coniugis antiqui, miro quod honore colebat,
Velleribus niueis, & feſta fronde reuinctum,
Hinc exaudiri voces, & verba vocantis
Viſa viri, nox quum terras obſcura teneret,
Solaq; culminibus ferali carmine bubo
Sæpe queri, & longas in fletum ducere voces.
Multaq; præterea vatum prædicta priorum
Terribili monitu horrificant. agit ipſe furentem
Inſomnis ferus Æneas, ſemperq; relinqui
Sola ſibi, ſemper longam incomitata videtur
Ire viam, & Tyrios deſerta quærere terra.
Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus,
Et ſolem geminum, & duplices ſe oſtendere Thebas,
Aut Agamemnonius ſcenis agitatus Oreſtes,
Armatam facibus matrem, & ſerpentibus atris
Quum fugit, vltriceſq; ſedent in limine diræ.

¶ It ſtridor.) Ad dolorem Aeneæ p̄tinet: de quo ait, Magno p̄ſentit pectore curas. ¶ Alte.) Iugiter diu. ¶ Cōſternūt.) Implent, vt, Strata iacent paſſim ſua quæq; ſub arbore poma. ¶ Frondes.) Sic lachrymæ Aeneæ. ¶ Hæret ſcopulis.) Sic ille in conſilio perſeuerat. ¶ Tantū radice in tartara.) Secūdū phyſicos qui dicunt parem eſſe altitudinē radicū & arborū. ¶ Lachrymę inanes.) Quia mens immota manet. ¶ Tū vero.) Poſt deſperationē. ¶ Exterrita.) Pręcipitata, turbata. ¶ Mortem orat.) Pro deſyderat: vt, Mortemq; miſerrimus opto. aut certe ideo orat, quia cōſecrata fuit, nec mori poterat, niſi ſoluta cōſecratione. ¶ Cœli conue.) Incurua cœli. ¶ Thuricremis.) Cremātibus tura. ¶ Hoc viſum, nulli.) Hoc quod viderat, nulli dixit. Quid eſt nulli? ne ſorori quidē, cui fuerat de amore confeſſa. ¶ Coniugis antiqui.) Aut prioris, aut chari. ¶ Miro quod honore colebat.) Exhibēdo ea quę circa viuos ſolēt fieri. Moris enim fuerat vt nubētes puellę ſimul vt veniſſent ad limen mariti, poſtes ante q̄ ingrederent̄, ornarent laneis vittis. Vnde ait, Velleribus niueis, & oleo vngerent, vnde vxores dictæ ſunt: quaſi vnxores. ¶ Feſta frōde.) Diuina, tanq̄ numen coleret. Sane hoc loco latenter, quam ſupra diximus, tangit hiſtoriā. Nam ſi amabat Aeneā, vtiq; non coleret extinctum maritum. ¶ Viſa viri.) Non enim erat vera, vt ſupra. ¶ Nox cum terras.) Veriſimilitudo. ¶ Sola bubo.) Sola cōtra genus poſuit. Luca. Et lętę iurant̄ aues bubone ſiniſtro. Itē Ouid. Infandus bubo. Et hoc eſt in vſu. Sed Virgi. mutauit, referēs ad auē. Plerunq; enim genus, relicta ſpecialitate, à generali ſumimus: vt ſi dicas bona turdus, referēdo ad auē. Item ſi dicamus prima eſt a. i. litera: quū a fit neutri generis. ¶ Ferali carmine.) Bene hoc addidit. Nō. n. omni mō malū eſt bubonis omen. Cantus aūt eius aut fletū imitat̄, aut gemitū: tacens oſtēdit felicitatē. Oēs enim aues oſcinę malę, p̄petes bonę ſunt: vel econtra, malæ p̄petes, oſcinę bonę ſunt. ¶ Priorū.) Legit̄ & piorū. ſed illud ſpectat, Heu vatū ignarę mētes quid vota furorē. ¶ Horrificant.) Horrorē incutiunt. ¶ Inſomnis.) Pro in ſomnijs. i. vigilijs. ¶ Sēperq; relinq.) Per oēs noctes nauigare videbat̄ Æneas, quaſi eā ſemp deſereret. ¶ Incomitata.) Quod ferale. i. mortiferum omen eſt: & pręcipue regibus. ¶ Agmina Pētheus.) Aut impetus: aut ſecundū Vrbanum, agmina ſerpentium. Pentheus autē ſecundum tragœdiā Pacuuii furuit ēt ipſe. ¶ Scenis agitatus.) Famoſus, celebratus tragœdijs. Et agitatus. qa & furuit, & multę ſunt de eo tragœdiæ: quaſi frequēter actus. ¶ Armatā matrē.) Cauſam ipſam furororis. ¶ Sedent in limine Diræ.) A Pacuuio Oreſtes inducitur Pyladis admonitu, propter vitandas furias, ingreſſus Apollinis templū: vnde quum vellet exire, inuadebatur à furijs. Hinc ergo eſt, Sedent in limine Diræ.

ASCENSIVS.

¶ Talibus orabat, &c.) Paucis ſignificat Annam retuliſſe Aeneę p̄ces ſororis: ſed nihil effeciſſe, quum nullis ille moueretur fletibus à deorum imperijs: vnde eum arbori vētis concuſſæ, ſed firmiter radicatę, comparat. Deinde portēta Eliſſę mortē minantia recitat complurima. de quibus Donati perierunt commentarii. ¶ Ordo aūt eſt. Dido orabat. i. orationem faciebat, talibus. ſ. verbis: & ipſa miſerrima, ſupp. faciebat tales fletus. aut potius ſic: & ipſa miſerrima, fert. i. effert: tales fletus. i. verba talia cum fletu: & ſoror. ſ. Anna, refert. i. recitat ea Æneæ: ſed nullis. i. non vllis, ille nō mouetur vllis fletibus: (Si loco particulę, ſed: eſſet particula, quod: ordo eſſet, Et ſoror miſerrima fert. ſ. ad Aeneam tales fletus: & refert. i. reportat pro reſponſo, quod nullis ille mouetur fletibus.) aut ipſe tractabilis. ſ. à natura: nō, ſup. audit. i. exaudit: vllas voces. i. pręces: quia licet ſit tractabilis, fata obſtant: & deus. i. præcęptū dei: obſtruit. i. claudit: aureis viri placidas. i. benignas, & faciles, niſi deus obſtaret. (Sed amici diligendi ſunt vſque ad deos, vt apud Aulū Gelliū docemur.) Ac, pro &: veluti, ideſt quēadmodum: quū. i. quando: Boreæ. i. venti illi Septentrionales: Alpini. i. per Alpeis in Italiam flantes: certāt inter ſe eruere flatibus. i. ſuis: (nā fingitur Boreas eſſe deus Septentrionalis.) nunc. i. aliquando: hinc. i. ab hac parte: nūc. i. alias: illinc. i. ab illa parte: quercum annoſam, ideſt multorum annorum: hoc eſt, veterē: robore i. trunco: valido i. habentē trūcum validum, & potētem: ſtridor. ſ. ventorum in frondibus: it. i. diffunditur: & frondes altę. i. ſuperiores: aut, ſi eſt aduerbium, frondes conſternunt alte, ſtipite concuſſo. i. poſtq̄ ſtipes. i. truncus, eſt concuſſus & agitatus vi ventorū: conſternūt i. cooperiunt. ſ. ſeipſis: terras vicinas, videlicet. Ipſa autem. ſ. annoſa quercus, hęret. i. inhæret, aut adhæret: ſcopulis. i. ſaxis illic prominentibus, inter quę radices iecit, & quantum ipſa tendit: vertice. i. cacumine ſuo, ad auras ætherias. i. celeſtes: hoc eſt, ad cœlum tantum tendit, in Tartara. i. profunda inferni: radice. i. per radicem. Heros ſcilicet Æneas, heroica virtute præditus: tunditur. i. concutitur: haud. i. non: ſecus. i. aliter. ſ. q̄ illa quercus, tunditur, dicit, aſſiduis vocibus. i. verbis: à verberando dictis: hinc, atq; hinc. i. vtrinq;: nunc ab Anna, nūc à Didone: & perſentit. i. perfecte ſentit: magno. i. magnanimo, & cōſtanti pectore: curas. i. ſolicitudines amoris & miſerationis. Mens, ſup. eius. i. ratio: manet immota. ſ. à firmo propoſito, deo obediendi: ſed, ſupple lachrymæ: voluuntur. i. præcipitantur: inanes. i. fruſtra: ab ipſa (vt dicunt) ſenſualitate extortę: quia nō poterant mentem à ſtatione ſua depellere. Tum vero. i. ſed tum maxime: aut ad verum Dido, exterrita fatis. i. portentis fatalibus: hoc eſt, mortem portēdentibus: orat. i. appetit: mortē ſ. malorum remediū: quia mors, vltima linea rerū eſt: tędet. i. tædio afficit, eam tueri. i. inſpicere conuexa cœli: quo. i. ideo, vt peragat. i. perficiat: magis incœptum. i. quod incœperat, ſaltem animo: q;, pro ideſt: relinquat lucē, ſcilicet vitalē: quia cœlum aſpicimus, vidēdi deſyderio. Quum. i. quando: ipſa īponeret aris thuricremis. i. thus incēſum cremantibus: dona. i. ſacrificia, aut oblata: ipſa vidit latices. i. fontes: aut vina, ſacros, ideſt ſacrificio adhibitos: nigreſcere. i. nigros fieri ab intrinſeco: horrendum dictu. i. quę res eſt horrenda dum dicitur, aut ad dicendum: q;, pro. i. ſi latices accępit pro vino. aut, q;, pro &: ſi accępit pro fontibus: vidit vina. ſ. effuſa ſuper ſacrificium, vertere ſe in cruorē obſcœnū, ideſt fœdum, & īmundum. Nulli. i. non vlli: ipſa non eſt effata. i. eloquuta: vlli. i. alicui: hoc viſum. i. hāc viſionem: aut, quod viderat: non, ſupp. etiam: ipſi ſorori. ſ. Annæ. Sed quæras, quomodo ergo poeta nouit? ſed multiplex eſt ſolutio. Nam id ſacerdotes poſt mortem eius, reuelare potuerunt: & annalibus adſcribere vnde id norit poeta: aut Muſa, quam in principio inuocarat, id inſpirante didicit: aut alia quauis via. Non enim continuo ſequitur. Non dixit Dido, ergo occultum manſit, quum non ſola ſacrificaret. Pręterea. i. pręter hoc portētum, contigit aliud: nam fuit

templum

téplum dé marmore.i.marmoreũ:in tectis.i.in ipſa regia:téplũ dicit,coniugis,antiqui.i.prioris:& chari.ſ.Sichęi:quod ipſa colebat.i.ante aduẽtum Æneæ:aut etiam poſtea,quum nondum celebrarit nuptias:miro honore.i.mirum in modũ honorifice:exiſtés reuinctum.i.iterum,atq; iterum vinctũ,ſeu cinctum:velleribus niueis.i.vittis laneis,ſm Seruium:aut in quibus dormiebant,reſponſa petentes:& fronde feſta.i.diuina,aut feſtiua,& ad feſtiuitatem pertinente.Voces,& verba viri.i.mariti, vocantis.ſ.Didoné:viſa,ſup.ſunt:exaudiri hinc.i.ex hoc téplo,ſupple tunc: quum.i.quãdo:nox obſcura teneret.i.occuparet terras: & bubo i.auis illa lucifuga,ſup.viſa eſt ſæpe:queri.i.conqueri:carmine ferali.i.mortifero:aut feram.i.mortem indicante,culminibus.i.in ſublimitatibus templi:& viſa eſt ducere longas,i.diuturnas voces in fletum. Præterea,multa prædicta priorum vatum:qui,ſcilicet in principio dehortati ſunt,eam à talibus nuptiis, ſed fruſtra:vnde ad principium huius dictũ eſt,Heu vatum ignaræ mẽtes,&c.horrificant.i.horrorem faciunt,& terrificant terribili monitu:ipſe Æneas ferus.ſ.ſecundum opinioné Didonis,nam ſumme pius erat:hoc eſt,qui videbatur Didoni ferus:quum ſumme pius eſſet:quia deo,plus q̃ amoribus obedire,ſumma pietas eſt agit inſomnis.i.per inſomnia,& fantaſmata: furẽté.ſ.Didonem & ipſa videtur ſibi ſemper relinqui ſola,quod mortis indiciũ putant:& videtur ſibi ire incomitata.i.ſine comitatu, viam longã, quod ét indicium eſt vię,vnde non patet reditus,ſecundum naturã:& quærere Tyrios.ſ.comites ſuos,ſup.in terra deſerta, vbi & ipſa à ſuis deſtituta fuerit.Veluti.i.quemadmodũ Pétheus,rex ille Thebarum,qui Agauę matri,ſacris Bacchi.i.vino,interdixit: & ob id in furoré actus dicitur:& ſecũdum Horatium & Perſiũ, poſtea à furente matre itereptus eſt:videt exiſtẽs demens.i.furore captus:agmina Eumenidum.i.furiarum,& videt ſolé ſe oſtendere geminum:quia ebriis & furore captis,ſingulæ res geminæ videntur:& videt Thebas.i.vrbé illam,oſtẽdere ſe duplices: aut veluti Oreſtes Agamemnonius.i. Agamemnonis filius:agitatus i.frequẽter actus,& ludo theatrali exhibitus ſcenis.ſ.tragicis,hoc eſt,in tragœdijs ab eo factis: vnde eſt illud Iuuena. Plena iam margine libri,Scriptus & in tergo,nec dum finitus Oreſtes.fugit matré.ſ.Clytemneſtram,quam quum Egiſto adultero,propter necé patris occiderat,armatam.i.inſtructam facibus & ſerpentibus atris:talis enim illa viſa eſt inſomnis:vnde furore correptus eſt:& diræ.i.furię:vltrices.ſ.necis maternę,ſedét in limine templi.ſ.Apollinis,quod ingredi non audebat,quia videbatur ſibi furias videre,vt Seruius recitat, In qué,quia dicit oleo inungi vxores,dicit Beroaldus ſic:Diſſentit ab opinione Seruii,Plinius, qui ſcribit in.xxviij.nouas nuptas non oleo,ſed adipe ſuillo, ſolitas fuiſſe poſtes maritorum intrantes attingere.Maſurius vero tradit,palmas lupino adipi antiquos dediſſe ideoq; nouas nuptas illo perungere poſtes ſolitas,ne quid mali medicamenti inferretur.Donatus quoq; refert vxores dici,ab vngendis poſtibus:quod quũ puellæ nuberent,maritorũ poſtes vngebant:ſed quo vnguento,ſiue adipe vterentur,non memorauit.

PIERIVS.

¶ Ac veluti annoſam valido cũ rubore quercũ. In Porcio,& pleriſq; cod.antiquis,legere eſt,Ac velut annoſo validã cum robore quercum. Quę quidé lectio agnita ét videtur Ouidio,quũ dixit, Stabat in his ingés annoſo robore q̃rcus. Sunt tñ qui vulgatam lectioné magis adprobét,magiſq; propriũ eſſe dicant, annoſam quercum,& validum robur. ¶ It ſtridor & alte Conſternunt terram cõcuſſo ſtipite frondes.) In veteribus aliquot exéplaribus, altæ,ſ.frondes,non alte,aduerbium habetur.Sed enim aduerbiũ longe venuſtius hic ponitur. ¶ Tantum radice in tartara tendit.) In cod.nonnullis ex his vetuſtioribus,radicem, incuſatiuo caſu legitur,quam lectioné ſi admittamus,tendit,pro extendit,poſitum erit. Quanquã in Oblongo cod.perueteri,mittit, nõ tendit, habetur. Quod ſi recipiamus membrum illud ſuperius, quantũ vertice ad auras æthereas,figura erit:quam breuitatis per detractionem Quintilianus appellaret,quum.ſ.vnũ verbum,& id quidem manifeſtum ſiletur. Sed enim táetſi tam multi codices manu ſcripti refragentur,libentius ego legerim,radice,caſu ſeptimo vt cum ſuperiore membro colligatum,lectionem reddat dilucidiorem. ¶ Et magno pręſentit pectore curas.) In pleriſq; codicibus antiquis,perſentit,legitur. In aliquot etiam perſenſit,prætetito tempore. Sed magis mouet in inſtanti dictum. ¶ Non ipſi effata ſorori.) Veteres pleriq; cod.ſorori eſt,vna plus dictione legunt:placet vero verbum id in fine narrationis. ¶ Solaq; culminibus ferali carmine bubo.) No.Marcellus vbi Virgilium pręter aliorum authorum morem fœmineo genere,buboné appellaſſe dicit,hoc citato verſu,non ſola,ſed ſera,legit:epitheto inauſpicatę vloucri,ꝓprio,vt illud,Seraq; terrifici cecinerunt omina vates. Reliqui tamen cod.quotquot inſpexi,ſola,legũt. ¶ Vatum p. priorũ.) Ex anti.exé.quę pręmanib.habuerim,plura fuerunt omnino,quę piorũ,q̃ quę,priorũ,legeret. Quod ſi prædicta,in ſe prius habere cõſyderemus,ſuperabũdare quodámodo priorũ,iudicabimus. Sin piorum,legerimus,& ꝓprium epitheton Vatibus dabimus,& vaticinio authoritaté. Sane Seruius vtrunq; agnoſcit. ¶ Eumenidum demens veluti.) Antiqui aliquot codi. Eumenidum veluti demẽs. ¶ Aut Agamemnonius ſcenis agitatus Oreſtes.) In antiquis aliquot codicibus,furijs agitatus,legitur. Vt ré vero proximiorem faciat,nam quæ in ſcenis reprę ſentantur,fabuloſa eſſe ſolent. Verum ego crediderim furiis,ex paraphraſi deſumptũ:& ſcenis,inde legitima lectione expũcta,adulterina ſuppoſitã. Agitatus enim,non tñ pertinet ad furias,quę oĩno ſubintelliguntur,verum etiam ad fabulæ actionem,quę frequenter ſ.recitari conſueuerit. Aduertendum etiam Oreſtes,abſq; adſpiratione ſcribi,licet in codicibus manu ſcriptis, ea fere paſſim huic nomini adpoſita inueniatur.

Ergo vbi concępit furias euicta dolore,
Decreuitq́; mori,tempus ſecum ipſa,modumq́;
Exigit,& mœſtam dictis adgreſſa ſororem,
Conſilium vultu tegit,ac ſpem fronte ſerenat.
Inueni germana viam(gratare ſorori) DI.
Quæ mihi reddat eum,vel eo me ſoluat amantem.
Oceani finem iuxta,ſolemq́; cadentem
Vltimus Æthiopum locus eſt,vbi maximus Atlas
Axem humero torquet,ſtellis ardentibus aptum.
Hinc mihi Maſſylæ gentis monſtrata ſacerdos,
Heſperidum templi cuſtos,epulaſq́; draconi
Quæ dabat,& ſacros ſeruabat in arbore ramos,
Spargens humida mella,ſoporiferumq́; papauer.
Hæc ſe carminibus promittit ſoluere mentes,
Quas velit,aſt aliis duras immittere curas,
Siſtere aquam fluuiis,& vertere ſydera retro,
Nocturnoſq́; ciet manes,mugire videbis
Sub pedibus terram,& deſcendere montibus ornos.
Teſtor chara deos,& te germana,tuumq́;
Dulce caput,magicas inuitam accingier artes.
Tu ſecreta pyram tecto interiore ſub auras.

SERVIVS.

¶ Viam.) Rationem. ¶ Gratare.) Gratulare, ſuſcipe gaudiũ pro ſorore. Sic enim dicimus, grator tibi honoré. ¶ Eũ.) Aeneã:quem,vt notũ, noluit dicere. ¶ Oceani finem iuxta.) Finem Oceani nullus nouit, ſed initiũ:quod & ipſum poteſt finis videri aliũde ſumpto principio, ¶ Æthiopũ.) Æthiopiæ duę ſunt,vna circa ortũ Solis, altera circa Oceanũ in Mauritania,quam nũc dicit. Et dicta Æthiopia à colore populorũ, quos ſolis vicinitas torret. ¶ Atlas.) Nullum nomé Græcum in ns,terminatur. ¶ Torquet.) Suſtinet. ¶ Stellis aptum.) Satis perite loquitur. Nã aptum, cõiunctũ dicit,ἀπὸ τοῦ ἀποτέσθαι, non inſignitũ ſtellis. Axis enim non habet ſtellas, qui eſt medius inter ſeptẽtriones. Vnde & græce ἀπάστρατος dicitur. Septentriones autem non occidere axis vicinitas facit,non quia in axe ſunt.

¶ Hinc mihi Maſſylæ gẽtis.) Quæ eſt oriunda Maſſyla,aliquando horti Heſperidũ ſacerdos,nunc habitans circa Atlãté. Nã aliter nõ procedit. Maſſyla enim mediterranea eſt: Beronice ciuitas Libyæ, vnde haud lõge ſunt horti Heſperidum. Atlas vero maximus in Mauritania eſt. Mõſtrata ꝑdicta. ¶ Heſperidũ tẽpli cuſtos.) Heſperides Atlãtis filiæ nymphę,ſecũdũ fabulã hortum habuerũt,in quo erãt aurea mala Veneri conſecrata,quę Hercules miſſus ab Euryſtheo occiſo ꝑuigili dracone ſuſtulit. Re vera aũt nobiles fuerunt puellę,quarũ greges abegit Hercules occiſo eorũ cuſtode. Vñ mala fingit̃ ſuſtuliſſe:hoc é oues. nam μῆλα dicunt̃. vnde μηλονόμος,dicit̃ paſtor ouiũ. ¶ Soporiferũq; papauer. ¶ Incongrue videt̃ poſitũ,vt ſoporifera ſpecies peruigili det̃ draconi. Sed dicimus variã vim ꝑbere victũ diuerſis animalibus.

Nam




Erige,& arma viri,thalamo quæ fixa reliquit
Impius,exuuiasq; omneis,lectumq; iugalem,
Quò perii,ſuper imponas,abolere nephandi
Cuncta viri monimenta iubet,monſtratq; ſacerdos.

Nāſalices hoībus amarę ſunt,
dulces capellis: vt, Et ſalices
carpetis amaras.ſ.hominibus.
Itē cicutę:ſm Lucretium ho/
minibus ſunt venenoſæ, quū
pingues reddant capellas. Er/
go & papauer licet det hominibus ſomnum,draconi adimit. For
ſitan & eſt excuſatio. Poteſt tñ melior eſſe ſenſus, ſi Seruabat in
arbore ramos: plena ſit ſententia. ſequentia vero ſic accipiamus,
Hæc ſe promittit carminibus curas ſoluere. ¶ Spargens humida
mella,ſoporiferumq; papauer.) Ideſt miſcens: vt Cicero, Et ſpar
gere venena didicerunt. Nec incongrue ad amaritudinem amo/
ris,mel adhibet: ad obliuionem,papauer. ¶ Siſtere aquam fluuiis
& vertere ſydera retro.) Quāto magis poterit Aeneam ab incœ
pto retorquere? ¶ Mugire videbis.) Videbit quis: vt, Migrantes
cernas. ¶ Teſtor chara deos.) Quia cum multa ſacra Romana ſu/
ſciperēt,ſemp magica dānarūt. Ideo excuſat. ¶ Accingier.) Præ/
parari. Accingier aūt, vt ad infinitum er, addatur, ratio efficit me
tri. Nā quū in eo vltima ſit longa, addita er, ſyllaba breuis ſit: vt
audiri, audirier. ¶ Tu ſecreta.) Sine arbitris. & eſt bona elocutio,
rem loci vel tēporis, ad perſonā transferre: vt nocturnus venit,
ſecretus fecit. ¶ Pyrā.) Sub ſpecie ſacrificij, pręparat mortis exe/
quias.

quias. ¶ Et arma.) Gladiū dicit
abuſiue. Nā & paulopoſt, En/
ſemq; relictū. Proprie.n.arma
ſunt q̄ armos tegunt. ¶ Impi/
us.) Qui gladiū reliquit furen
ti. Hoc aūt tractū eſt de Home
ro, qui dicit gladiū Aiaci datum ab Hectore, & Hectori ab Aiace
balteū, q̄ eis exitio fuerunt, nā alter tractus eſt balteo, alter ſe do
nato telo interemit. ¶ Exuuias.) Veſtes Aeneę: quem hoſtem dixe
rat ſupra, I ſoror: atq; hoſtē ſupplex affare ſuperbū. Itē, Dulces
exuuiæ. ¶ Quo perii.) Propter extinctum pudorem.

ASCENSIVS.

¶ Ergo vbi cōcępit,&c.) Docet quō Dido poſtq̄ decreuerat ſe/
ipſam iterimere, magicis artibus ſimulabat velle amores abole/
re, aut amatorie Æneā ad ſe adlicere, freta auxilio ſacerdotis eius
rei peritę: quū & maiora polliceat, & effeciſſe dicat: qua fictione
oīa q̄ ſibi ad necē neceſſaria putabat, cōparabat miniſterio ſoro/
ris, quę ea ad ſacrificia cōferre putabat. Sed neq; ad hunc locum
quidq̄ extat Donati. ¶ Ordo igitur eſt. Ergo vbi Dido euicta.i.ſu Ordo.
perata dolore, cōcępit furias.i.furorē: & decreuit mori: ipſa exi/
git.i.exacte diſquirit, & penſitat ſecū, tempus.i.opportunitatem,
& modū: & ipſa adgreſſa dictis.i.ſermone qui ſequitur: ſororem
ſ.Annam

ſ.Annam mœſtá,quia Æ neā quem cōciliauerat,recōciliare nequibat:tegit.i.occulit vultu:cōſiliū.i.decretū ſuum,& ſerenat fronte i.frōte ſerena præ ſe fert:ſpem.ſ.remedij,aut ſalutis,verba aūt quibus adgreſſa eſt,ſunt hęc:O germana.i.ſoror,quaſi ex vno germine mecū nata:gratare.i.cōgratulare ſorori:quia ego inueni viam i.modū & ratione͂,quę reddat mihi eum.ſ.qui caput mali noſtri eſt:vel quæ ſoluat me amante͂:eo.i.ab eo.(Duplex enim eſt remedium amoris:aut potiri,aut ſolui.) Via autem eſt hęc. Locus eſt (De more hoc habet Virgilius vt prius locum deſcribat, q̄ꝫ quæ in eo cōtigerint.) vltimus.i.remotiſſimus:Æthiopū.i.in Æthiopia Mauritaniæ,iuxta fine͂ Oceani.i.vbi ad Oceanū ꝑuenit in fine mūdi huius:q̄,pro.i.iuxta ſole͂ cadente͂.i. occidentem:vbi.i.in quo loco,Atlas maximus.i.qui in Mauritania eſt:torquet.i. ſuſtinet:& inuoluit humero.ſ.ſuo:ſecundū iudiciū ruſticoꝝ,aut fictionem poetarū:axem.i.polū:aptū.i.cōiunctum:ſtellis ardentibus i.reſple͂de͂tibus.Sacerdos gentis Maſſylę,eſt mihi mōſtrata hinc i.ab hoc loco.i.ab huius loci incolis,exiſte͂s cuſtos templi Heſperidū:hoc eſt,eius quod in hortis Heſperidū eſt:qꝫ,pro &:ea,ſup. q̄ dabat draconi.ſ.peruigili:q poma aurea Heſperidū cōſeruabat, priuſq̄ꝫ ab Hercule occiſus erat,& quæ ſeruabat ramos ſacros,qa aurea ferentes mala:ſeruabat aūt cōſeruando draconem,que͂ cōſeruabat,ſpargens mella humida,& papauer ſoporiferū.i.genitiuum ſoporis i alijs:& ita cōſeruatiuum cerebri,& humoꝝ draconis,q perdurare nō potuiſſet,in tāta vigilia,niſi humidū radicale,melle humido fotū fuiſſet:& cerebrum papauere ſoporifero: quāuis nō dormiuerit.hęc.ſ.ſacerdos:ꝓmittit.i.pollicet:ſe ſoluere.ſ.ab amore.i.ꝙ ipſa ſoluat(no erat neceſſariū ponere,ſe, qa ad vnam perſonā ſpectant)carminibus.ſ.magicis,hoc eſt incātationibus,mentes quas velit:ſed ímittere.ſ.ꝓmittit:alijs.ſ.me͂tibus: curas.ſ.amoꝝ:duras.i.diu duraturas,aut veheme͂tes:& ꝓmittit ſiſtere.i.facere ſtare:aquā,ſup.in fluuijs:& vertere ſydera retro.i. retrorſum:& ciet.i.excitat,& euocat:maneis.i.inferos, aut vmbras defunctoꝝ:nocturnos.i.tpe noctorno:tu videbis.i.qlibet videbit:ſi aderit dū ipſa opabitur:terrā mugire ſub pedibus:& ornos.i.arbores illas,deſce͂dere mōtibus.O chara germana.i.ſoror: ego teſtor.i.obteſtor deos,& te,& tuū dulce caput.(Solebant.n. blandie͂dj gratia:per capita charoꝝ iurare,potiſſimum Gręci.Vnde Iuue.in.vj.Græcis nondū iurare paratis,Per caput alterius.) ſup.me,accingier,ꝓ accingi:inuitā.i.coactā íprobitate Æneæ:arteis magicas.i.ꝑ arteis magicas.Tu ſecreta.i. hęc nemini reuelatura:erige pyrā.i.ſtrue͂ lignoꝝ,vt fiat rogus:ſub auras.i.ab íferiore parte,in auras tende͂te͂,ſup.in tecto íteriore.i.inter regiam noſtrā:& ſuperimponas.ſ.ſuper pyram,arma.ſ.gladiū,viri.ſ.Æneę, que͂ per indignatione͂ nō noíat:quæ.ſ.arma,ipſe impius reliquit: fixa thalamo.ſ.noſtro:quaſi ideo reliquerit,vt eo ſe interimeret: vnde,ípiū dicit:& omneis exuuias.i.veſtes quas exuit:aut quas ab eo habemus,quaſi ab hoſte ſęuo:& lectū iugale͂.i.genialem,& matrimonialem:quo perij.i.pudore͂ amiſi:ſed id me͂tit,qa in ſpelunca primum amiſerat,hoc eſt,imponas ſuꝑ pyram qdquid reliquerit,aut tetigerit ſpeciali vſu,qa ſacerdos iubet,& monſtrat ſ.ex arte ſua,rōnibus euide͂tibur(aut lege iterū,monſtrata ſacerdos)abolere.i.penitus delere,& annihilare, cuncta monimenta i.quæ memoriam faciant:viri nephandi,quia perfidi.

PIERIVS.

¶Quæ mihi reddat eum,vel eo me ſoluat amantem.) In Oblōgo illo codice perueteri legere eſt,Quę mihi reddet eum,vel eo me ſoluet amantem.vtrūqꝫ verbum futuro te͂pore,finitiuo modo.In Longobar.Quæ mihi reddat eum,vel eo me ſoluet amantem.Vt primo agat de p̄ſenti,vt,reddat:id ſi nequaquā fieri poſſit,de futuro ſaltem,vt ſit,ſoluenda Dido præcauetur.propterea ſoluet affirmatiuum eſt:& hoc ſaltem euenturum firmiter ꝓponit.Sed enim mihi magis faciat ſatis vtrunqꝫ verbum eadem figura,eodem tempore & modo poſitum:magiſq́ꝫ finitiuū illud reddet,& ſoluet.Nam vt Anna ꝓpere ad opus adcingeretur,certa aliqua ſpes propone͂da fuit.Eſt & ſua tame͂ elegantia in lectione altera.⸿Hinc mihi Maſſylę ge͂tis.) In cod.pleriſqꝫ veteribus, Maſſylię gentis,legitur: quod veriti ſunt,ſy,mediam ſyllabam eſſe breuem.Hinc ſuperius,Maſſyliciq́ꝫ ruūt equites,poſuerunt. Sed triſyllabum,Latini agnoſcunt. ⸿Nocturnoſq́ꝫ ciet maneis.) Exe͂plaria quędā admodū vetuſta,legunt,Mouet maneis,vt illud,At cātu cōmotę Erebi de ſedibus imis Vmbrę ibant tenues. & ífra,Quo fletu maneis qua numina voce moueret.Sed enim, ciet,mihi magis placet:quo ſignificato legere eſt in Pharmaceutria,Animas imis excire ſepulchris.⸿Exuuiaſq́ꝫ omneis.) Legit e͂t in antiquis:Exuuias omneis,abſqꝫ particula copulatiua quod nihil aliud ab Ænea relictum indicaret, in futuræ cædis omen. Sed enim inferius,exuuias ab enſe diſtinxit,& Iliacas veſteis nominauit.Quare dicendū potius congruere imperanti me͂bra,q̄ maxime diſſoluta ponere:vt,Ferte citi flāmas,date tela,ſcandite muros,& quod pauloante dicebamus,Claſſem aptent taciti,ſocios ad littora cogant.Neqꝫ ſuo caret ornatu,ſi cum particula copulatiua legamus,Exuuiaſq́ꝫ omneis.preſertim quū altera ſubſequatur,Lectūq́ꝫ iugale͂.⸿Superimponas.) In codic.aliquot anti. Superimpone,ſcriptū eſt:id aūt abſqꝫ ſynalœpha legeretur.Sunt & alij in quibus,imponant,habetur:neutrū horū placet.⸿Abolere nephandi Cuncta viri monume͂ta iubet,mōſtratq́ꝫ ſacerdos.) Sunt codi.admodum vetuſti,in quibus cum Mediceo ſic habet, Monime͂ta iuuat.ac de monime͂to per i,ſatis alibi dictū.Quod vero iuuat,inueniamus,dicta erunt hęc ex perſona, conſilioq́ꝫ Didus,Abolere nephandi Cuncta viri monimenta iuuat.mox illud ex pręcęptis,quę ſacerdos dederat:quorum vel alterū mouere poterat ſororem,vt ea omnia curaret cremanda.Mihi vero iubet,magis placet:vt hoc ſit authoritatis & reuerentiæ,quę ſacerdoti debeatur.Monſtrat vero pro redditione cauſę,cur id fieri debeat.

SERVIVS.

¶Prætexere.) Preuelare,aſcōdere.⸿Tantos furores.) Quātos cogitabat Dido. ⸿Grauiora timet, q̄ꝫ morte Sichęi.) Aut q̄ꝫ detrahimus:& ſtat eloquutio.aut ſubaudimus, Grauiora timet poſſe cōtingere:q̄ꝫ morte Sichęi.⸿At regina pyra.) Notatus eſt hic versus,vitioſa.n.eſt locutio,q̄ habet exitus ſimiles:licet ſit caſuū diſſimilitudo. ⸿Inte͂ditq́ꝫ locū ſertis.) Ligat:vt,Et ſtupea vincula collo inte͂dunt,& eſt Hypallage,Inte͂dit ſerta per locum. ⸿Funera.) Cupreſſo.Nā & ſupradicta ligna ad funus pertine͂t:vt,Procūbūt piceæ,ſonat iacta ſecuribus ilex.⸿Effigie͂q́ꝫ toro locat.) Exprimitur amoris affectus,ꝙ etiam in morte amati imagini volebat eſſe cōiuncta, vt paulopoſt, Natūq́ꝫ patre͂q́ꝫ Cum genere extinxe͂, memet ſuper ipſa dediſſem. ⸿Haud ignara futuri.) Memor ſuę diſpoſitionis. ⸿Terce͂tum tonat ore deos.) Non tercentū deos:ſed tonat tercentū numina Hecates:vnde Hecate dicta eſt Hecaton.i. centum poteſtates habens. Tonat autem perite dixit.In talibus enim ſacris imitabātur tonitrua.⸿Herebum.) Inferorum profunditatem.⸿Tria virginis ora Dianę.) Iteratio eſt.Lunę,Dianę, Proſerpinę. ⸿Simulatos fontis auerni.) In ſacris,vt ſuprà diximus,quę exhiberi non poterant,ſimulabantur: & erant pro veris.Bene aute͂ de Auerno,per quem deſcenſus ad inferos dicit. ⸿Falcibus,& meſſæ ad Lunam quæruntur ahenis.Herbę.n.pro Lunæ ratione tolluntur:nec oe͂s eode͂ modo. Vnde perite & ahenis falcibus dixit:quia aliæ velluntur,alię inciduntur.& ad Lunam,nō ad noctem:ſed ad Lunę obſeruationem.⸿Pube͂tes) aute͂.quia aliæ ſiccæ,aliæ viridiores leguntur. Et ſciendum íter homines & herbas eſſe reciprocam

⸿Hæc effata ſilet,pallor ſimul occupat ora. POE.
Non tamen Anna nouis prætexere funera ſacris
Germanam credit,nec tantos mente furores
Concipit,aut grauiora timet,quàm morte Sichæi,
Ergo iuſſa parat.
At regina pyra penetrali in ſede ſub auras
Erecta,ingenti tedis atqꝫ ilice ſecta,
Intenditq́ꝫ locum ſertis,& fronde coronat
Funerea,ſuper exuuias,enſemq́ꝫ relictum,
Effigiemq́ꝫ toro locat,haud ignara futuri.
Stant aræ circum,& crines effuſa ſacerdos
Tercentum tonat ore deos,Erebumq́ꝫ,Chaoſq́ꝫ,
Tergeminamq́ꝫ Hecaten,tria virginis ora Dianæ.
Sparſerat,& latices ſimulatos fontis Auerni,
Falcibus & meſſę ad lunam quæruntur ahenis
Pubentes herbæ,nigri cum lacte veneni.
Quæritur & naſcentis equi de fronte reuulſus:
Et matri præreptus amor.
Ipſa mola,manibuſqꝫ piis altaria iuxta
Vnum exuta pedem vinclis in veſte recincta
Teſtatur moritura deos,& conſcia fati

Sydera: tum, ſi quod non æquo fœdere amantes
Curæ numen habet, iuſtumq́ꝫ, memorq́ꝫ precatur.

ciprocā trāſlationē. Sic.n. pubē tē herbā dicimus, quemadmodū florē ętatis. ⁋ Nigri cum lacte veneni.) Nigri, aut noxij, q̄ nigri fiunt hoīes poſt venenum. Aut certe illud eſt, quia ſunt herbę nigri lactis.i.ſucci. Dicunt aūt per periphraſin agreſte papauer ſignificari. ⁋ Et matri præreptus amor.) Secundū Plinium q̄ dicit in naturali hiſtoria pullos equinos habere in fronte quandā carnem, quā eis ſtatim natis adimit mater: quam ſi qs forte præripuerit, pullum odit, abijcit, & lac ei denegat. Iuuenalis, Cui totā tremuli frontem Cæſonia pulli Infudit. Et merito ſuſpicatur amorem creari ex carne, ſine qua mater non alit ex ſe creatum. ⁋ Ipſa mola,) Mola, farre & ſale. Ordo autem eſt, ipſa Dido mola, & piis manibus.i. puris deos teſtatur. ⁋ Vnū exuta pedē.) Quia id agitur, vt & iſta ſoluať, & īpliceť Æneas. ⁋ In veſte recincta.) Quia vt ſupra diximus, in ſacris nil ſolet eſſe ꝑligatum, pręcipue eius quæ amore vult ſolui. ⁋ Conſcia fati ſydera.) ideſt planetas, in quibus fatorum ratio continetur. ⁋ Si quod non æquo fœdere amantes Curæ numen. Ordo eſt. Tunc numen precatur, ſi quod curæ habet amantes non æquo fœdere. Si quod autem bene dubitat, vtrum ſuper res male poſitas habeat poteſtatem. Senſus autē hic eſt, aut ἀντέρωτα iuocabat cōtrarium Cupidini, qui amores reſoluit: aut certe cui curæ eſt iniquus amor, ſcilicet vt implicet non amantem. ⁋ Iuſtumq́ꝫ, memorq́ꝫ, Vt expugnetur qui eſt cauſa diſcordiæ.

ASCENSIVS.

⁋ Hæc effata, &c.) Docet quomodo oīa quæ iuſſerat, inſtructa ſunt: & qūo ſimulans ſe ſacra magica ex aīo, peragere q̄ſierit oīa philtra & amatoria.i. quę vim amatoriā habere putata ſunt, quo ſororē fallat. De qua re, q̄a Dona. nō extat. ⁋ Ordo eſt. Dido effata.i. eloquuta, hoc eſt poſtq̄ꝫ eloquuta erat hæc: ſilet.i. obticet: nā fruſtra diceret, tacuiſſe: finis enim loquelę, ſilētiū ſemper eſt, niſi pręter ſpem & importune tacuiſſe quum plura loqui nō poſſet, innueret: aut niſi adderet, ſimul & quum primum taceret, pallor occupat ora: tamē.i. quanuis, ſigna impatientis amoris daret: tamen Anna non credit germanam.i. ſororem ſuam: ꝓtexere.i. præſtruere funera.i. mortem: nouis ſacris.i. ſacrificijs.ſ. magicis: nec concipit mente.i. intelligere nō pōt: tantos furores.ſ. quāti in Didone erant: aut, ſup. nō timet: grauiora.i. maiora mala: q̄ꝫ, ſup. in morte Sichæi.ſ. prioris cōiugis, illa pertulerat, hoc eſt, nō opinabatur, quod plus amaret Æneā amatorem, q̄ꝫ Sichęum cōiugē: nec quod impatientius ferret huius ꝓfectionem, q̄ꝫ illius mortē: ſed in morte viri, nō ſe occidit, nec id parauit: ergo nihil tale ſuſpicās: parat.ſ. peragere iuſſa.i. quæ Dido iuſſerat, hoc eſt ilico pyrā extruit, & exuuias Æneæ affert. At.i. ſed: regina.ſ. Dido. pyra.i. ſtrue lignoꝝ in formā ignis vt incendatur: erecta.i. extructa: ſub auras.i. in altum: in ſede penetrali.i. in loco penitiore, intra tecta palatij: pyra, dicit, ingenti.i. valde magna: tædis.i. ex tædis, quæ ligna reſinæ plurimum habent, & ita facillime cōburuntur: atq́ꝫ ilice.i. robore iligno, ſecta.i. fiſſo: hoc eſt: poſtq̄ꝫ Anna ingentē rogum ex tali combuſtibili extruxerat regina: intendit locum ſertis.i. intendit ſerta per locū illū, & coronat fronde funerea.i. ad funus apta, & locat toro.i. lecto cōiugali: quē etiam iuſſerat afferri ſuper.ſ. pyrā, aut inſuper exuuias.ſ. Æneæ.i. veſtes quas exuerat, & dereliquerat, & enſem relictum: & effigiē.i. imaginē, ad ſimilitudinem viri factā, quā, aut ad fictionem magicę artis fieri curauerat, aut in ſignū amoris locat: dicit, exiſtēs haud.i. nō ignara imo certa mori. Aræ ſtant circum.i. in circuitu & ſacerdos effuſa crines.i. habens capillos effuſos vnde in funere Polydori iij. huius, Et circum Iliades crinem de more ſolutæ. tonat.i. horrifice vocat, ore.ſ. ſ̄o, tercentum.i. tercentos deos.i. numina deorum. & Erebū, & Chaos, deos illos infernales, & Hecaten.i. Proſerpinam, à centū poteſtatibus dictam: ter germinam.i. tres poteſtates habētē: nā luna, eſt in cœlo: Diana, in ſyluis, vbi venatrix eſt: Proſerpina, in inferno: vnde addit, & tria ora.i. tres effigies, aut perſonas Dianę virginis.i. quę in ſyluis Diana dicitur, & ſtudio venandi, detenta perpetua virgo: & ipſa ſacerdos priuſq̄ꝫ hęc faceret, ſparſerat, &.i. etiā: Latices.i. aquas fontis Auerni.i. lacus ad introitum inferni, ſimulatos.i. per ſimulationem, & fictionē quādam, in ſacris pro veris habitos: quum deeſſent veræ aquæ Auerni: & herbæ pubentes.i. ſucci adhuc plenæ meſſæ.i. deſectę, aut inciſæ: falcibus.i. cultris incuruis: ahenis.i. æreis: quia nephas erat id ferreis facere: ad lunam.i. ſecūdū opportunitatē lunę, quęruntur.ſ. ab ijs, quibus id muneris ad magicum ſacrificium iniūctum erat: quæruntur, dicit, cum lacte.i. ſucco dulci: veneni nigri.i. nociui & noxii: & amor.i. caruncula ad magnitudinem caricis, hyppomanes ve, quod eſt cauſa amoris: reuulſus.ſ. ſtatim, priuſq̄ꝫ lambente matre abſumeretur: de fronte pulli naſcentis.i. recens nati, aut nondum plene nati, & pręreptus.ſ. priuſq̄ꝫ abſumere poſſet, matri.ſ. equæ: quę niſi carunculam illam aſſumpſerit, pullum nō amat. Ipſa.ſ. Dido, cuius gratia hæc oīa fiebāt, & quæ ſacerdos erat, & regina: exuta pedem vnum.i. habēs pedem vnū nudatum, & ſolutum in vinculis, in veſte recincta.i. diſſoluta, ne quid ligatum in ſacris videatur: teſtatur mola.i. farre & ſale, & pijs manibus.ſ. quibus molam offerebat, teſtatur, dicit, moritura.i. certa mori. deos & ſydera conſcia fati.i. mortis ſuæ violentæ: tum.i. inde, precatur ſi quod.i. ſi aliquod numen, habet curæ i. ad curam, hoc eſt curat: amātes fœdere non æquo.i. illegitimo fœdere: aut inęquali, quādo alter amat, alter nō: (hunc deū Seruius, Anterota.i. contra Erota.i. Cupidinem, vocat) precatur, dico, illud, ſupp. iuſtum & memor.i. vt ſit iuſtum & memor. & ita memor, in neutro genere ponitur.

PIERIVS.

⁋ Pallor ſimul occupat ora.) Veteres nōnulli codic. Inficit ora legunt, quod nō eſt horroris propriū, ſed verecundię potius. præterea, pallor, infecturę cōtrarius eſt. ⁋ Aut grauiora timet, q̄ꝫ morte Sichęi.) In antiqs aliquot codici. Haud, legere eſt quod minime placet. Eſt & Suchęi, per u, vt ſuperius non ſemel obſeruatū, quod q̄dem (vt puto) fit, vt libet, lubet, & ſimilia. ⁋ Falcibus & meſſę ad lunā quęruntur ahenis.) Codices pleriq́ꝫ vetuſti ſcriptū habēt, Aheneis q̄ppe falcibus, quod nō diſplicet Oui. Tertia poſt illo ſucceſſit ahenea ꝓles. Hora. Hic murus aheneus eſto. Erit vero verſus dactylicus, vel ſynizeſin patietur. Sed enim etiam, ahenis, recte. De aſpiratione vero in eo nomine, dictū eſt alibi. ⁋ Vnū exuta pedem, vinclis in veſte recincta. ⁋ Sunt quędam exemplaria manu ſcripta, in quibus legitur, Et veſte recincta. Sed illud, In veſte, longe vſitatius.

Nox erat, & placidum carpebant feſſa ſoporem
Corpora per terras, ſyluæq́ꝫ, & ſæua quierant
Æquora, quum medio voluuntur ſydera lapſu,
Quum tacet omnis ager, pecudes, pictæq́ꝫ volucre,
Quæq́ꝫ lacus late liquidos, quæq́ꝫ aſpera dumis
Rura tenent, ſomno poſitæ ſub nocte ſilenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum.
At non infelix animi Phœniſſa, nec vnquam
Soluitur in ſomnos, oculisve, aut pectore noctem
Accipit, ingeminant curæ, rurſusq́ꝫ reſurgens
Sæuit amor, magnoq́ꝫ irarum fluctuat æſtu.
Sic adeo inſiſtit, ſecumq́ꝫ ita corde volutat.
⁋ En quid agam? rurſusne procos irriſa priores DI.
Experiar? Nomadumq́ꝫ petam connubia ſupplex,
Quos ego ſum toties iam dedignata maritos?
Iliacas igitur claſſes, atq́ꝫ vltima Teucrum.

SERVIVS.

⁋ Nox erat.) Protenditur iſta deſcriptio ad exaggerationem vigiliarū Didonis. ⁋ Syluęq́ꝫ.) Secundum eos qui dicunt omnia quæ creſcūt, animalia eſſe. ⁋ Aequora.) Elementa etiam animalia eſſe voluerunt. Vnde eſt in ſeptimo, Æquora mulcebant cantu. ⁋ Tacet ager.) Ea quæ in agris ſunt. ⁋ Oculis ve, aut pectore noctem Accipit.) Quia poteſt aliud eē ſine alio, vt ſi quis dormiens mente turbeť. ⁋ Reſurgens ſæuit amor.) Grauior enim eſt quum reſurgit, & eſt ſententia quaſi generalis. ⁋ Adeo.) Scilicet furuit, vt in hoc propoſito permaneret vitandæ ſine dubio lucis. ⁋ En quid agam?) En, ecce quid actura ſum? Eſt autem comicum principium: nec incongrue amatrici datum. Sic Terētius, Quid igitur faciam: Nam hæc coniunctio multa eam cogitaſſe ſignificat. ⁋ Rurſus.) Duo ſignificat, frequenter iterum raro viciſſim.i. mutuo, vt hoc loco. ⁋ Numadūq́ꝫ petā.) Inuidia à perſonis: petam mulier & regina Numidas.i. vagos. ⁋ Maritos.) Futuros ſcilicet. Eſt āt eloquutio, dedignor illam rē. ⁋ Vltima iuſſa.) Aut intelligimus Æneā ei obtuliſſe nauigādi facultatē, aut Teucrū iuſſa, nō q̄ ipſi iuſſerāt, ſed quæ eis à Ioue iuſſa ſunt, vt, Nauiget, hæc ſūma eſt. ⁋ Quiane.) Re vera: & eſt vna pars orationis. ⁋ Stat.) Permanet.
⁋ Nautas.)

Iuſſa ſequar?quia'nę auxilio iuuat ante leuatos,
Et bene apud memores veteris ſtat gratia facti?
Quis me autem(fac velle)ſinet?ratibusq; ſuperbis
Irriſam accipiet?neſcis heu perdita,nec dum
Laomedonteæ ſentis periuria gentis?
Quid tum?ſola fuga nautas comitabor ouanteis?
An Tyriis,omniq; manu ſtipata meorum
Inſequar?& quos Sidonia vix vrbe reuelli,
Rurſus agam pelago?& ventis dare vela iubebo?
Quin morere,vt merita es,ferroq; auerte dolorem.
Tu lachrymis euicta meis,tu prima furentem
His germana malis oneras,atq; obiicis hoſti.
Non licuit thalami expertem ſine crimine vitam
Degere more feræ?tales nec tangere curas?
Non ſeruata fides cineri,promiſſa Sichæo.

¶Nautas.) Non Troianos. Nā iniurioſe dixit nautas.i. aſſuetos laboribus.¶Ouanteis.) Lętantes abuſiue.nam ꝓprie ouatio eſt minor triumphus. Qui enim ouationem meretur, & vno equo vtitur,& à Plebeiis vel ab eqtibus Romanis deducitur ad Capitolium:& de ouibus ſacrificat: vnde & ouatio dicta.qui aūt triumphat,albis equis vtitur quatuor,& ſenatu præeunte in Capitolio de tauris ſacrificat.¶Vix vrbe reuelli.) Aut mox: idē paulo ante, vt vix ē cōſpectu Siculæ telluris in altū Vela dabāt læti. Aut re vera vix,vt diximus ſupra. Nā nulla rōne dimitterent patriā,niſi eos aut odiū.Pygmalionis coegiſſet,aut timor:vt,Cōueniunt quibus aut odium crudele tyranni,Aut metus acer erat.¶Quin morere.) Quinimmo. & bene omnis eius intentio tendit ad mortem. Nam ſi procos rogare turpe eſt,ſolam ſequi impoſſibile & inhoneſtum,Tyrios trahere difficile:ſola mors ſupereſt.¶Tu lachrymis euicta meis.) Bene totum ei imputat:ſed cum excuſatione,quæ Aeneæ nuptias ſuaſit:ſed victa lachrymis,vt,Sinum lachrymis impleuit obortis Anna refert.¶Tu prima furentem.) Vrbanus hoc diuidit:licet alij iungant:& vult hunc eſſe ſenſum,Tu perſuaſiſti vt nuberem victa lachrymis meis:tu etiam nunc me his oneras malis, nam me olim occidiſſem,niſi te deſerere formidarem. ¶Obiicis hoſti.) Ob naturaliter breuis eſt,ſicut & Re & Ad:ſed plerunq; ꝓducuntur hac ratione,Obiicio,reiicio,adiicio, quia habent Vocalem ſequentem,quæ per declinationem poteſt in cōſonantis formam tranſire: vt obieci,reieci.Ergo etiam anteq̄; tranſeat, interdum fungitur officio conſonantis,& præcedentem longam facit.¶More feræ.) Plinius in naturali hiſtoria dicit Lyncas poſt amiſſos coniuges aliis non iungi. Multi Fere aduerbium volunt,vt ſit ſenſus:more ſcilicet quo iam viduitatem ferre conſueuerat.Crimen autem bene: vt ſupra,Potui ſuccumbere culpæ. ¶Sichæo) pro Sichæio.

ASCENSIVS.

¶Nox erat,&c.) Declarat quomodo cęteris animantibus,requieſcentibus Dido certa mori miſeros edebat planctus: de quibus quum Donatus nihil dicat. ¶Ordo eſt.Nox erat,& corpora.ſ.animalium cæterorum:feſſa.ſ.labore diurno: carpebant ſoporem, ideſt carptim capiebāt:ſoporem placidum:ideſt profundam dormitionem cum animi quiete:& ſyluæ & æquora ſæua.i.omnia quæ in nemore & mari degunt:qui erant.i.quieuerant,ſup.tunc: quum,ideſt quando,ſydera voluūtur medio lapſu.i.quum medium eſt noctis:quum omnis ager.i.quidquid verſatur in agro, tacet.ſ.pecudes,& volucres,pictæ,ideſt variis coloribus ornatę: quæq;.i.quęcunq; hæ.ſ.volucres:tenent late.i.ampliter:lacus liquidos.i.aquoſos:& quęq;.i.quęcunq;:tenent.i.occupāt, & habitant,rura aſpera dumis.i.dumos quę ſunt in rure: huiuſmodi dicit pecudes & animantes:poſitę.i.recubātes:ſub.i.in nocte,ſilenti.i.conticinio noctis:lenibant,pro leniebant,hoc eſt mitigabant curas:ſomno.i.per ſomnum:& corda,ſup. earū:erant,ſup. oblita laborem.At.i.ſed:Phœniſſa.ſ.Dido:q̄ erat de Phœnicia:infelix animi.i.quę animum ſuum infelicem fecerat: nec ſoluitur vnq̄; in ſomnos.i.nunq̄; dormit: ve,pro vel:nunquam, ſup.accipit:noctem.i.requiem nocturnam,oculis,aut pectore: curæ ingeminant,ſupple ſe:aut ingeminantur,hoc eſt multiplicantur:& amor reſurgens,ideſt creſcens:ſęuit.i.crudeſcit:rurſus.i. iterum: & fluctuat magno ęſtu irarum:& īſiſtit.i.ſermonē inſtituit:adeo i.tandem,aut omnino ſic:q; pro &:volutat.i.reuoluit & agitat: corde ita.i.in hunc modum:ſecum.i.apud ſe,ſine arbitris.En,cōmiſerātis,ſicut in.j.En Priamus,qd ago?ne.i.an, aut nunqd:ego irriſa experiar rurſus.i.iteꝝ:ꝓcos.i.amatores:connubia petentes priores.i.quos priores habui?ſed cōtēpſi:quos,ego ſum iam dedignata toties maritos.i.volētes eſſe maritos:aut,dedignata ſum mihi maritos accęptare.Igiť,qa.ſ.nō eſſet honeſtū hic manere, & incidere in cōtumeliam procoꝝ prioꝝ,ego ſequar claſſeis Iliacas.i.Troianas:& ſequar vltima.i.viliſſima:iuſſa Teucrum.i.Teucroꝝ:hoc eſt ero ancilla,& cōtemptui oībus Troianis: coacta ēt vltimis in dignitate,hoc eſt viliſſimis mandatis eoꝝ parere:& id melius,

melius,q; vt dicamus de iuſſis Æneæ,aut Iouis,cū Seruius[...] bat per irriſionē ſequēdū [...] particulam.n.nę,ſæpe in in[...] ſionē cōuertimus:vt,Ne[...] Polydamas,aut Troiades La[...] beonem ꝓtulerint.Et faciun[...] nę intelligēdo,vt nihil intelli[...] gant:dicit ergo, Quia ne[...] certe,iuuat.i.ꝓdeſt:ante leua[...] tos,ſup.eſſe:auxilio.i. [...] quod Teucros iuuerim [...] lio:& gratia veteris facti bene ſtat apud memores.i. gratos, hoc eſt nō ingrati erūt accep[...] beneficii Troiani:argument[...] deinde in cōtrariū, dicens,[...] tē,ꝓ ſed:fac velle.i.pone vt ve[...] lim:aut, ꝑſuade quod velim. qs ſinet.i.ꝑmittet: me.ſ.ſequi Troianos?& accipiet me irriſam ratibus.ſ.ſuis,ſuperbis:q.d.[...] mo. Quia ergo neq; manēdum eſt cū dedecore, neq; ſequend[...] cōcludit ad ſe loquens,Heu perdita,neſcis tu.i.ſcis ne adhuc:[...] ſentis,ſup.ne:necdū.i.nō adhuc:periuria gentis Laomedonteę.i. Troianę, Laomedontis ſimilis:q Neptunum & Apollinē mu[...] rū Troię ſtructores,fefellit cōtra iuſiurandū?q.d.ſi deos feſel[...] runt,& te nimirū fallent. Quid tum.i.inſuper?comitabor ne ſola nautas ouāteis.i.lętos,de ꝓfectione?an ego inferar.ſ.in alienum regnum,aut in naueis:ſtipata.i.denſe circundata:Tyrijs,& omnu.i.ſatellitio,& copijs oībus meoꝝ?& ego agam rurſus pelago, eos,ſup.quos ego reuelli,vix.i.cū difficultate:(quia timore,aut odio Pygmalionis:vt dictū eſt in.j.)ſup.ab vrbe Sidonia,& iubebo,ſup.eis:dare ventis vela?q.d.id fieri nō poſſe:qa ergo ſola [...] qui ꝓbroſum eſſet:& quaſi meretricis more,& comitatū [...] habere neqret,nec manere cōueniebat:infert, Quin.i.potius mo[...] rere.i.moriaris:vt.i.quēadmodum:merita es:qa tibi id[...] & auerte.ſ.ab aīo:dolorem ferro.i.morte ferro illata. O germana.i.ſoror Anna:tu euicta meis lachrymis (quia vt dictum e[...] principio, Sic effata,ſinus lachrymis impleuit obortis.) tu inqu[...] oneras.i.onerabas:prima me furentē.i.inſano incēſam amore his malis,atq; obijcis hoſti.i.crudeli viro. Nō.i.nonne:licuit me expertē thalami.i.cōiugij:degere.i.ad finem vſq; agere:vitā more ferę:ſine crimine.i.offēſione periurij,aut lęſione pudoris:nec tangere tales curas,quales nūc per illicitos amores ſuſtineo,more ferę.i.ad morē beluarum feraꝝ,quę ꝓpter feritatē cōiugium [...] tant?Homo aūt,eſt aīal ſociale:& ita quadrat ei cōiugium:ſed in feliciter amans,ꝑfert vitā ferarū vitę ſuę. Non,ſup.eſt:aut potius fides ꝓmiſſa cineri, Sichęo,pro Sichęio.i.ipſius Sichęi:quia qui inhumaretur,iurauit ſe nunquam alteri nupturam, quod Anna reprobauerat,dicens, Id cinerem & maneis credis curare ſepultos,ſeruata,ſupple eſſe:cineri Sichęio,quaſi dicat maxime potuit ſeruata,tamen non eſt.

PIERIVS.

¶Accipit.) Quia pleriq; codices anti. Adcipit,icolumi ꝓpoſitione ſcribunt. Libuit ex Cn.Pompeii temporibus teſtimonium adſcribere,quod verbum id,cc geminato tunc ſcribi ſolitum declararet. Inſcriptio eſt in Mineruę delubro,quod ex manubiis condidit,in qua notatum eſt hoc modo, In deditionem accęptis. In de paulo infra, In fidem accęptis. vtrunq; cc,geminato.¶Nomadūq; petā cōnubia.) Numidum, Latine ſcribendū oſtendimus ex Appiano. Id igitur potius referamus,quod veteres pleriq; codices,non petam:ſed ſequar connubia,legunt:quod mihi non placet.paulo enim infra eſt, Iuſſa ſequar:quod abſurdū eſſet,tam cito repetitum.Et de Connubio petere,libētius dicimus, Petit ante alios pulcherrimus omnes,Turnus.Et vxorem petere, apud Terent.ſæpius.¶Quos ego ſum toties.) In aliquot antiquis codicibus,ſim,legitur,ſi diligenter aduertas non īuenuſte.¶Quiane auxilio iuuat ante leuatos.) In codicibus aliquot anti.exhibo, legitur:quaſi ad id adludat,quod illis in exilium abactis, patria donauerat:per eam cōceſſionem. Vrbem quam ſtatuo veſtra eſt. Sed enim,auxilio,in pluribus habetur exemplaribus:& longe caſtior lectio peritioribus videť.¶Ratibusve ſuperbis Irriſam accipiet?) In Medi.& pleriſq; alijs codicibus antiq. īuiſam,legitur:ꝗ dolore enim putat ſe omnibus haberi odio. non tamen diſplicet, Irriſam.¶Nautas comitabor ouanteis.) Vetera quędam exemplari,eunteis,legunt. Sed ouanteis,agnoſcit Seruius. Et ad victoriam

riam de ſe partem, inuidioſe adludit infelix Dido, quaſi captiua ſit in triumphum deducẽda. ⸢An Tyriis, omniqꝫ manu ſtipata meoꝝ Inſequar?) Mediceus, & antiqui alii pleriqꝫ codices, Inferar, legũt. De nauigatione enim adhuc eſt ſermo, & an ſola an quum ſuis omnibus comitari debeat Æneam, quẽ dominũ in regna receperat: nondum enim in excandeſcentiam exardeſcit. ⸢Non licuit thalami expertẽ ſine crimine vitã Degere more feræ?) Male omnino legitur in codicibus nõnullis antiquioribus, expertam. ſ. me, quæ fueram experta vitã thalami, coniugii tempus, ſine crimine, degere in poſterum more feræ: quæ quidẽ inſulſa eſt interpretatio. Longe vero melius eſt, Non licuit, degere vitam more feræ thalami expertẽ? Quam lectionem Quintilianus ita agnoſcit, vt emphaſim inter figuras memoret: quum ex aliquo dicto, latens aliquid eruitur: vt apud Virgiliũ hoc loco. Quanquã enim de matrimonio q̃ritur Dido, tamen huc erumpit eius affectus: vt ſine thalamis, vitam non hominũ putet, ſed ferarum. ⸢Cineri promiſſa Sichæo.) In codi. pleriſqꝫ ſane q̃; vetuſtis, Sichæi, legitur. maior tamen pars poſſeſſiuũ nomẽ agnoſcit. & Suchæo, vt alibi obſeruatum, ſcribit.

SERVIVS.

❡Certus eundi.) Indubitabiliter profecturus. ⸢Carpebat ſomnos.) Hoc eſt quod & paulopoſt culpat Mercurius dicens, Nate dea, potes hoc ſub caſu ducere ſomnos? Sed excuſatur his rebus. nã & certus eundi fuerat, & rite cũcta p̃parauerat. aut certe prooeconomia eſt, vt poſſit videre Mercuriũ. ⸢Forma dei.) Bene non deus, ſed forma. Raro enim numina ſicut ſunt, poſſunt videri. Vnde & ſequitur, Vultu redeũtis eodẽ. Nã licet Redeuntis dicat. i. eius q poſſit agnoſci: tamẽ nõ Faciẽ dicit: ſed Vultũ, qui poteſt ſæpe mutari. ⸢Eodem.) O, ſemper longũ eſt: quia Eodem ablatiuus eſt ſemper: Eadẽ autẽ & producit & corripit. nã nominatiuus eſt, vt eadẽ mulier fecit: & ablatiuus, vt eadem faciente muliere. ⸢Viſa monere eſt.) Et bene Viſa: nõ enim re vera eſt. ⸢Omnia Mercurio ſimilis.) Aliud enim eſt idem eſſe, aliud ſimile eẽ. ergo nũc eſt certus Æneas. ⸢Vocẽqꝫ.) Quia orationis eſt deus. Horati⁹, Mercuri facũde. ⸢Colorẽqꝫ.) Et crines flauos. Ideo & peruſtus & flauus Mercurius introducit: qa ſatis vicinus eſt Soli p̃ter cæteras ſtellas. ⸢Et mẽbra decora iuuentæ.) Quia palæſtræ deus eſt. Horatius, Catus & decoræ more paleſtræ. Iuuentæ autẽ ætatis, à iuuenta. Sane figura eſt, Similis mẽbra, vocẽ. colorem. ⸢Zephyros.) Ventos: de Aphrica enim Zephyris nauigare non poterat. ⸢Nefas in pectore verſat.) Ne nõ timeret amatricem, bene addidit Certa mori. Item, Variũ & mutabile ſemper Fœmina. ⸢Præceps.) Feſtinus. ⸢Collucere faces.) Propter Ferte citi flãmas. Vel funes. ⸢Vmbris.) Vt ſupra, Forma dei. ⸢Corripit.) Omẽ furæ tẽpeſtatis. ⸢Præcipites. Vt ſupra Mercurius, Nõ fugis hinc p̃ceps? ⸢Ecce iterũ ſtimulat.) Fantaſia eſt ad ſociorũ terrorẽ. ſic in ſexto, Deus ecce deus. ⸢Sancte deoꝝ.) Aut diſtingue ſancte: aut ſm Enniũ dixit, Reſpondit Iuno Saturnia ſancta dearũ. ⸢Quiſquis es.) Atqui ſupra dixit, Oĩa Mercurio ſimilis. Sed ſciendũ eſt ſm Tulliũ in libris de deoꝝ natura tres eſſe Mercurios: ſuperũ, terrenũ, & inferũ. Ergo quiſquis es, aut quicũqꝫ de tribus. aut certe ad Iouẽ ſpectat. i. quiſquis es qui p̃cipis: vt in nono, Quiſquis in arma vocas: cum Irim vidiſſet. i. quicunqꝫ Irim miſiſti. Plane illud occurrit quod ait, Deus æthere miſſus ab alto: vbi & Iouẽ cõplectit̃, & ſupernũ Mercurium. Sed põt & hoc loco, vt diximus, quaſi fantaſiã facere propter ſocios: & Quiſquis es ideo dicere: qa licet viderit, nõ tamẽ re vera nouit eſſe Mercuriũ. Vnde ait ſupra, Et formã & vultũ & viſa monere eſt. ⸢Iteꝝ paremus.) Quia iã paruerat p̃paratione nauigioꝝ. ⸢Et ſydera cœlo dextra feras.) Hoc eſt ventos, qui ex ortu ſyderũ aut proſperi, aut aduerſi ſunt: ſicut in Georgicis, Præterea tã ſunt arcturi ſydera nobis. Nec. n. ſydera dicit re vera, quũ arcturus vna ſit ſtella. Ergo dextra dixit ſydera, vẽtos vel tp̃a.

⸢Tantos illa ſuo rumpebat pectore queſtus. POE.
Æneas celſa in puppi, iam certus eundi,
Carpebat ſomnos, rebus iam rite paratis.
Huic ſe forma dei vultu redeuntis eodem
Obtulit in ſomnis, rurſusq́; ita viſa monere eſt,
Omnia Mercurio ſimilis, vocemq́;, coloremq́;,
Et crines flauos, & membra decora iuuentæ.
⸢Nate dea, potes hoc ſub caſu ducere ſomnos?
Nec quæ circunſtent te deinde pericula cernis
Demens, nec Zephyros audis ſpirare ſecundos?
Illa dolos, dirumq́; nephas in pectore verſat,
Certa mori, varioq́; irarum fluctuat æſtu.
Non fugis hinc præceps dum præcipitare poteſtas?
Iam mare turbari trabibus, ſæuasq́; videbis
Collucere faces, iam feruere littora flammis,
Si te his attigerit terris Aurora morantem.
Eia age, rumpe moras, varium & mutabile ſemper
Fœmina. ⸢ſic fatus, nocti ſe immiſcuit atræ. POE.
Tum vero Æneas ſubitis exterritus vmbris,
Corripit è ſomno corpus, ſociosq́; fatigat.
⸢Præcipites vigilate viri, & cõſidite tranſtris AENE.
Soluite vela citi, deus æthere miſſus ab alto
Feſtinare fugam, tortosq́; incidere funes,
Ecce iterum ſtimulat. ſequimur te ſancte deorum
Quiſquis es, imperioq́; iterum paremus ouantes.
Adſis ò placidusq́; iuues, & ſydera cœlo
Dextra feras. ⸢Dixit, vaginaq́; eripit enſem POE.
Fulmineum, ſtrictoq́; ferit retinacula ferro.
Idem omnes ſimul ardor habet, rapiuntq́;, ruuntq́;,
Littora deſeruere, latet ſub claſſibus æquor.
Adnixi torquent ſpumas, & cœrula verrunt.

ASCENSIVS.

❡Tantos illa, &c.) Docet quomodo etiam Æneas dormiebat, quũ talia Dido agitaret: & quomodo à Mercurio excitatus, abnauigauit. vnde Donatus deperiit. ❡Ordo ẽ. Illa. ſ. Dido: rumpebat ſuo pectore tantos queſtus. i. violenter expreſſit: ſed, ſupple Æneas: iam certus eundi. i. qui decreuerat omnino abire: carpebat ſomnos. i. dormiebat, ſupple, in celſa puppi: & hoc rebus. ſ. ad nauigationẽ neceſſariis paratis: rite. i. decenter: & pro inſtitutione nautica, forma. i. imago dei redeũtis, hoc eſt deus. ſ. Mercurius, in forma aſſumpta, rediens in ſomnis. i. inter dormiendũ: obtulit ſe huic. ſ. Æneæ, eodẽ vultu quo prius obtulerat: & viſa eſt monere ita rurſus. i. iterum: exiſtẽs ſimilis omnia. i. per omnia, & vocem, & colorẽ: & crines. i. capillos flauos: & membra decora iuuentæ. i. iuuentuti cõuenientia, Mercurio. ſ. prius viſo. O nate Dea, potes (interrogatiue,) ideſt potes ne ducere ſomnos, id eſt dormire: ſub hoc caſu. i. periculo, in quo verſaris? Nec, o demẽs, cernis. i. proſpicis: deinde q̃ pericula circunſtent. i. obſideãt te: nec audis Zephyros. i. ventos illos: ſecũdos. i. p̃ſperos (quos Mercurius adduxerat: dicente Ioue, Voca Zephyros.) ſpirare. i. flare. Illa. ſ. tibi nota, & multũ infenſa mulier, verſat in pectore dolos: & dirũ nephas. ſ. in ſe) quia vult ſe interficere: quo cõperto, Tyrii in te irruant.) aut in te, niſi abiueris: nã poſtea dictura eſt, Natumqꝫ, patrẽqꝫ Cum genere extinxem, exiſtens certa mori: vnde dicet, Quẽ metui moritura? & fluctuat vario æſtu. i. feruore & incendio irarũ. Non. i. nonne: fugis hinc præceps. i. præcipitanter. dum. i. quãdiu: poteſtas. i. facultas: tibi eſt p̃cipitare. i. p̃cipitanter abeundi? Tu videbis iam. i. ſtatim: mare turbari trabibus. i. diuerſis malis, aut nauibus: & videbis ſæuas faces. ſ. ad naues tuas comburendas: aut inſequendum te, collucere. i. ſimul lucere: & videbis iam littora feruere. i. feruida fieri: (dixit autem à tertia coniugatione, penultima breui.) flammis. ſ. facularum: ſi Aurora attigerit. i. offenderit te: morantẽ his tertis. i. ſi ad craſtinam vſqꝫ Aurorã hic manſeris. Eia age, duo cohortãdi aduerbia, propter vrgentẽ neceſſitatẽ: rumpe moras. i. cauſas immorandi. Fœmina eſt ſemper variũ & mutabile. i. res varia & mutabilis, hoc eſt inconſtans: Mercurius, ſupple fatus: ſic. i. in hunc modum: ĩmiſcuit ſe nocti ãtræ: vero. i. ſed: Æneas exterritus, tum. i. tunc: præcipue, umbris ſubitis. i. ſubito apparẽtibus: corripit. i. uiolenter rapit: corpus e ſomno: (quæ uiolentia præſeferebat, ſm Seruium, futurum infortuniũ: de quo libro q̃nto dicetur, & fatigat. i. uiolentat, & ſurgere cogit ſocios. dicens. ſ. O uiri, uigilate p̃cipites. i. p̃cipitanter ſurgẽtes. (Poſſet eſſe ordo, Fatigat ſocios p̃cipites. i. fatigando p̃cipites facit, dicẽs. ſ. Vigilate uiri.) & cõſidite. i. ſimul locũ capite: trãſtris. i. ſup tranſitus

nauium, vbi ſedent remiges: ſoluite.i.diſſoluite, & pādite: citi.i. feſtini: vela, ecce, deus miſſus ab alto.ſ.Mercurius: ſtimulat.i. impellit, ſup.nos: feſtinare.i.feſtināter agere ſugá.i.profectionē noſtrā: & incidere funes.i.rudentes: tortos.i.implicitos. O ſancte quiſquis.i.quicunq; deoꝝ tu es, nos ſequimur te: & nos ouātes paremus iterū imperio, quia paruerant inſtruēdo claſſem: aut, paremus imperio iterū.i.ſecundario facto. O, optandi particula: ad ſis.i.auxilio ſis, & exiſtens placidus: iuues.ſ.nos: & feras.i.afferas: profectioni cœlo.i.de cœlo: ſydera dextra.i.proſpera, & feliciter influentia, dixit.ſ.Æneas: & eripit.i.violenter extrahit, vagina.ſ.ſua: enſem fulmineum.i.in morem fulminis ferientem, aut radiantē: q;, pro &: ſup.id dicēs: ferit, i.percutit, & incidit: retinacula.i.funes, quibus naues retinebantur, ad littora ligatæ: enſe.i.gladio: ſtricto.i.euaginato, & denudato. Idē.i.vniformis: ardor.i.cupiditas: habet.i.tenet, aut inuadit ſimul: omnes.ſ.Teucros: & rapiunt, ſcilicet quę erant adhuc in littore: & ruunt.i.præcipites currunt: & deſeruere.ſ.paulopoſt littora: æquor latet.i.occultum eſt, ſub claſſibus.ſ.ſimul diſcedentibus: & ipſi annixi.i.annitentes, torquendo aquas; excitant ſpumas: & verrunt.ſ.nauium caudis.i.gubernaculis, cœrula.i.cœruleas aquas: aut, maria cœrulea, ideſt cœrulei coloris.

PIERIVS.

¶ Et mēbra decora iuuentæ.) In Medi. & in codi. aliquot aliis anti. anti.iuuenta, legitur, caſu ſeptimo: quaſi iuuenta ipſa in cauſa eſſet, cur mēbra decora eſſent. ¶ Nec q̄ circūſtēt te deinde pericula cernis.) Mediceus codex, cū veteribus pleriſq; aliis exēplaribus, vt numeroſiorē faciāt verſum, ita legūt, Nec q̄ te circumſtent deinde pericula cernis: vt ſit, Nec cernis q̄ te circū pericula ſtent: nō aūt, circunſtēt, vnica dictione. ¶ Nephas in pectore verſat.) Nōnulli codices oīno vetuſti legunt, ſub pectore: ſed, in pectore, lectio caſtior eſt. ¶ Varioq; irarū fluctuat æſtu.) In veteri admodū codice, legi, Varios irarū concitat æſtus. Sed ex ſynæpeia Catulli, Fluctuat æſtu, magis placet. apud eū.n.legere eſt, Et magnis curaꝝ fluctuat vndis. ¶ Eia age, rūpe moras.) Vetera aliquot exēplaria, legunt, Ergo age: vtrā lectionē lector ꝑtulerit, nō laboro. Sed mihi, Eia age, magis placet. ¶ Corripit e ſomno corpus.) In anti. aliquot exēpla. Conripit e ſtrato. vt illud, Conripio ſtratis corpus. ¶ Imperioq; iterū paremus ouātes.) In antiquis pleriſq; cod. legere eſt, imperioq; tuo paremus: q̄uis Seruius iteꝝ, agnoſcit. ¶ Adſis.) Sunt oīno codices aliquot ex antiquioribus: in q̄bus, aſſis, geminato ſſ, ſcriptū inueni. Sed longe plures, iidēq; cariſiores, adſis, per d, ſcribunt. Qui vero, s, geminari debere cōtendunt, inde potiſſimū eliciunt argumētum, quod apud Plautū, adſum, reſpōdenti. Elixū te, nō aſſum: volo. Alter ſubiecerit, ioco, ex verbi ſimilitudine ſuborto. Sed enim agnominationes huiuſmodi, non ſine venuſtate, vna etiā, vel mutata, vel detorta litera, fieri conſuerunt.

Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.
Regina è ſpeculis, vt primum albeſcere lucem
Vidit, & æquatis claſſem procedere velis,
Littoraq́;, & vacuos ſenſit ſine remige portus,
Terq́;, quaterq́; manu pectus percuſſa decorum
Flauēteſq́; abſciſſa comas. ¶ Proh Iupiter ibit DIDO
Hic, ait, & noſtris illuſerit aduena regnis?
Non arma expedient? totaq́; ex vrbe ſequentur?
Diripientq́; rates alii naualibus? ite,
Ferte citi flammas, date tela, impellite remos.
Quid loquor? aut, vbi ſum? quę mētē inſania mutat?
Infelix Dido, nunc te fata impia tangunt.
Tum decuit, quum ſceptra dabas. en, dextra, fideſq́;,
Quem ſecum patrios aiunt portare penates,
Quem ſubiiſſe humeris confectum ætate parentem.
Non potui abreptum diuellere corpus, & vndis
Spargere, non ſocios? non ipſum abſumere ferro
Aſcanium? patriiſq́; epulandum apponere menſis?
Verum anceps pugnæ fuerat fortuna, fuiſſet,
Quem metui moritura? faces in caſtra tuliſſem,
Impleſſemq́; foros flammis, natumq́;, patremq́;
Cum genere extinxem, memet ſuper ipſa dediſſem.

SERVIVS.

¶ Prima aurora.) Deſignatio temporis eſt, non diei deſcriptio: vnde infert, Vt primum albeſcere lucē vidit. Sic in duodecimo, Quum primū craſtina cœlo Puniceis inuecta rotis Aurora rubebit. Et bene hanc primum inducit vidiſſe crepuſculum: quæ quaſi amatrix tota vigilauerat nocte. Sic in Bucolicis de amatore, Naſcere, præq́; diem veniens age Lucifer almū. ¶ Nouo lumine.) Secundū Epicureos qui ſtulte ſolem de atomis dicunt conſtare, & cū die naſci, cū die perire. ¶ Tithoni cubile.) Tithonus frater Laomedontis fuit: hunc Aurora amatū in cœlum leuauit, quē longinquitas vitę in cicadam cōuertit. Horatius, Longa Tithonū minuit ſenectus. ¶ Albeſcere lucē.) Hypallage eſt. Luce enim albeſcunt oīa, non lux albeſcit. ¶ Æquatis velis.) Feliciter plenis: ſine motu aliquo. ¶ Proh Iupiter.) Aut iraſcentis exclamatio eſt: vt in Terētio, Proh ſupreme Iupiter. aut certe teſtatur Iouē, quē Æneæ inuocauit aduentu: vt Iupiter hoſpitibus, nā te dare iura loquunt̄. ¶ Ibit & illuſerit.) Ibit & illudet, tēpus pro tēpore. & ſic dixit vt, Certantq́; illudere capto. ¶ Nō arma expedient?) Furentis hęc verba ſunt, vt ipſa paulopoſt, Quæ mentē inſania mutat? Nam hæc à ſana nō procedunt, vt imperet abſentibus, Ferte tela: quū ſola ſit. ¶ Naualibus.) De naualibus, vbi ſtāt naues. ¶ Aut vbi ſum?) Nūquid in cœtu ſum? ¶ Quū ſceptra dabas.) Vt, Ac dn̄m Æneā in regna recepit. ¶ Fideſq́;.) Subaudi En etiam in ſequentibus. aut certe, hic eſt quem dicunt portare deos. Sane En nominatiuo melius iungitur: vt, En Priamus. ¶ Ipſum Aſcaniū. Aut qui eſt cauſa nauigationis. vt, Quē regno Heſperiæ fraudo. aut ad patris dolorem: vt, Qui nati corā me cernere lethū Feciſti. ¶ Epulandū apponere.) Quod fecit Progne occiſo Ityę filio propter ſtuprum ſororis. ¶ In caſtra.) Claſſes: vt, Nos caſtra mouemꝰ. ¶ Foros.) Tabulata nauiū: ab eo ꝙ inceſſus ferāt: & eſt generis maſculini, numeri tantū pluralis. ¶ Cū genere extinxē.) Morte Æneæ & Aſcanii: & eſt Syncope. ¶ Super ipſa dediſſem.) Satis amatorie.

ASCENSIVS.

¶ Et iam prima nouo &c.) Deſcribit qūo poſtridie Dido, vidēs Ordo. Troianos abiiſſe, cōqueſta eſt: vnde quia Dona. nihil dicit Ordo autem eſt. Et Aurora linquēs cubile Tithoni.i.mariti ſui regis, in oriente croceū.i.crocei coloris: ſpargebat iam prima.i.primū: aut recens orta terras: lumine nouo.ſ.illius diei: & ſup.regina.ſ.Dido: vt, ideſt poſtq̄: vidit e ſpeculis.i.altis feneſtris: vnde ſpeculari licebat, lucē albeſcere.i.albam fieri: primū.i.primo tēpore: & claſſem procedere.i.prouehi: velis æquatis.i.æqualiter pleno vēto diſtentis: & ſenſit littora, & portus vacuos: quia ſine remige: ipſa percuſſa.i.habens percuſſum: aut, vbi percuſſerat: terq́;, quaterq́;.i.frequēter: aut cōſumate, pectus.ſ.ſuū: decorū.i.pulchrū: manu.ſ.ꝓpria: & abſciſſa comas flauenteis.i. habens abſciſſos capillos flauos (ſaltē pro parte: quia poſtea dicet, Nec dū illi flauum Proſerpina vertice crinem Abſtulerat.) ait, proh Iupiter, ibit hic.i.hoſtis meus: & ipſe aduena.i.quū ſit aduena: illuſerit.i.ei conceſſum fuerit illudere: noſtris regnis q.d.id ferendū nō eſſe: & ſup. Tyrii: nō expedient.i.expedite capient arma: & ſequentur, ſup. eos, ex tota vrbe: vt ſit in bello tumultuario: & alii.ſ.aliqui ex eis: diripient.i.in diuerſá rapient: rates.i.naues Troianoꝝ: naualibus.i.e ſtatione nauiū, vbi naues parantur: & fiunt. Ite, o Teucri, ſup. & vos citi: ferte.i.inferte: in naueis Troianoꝝ flāmas: date.i.mittite, tela: impellite remos. oīa ſunt præcipitanter dicta, quaſi loquentis animum depingentia: vnde caſtigans ſe Dido: quia hæc quū ſola vigilaret, dixerat, ait, Quid loquor? aut, vbi ſum? q.d. ſola ſum: & quaſi cum multis loquor: quæ inſania mutat mentē.ſ.tuā, o Dido infelix? (loquit̄ enim ꝑ pathos, & apoſtrophen: ad ſe: quaſi ad aliā.) fata impia.i.mala, in te fataliter ꝑſcita: tangunt nūc te: decuit.ſ.naues, incendiſſe: tunc quū.i.q̄n, dabas ſceptra.i.partē regni: en.i.ecce (hic exprobrantis, ac irridentis eſt:) dextra.i.virtus: q;, pro ideſt, fides, ideſt fidelitas, ac fidelis pietas: viri, ſup. quem aiunt portare ſecum: penates, ſcilicet deos: patrios, ideſt à patria Troia auectos: & quem aiunt ſubiiſſe.i.ſubeundo, portaſſe humeris: parentem.ſ.Anchiſen: cōfectum.i.conſumptum: fere ſenio.i.annoſitate. Non.i.nōne? quaſi dicat maxime: potui diuellere, ideſt in diuerſas partes vellere: corpus, ſcilicet nauium, hoc eſt claſſem: aut potius, corpus Æneę abreptum, ſcilicet ab aliis, & ſpargere, ſupple ipſum Æneā, vndis:

vndis:nõ,ſupple potui:diuellere ſocios,& ſpargere vndis?quaſi dicat etiam,potui. Non, ſcilicet potui: abſumere ferro, ideſt interficere: Aſcanium ipſum,ſcilicet cui regnum Italiæ, dicitur deberi:& caput omnis mali eſt:& cauſa profectionis:& appone re epulandum menſis patris: ꝙ Progne dicitur feciſſe,offerens Tereo, Ithim filium: vt in Sileno dictum eſt? quaſi dicat etiam potui:& fuiſſet, ſupple factum: verum fortuna, ideſt alea:pugnæ fuerat anceps,ideſt dubia:quia forte Troiani nos viciſſent, quo dicto,inimica, laudat Troianos: ſed quem metui moriturę?quaſi dicat neminem debebam metuere: quæ decreuerã mori.Aut ſic:vt ſibi obiiciat verum fortuna pugnæ:fuerat anceps, quaſi dicat potuiſſem quidem tentare,ſed fuiſſet dubium de victoria:ad quod dicit cõcedendo, Fuiſſet.q.d.eſto.fuiſſet anceps pugnę:quid tum? Quem metui,ideſt metuere debui,moritura? q.d.nullum:ego tuliſſem,ideſt inferre potuiſſem:faces.i.tedas: in caſtra,ideſt claſſem eorũ:& impleſſem,pro impleuiſſem: foros.i.nauium tabulata,quæ ferunt inceſſus: flãmis,ſcilicet comburentibus ea:& extinxem,pro extinxiſſem:natum,& patrem, cum genere,ideſt progenie tota: & ipſa,ideſt ego: dediſſem,ſuper,ſcilicet extinctos: memet,ideſt meipſam.quod amatorie dicit:quum viuere nollet,eo mortuo.

PIERIVS.

❡Flauentesq́ abſciſſa comas.) Codices nõnulli veteres,adſciſſa,quod minime placet,legũt. In altero enim,plus eſt vehemẽtiæ. Nunc te fata impia tangunt Tum decuit quum ſceptra dabas.) Probus hoc loco,num,& tũ,aduerbia,ſibi reſpondere dicit:quare abſq; c,litera legendũ,Num te fata impia tãgũt. Prętерea apud eũ, veluti etiam eſt in Mediceo codice, facta impia: non,fata,legitur.vt ſit participium,non nomen. Quæ vero ſint ea facta impia,ad q̃ ſtimularetur,ſuperioribus verſibus enumerauerat.Nõ arma expedient:& quę ſequũtur. Epulandũ apponere menſis.) In Mediceo & antiquis pleriſq; oĩbus codicibus ponere, ſimplex verbũ notatũ obſeruaui: idq́ Ser.agnoſcit. In vno aũt tantũ codice veteri,adponere,ſcriptũ inueni,vt vulgata habent exẽplaria.Et frequens loquendi vſus adprobat.

Sol,qui terrarum flammis opera omnia luſtras,
Tuq́; harum interpres curarum,& conſcia Iuno,
Nocturniſq́; Hecate triuiis vlulata per vrbes,
Et diræ vltrices,& dii morientis Eliſſæ,
Accipite hæc,meritumq́; malis aduertite numen,
Et noſtras audite preces,ſi tangere portus
Lnfandum caput,ac terris adnare neceſſe eſt:
Et ſi fata Iouis poſcunt,hic terminus hæret:
At bello audacis populi vexatus,& armis
Finibus extorris,complexu auulſus Iuli
Auxilium imploret,videatq́; indigna ſuorum
Funera:nec quum ſe ſub leges pacis iniquæ
Tradiderit,regno,aut optata luce fruatur,
Sed cadat ante diem, mediaq́; inhumatus arena.
Hęc precor,hanc vocẽ extremã cum ſanguine fundo.
Tum vos o Tyrii ſtirpem,& genus omne futurum
Exercete odiis,cineriq́; hęc mittite noſtro
Munera,nullus amor populis,nec fœdera ſunto.
Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus vltor,
Qui face Dardanios,ferroq́; ſequare colonos.
Nunc,olim,quocunq; dabunt ſe tempore vires,
Littora littoribus contraria,fluctibus vndas
Imprecor,arma armis pugnent ipſiq́; nepotes.

SERVIVS.

❡Sol.) Iam vtitur imprecationibus, hoc eſt deuotionibus:vnde & deuotor & deuotrix dicitur. Nõ autẽ Terrarũ flãmis,ſed opera terrarum.Et bene inuocat Solẽ,cui ſupra per numẽ Liberi ſacrificauit. In terpres curarum.) Aut quas patior: aut generaliter curarum cõiugaliũ interpres, hoc eſt media & conciliatrix. Cicero, Quiq; interpretes corrũpendi iudicii ſolent eſſe. Cõſcia Iuno.) Siluit rem turpem:ſic ſupra.Et pronuba Iuno. Nocturnis.) Non triuiis, ſed per nocturnũ tempus. Vlulata per vrbes.) Proſerpinã raptã à Dite patre, quũ Ceres cum incenſis faculis per orbẽ terrarum requireret, per triuia eã vel quadriuia vocabat clamoribus. Vnde permanſit in eius ſacris vt certis diebus per cõpita à matronis exerceatur vlulatus:ſicut in Iſidis ſacris, vbi eſt imitatio inuenti Oſyridis, quẽ dilaniatũ à Tiſiphone eius fratre vxor Iſis per totum orbẽ requiſiſſe narratur. Iuuenalis, Plangẽtis populi currit deriſor anubis. Hecatẽ autẽ cauſa inuocat vltionis.Vnde etiam furias vocat: ſed vſurpatiue modo diras dixit.Nã diræ in cœlo, Furiæ in terris, Eumenides apud inferos.vnde & tres eſſe dicunt:ſed hæc noĩa confundunt poetæ.Vltrix vero.hoc eſt Tiſiphone.Nã græce τίσισ vltio dicitur. Dii moriẽtis Eliſę.) Aut manes dicit:vnde eſt,Vos o mihi manes eſtote boni:qm̃ ſuperis auerſa volũtas.Aut certe anęreticos dicit.i.Martẽ & Saturnũ,qui intercidunt vitę rõnem:ſi radiis ſuis ortũ geniturę pulſauerint.Horatius,Te Iouis impio tutela Saturno refulgens Eripuit: volucreſq́ fati tardauit alas, Et bene tardauit,qa neceſſitas fati impediri põt, nõ penitus eludi.Sic Virg.Nec fata vetabãt Stare, decẽq́ alios Priamũ ſupeſſe per annos. Meritũq́ malis auertite numen.Qđ mali merent. Audite pces.) Imprecationes dicit.Nã non ſunt pces,vt paulo poſt,imprecor arma armis. Adnare.) Vt in primo, Huc pauci veſtris adnauimus oris.i.per tẽpeſtatẽ venimus.Et bono colore futura pdicit. Fata Iouis.) Participiũ eſt,nõ nomen. Terminus hęret,) Si hoc eſt ĩmutabile. Audacis populi.) Rutulorum,ſicut ſemp inducunt. Alibi, Audacis Rutuli ad muros. Finibus extorris.) Extra ſuas terras remotus: & ſigñat quãdo Euandri & Tarchontis petiuit auxiliũ. Indigna ſuorum funera.) Pallantis dicit & cæterorum. Pacis iniquę.) Vt ſupradiximus, ꝓpter perditam linguã habitũ nomen:q̃ ſolet victor imponere,ſicut poſtulat Iuno. Sed cadat ante diẽ.) Cato dicit iuxta Laurolauiniũ cũ Æneæ ſocii pdas agerẽt,pliũ cõmiſſum:in quo Latinus occiſus eſt,fugit Turnus.& Mezentii auxilio cõparato, victus quidem eſt ab Ænea,qui tamen Æneas in ipſo plio nõ comparuit. Aſcanius poſtea Mezentiũ interemit. Alii dicunt ꝙ victor Æneas quũ ſacrificaret ſuper Numicũ fluuiũ lapſus eſt, & eius nec cadauer inuentũ eſt: vnde dicit. Mediaq́ inhumatus arena.) Poſtea dictus eſt inter deos receptus. Ante diẽ aut, ante fati neceſſitatẽ:& bene quod paſſura eſt, optat Æneæ, vt, Sed miſera ante diem. Cũ ſanguine fundo.) Quaſi imprecationes ipſas ſuo conſecraret cruore. Tum vos o Tyrii.) Nõ ſunt mandata: ſed imprecationes vt diſſentiant oĩbus rebus,ſicut & factũ eſt. Nã ſi mãdata ſunt, quo modo genus futurũ.) Exercete odiis.) i.fatigate. Nec fœdera ſunto.) Quia rupta ſũt tertio. Sũtc ãt ſint:& fit ꝓpter metrum addita o tertiæ pſonæ numeri pluralis modi indicatiui, vt amanto, docento, legunto, nutriunto. Vrbanus dicit verbo eũ iuris vſum propter odia hęreditaria. Exoriare.) Exoriatur: & oñdit Annibalẽ. Ex oſſib⁹.) ſm Anaxagorã q Homœomeriam dicit.i.oĩum mẽbrorũ ſimilitudinẽ eſſe in rebus creãdis.i. ex oſſibus,ex ſanguine,ex medullis.Nã oĩa ꝑ parte ſui trãſeunt in ꝓcreationẽ. Lucretius, Nũc ad Anaxagorę veniamus Homœomeriã. Fluctib⁹ Vndas ĩprecor.) Propter illud qđ in fœderib⁹ ſancitũ eſt:vt Corſica eſſet media ĩter Romanos & Carthaginẽſes. Pugnent ipſiq́ nepotes.) Põt & ad ciuile bellum referri.

DONATVS.

❡Tum uos o Tyrii ſt.& g.o.f.Ex.o.c.q́ h.m.no.Munera.(Facta ſunt hæc punicis incurſationibus & bellis ſub Annibale afrorum rege,& Scipione ac regulo cęteriſq; Romanis ducibus.Cineriq́ hæc mittite noſtro munera. quaſi aliqd eſſet ſenſura poſt mortẽ,uel ex his,q̃ ſupradixit,uel q̃ infra cõplexa eſt. hęc,inqt, pſtate pro muneribus cineri meo. Nullus a.p.n.f.ſ.) Nec amor ſit inter populos, nec fœderibus diſſidentes neceſſitas iungat. Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus ultor &c.) Veniet,inquit, tempus,quo naſcetur quiſq; ex oſſibus meis, qui ferro & flãma Troianũ genus perſequat ob ultionẽ meã.olim,hic futurũ tempus ſignare manifeſtũ eſt.ſequit enim, quocũq; dabunt ſe tẽpore uires.nã & dabunt futuri eſt tẽporis. rem locuta eſt impoſſibilẽ,utpote,q̃ nõ eſſet ſuæ mentis ſuiq́ cõſilii. qñ enim naſci homo ex oſſibus mortui hoĩs poteſt? tamen qui inania ſentire uoluerunt, dicunt hoc in Annibale extitiſſe. quod eſt abſurdũ.nam Dido tyria fuit,Annibal pœnus à genere Didonis longe remotiſſimus.melius eſt,ſic intelligere, ut poſtulata pſona neſciret ſe impoſſibilia poſtulare:quod ipſum ſequẽtia docẽt, qa dixit tanta ſit inter meos Troianoſq́ diſcordia, ut nec ipſa ſibi cõueniãt littora,nec utriuſq; littoris undæ miſceant. arma autem armis

pugnent,ipſiq́ꝫ nepotes.fieri potuit inter multa, quæ emerſura nõ fuerant. hoc ergo dixit poſſibile.ſolent enim mẽte capti etiã quod rectum eſt aliquando ſentire.

ASCENSIVS.

¶ Sol,qui,&c.) Recitat reliquã partẽ querelæ Didonis, in qua quũ facto Troianos pſequi nequeat,execrationibus,& diris imprecationibus perſequit̃:in qbus poeta ſubtiliter adludit ad futuras Carthagineñ. ac Romanoꝝ hiſtorias. Dona.aũt ſolũ dicit. ⸢Exercete odiis.) Quod factũ eſt tribus bellis Punicis. ⸢Exoriare aliquis.) Aliqui, de Annibale volunt intelligere: ſed melius eſt,vt ſit hoc pturbatæ pſonæ, q̃ neſciat ſe impoſſibilia poſtulare.quod ſequentia indicant.quũ poſtulet,Et littora & vndas inter ſe diſcordare,pugnent ipſiq́ꝫ nepotes. hoc dixit poſſibile.nã,

Ordo. & furentes qñqꝫ quod rectum eſt,ſentiunt.Hęc ille. ¶ Ordo eſt. O ſol,qui luſtras.i.purgas,& circumis flãmis.ſ.radioꝝ tuoꝝ:oĩa opera terraꝝ.i.quæ fiunt in terris. & tu,o Iuno,interpres.i.mediatrix & conciliatrix:harũ.i.huiuſmodi.ſ.matrimonialium curarum:aut harum.i.meaꝝ curaꝝ.i.ſollicitudinũ amoꝝ: & cõſcia harum curarũ: quia nuptura ſacrificauerat Iunoni ante oẽs cui vincla iugalia curę,& o Hecate.i.Proſerpina: vlulata.i.cum vlulatione quæſita:triuiis.i.in triuiis:per vrbes.ſ.varias:nocturnis .ſ.temporibus:aut, vlulata triuiis nocturnis.i.nocturno tempore,ab vlulantibus: & te quũ rapta eſſes,quęrentibus frequentatis:& vos diræ.i.furiæ Eumenides:vltrices.ſ.ſcelerũ,& dii Eliſſæ morientis.i.in quarum poteſtatem ventura eſt Eliſſa:hoc eſt, ipſa quæ loquitur: per mortẽ, hoc eſt dii manes,aut inferi,aut anæretici:accipite.i.intelligite: hæc.ſ.dicta,& precamina mea: & auertite numen.ſ.infeſtũ,& inimicum: meritũ malis.i.à malis,quod mali merentur habere infeſtũ:& ita ſe innocentẽ indicat:aut meritũ malis.i.per mala mea: & ita cõfitendo ſe innocẽtem faceret:accipitur autẽ meritũ, hic in ſignificatione paſſiua: & audite preces.i.imprecationes noſtras. Si neceſſe eſt.ſ.neceſſitate fatali:caput infandũ.i.deteſtabile,& indignum quod nominetur:hoc eſt, Æneã:tangere portus.ſ.Italię:ac annare terris.i. ad terras:& ſi fata Iouis poſcũt.ſ.id fieri,& hic terminus.i.hęc extrema definitio fatoꝝ: hæret.i.cõfirmata eſt:at.i.ſaltem,ipſe vexatus: bello,ideſt peritia bellandi: & armis populi audacis: & extorris.i.exul: & excluſus finibus, ideſt limitibus regni ſibi conceſſi, & auulſus complexu Iuli: imploret,ideſt ſuppliciter, quaſi cum ploratu petat auxilium, & videat funera ſuorũ indigna.i.miſeranda:aut fœda,nec.i.& non: & quũ tradiderit ſe ſub leges pacis iniquæ:aut,quia pace indignus eſt:aut, qa talis pax votis eius iniqua ſit:quũ non victor,ſed victus,per eam,videatur:quia linguam,& nomen,& habitum amittet:nõ fruatur luce optata.i.vita: ſed cadat ante diem.i.terminum & periodum vitæ,inhumatus media harena) hęc omnia quæ imprecatur Dido poſtea euenerunt:ſed ſunt generaliter accipienda: non enim ea futura nouerat,vt poeta,ſed optauerat:quocirca non potuit ſpecialia, quæ ſi poeta ex pſona ſua poſt factũ loquutus fuiſſet, aut deum aliquem introduxiſſet,qui hęc loqueretur,nimirũ expreſſiſſet. Nã vexatus bello audacis populi.ſ.Rutuloꝝ & Latinorum,implorauit auxiliũ Euandri Arcadis, cuius filii Pallantis indignã mortẽ vidit:fecit pacem iniquã, vt dictũ eſt:& occiſus in Numicum proiectus eſt inſepultus.) Ego precor hæc.i.vt hæc eueniant:& fundo hanc vocẽ extremã.i.vltimã,quã maxime exaudiri volumus (vnde in teſtamẽtis ſupremæ voluntati maximũ põdus eſt) cũ ſanguine.i.effundo ſimul,aut paulopoſt (quia,quod parũ diſtat, nihil diſtare videt̃.) ſanguinẽ. Tum.i. inſuper,vos o Tyrii.i.Carthaginẽſes,Tyro profecti,exercete.i. fatigate ſtirpem,& omne genus futurũ odiis: & mittite noſtro cineri hæc munera.i.obſequia: nullus amor,nec,ſup.vlla fœdera,ſunto.ſ.in futurũ: populis.ſ.Tyro, Troiaq́ꝫ pfectis (cõtra id quod dixerat in.j. Iupiter hoſpitibus, nã te dare iura loquunt̃, Hunc lætũ Tyriiſq́ꝫ velis, Troiaq́ꝫ profectis Eſſe diẽ.) Aliquis, vltor: hoc propter Annibalẽ finxit poeta: ſed Dido generaliter loquit̃:& ne ſpecialiter loqui videat̃, addit aliquis.exoriare.i. exoriat̃:vt ſit ſecunda pſona,pro tertia. aut potius ſic, O vltor, exoriare aliquis ex noſtris oſſibus: qui ſequare. Ego autẽ, ſicut Valla docet,ꝙ ſuus,& tuus,vocatiuo nõ carent,dicerẽ:licet rarum ſit aliquis etiã infinite poſitũ, non carere vocatiuo: vt hoc loco,quia ſe indefinite voluit ſignificare loquutã: nõ dixit, ſolũ vltor:ſed,aliquis:ſit ergo ordo, o vltor aliquis.i.quicũqꝫ futurus es: exoriare.i.exoriaris & naſcaris: ex noſtris oſſibus.i.ex duriſſimo reliquiaꝝ meaꝝ.qui ſequare.i.ſequaris hoc eſt pſequi poſſis,colonos Dardanios.i.à Dardania in Italiã appulſos, face & ferro.i.crudeliſſimo bello,quo oĩa igni, & ſanguine cõtaminantur.ſequare,dicit,olim,nũc.i.ab hac hora: quocunqꝫ tẽpore vires.i.facultates naſcendi,aut bellandi,dabũt ſe.ego imprecor .i.per imprecationẽ:opto littora.ſ.Carthaginenſia: contraria.i. inimica:littoribus.ſ.Italicis:& vndas, ſup.contrarias vndis.& arma,pugnent armis:& ipſi nepotes.i.poſteri: pugnent ſup.inter ſe.Hęc propter Punica bella,finxit poeta:q̃ neſciuit Dido futura:quocirca (vt dixi) nihil ſpecialiter imprecata eſt.

PIERIVS.

¶ Meritũq́ꝫ malis auertite numẽ.) Exẽplaria longe plura ſunt, & ea pbatiora,quæ,aduertite,legunt. Imprecatura.n.eſt Dido mala multa Troianis,q̃ di morientis Eliſſæ rata, & ineuitabilia eſſe velint.Et hoc admittere videt̃ Serui.dũ dicit.Qđ mali merentur.ſ.Troiani.eadẽ apud Oui.ſñia,idemq́ꝫ verbũ vbi Althea furias in gnati exitiũ vocat, Pœnarũq́ꝫ deę triplices furialibus īquit Eumenides ſacris vultus aduertite veſtros. ⸢Et ſi fata Iouis poſcunt.) Antiqui pleriqꝫ codices, Et ſic fata Iouis poſcunt: legunt,q̃ lectio forte non diſpliceat. In Mediceo,c,litera, ex ea dictione abraſa eſt,quũ, ſic fata:prius ſcriptũ fuiſſet. ⸢Videatq́ꝫ indigna ſuoꝝ funera.) Bona veterũ codicũ pars videat indigna ſuoꝝ,abſqꝫ particula,qꝫ,legunt.Notũ.n.heptimemerim quoqꝫ indifferẽter vtrãqꝫ ſyllabã admittere.Vnde ſuperiori libro legere eſt,Dona dehinc auro grauia,ſectoq́ꝫ elephanto. Neqꝫ tamen diſplicet,videatq́ꝫ legere,verſu incolumi,& pleniore.

⸢Hæc ait,& partes aĩum verſabat in omnes, POE.
Inuiſam quærens quàm primum abrumpere lucem.
Tum breuiter Barcen nutricem affata Sichæi,
(Nanqꝫ ſuam patria antiqua cinis ater habebat.)
⸢Annam chara mihi nutrix huc ſiſte ſororem, DIDO
Dic corpus properet fluuiali ſpargere lympha,
Et pecudes ſecum,& monſtrata piacula ducat,
Sic veniat,tuq́; ipſa pia tege tempora vitta,
Sacra Ioui Stygio,quæ rite incœpta paraui,
Perficere eſt animus,finemq́; imponere curis,
Dardaniiq́; rogum capitis permittere flammę.
⸢Sic ait,illa gradum ſtudio celerabat anili. POE.
At trepida,& cœptis immanibus effera Dido,
Sanguineam voluens aciem,maculiſq́; trementes
Interfuſa genas,& pallida morte futura,
Interiora domus irrumpit limina,& altos
Conſcendit furibunda rogos,enſemq́; recludit
Dardanium,non hos quæſitum munus in vſus.
Hic poſtquam Iliacas veſtes,notumq́; cubile
Conſpexit,paulum lachrymis,& mente morata,

SERVIVS.

¶ Breuiter.) Feſtinatione mortis: ſimul nectit cauſam moraꝝ & ipſi & ſorori. ⸢Huc ſiſte.) Huc adhuc: vt,Et cum grege ſiſtet ad arã. Hinc & ſiſtat̃ dicimus.i.adducat̃.Nam ſtare aliud eſt. Nec aliter poſſumus dicere,quã ſta hic,& ſiſte huc. Fallit autem pleroſqꝫ verbi ſimilitudo: qa dicimus ſto & ſiſto,quũ diuerſa ſignificent. ⸢Spargere lympha.) Sacrificãtes diis inferis aſpergebant̃ aqua: vt, Spargens rore leui,& ramo fœlicis oliuę. Superis abluebantur: vt,Donec me flumine viuo Abluero. Mõ aũt inferis ſacrificat: vt, Sacra Ioui Stygio. ⸢Piacula purgationes: aliàs ſacrilegia. ⸢Sic veniat.) Ne pręmitteret aut pcederet. ⸢Tege.) Corona:& vt ipſa tardaret. ⸢Ioui Stygio.) Hoc eſt Plutoni. Et ſciẽdum Stoicos dicere vnũ eſſe deũ,cui noĩa variant̃ pro actibus & officiis. Vñ etiã duplicis ſexus numina eſſe dicuntur: vt quũ in actu ſunt,mares ſint: fœminæ,quũ pariẽdi habent naturã: vñ eſt, Coniugis in gremium lętę deſcẽdit. Ab actibus aũt vocant̃: ut Iupiter,iuuans pater. Mercurius, ꝙ mercibus præeſt. Liber,à libertate. Sic ergo & modo Iouem Stygiũ dicit inferis ſacrificatura: ut alibi, Iunoni infernę dictus ſacer. Hinc eſt Iouis oratio, Cælicolæ mea mẽbra dei quos noſtra poteſtas Officiis diuiſa facit. ⸢Quę rite incœpta paraui.) Ordo eſt, Sacra q̃ paraui, animus eſt rite pficere. ⸢Curis.) Amoribus. ⸢Dardaniiq́ꝫ rogũ capitis.) In quo eius imago fuerat. ⸢Studio anili.) Aut pro ętatis poſſibilitate: aut p induſtria, qua vtunt̃ aniculæ. ⸢At trepida.) Feſtina. Nã moritura nihil timebat.




Incubuitq́; toro, dixitq́; nouiſſima verba.
⸢Dulces exuuiæ, dum fata, deusq́; ſinebant: DIDO
Accipite hanc animam, meq́; his exoluite curis.
Vixi, & quem dederat curſum fortuna peregi:
Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.
Vrbem præclaram ſtatui, mea mœnia vidi,
Vlta virum pœnas inimico a fratre recæpi.
Felix, heu nimium felix, ſi littora tantum
Nunquam Dardaniæ tetigiſſent noſtra carinæ.
[Dixit & os impreſſa toro, moriemur inultæ? POE.
[Sed moriamur (ait) ſic ſic iuuat ire ſub vmbras. DI.
Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus, & noſtræ ſecum ferat omnia mortis.

mebat. ⸢Cœptis immanibus effera.) Furiata ſeuis cogitationibus. ⸢Pallida morte futura.) Aut pallidior, q̄ ſolent hoīes eſſe poſt mortē, aut pallida, omine mortis futuræ. ⸢Furibūda.) Furenti ſimilis. ⸢Nō hos queſitum munus in vſus.) Quē Æneas nō ad hūc vſum reliquerat;:, vt ſupra diximus ſm Home. vertit munus in pniciē. Tale eſt in Buc. Hos illi, quod nec bene vertat, mittimus hœdos. ⸢Vixi.) Excuſat vitæ abruptionē: qa dicit Plato magna pœna affici aīas eorū q vitā ante tēpus relinquūt. ⸢Et quem dederat curſum fortuna, peregi.) Nō natura, nec fatū. Tribus .n. humana vita cōtinet. Natura, cui vltra centū & viginti ſolſtitiales annos conceſſum nō eſt. Fato, cui nonaginta anni, hoc eſt tres Saturni curſus exitiū creāt: niſi forte aliaꝝ ſtellarū benignitas etiā tertiū eius ſuperet curſum. Fortuna .i. caſu, qui ad oīa pertinet q̄ extrinſecus ſunt, vt ad ruinā, incēdia, naufragia, venena. Bene ergo dixit fortuna: ſic Cicero in Philippicis, Multa mihi īminere videbant̃ p̄ter naturam, p̄terq́; fatū .i. gladii Antonii ex caſu. ⸢Sub terras ibit imago,) Bene ergo imaginē dixit. Valde enim q̄ritur apud Philoſophos qd illud ſit quod inferos petat. Nā tribus cōſtamus: Anima, q̄ ſuperna eſt, & originem ſuā petit: Corpore, quod in terrā deficit: Vmbra, quā Lucretius ſic diffinit, Supra ſpoliatus lumine aer. Ergo vmbra ſi ex corpore creatur, ſine dubio perit cum eo: nec eſt quicq́; reliquum de homine quod inferos petat. Sed deprehenderunt eſſe quoddam ſimul acrum, quod ad noſtri corporis effigiem fictū, inferos petat: & eſt ſpecies corporea, quæ non pōteſt

tangi, ſicut ventus. Hinc in ſexto, Corpora viua nefas Stygia vectare carina. Hanc autem rem etiam Homerus requirit, ſimulacro Herculis apud inferos viſo. Et ſciendum ſimulacra hæc eſſe etiam eorum qui per apotheoſin dii facti ſunt. Vnde aut viſi eſſe apud inferos: aut illuc deſcendiſſe dicuntur. Horatius de Libero, Te vidit inſons Cerberus aureo curru decorum. Sciendum tamen abuti poetas: & cõfuſe vel ſimulacrum, vel vmbram dicere. ¶ Vrbem præclaram ſtatui.) Non eſt contrarium illi loco, Pendẽt opera interrupta, nam licet paululũ aliquid ſupereſſet: quantũ ad ipſam pertinet, fecerat: vt, Vrbemq́ꝫ paratam. Item paulopoſt, Vrbemq́ꝫ tuã. & re vera ciuitati quid ſupereſt factis muris, templo poſito & theatro? ¶ Mea mœnia vidi.) A me facta: & pertinet ad effectum: vt, Quã veſtræ fecere manus. ¶ Vlta virum.) Puniendo eius interfectorem. Nã ideo addidit Pœnas inimico à fratre recępi. & re vera nulla auari maior eſt pœna, q̃ꝫ amittere pecuniam propter quam cõmiſerat ſcelus. Bene autem recępi, quaſi debitas. Ergo hoc dicit, Feci illud: fœlix nimirum fuiſſem, ſi tantũ Æneas Carthaginem non veniret, Alii hæc quaſi per interrogationem volunt accipi: vt nihil dicat eſſe perfectum, Nunquid vrbẽ ſtatui? Nunquid vlta ſum virũ? Nunquid à fratre pœnas recępi? Fœlix tamen fuiſſem, ſi vel hoc tantum cõtingeret vt Carthaginẽ non veniret Æneas. Et hanc varietatem gignit hic ſermo. ¶ Tantũ.) Nã ad vtrunq́ꝫ admittiť. tamen melior eſt ſenſus ſuperior, quẽ nõnulli ſic exponunt propter Pendent opera interrupta: vt ordo ſit, Vrbẽ præclaram, & mea mœnia ſtatui, vidi: hoc eſt vidi dum ſtatuerentur. ¶ Os impreſſa toro.) Applicito ore ad lectulum, aut quaſi amatrix: vt, Stratisq́ꝫ relictis Incubat. aut certe quaſi peritura inſenſibili rei dat ſenſum: & ſic ad lectulum loquitur, vt ad haſtam Turnus, Te Turni nunc dextera gerit. Mezentius ad equum, Rhebe diu res ſi qua diu mortalibus vlla eſt. ¶ Sic? Sic.) Quaſi interrogatio & reſponſio, Et placet ſic inultam perire? placet, & hoc eam ſe loco intelligimus percuſſiſſe. Vnde & alii dicunt verba eſſe ferientis. ¶ Hauriat hunc oculis ignem.) Aut videat omnia tempeſtatis futuræ: Quia nauigationibus malum omen eſt, ſi rogalis flamma videatur: aut certe ſatiſfaciat ſuæ crudelitati.

DONATVS.

¶ Hæc ait, & p.a.u. in o. &c.) Hoc eſt q̃ꝫ celeriter feſtinabat, inquit, mori, vtpote quæ iocunda oĩbus ipſi oneroſa fuerat lux. Impediebat nutricis p̃ſentia, ſed hanc inde cũ mãdatis inanibus alienat. ¶ Tum breuiter b.n.a.ſi. &c.) Breuiter, inquit, locuta eſt. hoc enim cõueniebat volenti maturius mori. ¶ Annã c.m.n.h.ſi.ſo.) Huc ſiſte, hoc eſt huc inſtãter adducas. cara mihi addidit benigni animi ſignũ dicẽdo, care, vt per blandimenta impetraret, qđ illa ꝓpter onus ꝓuectioris ętatis poterat recuſare, q̃ perſona aptiſſima negotio fuit, vt cũ mora pergeret, cũ mora remearet. deniq́ꝫ vt hoc ſibi Dido procuraret, nõ dixit, mitte mihi ſororẽ meã, ſed huc (inquit) ſiſte. ſ. vt cũ ipſa veniat, ut euntis & redeuntis aniculæ tardior & difficilis greſſus perficiendo exitio largiſſimum ſpatiũ daret. ¶ Dic corpus pr.fl.ſp.ly.) Alia mora, quia dũ hoc Anna expectabat, aliquid accedebat ad tẽpus. ¶ Et pecudes ſe. & m.p.d.) Ecce aliud, quod afferret tarditatẽ, prouidere neceſſarias pecudes, & adducere. quaꝝ ſegnior greſſus eſt, & afferre expiationibus neceſſaria. ¶ Sic veniat. t.q́ꝫ i.p.t.t.v.) Pia & nutrix eſſe poteſt, & vitta, vt pia nutrix, aut pia vitta. quicquid tñ ſecuti fuerimus, rectũ eſt. ſic veniat, intelligẽdũ eſt, ita veniat. ſ. vt cũ his veniat, quæ mandauit, & q̃uo mandauit. incipit dicere mandatoꝝ cauſas, nequa ſuſpicio cogitationis extremę nutricis animũ cõmoueret. ¶ Sacra Ioui ſt.q.r.in.p.Pe.e.a.) Oĩa, inquit, hęc iccirco pręſto eſſe deſidero, vt diti patri deſtinata ſacra perſoluam. deinde ſubiungit, quę ratio ſit eiuſmodi ſacra ſoluendi. ¶ Fi.q́ꝫ i.c.) Volo, inquit, interpoſito ſacroꝝ ritu his finẽ imponere, quæ cruciant animũ meũ. magna caligo verboꝝ fateť, quid diſponat: nec tñ intelligi potuit. putabat enim nutrix hoc genere prouenturũ remediũ, vt incolumi Didoni vniuerſi remouerenť angores, neſcia quod illa malis ſuis mortis remedio fuiſſet terminum quęſitura. ¶ Dardaniiq́ꝫ rogũ c.p.f.) Vt in occaſione velut ſacrificioꝝ aboleret etiã illius memoriã, quẽ habuit inimicũ. paraui quod ſemel poſuit, non ſemel accipiendũ eſt, vt ſit, ſacra paraui, finẽq́ꝫ imponere curis paraui. Dardaniiq́ꝫ rogum capitis permittere flãmæ paraui, vt videať ſacra illa & propter ſolutionem ſuã paraſſe, & propter delendã eius memoriã, qui eã tam pernicioſe cõtẽpſiſſet. ¶ Sic ait. illa g.ſt.c.a.) Ambulabat, inquit, anus poſt mandata Didonis nõ celeriter vt debuit miſſa, ſed ſegnius, vt ætas permiſit. proinde, qñ remeare talis poſſit, cui ad Annã peruenire difficillimũ fuit? ¶ At trepida & c.im.e.Di. &c.) Deſcribitur quę nõ adhuc dubitaret mori, ſed quę iam ſe vellet occidere. Trepida (inquit) fuit cœptis imanibus, hoc eſt turbata. hoc ei p̃ſtabat mentis infanda deſtinatio. effera. i. exaſperata in perniciẽ ſuã crudeliũ conſideratione cœptoꝝ voluens oculos ſuffuſos ſanguine, maculis vero ſordidis genas habẽs variatas, & ante futurã mortẽ iam pallida. Interiora aũt limina irrũpit, nõ dixit ingreſſa eſt, ſed irrupit, vt oñderet furẽtẽ, qm̃ ſupradixit, tu ſecreta pyrã tecto interiore ſub auras Erige, merito ait interioria domus irrũpit limina, & cõſtructã altius pyrã furibunda conſcendit. eripuit e vagina gladiũ, quẽ obliuio properantis reliquerat nõ ad eos vſus, quos furor amantis inueniebat. bene autẽ addidit poeta, furibunda cõſcendit altitudinẽ rogi, vt oſtẽderet nullum de nece ſua poſſe cogitare, niſi quẽ primo amẽtia furoris oppreſſerit. ¶ Hic po.il.u.n.q́ꝫ c. &c.) Quando ad ipſam ventũ eſt pyrã, & vidit veſtes iliacas & cubile, vnde malum oẽ contraxerat, ictũ paululũ diſtulit, quo fuerat peritura, incubuit ſuper torũ lachrymans, vt nouiſſima ante ſanguinem funderet verba: quibus oĩa cõſolareť, quæ ſecũ peritura cernebat. ¶ Dulces exuuię.) Hic ſuſpendenda pronuntiatio eſt, nec iungendum. ¶ Dum fata deusq́ꝫ ſinebant.) Ne expreſſum mire moriturę vexemus affectũ, vt puteť illa veſtes amare deſiiſſe: quas in tantũ diligebat, vt eaꝝ fauillas ſuis vellet miſceri cineribus. amat igiť has, oſtendens ꝙ illas nõ odii ſed amoris cauſa ſecũ decreuiſſet incendi. hanc ergo eſſe meliorẽ pronuntiationẽ, & hunc p̃ponẽdum intellectũ, tunc apparebit, q̃uũ ſenſus fuerit ordinatus, vt excludamus eos, qui iungendũ putant. dulces exuuiæ dum fata deusq́ꝫ ſinebant: vt videanť illousq́ꝫ dulces, quo fuerat peritura. ꝙ ſi amor eaꝝ mortis tẽpore receſſiſſet, non diceret, accipite hanc animã. quo affectu oſtendit cũ his ſe interire voluiſſe, quas amabat. ſenſus ergo interger ſic eſt: quo expreſſo ipſe ſe intellectus ſine cuiuſq̃ꝫ opera demonſtrabit. dulces exuuiæ, vixi q̃ꝫ diu deus & fata ſinebant. & quem dederat curſum fortuna peregi. ¶ Accipite h.a.m.q́ꝫ h.e.c.) Qm̃, inquit eſtis dulces, vos debetis excipere ſanguinẽ meum, & aĩa mea vobis debet infundi. ¶ Et nunc m.m.ſ.t.i.i.) Fui magna & adhuc magna ſum. decet deteriorẽ p̃uenire fortunã, vt felix ad inferos pergã q̃ feliciter vixi. incipit dicere atq́ꝫ enumerare felicitatis ſuæ bona, quæ vlterius nolebat viuendo vexari. nouerat enim, quæ metueret poſt Æneæ nanigationẽ, & quæ poſſent infortunia ſequi. ¶ Vrbẽ p.ſt.) Nõ dixit, ꝑfeci, ſed ſtatui. ſtatuere eſt. n. inſtituere aliquod nouũ & quod fuerit nunq̃ꝫ. ſequiť dicere quod p̃clarã, hoc eſt magnã. hoc idẽ eſt, quod ait. ¶ Mea mœnia vidi.) Nõnulli imemorẽ hic dicunt extitiſſe Virgiliũ, vt induceret Didonẽ quaſi de perfecta locutã eſſe ciuitate, quã ipſe dixit in opẽre fuiſſe, quũ eã Æneæ in. j. lib. ſubieciſſet aſpectibus, hi non attendunt vim verbi. nã vt dictũ eſt ſtatui ſignificat, non perfeci quođ ſi ita eſt, vt de ꝑfecta dixerit, ſtatui etiã ſic pro qualitate pſonæ accipiendũ eſt, vt conſolationis ſuæ cauſam ꝑfectã dixerit, quæ fuerat imperfecta, eo aĩo dixit, vixi, hoc eſt. n. vixiſſe, aliquã factoꝝ memoriã reliqſſe poſt mortẽ. ¶ Vlta virũ.) Similis calũnia eſt propter ſichæi mortem defenſam nõ eſſe, qa Pygmalion occiſus nõ eſt, quũ non ſit vnũ genus vltionis. nã defendiſſe occiſi mortẽ eſt, p̃dam ꝓpter quã mactatus eſt, abſtuliſſe. quo in facto Pygmalion homo profundæ auaritiæ & reus remanſit & pauper. ¶ Pœnas inimico à f.r.) Ipſa fuit pœna deterior, vt viueret, nec haberet quod ꝑ ſcelus ſe crediderat q̃ſiuiſſe. definit, quid ſit ſtatui, & qđ ſit vlciſci, qđ pœnas recepiſſe. aut putamus eum nõ afflictũ eſſe tormẽtis animi, qđ illũ ipſum ne mercedẽ ſceleris caperet, fœmina pręueniſſet. Iam venit ad cauſam q̃ eã decepit, & hanc more humani ingenii nõ actibus ſuis imputat, ſed fortunæ. ¶ Felix heu n.f.ſi l.t.N.d.t.n.c.) Duraret, inqt, etiã nũc ꝓſperitas noſtra, ſi facti mei ſors Troianoꝝ non incurriſſet aduentũ, & ſi littora tantũ nunq̃ꝫ Dardaniæ tetigiſſent noſtra carinæ. ¶ Dixit, & os i.t.m.i.? Sed m.a.ſ.ſ.i.i.ſ.u.) Poſt tranſactã, inqt, feliciter vitã, poſt ſtatutã vrbẽ, poſt pœnas reportatas ex fratre, ſolus dolor ẽ quod me in p̃ſenti defendere nõ potui. plurali numero dixit, moriemur inultæ. qa cũ veſtibus etiã cũ ſoli aliquid faciunt aut dicunt pluralẽ ſibi numerũ vendicare ſolẽt. fixa ergo facie erat in toꝝ cuius adhuc affectu ẽt moritura tenebať. dixit etiã inultę moriemur. tñ qm̃ hoc expedit moriamur. ſic ſic iuuat ire ſub vmbras. melius eſt, inquit, me inultã mori, q̃ꝫ vltionẽ q̃rere, q̃ prouenire nõ poſſit, & deterioribus caſibus reſeruari. ¶ Hauriat hunc o.i.c.ab a.D.) Pars inquit, vltionis eſt. ſi recedẽs hoſtis meus rogi mei flãmas aſpiciat. ¶ Et no.ſe.f.o.m.) Hoc eſt triſtibus ominibus nauiget.

ASCENSIVS.

¶ Hæc ait, &c.) Hoc loco necẽ, quã ſibi Dido intulit, deſcribit; de qua